





BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sala:	B
Estante:	1
Numero:	42

R. P. IOANNIS
DE PIÑA

MADRITENSIS,

E SOCIETATE IESV

THEOLOGI,

R 150 30

Commentariorum in Ecclesiasticum

TOMVS PRIMVS.

COMPLECTENS DECEM PRIMA CAPITA.

NUNC PRIMUM IN LVCEM PRODIT.

*Quadruplici Indice, I. Ethologiarum, II. materiarum pro Concionibus,
III. locorum sacrae Scripturae, IV. rerum notabilium illustratus.*



LVGDVNI.

Sumptibus Iacobi, Andreae, & Matthaei Prost.

M. DC. XXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

i 11809036


R. P. IONNIS

DE PLINA

MADRIDENTE

TOVVS

Libro	12
Estante	70
	10



LABORNI

Staupibus Jacob, Andree & Manthel Hoff

DE XXX



NOBILISSIMO CLARISSIMOQUE D.

D. HVBERTO

DE CHAPPONAY,

D. DE L'ISLE-MEAN,

de Beau-regard, de la Chartroniere, Regi
à Consiliis, & in Lugdunensi Curia Prætori
Generali sapientissimo.



VM videmus obsideri tuarum
ædium vestibulum, atria com-
pleri penetralia celebrari maxi-
mâ omnium ordinum frequen-
uâ, qui ad sellam tuam confu-
giunt tanquam ad sacrum tripodem, aut ad
aram, è quibus velut à perenni luminis fonte
& ingenij, lux porrigitur consilij, exploratúm-
que omnibus auxilium; interpellare verere-
mur intentas communi bono tuas curas, nisi,
ex quo te Diua Themis salutis publicæ dedi-
cauit, tibi te eripuisset; túque ipse, licèt iam pri-
dem perfunctus summis muneribus, tum in
Viennensi, tum in Lugdunensi foro, atque in
ciuili administratione, Magistratibus amplissi-
mis, & difficillimis ad Regem legationibus, si

ã 3 ætatis



ætatis tuæ partem vllam vacare sustineres, aut à dicendo iure, vel à colendis amicitiiis, aut à grauiorum studio literarum.

Hoc nunc non agimus, vt recolamus eos honores, laudésque, ob quas publica fama te iam inter viros insignes, & de Republ. bene meritos consecrauit: neque vt splendorem domus tuæ, ac perillustrium maiorum tuorum ceras, non tam ex hominum sermone recenti, quàm ex annalium vetustate, & Principum memoriâ proferamus; licèt eiusmodi sanguinis ornamenta, coniuncta cum tuis vel etiam priuati meritis eximia sint. Non dicemus summum apud Lugdunenses tuos recèns vrbani Magistratum obiisse virum clarissimum Dominum de Fezin consanguineum tuum, quod est magnæ felicitatis: hæc, aliâque per multa taciti prætermittimus, vnum in præsentia rogaturi, vt in tuo nomine lucem aspicere patiaris opus istud quod edimus, purpurâque illud tuâ digneris: quâ quidem non indignum esse, & authoris sapientissimi diuina mens, vtique Salomonis; atque interpretis doctissimi eximia eruditio persuadet, confirmâtque. Tu, vt speramus, more tuo, hoc est, fronte exporrectâ, hilarique librum hunc excipies: ipse vicissim non erit iniucundus, aut inutilis hospes bibliothecæ tuæ, quandoquidem eiusmodi thesauris & delectaris plurimum,

mum, & vteris. Constabit præterea nobis, si voluntatem nostram gratam habueris, non leue pretium operæ nostræ in hoc opere edendo, ac nouum pignus beneuolentiæ erga nos tuæ, cui iam multa debemus, & debere in dies plura non recusamus. VALE.

Tibi obsequentiſſimi serui

Jacobus, Andreas, & Matthæus Prost.

C E N S U R A.

T O M V M primum in Ecclesiastici Parcemias, felicem prolem R. P. Ioannis de Piña ex Societate I E S V insignis Theologi, Regij supremi Senatus iussu ad nos transmissum lubens vidimus, hausimus, exhaustimus. Sed quid? Tā enim legentis animum bibit, ebibit, vt semel manibus acceptus, non se labi sinat in exhaustus. De singulis iudicium ferimus. Stylo est non cothurnato, non demisso, sed leniter fluenti: ne ad sensa authoris properantem retardet, aut eruditulum minus Latinè dictis offendat Collectoris sententias exponit breuiter, facilè, dilucidè, ornatè: vt neque emendicata aliunde dicta infertiat, aut incomptas prætermittat. Ea quæ ad mores pertinent incredibilem authoris lectionem præferunt. Vix enim sunt vlla vel sanctorum Patrum, vel probabilium authorum scripta, quæ non legerit, perlegerit. Neque indices consulens vt seriem materialium seligat, qui multorum mos est: sed singulis dictis, & sententiis penitus insistens, dicentem expectorat. Dum scholasticum agit, ad Theologiæ censorios canones singula pendit: in quo à pluribus peccatum est, qui dum concionatorum personam induunt, nonnulla per excessum effutiunt. Ergo prodeat liber, prælo detur, felicis ingenij primus partus lucem videat, vtinam aliis viam sternat: daturus authori honorem, concionatoribus ad suggestum vim, & copiam fandi. Matrili 16. Martij 1628.

F. IOANNES BIAVO DE LAGUNA,
quondam Episcopus Vxentinus.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis I E S V in Prouincia Toletana.

E G O Franciscus Aguado, Prouincialis Societatis I E S V in Prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre nostro Mutio Viteleschi Generali Præposito, Facultatem concedo, vt Tomus primus Commentariorum in Ecclesiasticum, à Patre Ioanne de Piña nostræ Societatis compositus, & eiusdem virorum grauium, atque sapientum iudicio examinatus, typis mandetur; in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, ac nostri officij sigillo munitas, dedimus Villarejo, decima tertia Septembris, anno 1627.

FRANCISCVS AGVADO.

A P P R O B A T I O N E S.

D E mandato Domini D. Didaci Castejon & Fonseca, almæ Ecclesiæ Toletanæ Canonici dignissimi, & in eiusdem Archiepiscopatus Curia Vicarij Generalis: euolui Tomum primum Commentariorum in Ecclesiasticum, sapientissimi P. Ioannis de Piña, ex Societate I E S V. Et cum omnia attentè & cum animi voluptate perspexerim, nihil Orthodoxæ fidei, aut Christianis moribus dissonum reperi: imò potius doctrinam sanam, vario eruditionis ac pietatis splendore refertam; ex selectioribus sacræ Scripturæ sensibus depromptam, & sanctorum Patrum dictis mirificè ornatam eleganti stylo, ac singulari, huc vsque nondum (vt viderim) exarato. Quapropter opus egregium iudico, & cuique gratum fore ac iocundum; vt pote quod habeat vtile mixtum dulci, dignumque sit vt typis mandetur, & omnium teratur manibus, & extollatur linguis. Dat. Toleti quarto Idus Ianuar. anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo octauo.

D. ANTONIVS GARCIXIMENEZ.

Nos quoque infrà scripti Doctores Theologi in alma facultate Parisiensi, post grauium, doctissimorumque virorum, qui Reuerendi Patris de Piña, Madritensis, è Societate IESV Theologi, Commentariorum in Ecclesiasticum tomum primum, decem priora capita complectentem, viderunt & legerunt, approbationes, vidimus & legimus, vbi omnia sanæ & Catholicæ fidei consona, cum animaduertimus, dignum, qui ad reipublicæ commodum & vtilitatem in lucem prodeat, iudicauimus. Lugduni in Conuentu sancti Bonauenturæ; die decima tertia mensis Maij 1630.

FR. DESIDERIVS RICHARD Conuentus
S. Bonauenturæ Guardianus.

FR. BERNARDINVS MOLLIASSON
Præfati Conuentus Lector.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE, in sacra Theologia Magister, sanctæ Crucis Custos, & Vicarius generalis substitutus ex hac Diœcesi Lugdunensi; fidem facimus nos hæc *Commentaria in Ecclesiasticum à R. P. Ioanne de Piña Societatis IESV composita*, vidisse & euoluisse: omniâque in eis præclara & docta, atque fidei Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ, sanctorum Patrum sanæ doctrinæ & bonis moribus conformia inuenisse. Lugd. Non. Maiis 1630.

DE VILLE.

SVMMA PRIVILEGII Regis Christianissimi.

REGIS Christianissimi Priuilegio, dato Lugduni vigesima secunda Maij 1630. cautum est, ne quis in Prouinciis suæ ditioni subiectis, præter Iacobum, Andream & Matthæum Prost, Bibliopolas Lugdunenses, aut de illorum facultate, opus hoc, cui titulus est, *Ioannis de Piña, è Societate IESV, Commentariorum in Ecclesiasticum Tomus primus*, intra octennium, à die editionis primæ computandum, mandare typis queat, sub pœnis in eo contentis.

De mandato Regis

RENOVARD.



ETHOLOGIAM SYLLABVS.

EX CAPITE PRIMO.

ETHOL. I.	DEI gratia ad omnia necessaria.	pag. 11
2.	Studiosus virtutis difficultates subeat, necesse est.	15
3.	Pecuniarum amor ferè omnium hominum animos inuasit, difficilèque excutitur.	18
4.	Luxuria, commune vitium, & diram tyrannidem exercet.	22
5.	Inexplebilis ambitio: nec facilè quis dignissimos ad præfecturam eliget.	28
6.	Maxima Beatorum felicitas.	31
7.	Humana ferè omni lætitia vacua sunt, & hæc in vna virtute consistit.	40
8.	Damnatorum apud inferos cruciatus multi, varij, acerbj.	45
9.	Sacris concionibus adesse oportet attento animo, & dicta recolare.	62
10.	Laborum tolerantia virtutem parit.	72
11.	Quo maiorem quis de Deo adeptus est notitiam, eo minus se cognoscere fateatur.	77
12.	Deus liberaliter largitur hominibus.	80
13.	Qui peccat, humanam naturam exiit, ferinam induit.	83
14.	Varia, quas affert Dei timor, vtilitates, varijs nominibus significantur.	87
15.	Timor Dei lætitia homines perfundit.	90
16.	Timor Dei securum hominem reddit.	91
17.	Timor cum dilectione & spe vtilis.	92
18.	Timor Dei ad virtutes viam sternit, ad vitia occludit.	95
19.	Dei timor humanum timorem longè superat.	102
20.	Qui solo hominum timore à malo arceatur, ruinæ proximus est.	104
21.	Timoris Dei vtilitates recensentur.	107
22.	Timor Dei omnibus necessarius, præcipuè incipientibus, nec perfectis omnino abiiciendus.	109
23.	Charitas longè timori præferenda.	112
24.	Nimio timore percellij nocet.	115
25.	Pietas doctrinam parit, fouet, nutrit.	119
26.	Mites ad excipiendam eruditionem apti sunt.	128
27.	Hypocrita ficta sanctitas diu latere non potest.	131

EX CAPITE SECUNDO.

28.	Iis qui pietatem colunt, aduersa multa accidunt.	134
29.	Non excutiendi labores, sed patienter ferendi.	140
30.	Peculiarem prouidentiam exercet Deus erga iustos.	149
31.	Faciles aures Deus præbet precibus nostris.	153
32.	Quo quis grauius laboribus atteritur, eo magis Deum præsentem habet.	160
33.	Non segniter adeunda virtus.	164
34.	Ingens vis diuinæ misericordiæ asseritur.	170

EX CAPITE TERTIO.

35.	Filij mores paternos frequenter imitantur.	176
36.	Pietas erga parentes vtilis filiis.	183
37.	Filij parentibus obedientiam præstare debent.	187
38.	Parentum benedictio innumera bona filiis affert.	190
39.	Quot malis subiaceant filij, qui parentum iussa detrectant.	193
40.	Humilitatem colere magnam animi virtutem protendit.	196
41.	Carpuntur curiosius abdita inuestigantes.	203
42.	Qui curiosè arcana mysteria discutunt, multis periculis patent.	210
43.	Qui pœnitentiam differt, difficilem reddit.	215
44.	Qui periculis se vltro offert, malis obruitur.	219
45.	Qui semel peccat, facilè in multa alia peccata dilabitur.	223
46.	Eleemosyna largientem à malis eripit.	230

EX CAPITE QUARTO.

47.	Non discutiendus mendicus, sed omnipotenti danda eleemosyna.	327
48.	Et si	48. Et si

48. Etsi mendici morosi sint, non tamen durioribus verbis accipiendi.	241
49. Expilat pauperem qui arcet.	244
50. Prælati parere sapientissimorum hominum est.	250
51. Qui aliis præest multa sit sapientia insignis.	254
52. Laborum tolerantia innumeras penè utilitates affert.	254
53. Otium varia vitiorum genera comitantur.	262
54. Veritas fortis, & mendacium ægrè subsistit.	270
55. Peccata confiteri honorem non vulgarem adducit.	275
56. Multiplex utilitas ex pœnitentia capitur.	278
57. Qui ad populum orationem habet, crimina infectari non formidet.	382
58. Qui pro suggestu libera voce vitia carpit, magnam interim subit inuidiam.	286
59. Promissa implenda.	290
60. Paterfamilias facilem se domesticis exhibeat.	294

EX CAPITE QVINTO.

61. Rerum abundantia multum pietati officit.	298
62. Potentiores ne in tyrannidem deflectant subditos.	302
63. Peccandi consuetudo in multa peccata hominem mergit.	307
64. Ex Dei benignitate nemo ad peccandum licentiam arripiat.	312
65. Misericordia & iustitia æquales in Deo.	314
66. A via virtutis deflectere periculosum.	319
67. Mansuetum & facilem se præbere, quàm sit homini vtile.	325
68. Non temere sunt verba profundenda.	329
69. In detractores sæuitur.	335
70. Qui alienam famam carpit, seipsum lædit.	339

EX CAPITE SEXTO.

71. Quæ mala ex superbia orientur.	342
72. Iniquitas patienter tolerare aduersarium mollit.	347
73. Consilium ab aliis petendum.	351
74. Probandi, & seligendi amici.	357
75. Qualem quis in iuuentute se gerit, talis in senectute perseverat.	358

76. Pietatis studium nullam, aut partiam difficultatem continet.	362
77. Via virtutis accliuus, & aspera est impiis.	368
78. Non segniter obeunda virtus etiam ab iis qui profecerunt.	372
79. Studium pietatis consuetudine dulcescit.	378
80. Pietas multo honore digna.	381
81. Multa lætitia perfundit virtus cultores suos.	386
82. Senectus ad pietatem apta.	390
83. Piorum hominum confortia, & familiaritas utilis.	393

EX CAPITE SEPTIMO.

84. Qui crimen committit, sibi ipsi damnum infert.	397
85. Vnum peccatum mali nomen meretur.	401
86. Ingens supplicium peccata merentur.	404
87. Quot malis ambitio obnoxia sit.	407
88. Acceptio personarum à iudice aliena.	413
89. Prælatorum crimina grauissima.	417
90. Ad Deum preces fundere, quàm sit vtile.	422
91. Silentij laus.	426
92. Pressis verbis ad Deum preces fundenda.	431
93. Grauitèr Deus desæuit in impios.	434
94. Qui præest, commissio sibi gregi inuigilet, & consulat.	440
95. Cura parentum in educatione filiorum.	444
96. Cura parentum erga filias.	447
97. Multus honor deferendus his, qui sacris præsumt.	451
98. Mortis meditatio ad pietatem utilis.	456
99. Futurum iudicium mente voluere multum ad pietatem valet.	461
100. Meminisse pœnarum damnatorum pietatem alit.	465
101. Felicitatem beatorum mente versare ad pietatem informat.	468

EX CAPITE OCTAVO.

102. Amicitia tyrannis.	474
103. Senes liberiùs viuentes multum suo exemplo nocent.	480
104. Prælatorum iussa non discutienda.	484
105. Homicidium damnatur.	488

106. Quales viri ad consilium adhibendi. 493

EX CAPITE NONO.

107. Saltatrices damnantur. 496
108. Nemo se in pericula coniciat. 501
109. Temperantia erga esculentā, & poculenta Venerem extinguit. 506
110. Potentiorum amicitia periculosa. 511
111. Crebrò de Deo habere sermonem pietatem parit. 516

EX CAPITE DECIMO.

112. Subditi prælatorū mores imitātur. 522

113. Magnum nocumentum infert reipublicæ prælatus impius. 525

114. Princeps pius multas vtilitates reipublicæ affert. 528

115. Viri Deo sacri iniuriarum sint immemores. 531

116. Iniurias remittere iudicium est ingenitæ nobilitatis. 532

117. Auaritia & munerum acceptio in his qui præsunt, damnatur. 537

118. Humana vita eaduca. 541

119. Pungit auaros. 544

120. Peccatum mortem accersit. 548

121. Ira compefcitur. 555

122. Vir pius omnibus rebus præferendus. 590

123. Prælatus non modò spiritualia curet, sed ad vitam necessaria. 566



EÆDEM



EÆDEM ETHOLOGIÆ

Per locos communes.

A

ABVNDANTIA.

RERVVM abundantia multum pietati officit.
pag. 298. eth. 61

ACCEPTIO PERSONARVM.

Acceptio personarum à iudice aliena sit. 413.88

ACCEPTIO MVNERVM.

Auaritia & munerum acceptio in his qui præ-
sunt, damnatur. 537.117

AMBITIO.

Inexplebilis ambitio; nec facile quis dignissimos
ad præfecturam eligit. 28.5

Quot malis ambitio sit obnoxia. 407.87

AMICITIA POTENTIORVM.

Vide Potentiorum amicitia.

AMICVS.

Amici probandi, & seligendi. 357.74

AVARITIA.

Pecuniarum amor ferè omnium hominum animos
inuasit, difficileque excutitur. 18.3

Auaritia tyrannis. 474.102

Auaritia & munerum acceptio in his qui præsent,
damnatur. 537.117

AVARVS.

Pungitur. 544.119

B

BEATORVM FELICITAS.

Maxima beatorum felicitas. 31.6

Felicitatem beatorum mente versare ad pietatem
informat. 468.101

BENEDICTIO PARENTVM.

Vide Parentum benedictio.

C

CHARITAS.

Charitas timori longè preferenda. 112.23

CHOREÆ.

Vide Saltatio.

CONCIO.

Sacris concionibus attento animo adesse oportet,
& dicta recollere. 62.9

CONFESSIO.

Peccata confiteri honorem non vulgarem adducit.
275.55

CONSILIVM.

Consilium ab alijs petendum. 351.73

Ad consilium quales viri adhibendi. 493.106

CONSORTIVM.

Piorum hominum consortia, & familiaritas uti-
lis. 393.83

CRIMEN.

Qui crimen committit, sibi ipsi damnum infert.
397.84

CRUCIATVS DAMNATORVM.

Vide Damnatorum cruciatus.

CVRIOSITAS.

Carpuntur curiosius abdita inuestigantes. 203.
41

Qui curiosè arcana mysteria discutunt, multis
periculis patent. 210.42

D

DAMNATI.

Damnatorum apud inferos cruciatus multi, varij,
acerbi. 45.8

Meminisse pœnarum damnatorum, pietatem alit.
465.100

DEI GRATIA.

Vide Gratia diuina.

DEI LIBERALITAS.

Deus liberaliter largitur hominibus. 80.12

DEI TIMOR.

Vide Timor Dei.

ẽ 3

DEI

DEI PROVIDENTIA.
Peculiarem providentiam exercet Deus erga iustos. 149.30

DEI MISERICORDIA.
Vide Misericordia diuina.

DETRACTIO.
In detractores sauitur. 335.69

DILECTIO.
Timor cum dilectione & spe utilis. 92.17

E
ELEEMOSYNA.
Eleemosyna largientem à malis eripit. 230.46
Non discutiendus mendicus, sed omni petenti danda eleemosyna. 237.47

F
FACILITAS.
Vide Mansuetudo.

FAMA.
Qui alienam famam carpit, seipsum laedit. 339.70

FAMILIARITAS.
Piorum hominum consortia, & familiaritas utilis. 393.83

FELICITAS BEATORVM.
Vide Beatorum felicitas.

G
GRATIA DIVINA.
Dei gratia ad omnia necessaria. 11.1

H
HOMICIDIVM.
Homicidium damnatur. 488.105

HVMILITAS.
Humilitatem colere magnam animi virtutem protendit. 200.40

HYPOCRITA.
Hypocrite ficta sanctitas diu latere non potest. 131.27

I
IMPIVS.
Graviter Deus deservit in impios. 434.93

INIURIÆ.
Iniurias patienter tolerare aduersarium mollit. 347.72

Iniurias remittere indicium est ingenite nobilitatis. 532.116

IRA.
Ira compefcitur. 555.121

IVDICIVM EXTREMVM.
Futurum iudicium mente voluere multum ad pietatem valet. 461.99

IVSTITIA.
Misericordia & iustitia aequales in Deo. 314.65

IUVVENTVS.
Qualem quis in iuuentute se gerit, talis in senectute perseverat. 358.75

L
LABOR.

Laborum tolerantia virtutem parit. 72.10
Non excutiendi labores, sed patienter ferendi. 140.29
Quo quis grauius laboribus atteritur, eo magis Deum presentem habet. 160.32
Laborum tolerantia innumeras penè utilitates affert. 254.52

LÆTITIA.
Humana ferè omni lætitia vacua sunt, & hac in una virtute consistit. 40.7

LIBERI.
Filij mores paternos frequenter imitantur. 176.35
Quot malis subiaceant filij, qui parentum iussa detrectant. 193.39

LVXVRIA.
Luxuria commune vitium, & diram tyrannidem exercet. 22.4

M
MANSVETVDO.
Mansuetum & facilem se præbere, quàm sit homini utile. 325.67

MENDACIVM.
Veritas fortis, & mendacium agrè subsistit. 270.54

MENDICVS.
Non discutiendus mendicus, sed omni petenti danda eleemosyna. 237.47
Etsi mendici morosi sint, non tamen durioribus verbis accipiendi. 241.48
Vide Pauper.

MISERICORDIA DIVINA.
Ingens vis diuina misericordiae afferitur. 170.34
Misericordia & iustitia aequales in Deo. 314.65

MITES.

MITES.

Mites ad excipiendam eruditionem apti sunt.
128.26

MORS.

Mortis meditatio ad pietatem utilis. 456.98

N

NOTITIA RERVM.

Quo maiorem quis de Deo adeptus est notitiam, eo minus se cognoscere fateatur. 77.11

O

OBEDIENTIA LIBERORVM.

Pietas erga parentes utilis filijs. 183.36
Filii parentibus obedientiam præstare debent.
187.37

ORATVRVS AD POPVLVM.

Qui ad populum orationem habet, crimina insectari non formidet. 282.57
Qui pro suggestu libera voce vitia carpit, magnam interim subit inuidiam. 286.58

OTIVM.

Otium varia vitiorum genera comitantur. 262.
53

P

PARENTVM BENEDICTIO.

Parentum benedictio innumera bona filijs affert.
190.38

PARENTVM CVRA.

Cura parentum in educatione filiorum. 444.95
Cura parentum erga filios. 447.96

PARENTVM EXEMPLA.

Filij mores paternos frequenter imitantur. 176.
35

PATERFAMILIAS.

Paterfamilias facilem se domesticis exhibeat.
294.60

PAVPER.

Expilat pauperem qui arcet. 244.49

PECCATOR.

Qui peccat, humanam naturam exuit, ferinam induit. 83.13

PECCATVM.

Peccandi consuetudo in multa peccata hominem mergit. 307.63
Ex Dei benignitate nemo ad peccandum licentiam arripiat. 312.64
Vnum peccatum mali nomen meretur. 401.85

Ingens supplicium peccata merentur. 404.86
Peccatum mortem accersit. 548.120

PERICVLA.

Qui periculis se vltro offert, malis obruitur. 219.
44
Nemo se in pericula conijciat. 501.108

PIETAS.

Pietas doctrinam parit, fouet, nutrit. 119.45
Pietas multo honore digna. 381.80

PIETAS ERGA PARENTES.

Pietas erga parentes utilis filijs. 183.36

PIETATIS CVLTVS,
& studium.

Is qui pietatem colunt, aduersa multa accidunt.
134.28
Pietatis studium nullam, aut paruam difficultatem continet. 362.76
Studium pietatis consuetudine dulcescit. 378.79

POENA DAMNATORVM.

Damnatorum apud inferos cruciatus multi, varij, acerbi. 45.8
Meminisse pœnarum damnatorum pietatem alit.
465.100

POENITENTIA.

Qui pœnitentiam differt, difficile reddit. 215.43
Multiplex utilitas ex pœnitentia capitur. 278.
56

POTENTIORVM AMICITIA.

Potentiorum amicitia periculosa. 511.110

PRÆLATVS.

Prælati parere sapientissimorum hominum est.
250.50
Qui aliis præest multa sit sapientia insignis. 254.
51
Prælatorum crimina grauissima. 417.89
Qui præest, commisso sibi gregi inuigilet, & consulat. 440.94
Multus honor deferendus his, qui sacris præsunt.
451.99
Prælatorum iussa non discutienda. 484.104
Magnum nocumentum infert reipublicæ prælatus impius. 525.113
Prælatus non modo spiritualia curet, sed ad vitam necessaria. 566.123

PRECES.

Faciles aures Deus præbet precibus nostris. 153.
31
Ad Deum preces fundere quàm sit vtile. 422.90
Præstis verbis ad Deum preces fundenda. 431.
92

PRIN

PRINCEPS.

Princeps pius multas utilitates reipublicæ affert.
528.114

PROMISSA.

Promissa implenda. 290.59

PROVIDENTIA DEI.

Vide Dei prouidentia.

R

RES HVMANÆ.

Humana ferè omni lætitia vacua sunt, & hæc in una virtute consistit. 40.7

S

SALTATIO.

Saltatrices damnantur. 496.107

SENECTVS, SENEX.

Senes liberius viuentes multum suo exemplo nocent. 480.103

Qualem quis in iuuentute se gerit, talis in senectute perseuerat. 358.75

SILENTIVM.

Silentij laus. 426.91

SPES.

Timor cum dilectione & spe utilis. 92.17

SVBDITVS.

Subditi prelatorum mores imitantur. 522.112

SVPERBIA.

Quæ mala ex superbia oriuntur. 342.71

T

TEMERITAS.

Non temerè sunt verba profundenda. 329.68

TEMPERANTIA.

Temperantia erga esculenta, & poculenta Venere rem extinguit. 506.109

TIMOR DEI.

Varia, quas affert Dei timor, utilitates, varijs nominibus significantur. 87.14. & 107.21

Timor Dei lætitia homines perfundit. 90.15

Securum hominem reddit. 91.16

Cum dilectione & spe utilis. 92.17

Ad virtutes viam sternit: ad vitia ocludit. 95.18

Humanum timorem longè superat. 102.19

Omnibus necessarius, præcipuè incipientibus, nec perfectis omnino abijciendus. 109.22

TIMOR HVMANVS.

Dei timor humanum timorem longè superat. 102.19

Qui solo hominum timore à malo arcetur, ruine proximus est. 104.20

Nimio timore percelli nocet. 115.24

TYRANNIS.

Potentiores ne in tyrannidem deflectant erga subditos. 302.62

V

VERITAS.

Veritas fortis, & mendaciū agrè subsistit. 270.54

VIA VIRTVTIS.

Vide Virtutis via.

VIR PIVS, ET SANCTVS.

Viri Deo sacri iniuriarum sint immemores. 531.115

Vir pius omnibus rebus præferendus. 560.122

VIRTVS.

Virtutis studiosus difficultates subeat necesse est. 15.2

Non segniter adeunda virtus. 164.33. & 372.

Multa lætitia perfundit virtus cultores suos. 386.81

VIRTVTIS VIA.

A via virtutis deflectere periculosum. 319.66

Via virtutis accliuis, & aspera est impijs. 368.77

VITA HVMANA.

Humana vita caduca. 541.118



INDEX

Eorum, quæ ad Conciones conficiendas deseruire possunt.

*C. Caput Ecclesiastici, V. versus in eodem Capite, N. numerum eiusdem
versus, E. Ethologiam, N. numerum in eadem
Ethologia designant.*

Dominica I. Aduentus.

Luca 21.



AD hanc concionem deseruit E. 8
in qua agitur de damnatorum pœnis.
Quàm sit vtilis Dei timor, de qua
agitur E. 14. vsque ad 24
Quantum supplicium peccata me-
reantur, de quo agitur E. 68
Futuri iudicij meditatio multum ad pietatem
valet, de quo agitur E. 99
Meminisse pœnarum damnatorum ad pietatem
ducit. E. 100

Erunt signa in Sole, & Luna. Misericordia viget nunc,
iustitia in extremo iudicio. E. 43. n. 3

Erunt signa in Sole, & Luna; scilicet in illis, per quos
Deus nobis benefecit; quia diuina iustitia ex mi-
sericordia pensanda est. E. 65. n. 3. 4. & 17

Erunt signa in Sole, & Luna; qui in
mundo principantur. Principes viri vix ad pœ-
nitentiam excitantur: tanta erit extremi iudicij
pressura, vt etiã Principes viri doleant. E. 100. n. 4
Quo quis altiozem locum obtinet, eò grauiori-
bus vrgetur procellis. E. 110. n. 5

Perituri mundi signa sunt Principes. E. 110. n. 7
Suprema dignitas futuri iudicij viaticũ. E. 110. n. 8
Facile commouentur Principes viri. E. 110. n. 10
Proximiores morti. E. 110. n. 14

Instar arundinum cõmouentur. E. 110. n. 16. & 18
Erunt signa in Sole, & Luna. Etiã cœlestia patiuntur,
quia graue Deo punire, iucundum misereri. E. 34.
n. 4. 19. & 20

Misericordia nomen Deo facit, non iustitia.
E. 34. n. 6

Pater dicitur misericordix, non iustitię. E. 34. n. 7
Misericordia de intus, iustitia de foris Deo ad-
uenit. 34. n. 10. & 14

Misericordia requies Dei, non iustitia. E. 34. n. 16
Deus laudem captat non à iustitia, sed à miseri-
cordia. E. 34. n. 31

Erunt signa. Ideo annus Ecclesiasticus à memoria iu-
dicij initium capit, quia hæc multum ad pieta-
tem valet. E. 99. n. 1

De hoc concionatores sapius orationem ha-
beant ad populum. E. 99. n. 15. & 18

Et in terris pressura gentium. Homines terreni com-
mouentur ad nuncium mortis. c. 5. v. i. n. 7

Subitò moriuntur, quia mortem non sunt me-

ditati. E. 98. n. 9. 10. & 11
Et in terris pressura gentiũ. Homines terreni memoria
iudicij terrètur, iusti exultant. E. 99. n. 2. 3. 4. 6. & 8
Malam diem iudicij bonam facit qui eius memi-
nit. E. 99. n. 9

Memoria iudicij, à iudicij pressura eripit. E. 99.
n. 13

Memoria iudicij cœlum opplet. E. 99. n. 7
Arescentibus hominibus præ timore. Id est, illi qui ho-
mines sunt, non tam natura, quàm vitio. Semper
præsumit sæua mala conscientia; remorsus con-
scientiæ dirum tormentum. E. 8. n. 61. & 62

Respicite. Memoria iudicij virtutem acuit. E. 99. n. 1.
10. & 19

Qui iudicij memoriam tenet, securus, & erecto
collo iudicium expectat. E. 99. n. 3

Respicite. Qui huius memoria non tenetur, non vi-
debit iudicium cum venerit. E. 99. n. 2

Et lenate capita vestra. Qui peccato non curuastis.
Iustus liber, peccator seruus. E. 122. n. 18. & 19

Scitis quia prope est aestas. Regnum cœlorum cū æsta-
te componitur ad labores. Labores Deum præ-
sentiozem faciunt. E. 32. per totam.

Dominica II. Aduentus.

Matth. 11.

C*Um audisset Ioannes in vinculis.* Labores nobis
Deum præsentem faciunt. E. 32. n. 1

Ingruere sinit Deus labores vt medeat. E. 32. n. 2
Inclusus in carcere mittit, quia Deus certius à
laborantibus inuenitur. E. 32. n. 3. 4. 5. 6. & 9

Cum esset Ioannes in vinculis. Saltandi ars Baptistam
perdidit. Saltandi ars damnatur. E. 107. n. 1

Fœminas probas dedecet saltare. E. 107. n. 2
In Deorum orgiis saltabant Ethnici. E. 107. n. 3.
& reliquis.

Cum esset Ioannes in vinculis, mittens, &c. Conciona-
tores terrores contemnunt, dum munus suum
expleant. E. 58. n. 6. 7. 8. 9. 10. & 11

Mittens duos ex discipulis. Etiam inclusus in carcere
subditis inuigilat, & omnia lustrat. Prælati sub-
ditis inuigilent. E. 94. n. 2. 5. 7. 8. 13. 14. 16. & 17.
E. 62. n. 13

Prælatus per se omnia lustret. E. 94. n. 1. & 6
Dedecet Prælatum quidquam ignorare. E. 51. n. 4
Ideo caput dicitur, quia omnes sensus habere
debet. E. 51. n. 8

Ad vsum Concionatorum.

Tu es, qui venturus es? Assentari dedecet concionatorem. E. 57. n. 7
An alium expectamus? Spes, & timor duæ animæ pennæ. E. 14. n. 15
Euntes renunciate Ioanni. Deus sponte benefacit, coactus punit. E. 34. n. 4. & 10
Cæci vident, &c. Deus omnes sanat languores. E. 12. per totam.
Hominum miseria Dei oculos rapit. E. 12. n. 1
Iure patrio ad dandū tenetur; ideo beneficetiam quasi eius aduentus signū protēdit. E. 12. n. 4. & 8
Hoc argumento diuinitatem probat. E. 12. n. 10. & E. 34. n. 10
Misericordia Deo nomen facit. E. 34. n. 7
Cæci vident, claudi ambulant. Non est videre quod bonum est, nisi & in illud pedibus eas.
Vide verbum *Prælati*, verbum *Prædicator*.
Pauperes euangelizantur. Pauperes ad virtutem apti magis. E. 3. n. 6. 12. & 16. & E. 61. n. 6. 9. 11. 12. 13. & reliquis.
Cæpit Iesus dicere de Ioanne. Laudat Christus Ioannem inclusum in carcere, quia labor parit refrigerium. E. 32. n. 8. 11. 12. & 13
Cæpit Iesus dicere de Ioāne. Passurus Ioānes laudatur, quia dum grauius virgemur, Deum præsentiosem habemus. E. 3. n. 14. & 15. & c. 2. v. 3. n. 5. & 7
Arundinem vento agitatam. Principum virorum cum arundine collatio. E. 112. n. 16
Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Principum aula vitanda. E. 110. n. 1. 11. 13. 18. & 22
Maximè viros religiosos dedecet aulas Principum frequentare. E. 110. n. 3
Christus in eorum domibus non inuenitur. E. 110. n. 20. & 21
In domibus Regum sunt. Locus sublimis ruinae proximus. E. 87. n. 1. 2. 4. & 5

Dominica III. Aduentus.

Ioannis 1.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & leuitas. Scire volunt non vt opere compleant quæ nouerint. Sapientia non in speculatione sistat, sed ad praxim transeat. c. 1. v. 17. c. 1. v. 20. n. 5. E. 75. n. 16
Miserunt Sacerdotes. Quæ ad pietatem pertinent, non vicariis committenda. E. 94. n. 1. per totam.
Vt interrogarent. Quærent Principem, qui eis morem gerat. Prælati desæuiat in crimina. E. 57. per totam.
Tu quis es? Vir iustus tam Deo similis, vt eum potius quàm seipsum referat. E. 122. n. 4. 5. 7. & 9
Quodammodo diuina gloria magis in iustis viris, quàm in Deo resplendet. E. 122. n. 14. & 15
Tu quis es? Opera potius quàm verba consulenda. E. 27. per totam.
Tu quis es? Mors vitam prodit. E. 118. n. 17
Tu quis es? Iusti noti, peccatores sine nomine. E. 122. n. 10
Tu quis es? Non facillè credendum. E. 59. per totam.
Tu quis es? Contraria carni, & sanguini suadenti difficillè fides habetur. E. 109. per totam.
Et confessus est, & non negauit. Confitetur, nec negat, & sæpius eadem repetit. Standum est in virtute, nec fluctuandum. Vna perseverantia laude digna. E. 66. n. 1
Quæ Deus scribit perpetua sunt. E. 63. n. 3
Virtus instar palmæ, in summo vertice fractus erit. E. 66. n. 5. & reliquis.

Confessus est, & non negauit. Repetitio illa indicat longè fugiendum à periculis. Periculis se obicientes corruent. E. 43. n. 1
Præcipuè imperfecti. E. 44. n. 2
Qui in periculis non cadit, supra homines est. E. 44. n. 3
Longiùs recedendum. E. 44. n. 6. & reliquis.
Confessus est, & non negauit. Humilitas firmū hominē facit, superbia præcipitat. E. 40. n. 1. 10. 26. 30. & 31
Qui a non sum ego Christus. Humilis id habet, quod se habere negat. E. 40. n. 15
Quid ergo, Elias es tu? Inuidia laudat absentes, vel vita functos, vt præsentis deprimat. E. 69. n. 6. & 8
Non sum. Quo quis sanctior, eo humilior, & id, quod habet, se habere non putat. E. 40. n. 1. & reliquis.
Propheta es tu? Qui de alienis factis solliciti sunt, de se non curant. E. 69. n. 13. & 17. E. 70. n. 1. 4. 6. & 7.
Propheta es tu? Non. Nobilitas in virtute sita est. E. 80. per totam.
Non. Aditus omnino ocludendus præfectoris, & dignitatibus. Quantum periculum sit in præstandis dignitatibus, vel in admittendo oblatas. E. 87. n. 1. & reliquis.
Quis es? vt responsum demus his, qui miserunt nos. Non facile adhibenda fides. E. 59. per totam.
Ego vox clamantis in deserto. Non se appellauit vocem clamantem, sed vocem clamantis, vt quidquid ipse diceret, vel faceret, ad Deum referret. E. 1. per totam. E. 9. n. 8. 15. & 22
Ego vox clamantis in deserto. Non loquitur, sed clamat, & in deserto clamat, quia magna vi ad eunda virtus. E. 33. per totam.
Ego vox clamantis in deserto. In deserto non demulcens, sed stridens. Concionator duriùs agat cum peccatoribus. E. 57. per totam.
In deserto. Vbi liberè vox vagatur. Concionator liberè mores perdiros carpat. E. 57. per totam.
Quid ergo baptizatus? Quàm facile mutatur humanarū rerū Catastrophe, & scena, præcipuè apud Principes viros. E. 110. n. 12. & 16. E. 118. per totam.
Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Qui que nouerunt operari, detrectant, tenent, & ignorant. Sapientia non se in speculatione contineat, sed ad praxim transeat. E. 25. per totam.
Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Occultanda gloria. E. 40. n. 22. & sequentibus.
Cuius non sum dignus vt solam corrigiam calceamenti eius. Quantum se deprimit humilitas attollitur. E. 40. per totam.

Dominica IV. Aduentus.

Luca 3.

Anno quintodecimo. Principes adorari expetunt; atque ex eis tempora pensari. E. 62. n. 5
Reges impij regnauerunt apud Iudæos, vnde eorum memoriam Deus deleuit. E. 62. n. 12
Principes memorat, quia eorum actibus præcipuè Deus inuigilat. E. 62. n. 16
Ideo eos meminit, quia ex Principum vita subditorum pender vel ruina, vel gloria. E. 62. n. 18.
Dignitas indignis collata multum nocet. E. 87. per totam.
Alios secum in ruinam trahunt. E. 89. n. 12. & seqq. & E. 112. per totam. & E. 114. per totam.
Anno quintodecimo imperij Tiberij Cesaris. Parua provincia in plures Principes partita erat: nimius amor erga temporalia regnum, & charitatem scindit. E. 3. n. 5. 13. & 17. E. 102. n. 1. & 8

Ad vsum Concionatorum.

Anno quintodecimo, &c. factum est verbum Domini, &c. Dum Tyranni dominantur, in rebus scilicet desperatis, Deus præsto est. E. 52. n. 5
Vtilius tribulationem pati, quam prosperè agere. E. 52. per totam.

Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caïpha. Qui sacerdotum prænsarunt, vel pecuniis emerunt, ambitionis malum. E. 82. per totam. & E. 5. per totam. & E. 94. n. 14

Sanctiores ad præfecturas eligedi. E. 87. per totam. Prælatorum peccata vix curari possunt. E. 89. n. 11

Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caïpha. Sacerdotum peccata grauiissima. E. 89. per totam.

Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caïpha. Pessimorum Sacerdotum meminit, quia Ecclesiastici viri, etiam si pessimi moribus, non sunt contemnendi. E. 97. n. 10. & seqq. & E. 104. per totam.

Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caïpha. Sacerdotes, & Doctores, etiam improbi moribus consulendi. E. 97. n. 18. & 21

Factum est verbum Domini super Ioannem. Verbum Dei fieri dicitur, non dici, quia verba Dei opere sunt cõpleta. E. 9. n. 18. & 28. 33. & sequentibus.

Zacharia filium in deserto. Qui pericula fugiunt, verbum Dei inueniunt. E. 44. per totam.

Zacharia filium in deserto. Hominum malorum confortia verbum Dei fugant, & multum nocent. E. 44. n. 1. 7. & 8. & E. 83. per totam.

Zacharia filium in deserto. Viris Ecclesiasticis, & religiosi domus paterna, & amor erga consanguineos multum nocet. c. 6. v. 1. n. 3. & E. 60. n. 1

Zacharia filium in deserto. Ioannes verbum Dei in deserto, in Principum aulis necem inuenit: Ecclesiasticis viris, & religiosi Principum aula multum nocet. E. 110. per totam.

Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans. Scilicet post diuturnum silentium. Silentium loqui docet. E. 68. n. 5. & sequentibus. E. 91. n. 3. 11. & 15

Baptisimum penitentia. Tanquam Baptismum sumendam penitentiam statim initio. Non differenda penitentia. E. 43. n. 2. & sequentibus.

Prædicans Baptisimum penitentia. Ob penitentiam Deus peccata dissimulat. Reliqua virtutes demonem fugant, penitentia delet. E. 56. n. 1
Vocem demoni eripit. E. 56. n. 5
Peccata delet. E. 56. n. 6

Vide integram Ethologiam 56
Omnis vallis implebitur. Peccatum difficilius, quam virtus. E. 56. n. 6. & 13. & E. 7. n. 20. & 26. & E. 84. per totam.

Omnis vallis implebitur. Humilitas facilem reddit viam virtutis. E. 4. n. 4. & seqq. & E. 40. per totam.

In Natiuitate Domini.

Lucæ 2.

Christus Dominus salutem allaturus homini per seipsum venit, neque rem vicariis commisit. Prælati per seipfos subditis consulant. E. 95. n. 1. & per totam.

Apparet Christus, vt dignitas humanæ naturæ appareat, & reformetur imago Dei, quam peccatum fœdauerat. E. 6. n. 3. & 4

Peccatū totum hominem acidū reddit. E. 45. n. 2

Multis malis hominem inserit. E. 45. per totam.

Exijt edictum à Cesare Augusto. Nostræ salutis negotium peragit Deus obseruatis legibus, vt firmitatem contractus ostendat. Non perfunctoriè agit Deus erga homines. E. 12. per totam.

Impleti sunt dies, vt pareret. Misericordia humana, Dei oculos rapit, & eum ad se trahit. E. 12. n. 1

Reclinavit eum in præsepio. Scilicet loco proprio bestiarum, scilicet peccator hominem exiit, & ferinam naturam induit. E. 13. per totam. & v. 1. n. 4

Ecce euangeliſo vobis gaudium magnum. Virtus gaudium, peccatum dolorem ingenerat. E. 6. n. 21. & 25. & E. 7. per totam.

Quod erit omni populo. Non vni, aut alteri, venit Christus, vt nos doceat non accipere personas. E. 88. n. 2. & sequentibus.

Inuenietis infantem pannis inuolutum. Humanam paupertatem induit Deus, vt diuinas diuitias nobis donaret. E. 40. n. 17. & sequentibus.

Positum in præsepio. Temporalia spiritualibus nocent. E. 7. per totam.

Multitudo militia celestis. Angeli militia dicuntur, quia hominibus, præcipue perfectioribus, inuigilant. E. 3. n. 21

Gloria in excelsis Deo. Lætatur Deus de hominum bono. E. 12. n. 1

Gloria in excelsis Deo. Dei gloriam Angeli in medium adducunt, dum Deus humilis iacet in præsepio, quia tanto misericordia homines superat, quanto maiestate. E. 2. v. 21. n. 3. E. 34. n. 9

Miserendo requiescit Deus. 34. n. 16

Et in terra pax hominibus. In ipsa terra, vbi homo bellū seminavit, pacē inuenit, quia in ipsis malis remedium malorum Deus inserit. E. 34. n. 28

Et venerunt festinantes. Non segniter adeunda virtus. E. 78. per totam.

In Circumcisione Domini.

Lucæ 2.

Postquam consummati sunt dies octo. Parentes sine mora bono filiorum consulant. E. 35. n. 13. & 15. & E. 95. n. 8. & deinceps.

Ut circumcideretur puer. Circumcisio, id est, labores perpeti ianna ad virtutem. E. 4. n. 8. E. 28. n. 3

Vocatum est nomen eius Iesus. Misericordia Deo nomen fecit. E. 34. n. 6

Impositum est nomen Iesus. Nobilitas in virtute sita ideo dicitur Iesus, quia saluum facit populum suum. E. 80. per totam.

Vocatum est nomen eius Iesus. Tolerantia laborum hominem celebrem facit, ideo tantum nomen accepit, dum sanguinem emittit. E. 32. n. 13. & E. 6. n. 25. E. 10. n. 1

Vocatum est nomen eius Iesus. Nomina rebus respondeant, & factis. E. 80. per totam.

Et vocatum est nomen eius Iesus. Nomen eius oleum effusum dicitur, quia se totum in hominum bonum effudit. E. 12. n. 10. & 11. E. 34. n. 6

In Epiphania Domini.

Matth. 2.

Ecce Magi. Sapientes in primis trahit, quia natura sapiens sapientes docet. c. 1. v. 8. n. 1

Insuper quo quis ad Deum propius accedit, eo magis demittit fastum, qui ex sapientia, vel regia dignitate venit, ideo nec Reges dicuntur. E. 11. per totam.

Ecce Magi. Illud ecce, admiratis est. Mirum Principes viros Deum adorare. E. 110. per totam.

Ecce Magi. Reges in primis trahit Deus, quia facile eos reliquū vulgus imitatur. E. 89. n. 12. & deinceps.

Ad vsum Concionatorum.

Ecce Magi. Sapientes, & Reges, quia Prælatus Sapientia reliquos excellere debet. E. 51. n. 9. & deinceps.

Ecce Magi. Non dicuntur Reges, quia Prælati lucem debent afferre dignitati, non ex illa emendicare. E. 114. n. 11

Ecce Magi. Sapientes dicuntur dum ad Deum trahuntur, non Reges, quia sapientia ad Deum trahit, præfectura quandoque auertit. E. 25. per totam.

Ecce Magi ab Oriente venerunt. Paruulus Christus mansuetudine ad se mundum traxit; mansuetudo trahit, feritas deterret. E. 67. n. 2. 5. & 6. & E. 62. n. 2

Vbi est qui natus est Rex Iudeorum. Publicè Deum quæritant, vt nos doceant sine pudore publicè virtutem profiteri. E. 81. per totam.

Vbi est qui natus est Rex Iudeorum. Multa cura quærenda virtus. E. 78. per totam.

Vidimus stellam eius in Oriente. De stellis doctrina eos ad Christum perduxit; etiam de secularibus rebus doctrina utilis. E. 51. n. 6. c. 4. v. 29. n. 2. E. 5. n. 15

Vidimus, &c. & venimus. Obedientia necessaria etiam sapientibus. E. 50. per totam.

Etiam his qui imperant. E. 50. n. 16

Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus. Deum vocantem sine mora sequamur. E. 9. n. 18. & 29. 38. 42. & deinceps.

Et venimus. Extra patriam, & domum Deus quærendus à viris religiosiis. E. 60. n. 1

Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Prælatorum malum integram rempublicam secum in perniciem trahit. E. 62. n. 18. E. 89. n. 12. E. 112. per totam.

Turbatus est Herodes. Principum peccata manifesta. E. 69. n. 2. 3. & 4

Turbatus est. Remorsus conscientia multum cruciat. E. 8. n. 60. 61. & 62

Turbatus est Herodes. Principes viri facillè commouentur. E. 110. n. 10

Turbatus est Herodes. Ambitio excæcat. E. 87. per totam.

Turbatus est Herodes. Superbia semper trepidat. E. 40. n. 10. & 11

Sciscitabatur ab eis Dubiorum solutio à Prælatis requirenda, & ab illis doctis. E. 51. per totam.

At illi dixerunt. Nec tamen puerum quæsierunt. Miseri qui verbis Deum ostendunt, gressibus non sequuntur. c. 4. v. 23. n. 3. c. 5. v. 16. n. 5

In Bethleem Iudæ. Magna vis veritatis, quæ vel nolentes cogit profiteri. E. 54. per totam.

In Bethleem Iudæ. Concionatores Principibus ne assententur, sed veritatem nudam promant. E. 57. per totam.

Et cum inueneritis renunciate mihi. Veritatem Principes exosam habent. E. 110. n. 2. 20. & 21

Videntes autem stellam gauisi sunt, &c. Virtus gaudiū, peccatum tristitiam generat. E. 7. per totam.

Et intrantes domum inuenerunt. Facilis Deus occurrit quærentibus. E. 31. per totam.

Et procidentes adorauerunt eum. Ideo Reges quandoque ad tyrannidem deuoluuntur, quia Deum non adorant.

Obtulerunt munera. Non vacuis manibus Deus adæcundus. E. 9. n. 33. & deinceps.

Obtulerunt ei munera. Eleemolyna primum vitæ spiritualis tyrocinium. E. 64. n. 7. & 8

Obrulerunt. Bono nostro Deus eget; vt eius inopia

ditemur. E. 46. per totam.

Aurum, thus, & myrrham. Aurum primo loco nominatur, quia amoris symbolum, à quo reliqua valorem mutuuntur. E. 13. per totam.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Præteritorum penitentia initium est vitæ spiritualis. E. 33. per totam. & E. 55. per totam.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Peccata semel remissa repetere graue asciscit supplicium. E. 65. n. 12

Dominica in Septuagesima.

Matth. 20.

Simile est regnum colorum homini patrifamilias. Qui Imperatoris, & Ducis personam prius gerebat Deus, nunc paterfamilias appellari mauult. Comitatus, & mansuetudo Deum, & Prælatum commendant. E. 12. n. 8. & 10. & E. 34. n. 6. 19. & deinceps.

Paterfamilias. Deum tanquam Patrem habeamus. Amore nos vult duci Deus. E. 23. n. 6. & deinceps.

Paterfamilias. Varias personas assumit Deus, vt nobis consulat. E. 12. n. 14

Paterfamilias. Multa cura educandi filij. E. 32. n. 2. & deinceps. & E. 95. per totam.

Paterfamilias. Ad patrem spectat bono exemplo filios alere. E. 35. per totam.

Paterfamilias, qui exit. Prælatus suo exemplo alios prouocet. E. 112. per totam.

Primo manè. Sicut Paterfamilias sollicitatur amore filiorum, nec somnum capit. Plures homines voluit esse Deus, vt plures essent, quibus beneficeret. E. 34. n. 17

Primo manè. A prima ætate colenda virtus. Iuuentuti senectus respondet. E. 57. per totam.

Non multum crescit virtus, si à iuuentute non colatur. E. 65. n. 9

Virtus in iuuenibus sana, in senibus ægrota est. E. 65. n. 11

Si à prima ætate colatur facilis. E. 75. n. 11

Qui serò stadium virtutis ingreditur, contra leges certaminis dimicat. E. 75. n. 15

Primo manè. Deus quærit occasionem dandi. E. 12. n. 12

Seipso sollicitatur ad dandum. E. 34. n. 11

Exit primo manè. Prælati per se inuigilent, neque vicariis rem committant. E. 94. n. 11

Primo manè. Deus suo nos fauore præuenit. E. 1. per totam.

Primo manè. Multa cura agit Deus erga homines, præcipuè pios. E. 30. per totam.

Conducere operarios. Breuis labor, non itè præmium, facilis via virtutis. E. 79. n. 4. & deinceps.

Operarios. Non hoc otij tempus. E. 33. per totam.

Operarios. Non sat est credere, oportet operari. E. 9. n. 33. & deinceps.

In vineam suam. Quia vinea affiduo cultu eget. Cæciora quæ laboribus constant. E. 77. n. 20

In vineam suam. Prius Deus tanquam miles bona mobilia habebat, iam radices agit. Deus arma deposuit. E. 34. n. 18. & 30

In vineam suam. Ex qua vinum, qui latificat, defluit, virtus gaudium ingenerat. E. 81. per totam.

In vineam suam. Opus proprium Dei misereri. E. 6. n. 7. 10. & deinceps.

Conuentione autem facta. Beatitudo, & virtus laboribus venditur. E. 10. n. 14. E. 28. n. 11. E. 29. n. 16. E. 77. n. 20. E. 6. n. 25. & deinceps.

Ad vsum Concionatorum.

Ex denario. Denarium beatitudo ultra condignum.

E. 6. n. 26

Denarium. ob diuersitatem gloriæ, quæ datur beatis, iuxta diuersitatem meritum. E. 6. n. 41. & 42

Ex denario diurno. Beatitudo denarium dicitur, cuius amore, & memoria homo ad laborem accenditur. E. 110. n. 1. & deinceps.

Insuper dicitur denarium, quia omnem dulcedinem continet. E. 6. per totam.

Misit eos in vineam suam. Virtus per se expetenda, etiam sine præmio. De se satis dulcis. E. 7. per totam.

Circa undecimam verò. Qui senex virtutem colere incipit, difficilem experietur. E. 75. n. 9. & deinceps.

Senectus ad virtutem apta. E. 82. n. 1. & deinceps. Senex impius maledictionibus impetitur. E. 103. n. 2. & deinceps.

Ingens malum senex impius, vel impudicus. E. 103. per totam.

Circa undecimam verò. Qui pœnitere tardat, sublatum sibi tempus dolebit. E. 43. n. 2. 3. & 4

Eius vitam Deus contrahit, qui longam sibi restare ad pœnitentiam fingit. E. 43. n. 8. & 10

Difficilem reddit pœnitentiam qui differt. E. 43. n. 17. & 20

Circa undecimam. Nullum tempus importunum ad pia colloquia. E. 111. n. 13.

In foro otiosos. Qui saluti æternæ non inuigilat, etiam si omnia temporalia curet, otiosus est. E. 33. n. 20

In foro otiosos. Multa mala ex otio nascuntur. E. 53. per totam.

Tota die otiosi. Stantes otiosi increpantur, quia ruinae proximi. E. 33. n. 5

Quid statis hic tota die otiosi? Non sedentes, aut recumbentes otiosi dicuntur, sed stantes, quia non minus laboris in otio, quàm in honesta exercitatione est. E. 53. per totam.

Quia nemo nos conduxit. Quæruntur filij de parentibus, qui eos ad pietatem non excitauerunt. E. 95. per totam.

Cum serò autem factum esset. Mors elapsam vitam probat. E. 120. n. 2. & 3

Voca operarios. Fidelitas erga promissa implenda. E. 59. per totam.

Hi nouissimi vna hora fecerunt. Non tempus, sed perfectus in virtute expectandus. E. 33. per totam.

Existimabant quòd plus essent accepturi. Auaritia, & ambitio habitis accenduntur, ideo accipientes murmurant. E. 5. per totam.

An non licet mihi quod volo facere. Acceptio personarum damnatur. E. 88. per totam.

Pauci verò electi. Diligentiores electi vocantur, quia cum animi promptitudine virtutem obire, signum est futuræ beatitudinis. E. 33. per totam.

Dominica in Sexagesima.

Luca 8.

E*Xijt qui seminatur.* Inlta seminantis dat Deus, id est, larga manu affluenter, tanquam disperdens. E. 12. per totam.

Exijt qui seminatur. Veritas fructum reddit, mendacium euandidum. E. 27. per totam.

Exijt qui seminatur. Concionator attemperet orationem auditoribus. c. 4. v. 8. n. 5.

Exijt qui seminatur. Solius Dei est ad virtutem excitare. E. 1. per totam.

Exijt qui seminatur. Qui eleemosynam porrigit, non discutiat petentis necessitatem, ideo seminans dicitur. E. 47. per totam.

Exijt qui seminatur. Qui eleemosynam præbet, beneficium accipit, quia cum multo scœnore reddituræ terræ semen commendat. E. 49. n. 5. & 6

Semen suum. Non concionatoris. Nisi Deus se immisceat dictis concionatoris nihil perficiet. E. 1. n. 10

Et dum seminatur, aliud cecidit, &c. Videlicet contra mentem seminantis. Quæ concionator fulminat contra quosdam sæpius audientes ad alios deriuant. E. 9. n. 4. 7. 8. 46. & 47

Secus viam. Terræ vitio maior pars perit seminis: virtutem de se facilem, natura ad malum prona difficilem reddidit. E. 2. per totam præcipue n. 11. 12. 15. 16. & 17

Supra petram. Obduruit peccator, præcipue libidinosus ad doctrinam pietatis. E. 25. per totam.

Et natum aruit, quia non habebat humorem. Id est, statim ac natum est. Principio tentationibus resistendum. E. 44. n. 4

Inter spinas. Cura erga temporalia pungit animum, & lancinat. E. 3. n. 6. & E. 119. per totam.

Inter spinas. Diuites, & Principes viri difficile ad virtutem efformantur. E. 110. n. 2. 4. 13. 17. 18. & 19

Simul exorta spina. Tentationes magis pungunt homines cum à vitiis discedunt. E. 2. n. 14

Clamabat. Si non liberè concionator carpit crimina populi, illis se inficit. E. 57. n. 6. & deinceps.

Semen est verbum Dei. Audire verbum Dei, plures affert utilitates. E. 9. per totam.

Virtutes ad omnes hominem format: vitia omnia abigit. E. 9. per totam.

Verbum Dei ruminandum, sicut semen calore terræ decoquitur. E. 9. n. 8. & deinceps.

Verbum Dei executioni mandandum, sicut subacta terra cum scœnore reddit commissum semen. E. 9. n. 28. & per plures alios.

Fructum afferunt in patientia. Iustorum proprius fructus patientia. E. 29. n. 2. & 22

Patientia ad perfectionem facile hominem traducit. E. 29. n. 3. & 9

Patientia imaginem Dei in nobis format. E. 29. n. 16

Patientia ad viros Ecclesiasticos pertinet. E. 115. per totam.

Fructum afferunt in patientia. In patientia, scilicet non modò audientium, sed concionatoris. Concionator, etiam si malè accipiatur, officium non intermittat: tunc vberiores fructus percipiet, cum malè accipiatur. E. 57. à n. 3. per plures.

Fructum afferunt in patientia. Vt segetes, & arbores pruna, & Solis ardoribus fructus afferunt ad maturitatem, ita virtus laboribus decoquitur. E. 32. à n. 2. per plures. & E. 10. à n. 3. per plures.

Dominica in Quinquagesima.

Luca 18.

E*cce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, &c.* Mors ruit in eos, qui longius abesse credunt, vnde de morte disserit cum discipulis, dum essent in via. E. 34. n. 10. E. 98. n. 9. & 10

Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur, &c. Sæpius concionator de morte pro suggestu loquatur. E. 98. n. 13

Ad vsum Concionatorum.

Ecce ascendimus. Vox properantis, & exultantis. Eundem obuiam laboribus. E. 29. n. 6

Ecce ascendimus Ierusalem. Non ascenditis, sed ascendimus, non finit nos solos laborare, sed laborantibus præstò adest, suòque fauore, & præsentia vires addit. E. 32. à n. 3. per plures.

Ei consummabuntur omnia. Ad summum vsque virtutis apicem ascendendum. E. 78. à n. 3. per plures.

Tradetur enim gentibus. Mors non inuenit, qua intret ad hominem, dum peccatum abest, vnde quasi per admirationem dicit, *ecce ascendimus, &c.* vnum peccatum mortem accersit. E. 120. per totam.

Tradetur enim, &c. Mortis meminisse vtile. E. 98. per totam.

Tertia die resurget. Labores hominem ad beatitudinem perducunt. E. 10. n. 14. E. 28. num. 15

Dum iustum atterunt, labores clariores reddunt. E. 28. n. 20. & 21

Increpabant eum vt taceret. Fortè ex magistri voluntate hoc faciebant, quia Deus sibi vni vult patere vota nostra, ne vnus alius benefaciendi occasionem illi præripiat. E. 31. n. 18

Fili David, miserere mei. Hoc nomine Christum compellat, vt ex misericordis Patris nomine eum ad benefaciendum cogat. Præclara facta parentum vim inferunt filiis ad similia peragenda. E. 35. per totam.

Ipse autem multo magis clamabat. Valida voce eget, quia temporalia petens non facillè exauditur. c. 3. v. 6. n. 3

Quid vis vt faciam tibi? Deus ad petendum hominem vrget. E. 3. n. 3

Quid vis vt faciam tibi? Quasi compressi inter angustias hominis verba fundit; scilicet Deus quadam vi cogitur ad dandum petenti. E. 31. n. 2. & 14

Quid vis vt faciam tibi? Non ait, quid petis? sed, quid vis? Scilicet desiderio potius, quàm verbis committit Deus quod daturus est, quia velocius, & faciliùs votis rem fingere, quàm verbis exprimere valeamus. E. 31. n. 14. & E. 92. n. 4

Domine vt videam. A Deo expetenda animæ sapientia, & animæ lux. E. 25. n. 2. 35. & sequentibus.

Feria IV. Cinerum.

Matth. 6.

Memento homo, quia puluis es. Mors ocyus venit, dum longiùs abesse credimus. E. 34. n. 10

Ad eius nuncium terrentur diuites, vnde de danda elemosyna Euangelium disserit. E. 5. n. 1. & 7

Mortis meditatio quàm sit vtilis, multis asseritur. E. 98. n. 1. & per totam.

Mortem tardantem peccatum vrget. E. 120. per totam.

Humana vita quàm sit caduca. E. 118. per totam.

Memento homo, quia cinis es. Cinerem capitibus aspergimus, vt viso cinere ad misericordiam Deum prouocemus. E. 32. à n. 4. per plures.

Memento homo. Concionator memoriam mortis sæpe auditoribus refricet. E. 98. n. 13.

Memento homo, quia puluis es. Factus est homo flante Deo, quia vitam nostram quasi nauem vento circumagit. E. 118. n. 2

Cum ieiunatis. Luxuriam enecat ieiunium, & omnes corporis voluptates. E. 109. per totam.

Cum ieiunatis. Gula indulgentes homines non sunt. E. 13. per totam.

Cum ieiunatis. Carnis afflictio plures affert vtilitates. E. 109. per totam.

Sicut hypocrita tristes. Etiam perfectos viros hypocritis vitium adoritur: fidem excedit hominum virtutem mentiri. E. 27. n. 1

Vt appareant hominibus ieiunantes. Incaustum se hypocritis abdit, nam latere non potest. E. 27. per totam.

Tu autem cum ieiunas unge caput tuum. Id est, non satis est si auram populi squalore ficto non aucuperis: sed è regione solemnes indue cultus, & lætitiã prætende ascititio ornatu. E regione pugnandum cum vitiis. E. 44. n. 6. & 9

Tu autem cum ieiunas unge caput tuum, &c. Gaudium verum in vna virtute, tristitia in peccato versatur. E. 7. per totam.

Unge caput tuum. Pœnitentia non ruborem effundat, sed plausus excitet. E. 55. per totam.

Unge caput tuum. Pœnitentia hominem lætum reddit. E. 55. n. 6

Nolite thesaurizare thesaurum in terra. Memoria mortis elemosynam extorquet, & contemptum temporalium, ideo Ecclesia hac die multa de morte, multa de elemosyna intonat. E. 5. n. 17. c. 9. v. 4. n. 6

Nolite thesaurizare. Morbus lethalis elemosynam non porrigere. E. 3. per totam.

Vbi arugo, & tinea demolitur. Peccator nullum fructum ex vitio carpit, sed damnum sibi infert. E. 84. à n. 3. per plures.

Thesaurizate, &c. Verbum thesaurizo, laborem subindicat: qui peccato seruiunt magis, quàm qui virtuti incumbunt, laborant. E. 7. n. 20

Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Quæ pauperibus damus, non amittimus, sed seruamus in thesauro. E. 45. à n. 5. per plures.

Thesaurus tuus. Elemosynæ merces beatitudo, quæ ideo sub specie coniuuij proponitur vt peculiariter elemosyna respondeat. E. 46. n. 3

Feria VI. post Cineres.

Matth. 5.

Avdistis, quia dictum est antiquis. Docturus Christus Ecclesiam à comprimenda ira initium sumit, quia hoc est virtutis fundamentum. E. 4. n. 7. E. 121. n. 15

Audistis, quia dictum est antiquis. Initium doctrinæ Euangelicæ à comprimenda ira auspiciatur Christus, quia ira tenebras menti offundit. E. 26. n. 6. & 7. E. 121. n. 17

Audistis, quia dictum est antiquis. Præcipuè Apostolos docet, quia iram cohibere præcipuè ad Prælatos spectat. E. 62. n. 3

Audistis, quia dictum est antiquis. Fortè præceptum de comprimenda ira male detorserant Scribæ, & Pharisei. Impij quæ nouerunt detorquent in sua vitia. E. 25. n. 12. 13. & 14.

Diligite inimicos vestros, &c. Inimicis benefaciendo amicos facimus. E. 72. n. 1. 2. & 3

Deus benefaciendo inimicos lucratur. E. 72. n. 4

Beneficia sunt arma, quibus inimicos deuincimus. E. 72. n. 5

Vt vmbra sequitur corpus, ita beneficium benevolentia inimici. E. 72. n. 2.

Benefacere

Ad vsum Concionatorum.

Benefacere inimicis lignum vitæ quo in vita asferuantur. E. 72. n. 8

Benefacere inimicis instar arenæ, quæ sæuientes iræ fluctus frangit. E. 72. n. 9

Benefacere inimicis vel nolentes trahit. E. 72. n. 20

Orate pro calumniantibus. Verba mollia instar Musicæ iram inimicorum sedant. E. 72. n. 16

Eadem verba accendunt, & extinguunt iram. E. 72. n. 15

Diligite inimicos vestros. Inimicis remittere diuinum quid, ideo Christus hoc signum diuinitatis in mortem distulit. E. 72. n. 2

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Suo exemplo nos docet Christus beneficiis in nostram societatem asciscere inimicos. E. 72. n. 4

Ego autem dico vobis. Difficile, non impossibile quod sua autoritate firmat. E. 121. n. 2. & 3

Ego autem dico vobis. Si iniuriarum remissionem non debes inimico, debes Deo, debes tibi. E. 115. per totam.

Diligite, benefacite, orate. Totum Deum occupari vult Deus amore, mentem, opera, verba. E. 23. n. 4

Orate pro calumniantibus. Non iuuat pro nobis orare, sed pro inimico, quia inimicorum tolerantia se ipsa tuta est; qui verò damnus infert, in multo discrimine versatur, vnde magis oratione eget. E. 72. n. 7

Instar apis lædens cadit. E. 116. n. 4

Orate, &c. Qui iniurias condonat, Deo proximus, vnde eius preces facile exaudiuntur. E. 116. n. 13

Vi suis filij Patris vestri. Iniurias remittere maximè ad viros principes spectat, qui Deum maiestate referunt.

Vi suis filij. Remittere iniurias præcipuè ad viros Deo sacros pertinet. E. 115. per totam.

Vi suis filij Patris vestri. Qui aliis præest, sicut Deus præest omnibus rebus, iniuriarum obliuiscatur. E. 116. n. 12

Vi suis filij Patris vestri. Deo proximus est, qui acceptam iniuriam condonat. E. 116. n. 13

Ve suis filij Patris vestri. Præcipuè Deus homines iracundos alienos à se iudicat. E. 121. n. 8

Vi suis filij Patris vestri. Sicut mites filij sunt Dei, ita iracundi filij sunt diaboli. E. 121. n. 15

Vi suis filij Patris vestri. Tolerantiæ iniuriarum filiationem Dei attribuit, quia reliquis virtutes faciliè in animum immittit. E. 121. n. 5

Vi suis filij Patris vestri. Sicut timor seruos, ita amor Dei, & proximi filios facit. E. 23. n. 5

Qui solem suum oriri facit, &c. Non fulgura, non tonitrua in medium affert, sed pluuiam, & Solis radios, quia beneficiendo potius, quàm territando inimicos nostros in societatem trahimus. E. 72. n. 5. 13. & 20

Qui solem suum, &c. Ad cœlestia hominem euehit, dum patientiam mandat, quia iræ inferuire maximè terrenum vitium est. E. 121. n. 11

Super bonos, & malos. Bonorum prius meminit, quia peculiari cura, & prouidentia hos Deus amplectitur. E. 130. per totam.

Super bonos, & malos. Quia ex consortio bonorum multa bona mali capiunt. E. 83. per totam.

Estote ergo perfecti, &c. Remittere iniurias breui ad perfectionem euehit. E. 121. n. 1. & 4

Dominica I. in Quadragesima.

Matth. 4.

Ductus est Iesus à Spiritu in desertum. Scilicet recens baptizatus. Qui ad virtutis partes transit, acrius à dæmone impugnatur. E. 28. n. 1. 4. & 19

Ductus est Iesus. Recens baptizatus, Dæmon præcipuè initiis se offert. E. 44. n. 4

Ab spiritu. Qui ab Spiritu in discrimina immittitur, cum patronum in tentatione fortietur. E. 44. n. 11

Præcipuè imperfectis, & nouitiis pericula fugienda. E. 44. n. 2

In desertum. Faciliè dæmonem vincit qui pericula vitat. E. 44. per totam.

Cum ieiunasset. Ieiunium virtutem alit, hominem robustiorem reddit. E. 109. n. 1

Quadragesima diebus. Periodum scilicet temporis à Moyle, & Elia iam pridem peractam. Sequamur exempla Sanctorum, nec transgrediamur terminos ab eis positos. c. 5. v. 14. n. 2

Et accedens tentator. Tanta fiducia accedit, vt replicet tentationem contra eum, quem ieiunantem in deserto inuenit, & à quo sapius victus est. Quid non contra nos miseros efficiet? Virtuti semper insistendum. E. 68. per totam.

Dic vt lapides isti panes fiant. Tentationes in nostram vtilitatem conuertit Deus. E. 1. n. 6. 7. & 10

Dic vt lapides, &c. Pulsare potest dæmon, in peccatum inferre non potest. E. 2. n. 10. & 11

Dic vt lapides isti. Officium dæmonis tentare, nec aliud quidquam cogitat. E. 8. n. 75. & deinceps.

Non solo pane viuit homo. Multis modis consulit Deus iustis, non vno. E. 30. per totam.

Non solo pane. Prælatus temporalia ministret subditis. E. 123. per totam.

Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. A Deo omnia expectanda. E. 1. per totam.

Et statuit super pinnaculum templi. Ruinæ proximus quem non Deus, sed diabolus ad fastigium euehit. E. 84. n. 3. & deinceps.

Homines facit testaceos suprema dignitas, vt vel leui lapsu faciliè in frustra redigantur. E. 84. n. 2

Et statuit eum supra pinnaculum templi. Non gradatim ascendere diabolicæ artis est. E. 86. n. 12. & 13

Et statuit eum supra pinnaculum templi. Præfecturas, præcipuè Ecclesiasticas fugiamus vel oblatas. E. 87. per totam, præcipuè n. 10

Mitte te deorsum. Locus superior hominem ad præcipitium trahit. E. 87. n. 1

Locus sublimis casui proximus. E. 87. n. 2

Instar pulueris mentem obcæcat. E. 87. n. 5. & 7

Angelis suis mandauit de te. De te, scilicet viro perfecto, Angeli maiori cura erga perfectiores inuigilant. E. 3. n. 21

In montem. Sæpius tolerandi labores, & tentationes. E. 29. n. 20

Omnia regna mundi. Temporalia omnia vanissima. E. 6. n. 3. & E. 7. per totam.

Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Omnia dat diabolus vt vnum venetur Christum, quia peccare Prælato certa est ruina subditorum. E. 89. n. 12. E. 94. n. 11. E. 112. n. 8

Vade.

Ad vsfum Concionatorum.

Vade. In tentationibus accreſcit virtus hominibus, qua dæmones pellant. E. 79. n. 9

Vade Satana. Cum indignatione, & ſtomacho terriõ tentationem pellit, quia in laboribus, & tentationibus accreſcit virtus. E. 79. n. 9

Dominum Deum tuum adorabis. Dei obedientia dæmonem fugat. E. 104. n. 3

Dominum Deum tuum adorabis. Dei timor, & religio hominem ad Deum euehit. Viri iuſti timentes Deum appellantur, & ipſe Deus timor. E. 14. per totam.

Et illi ſoli ſeruiet. Ambroſius, & auarus pecuniis ſeruiunt, & ideo Deo ſeruire non poſſunt, vnde offerenti diabolo regna mundi hæc verba ſubiunxit Chriſtus. E. 3. n. 6. 10. & 11

Et illi ſoli ſeruiet. Illi ſoli. Non diſtrahendus animus, ſed toto pectore virtuti inſiſtendum. E. 78. per totam.

Tunc reliquit eum diabolus. Deum iratum, vel dæmones fugiunt. Timor Dei vtilis. E. 14. per plures Ethologias,

Feria IV. poſt Dominicam primam Quadrageſima.

Matth. 12.

Magiſter volumus à te ſignum videre. Magiſtrum vocant, & proprio ſenſui fidunt. Qui curioſius abdita rimatur, & multum ſibi fidit, omnino ruet. Illum Deus latet qui proprio iudicio fidit. E. 25. n. 2

Curioſe diſquirentes cæcutiunt. E. 25. n. 1

Deſipit, qui plus ſapit quàm oportet. E. 41. per totam.

Volumus à te ſignum videre. Impia hæc vox. Voluntati diuinæ ſe ſubdere initium eſt omnis pietatis. E. 104. n. 9

Non diſcutienda iuſſa Prælatorum. E. 104. n. 7

Puniuntur diſquirentes iuſſa Superiorum. E. 104. n. 12. & 13

Sapientiam patit alienæ ſe ſubdere voluntati. E. 125. n. 30. & 31

Etiã ſapientiſſimi non multum ſibi fidant. E. 50. n. 2. per totam.

Volumus à te ſignum videre. Multum deferunt arbitrio, & voluntati, cum tamen nihil ſine Dei gratia poſſit. E. 1. per totam.

Volumus à te ſignum videre. Ex Dei bonitate occaſionem arripiunt homines peccandi: quia plura ſigna ediderat, vltèrius ſignum quærunr. E. 84. per totam.

Volumus à te, &c. Principes viri difficilè in alienam eunt voluntatem. E. 110. n. 2. & 8. E. 50. n. 13. 16. & 17

Volumus. Qui propriæ voluntatis ductum ſequitur, impingit. E. 50. n. 3. & 7

Volumus à te ſignum videre. Quærunr ea quæ ſenſum oblectent, non quibus virtutem alant. Dum ager profutura odit, nociua proſequitur lethale. Temporalia viſum oblectant, virtus hominem paſcit. E. 7. n. 3

Volumus à te ſignum videre. Credituri videre deſiderant, cum contraria via incedendum ſit. E. 3. n. 33

Volumus, &c. Peccatum voluntatem atterit, licèt non abſumat. E. 45. n. 14. & 15

Volumus, &c. Peccator voluntate in peccatum ruens contra voluntatem in pœnam trahitur. E. 84. n. 12

Volumus, &c. Qui volens peccata replicat, aſſuetudine velut nolens detinetur. E. 86. n. 4. E. 45. per totam.

Volumus, &c. Peccatum à ſolo dæmone ſine homine inferri non poteſt. E. 85. n. 3

A te ſignum videre. Principes viri adèd non ſe ſubmittunt aliis, vt etiam Deum in ſuam ſententiam trahere ſatagant. E. 110. n. 17. per plures.

A te ſignum videre. Cum tamen alibi doleant tot ſigna edidiſſe, quia hic homo multa ſigna facit. ſcilicet detractores vnde quaque occaſionem captant carpenti. E. 69. n. 6

Generatio mala, & adultera. Quid prodeſt longo ordine cenſeri, & plures enumerare maiorum imagines, ſi à præclaris eorum factis longè diſſideas, vnde meritò adultera dicitur. Nobilitas in virtute ſita eſt. E. 80. per totam.

Seruire virtuti ingenuos facit. E. 80. n. 4. 6. & 9

Generatio mala, & adultera. Deus in alios peccatores mitiſſimus, fulgurat in ſuperbos. Superbia Deo, & hominibus ſtomachum mouet. c. 1. v. 27. n. 8. c. 3. v. 30. n. 8. c. 6. v. 2. n. 2

Inſtar cancri igni, & ferro reſecanda. E. 71. n. 2

Superbiam Deus ſibi puniendam reſeruat. E. 71. n. 16

Generatio mala, & adultera. Libera voce vtatur concionator ad populum. E. 75. n. 3

Inſtar apum vitam in vulnere ponat. E. 57. n. 4

Qui non carpit, populi peccatis ſe inſcit. E. 57. n. 8

Dum pungit, auram populi captat. E. 57. n. 11. & 13

Liberè carpens Spiritu ſancto aſſatur. E. 57. n. 12

Ingens malum reipublicæ Chriſtiænæ ſilentium in prædicatore. E. 57. n. 17

Generatio mala, &c. Facilis ad dandum Deus, qui factis annuit, quod verbis abnuat, vnde dat quod negat. *Niſi ſignum Iona,* &c. Prælatus ſeueritatem clementia moderetur. E. 94. n. 8. & 12

Niſi ſignum, &c. Illud ſignum offert, quod illis futurum erat vtile; illud verò negat, quod inutile. Non tam perentis animum, quàm neceſſitatem aſpicit Deus. E. 34. n. 13

Generatio mala. Corripit Deus illos, qui eum magiſtrum vocant, vix enim ſapientia diſcitur ſine diſciplina, vnde & nomen ſortita eſt. E. 26. n. 8. & 9

Generatio mala, &c. Niſi ſignum Iona, &c. minatur vt miſereatur Deus. E. 34. n. 21

Dum punit conſulit. E. 34. à n. 21. per plures.

Generatio mala, & adultera. Impij diaboli filij. E. 44. n. 2

Et ſignum non dabitur ei. Quandoque Deus miſericors negat, ſicut & iratus concedit. Dei largitas. E. 95. n. 18

Niſi ſignum Iona Propheta. Signum datur de profundo eis, qui de cælo petebant, quia ſuperbia deiicit, humilitas euehit. E. 71. n. 9. & 10

Viri Niniuita. Iure pœnitentes viros appellat. Peccatorum confeſſio honori, & fortitudini danda. E. 55. per totam.

A ſinibus terra. Multum homines deſudant propter temporalia. Virtutem vltro oblatam detrectant. E. 2. n. 12

Reuertar in domum meam, vnde exiui. Qui poſt pœnitentiam peccat, grauius offendit. E. 56. n. 12

Ad vsum Concionatorum.

Septem alios spiritus nequiores se. Peccatum semper in peius ruit. E. 45. à n. 1. per plures.

Feria VI. post Dominicam primam Quadragesima.

Ioan. 5.

E*Rat dies festus Iudæorum. Dies festus Deo benefacere homini. Iucundum Deo misereri. E. 34. n. 4. 11. 19. & 20*

Probatica piscina. Domus hospitalis pro pauperibus. Hac orbem celebrem facit, & ciues commendat. E. 46. per totam.

Probata piscina. Ingressus Dominus Sanctam ciuitatem primum ægrotos pauperes inuisurus auolat, est enim elemosyna præclarum vitæ spiritualis tyrocinium. E. 46. n. 7

Quinque porcius habens. Ut quoscumque capiat ægrotos. Non discutiendi pauperes, sed omnes recipiendi. E. 47. per totam.

Multitudo magna languentium. Quid mirum hunc hominem periculosum morbum contraxisse, qui inter languidos degerat. Societas malorum multum nocet. E. 44. per totam.

Angelus enim Domini. Angeli hominibus inseruiunt, præcipue iustis. E. 3. n. 21

Angelus enim Domini descendebat de caelo. Magni facienti salus hominis, propter quam caelum, & terra mouetur. E. 68. per totam

Erat ibi homo. Opus fuit eum hominem notare, qui per peccatum hominem exuerat. Peccator quodammodo humanam naturam exiit, & illius induit bestia, cuius mores imitatur. E. 13. per totam.

Erat autem ibi, &c. Scilicet iuxta ægritudinis remedium. Virtutem, & pœnitentiam facilem cur homines detrectant. E. 2. n. 2. E. 7. per totam. E. 56. n. 1

Triginta & octo annos habens. Consuetudo peccandi in noua peccata pertrahit. E. 54. n. 1

Instat fermenti totum hominem acidum reddit. E. 45. n. 5

Peccatum statim euellendum, ne radices mittat. E. 54. n. 7

In alia peccata pertrahit. E. 54. per totam.

Triginta & octo annos habens. Peccatum ægritudines inducit. E. 56. n. 13

Triginta & octo annos habens. Peccatum durioribus malis implicatur, quàm virtus. E. 7. n. 20

Triginta & octo, &c. Peccatum subito excutiant iusti, cum impiis diu commoratur. E. 7. n. 27

Triginta & octo annos habens, &c. Hunc cum vidisset. Qui in paupere humanam naturam intuetur, facile largitur. E. 49. n. 4

Triginta & octo annos. Laboribus nos trahit Deus ad pietatem. E. 10. à n. 3. per plures.

Triginta, & octo annos habens. Miranda magis medicars in periculosius ægotantibus. E. 32. n. 12

Hunc cum vidisset Iesus. Dei misericordia in bonum nostrum statim auolat. E. 34. à n. 4. per plures.

Hunc cum vidisset Iesus. Qui præest, temporalia, & spiritualia curet. E. 123. per totam.

Hunc cum vidisset Iesus. Grauius laborantibus propius adest Deus. E. 32. per totam.

Hunc cum vidisset Iesus. Prælatas omnia per se laffret. E. 49. n. 3

Vis sanus fieri? Pulchrè de voluntate disquirat, quia peccatum assuetudine libertatem atterit, licet non absumat. E. 54. n. 14. & 15

Vis sanus fieri? Qui aliena peccata curat, propria deponat. E. 44. n. 2

Vis sanus fieri? Nec Deus sine homine, nec homo sine Deo iustificationem operatur, sed gratia Dei mecum. E. 1. per totam.

Vis sanus fieri? Homo assuetudine peccandi ipsum mali sensum quodammodo perdit. E. 7. n. 16. E. 45. n. 14. & 15

Vis sanus fieri? Vnum peccatum homini vitio dandum. E. 45. n. 13

Vis sanus fieri? Non prætereunda occasio subueniendi pauperibus, quia qui elemosynam porrigit, beneficium accipit. E. 49. n. 5

Triginta & octo annos habens. Peccatum sui pœnam infert. E. 84. à n. 1. per plures.

Domine, hominem non habeo. Qui volens peccat, nolens ad pœnam rapitur. E. 48. n. 12

Hominem non habeo. Quia peccans præcipue ex consuetudine seipsum non inuenit, & quodammodo renitentem se ad peccatum trahi dolet. E. 45. n. 14. & 15

Hominem non habeo. Nonnulli ad pietatem se ipsos non inueniunt, alij ad pietatem nati. E. 77. n. 7

Hominem non habeo. Deus desperatis rebus præsto est. E. 32. per totam.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Onerat nos Deus cum exonerat. Cum ad virtutem nos Deus vocat, non ad voluptates ducit, sed ad laborem. E. 22. per totam.

Tolle grabatum. Scilicet, in quo iacuerat. Occasiones peccandi longè remouenda. E. 44. per totam.

Tolle grabatum. Post acceptam peccatorum remissionem restat satisfactio corporis afflictione exhibenda. E. 109. per totam.

Tolle grabatum tuum. Imponenda pœna peccantibus ne crimina parui pendant. E. 94. n. 8

Tolle grabatum. Virtutem publicè profiteamur. E. 77. n. 10. E. 79. n. 7

Tolle grabatum. Hanc legem imponit ei, cui salutem donauerat, scilicet eius iussa facile capeffimus Prælati, qui nobis temporalia ministrat. E. 123. à n. 9. per plures.

Et ambula. Periculosè in via virtutis sistitur, præcipue ab eo, qui primum in virtute gradum facit. E. 33. per totam.

Ne deterius tibi aliquid contingat. Peccatum omnium malorum pessimum. E. 85. à n. 1. per plures.

Ne deterius tibi aliquid contingat. Quia peccato liber est à reliquis malis abstrahetur. E. 85. n. 15

Ne deterius, &c. Ex pœna pensandum peccatum. E. 86. à n. 2. per plures.

Ne deterius tibi aliquid contingat. Per peccatum supplicia contra nos armamus. E. 86. n. 7. & 11

Ne deterius, &c. Ex malis, quæ nunc patimur, futuras pœnas subodoremur. E. 93. n. 4

Ne deterius. Vix fides haberi potest his, quæ de futuris suppliciis nobis intonat facia litera. E. 93. n. 11

Ne deterius, &c. Vel leuia peccata Deus seuerè punit. E. 93. n. 14

Ne deterius, &c. Peccatum post pœnitentiam commillum ingens pœna manet. E. 56. n. 2

Ne deterius, &c. Ex aliorum lapsibus nos Deus cautiore facit. c. 15. v. 14. n. 2

Dominica II. Quadragesima.

Matth. 17.

A*ssumpsit Iesus, &c. & eduxit. Ad summum dignitatis apicem non perueniendum, nisi per merita,*

Ad vsum Concionatorum.

- merita, & Dei electionem. E. 87. à n. 6. per plures.
- Assumpsit Iesus.* Ad summum apicem solo Dei iussu ascendendum. E. 87. à n. 14. & deinceps.
- Assumpsit Iesus.* Rectus homo conditus est à Deo, vt cœlum beatitudinis locum semper suscipiat, quia beatitatis memoria ad virtutis apicem hominem euehit. E. 101. n. 1. 5. & 6
- Assumpsit Iesus.* Vt eos beatitatis memoria contra vitia armaret, quæ est contra peccatorum flatus suburra. E. 101. n. 7. & 8
- Assumpsit Iesus Petrum,* &c. scilicet digniores, quia præfectura dignioribus est deferenda. E. 68. n. 2
- Assumpsit Iesus Petrum,* &c. Non commisit hanc rem vicariis, quia difficile est digniores quosque ad præfecturas eligere. E. 5. à n. 9. & deinceps.
- Assumpsit,* &c. *in montem excelsum.* Memoria beatitudinis si quid est in virtute asperum mollit, & quasi alieno sinu per anfractus nos baiulat. E. 101. n. 9. & 15
- In montem excelsum.* Beatitudo laboribus venditur. E. 6. n. 25. 26. 32
- In montem excelsum.* Labores perpeti quodammodo homines in Sanctorum numerum refert. E. 28. n. 5
- In montem excelsum.* Labores via ad Deum. E. 28. n. 12. & 13
- Petrum,* &c. scilicet, quos maiori virtute ornare satagebat. Beatitatis memoria ad summum apicem virtutis hominem euehit. E. 101. n. 1
- Transfiguratus est ante eos.* Beatitudinis memoria omnem tentationem abigit. E. 4. n. 11. & E. 110. per totam.
- Beatitatis vis multis argumentis asseritur, & exponitur. E. 6. per totam.
- Transfiguratus est.* scilicet, quia tristitia eis prædixerat. Beatitatis memoria amara dulcescit. E. 101. n. 9. & 15
- Transfiguratus est ante eos.* Etiam peccata homines transfigurant. Scilicet peccator eius bestię figuram, & sensum induit, cuius mores imitatur. E. 13. per totam.
- Moyſes, & Elias.* scilicet qui se absconderunt ad Dei præsentiam. Ad Deum pertinet humiles exaltare. E. 40. n. 1. & 2
- Moyſes, & Elias.* Videlicet qui publica priuatis commodis præulerunt. Hos imitentur qui Regibus adstant. E. 62. n. 10. E. 94. per totam.
- Moyſes, & Elias.* Propter mansuetudinem. Mites sint hi, penes quos est rerum publicarum cura. E. 82. n. 19. & sequentibus. E. 67. n. 11. per plures.
- Moyſes.* Videlicet tardioris linguæ. Præfectura non deferenda eloquentiori, sed sanctiori. E. 68. n. 2
- Moyſes, & Elias.* Prælatorum electio Deo deferenda. E. 5. n. 10
- Moyſes, & Elias.* Contra hominum opinionem Deus quandoque ad præfecturam eligit. E. 5. à n. 12. per plures.
- Moyſes, & Elias.* Cœlestis aulæ ministri sanctiores. E. 110. n. 9
- Moyſes, & Elias.* Nimirum qui ieiuniis inseruierunt temperantia erga cibos Christum trahit. E. 89. n. 6
- Pietatis signum. E. 109. n. 15
- Loquentes cum Iesu.* Consilium cogit Iesus omnia consilio agenda. E. 73. per totam
- Etiam in rebus perspicuis petendum consilium. E. 73. n. 12
- Loquentes cum Iesu.* Nempe de excessu, & morte. Qui beatitudinem mente versat, mortem despicit. E. 101. n. 13. & 19
- Bonum est nos hinc esse.* Aulicorum Petrus hinc personam sustinet, qui ei se socios offerunt, quibus fortuna affulget. Imperfecti viri labores oderunt, perfectiores amant. E. 10. n. 3
- Bonum est nos hinc esse.* Nesciebat quid diceret, quia non expediret Prælatos longius abesse à subditis. E. 64. n. 17. & sequentibus.
- Faciamus hinc tria tabernacula.* ac si singulorum beatitatum felicitas singulos non oblectaret. c. 6. v. 32. n. 3
- Faciamus hinc,* &c. *tibi vnum,* &c. ac si Deus personas acceptaret. Boni Principis est sine discrimine omnibus subditis fauere. E. 88. per totam.
- Bonum est nos hinc esse.* Facile terrena spernit, qui amore beatitatis tenetur. E. 101. n. 10. & 19. E. 6. à n. 7. per plures.
- Bonum est nos hinc esse.* Qui Dei, vel beatitudinis, vel virtutis amore tenentur, difficile auelli possunt. E. 101. à n. 8. per plures.
- Nesciebat enim quid diceret.* Quia ante luctam palam præripere gestiebat. E. 6. à n. 27. per plures. E. 32. n. 13. E. 10. n. 14. E. 16. n. 7
- Nesciebat,* &c. quia beatitudo laboribus, & virtute venit, & ante datum pretium cœlum affectabat. E. 6. n. 25. & 35. E. 10. n. 14
- Nesciebat,* &c. quia in terra beatitudinem desiderabat. In hoc sæculo tantum est futura beatitudinis prælibatio. E. 6. à n. 5. per plures. E. 8. n. 39
- Nesciebat,* &c. Quia nisi morte interueniente, beatitudinem consequi non possumus. E. 6. n. 33. & 36
- Adhuc eoloquente, ecce nubes lucida.* Humana loquentis orationem, cœlestibus verbis Deus intercidit. Pium de Deo inferere sermones. E. 111. per totam.
- Hic est filius meus dilectus.* Ac si dicat, Tu Petre in mansionum structura filium meum seruis æquali: oportet te nosse maiora merita præclariorem etiam in cœlo mansionem habitura. E. 6. n. 46
- In hac vita cereas cellas compingimus, ad cuius mensuram in futura beatitatis mella instillantur. E. 6. n. 33
- Hic est filius meus dilectus.* Bis Pater orantem filium agnoscit. Orantibus Deus præstò est. c. 2. v. 11
- Orantium Deus peculiariter Pater. E. 31. n. 2
- Adhuc orantem filium Pater agnoscit, quia ante finem orationis occurrit Deus.
- Facta est dum oraret species eius altera,* iuxta Lucam. E. 31. n. 11. 15. & 20
- Ceciderunt in facies suas, & timuerunt valde;* quibus subinde Christus, nolite timere. Prælati nec omnia errata puniat, nec cõdonet. E. 94. n. 8. & 12
- Nemini dixeritis visionem.* Quia beatitatis gloria omnem fandi copiam, omnem humanam fidem superat. E. 6. n. 9. 16. & 51

Feria IV. post Dominicam secundam Quadragesime.

Matth. 4.

Ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretò. Secretò alloquitur, quia sacerdotum crimina in medium erat adducturus. Virorum Ecclesiasticorum errata ne in publicum effundamus. E. 97. per totam. E. 104. per totam.

Ecce ascendimus. Insudandum est vt virtutem affequi possimus. E. 2. per totam.

Virtus instar loci accliuus. E. 2. n. 3

Incipientibus difficilior. E. 2. n. 15. 16. & 17

Ad vsum Concionatorum.

Ecce ascendimus. Notante Luca faciem obfirmavit contra Ierusalem, quia tentationibus, & laboribus obfirmato animo obfistendum est, ne succumbamus. E. 2. per totam.

Et tradetur filius hominis, &c. Nullum nominat, cunctos persecutores silentio obuoluit, & nos alienæ famæ consulamus. E. 96. n. 6

Tradetur, &c. Papæ ! tot malorum genera perpetitur, qui nutu posset vniuersa crimina delere: sed peccati scdam imaginem nobis ob oculos proposuit. Vnum peccatum fletu dignum, & nomen mali meretur. E. 85. per totam.

Ipsi autem non intellexerunt, iuxta alium Evangelistam. Difficile intelligitur, & creditur quod carni, & sanguini repugnat. E. 28. n. 18

Ipsi autem non intellexerunt. Sermo illatus de morte vix auribus excipitur. Mors proxima eis, qui non cogitant. E. 5. per totam.

Tunc accessit, dum de laboribus disserit. Labores fugimus, voluptates amamus. E. 10. n. 4. E. 26. per totam.

Tunc accessit. Ambitiosi semper ascensum meditantur, etiam dum Deus dura propinat. E. 5. à n. 3. per plures.

Ambitio nunquam requiescit instar cordis. E. 5. n. 4

Potius crescit. E. 5. n. 3. & 56

Difficile exiit. E. 5. n. 2

Mater filiorum Zebedæi. Breuior oratio, mater candidatorum, Iacobi, & Ioannis: verum horum mater non dicitur, quia parentes, qui temporalia tantum filiis parant, iure parentum nomen amittunt. E. 95. per totam.

Adorans. Multa indigna patitur ambitiosus, vt optatis potiatur. E. 87. à n. 3. per plures.

Adorās. Seruit ambitiosus vt imperet. E. 87. n. 3. & 5

Petens aliquid ab eo. Scilicet confusè petit, vt cæcum offerentem ad sua pertrahat vota. At Dominus, quid vis? Id est, signatè optata prome. Pensandum quod promittitur, vt promissis stemus. E. 59. n. 1

Hi duo filij mei. Nempè tibi sanguine iuncti. Viri Deo facti non multum curant de consanguinitibus. c. 6. v. 1. n. 3

In electione Prælatorum non auita nobilitas, non sanguinis coniunctio, sed merita spectanda. E. 86. à n. 6. per plures.

Hi duo filij mei. Etiam perfectos viros adurit ambitio. Vngulæ cum oculis crescunt. E. 5. n. 3

Vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram. Nihil ambitio aliis reseruat, omnia occupare gestit. E. 5. per totam.

Vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram. Vtramque sibi vendicant aurem, ne reipublicæ ruina quaqua ex parte ad Principem peruenire possit. Prælati per se omnia lustret. E. 94. à n. 2. per plures.

Vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram. Cum ad sinistram sint damnandi reprobis. Ambitionis cæstro acta mulier, alterum filiorum in barathrum tradit. scilicet qui indignis præfecturas largitur, perdit. E. 87. per totam.

Nescitis quid petatis. Aliorum facta piè interpretanda; si factum excusare non potes, in ignorantiam refunde. E. 69. n. 6.

Nescitis quid petatis. Quia malè parata, vel per ambitionem adepta, possidenti officiunt. E. 87. à n. 4. per plures.

Potestis bibere calicem. Mortem propinat eis, qui præfecturas prænant, qui à difficile sine peccato,

& morte animi obiri possunt. E. 87. à n. 1. per plures.

Tum quia præfectura labores secum importat qui calicis nomine adumbrantur. E. 87. n. 4. & 5

Præcipuè nocet indignis collata. E. 87. n. 6

Qui præfecturarum amore flagrat, ad eas sibi aditum obturat. E. 87. n. 7

Potestis bibere calicem. Nondum de eorum animo prompto dubitasse dixit, donec supremas sedes appetierunt, quia vel solus præfecturæ ambitus, candidatos indignos prodir. E. 87. à n. 12. per plures.

Potestis bibere calicem. Hæreditas æterna nomine designatur fœculentæ potionis, quia laboribus venit beatitudo. E. 6. n. 25

Potestis bibere calicem. Ambientibus dignitatem, mortem propinat, quia qui sapit, potius mortem quam præesse eliger. E. 87. per totam.

Possumus. Infracto animo contra difficultates oportet nos esse. E. 6. à n. 25. per plures.

Possumus. Nihil non audent ambitio, instar ignis omnia depopulat. E. 18. n. 2

Non est meum dare vobis. Iratus Deus peccatoribus annuit, iustis negat clemens. E. 84. n. 13

Non est meum dare vobis; scilicet ambitiosis. Qui dignitatem prænsat, ea se reddit indignum. E. 87. à n. 12. per plures.

Non est meum dare vobis; scilicet otiosis. Beatitudo sine lucta non datur. E. 6. à n. 25. per plures.

Sed quibus paratum est à Patre meo. scilicet eis, qui vel oblatas præfecturas detrectant. Principatus dandus inuitis. E. 87. n. 10

Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Matth. 20. Exultat pax ab eis, qui priuatis commodis inuigilant. E. 94. per totam.

Feria VI. post Dominicam secundam Quadragesimæ.

Matth. 21.

Homo erat Paterfamilias. Cùm vineam plantat homo, cùm censum repetit, Dominus appellatur, quia Deus suo opte ingenio ad dandum, inuitus trahitur ad puniendum. E. 34. à n. 10. per plures.

Vineam. Vineam colendam elegit Deus, in cuius cultura multum, & sæpius laborare oportet, cuius prouentus, nisi presso musto non vider, quia in animæ cultura multam, & iugem operam ponere oportet. E. 33. per totam. & E. 23. à n. 6. per plures.

Sepem circumdedit ei. id est, legem, quam oportet illatam seruare, quia vel minima ruina aditum præstat carpentibus fructum. E. 33. per totam.

Sepem circumdedit ei. Si maceria rimas facit, tota diruitur. Vnum peccatum omnium aliorum congeriem secum trahit. E. 45. per totam.

Locauit eam agricolis; non dominis, sed operariis. Prælati, & ministri Euangelij meminerint se non ad dominium vocatos, sed ad ministerium. E. 62. n. 1. & 5

Tradidit eam cultoribus; non sibi, sed nobis plantauit. Quæcumque Deus condidit, in nostrum fecit bonum effluere. E. 34. à n. 17. per plures.

Tradidit eam cultoribus; vt se exercendo merita cumularent. E. 33. per totam.

Ad vsum Concionatorum.

Qui reddant ei fructum temporibus suis. Exacto examine reddenda est ratio in iudicio. E. 99. per totam.

Peregrè profectus est. Vt seruillem timorem in amorem refundant, & ex amore ductos se operari nouerint. E. 24. per totam.

Peregrè profectus est; quoniam plus punit, dum castigare differt. E. 64. per totam.

Cum autem tempus fructuum appropinquasset. Non prouentus sibi, sed Deo reddi concionatores satagant. E. 12. n. 1. E. 57. per totam.

Cum autem tempus fructuum, &c. Petit Deus, vt ad petendum prouocet. E. 3. 1. per totam.

Ierum misit alios seruos. Multa patientia agit Deus, & eo grauius deservit, quo diutius distulit vindictam. E. 93. per totam.

Videntes filium, &c. Maius beneficium maiori scelerè fecerunt. Ex Dei misericordia peccandi occasionem arripiunt impij. E. 64. per totam.

Hic est heres, venite occidamus. Auaritia in scitiam transit. E. 102. per totam.

Se ipsam lancinat. E. 3. n. 16

Et nostra erit hereditas. Animosa ambitio nihil non molitur. Cæcutit. E. 5. per totam.

Habemus hereditatem. Auaritia, vel ambitio habitus crescit. E. 5. per totam. E. 102. per totam.

Eiecerunt eum extra vineam. Quia Christi passio omnibus vbique gentibus proficit sine acceptione personarum. E. 88. per totam.

Eiecerunt eum extra vineam. Satiùs muris flagitium occultarent, sed nemo celare potest peccatum, ne rumor serpat in vulgus. Peccatum se prodit instar hydropis. E. 45. n. 7

Instar radicis pullulat. E. 45. n. 10

Malos male perdet. Ingentem vim malorum ostendit duplicatio illa, malos malè. Ingens vis infernorum suppliciorum ostenditur. E. 8. per totam. E. 100. per totam.

Malos male perdet. Omnes perdit, malos malè, bonos bonè. Pluribus laboribus implicantur boni, quàm iusti. E. 52. per totam. E. 7. per totam.

Nunquam legis, &c. Obliti spiritualium, temporalia curant. Nouissimorum recordatio ad virtutem ducit. E. 98. per plures Ethologias.

Lapidem, quem reprobauerunt adificantes. Humilitas eleuat, superbia deprimit. E. 40. per totam.

Dominica III. Quadragesime.

Luca II.

E*Rat Iesus eiciens demonium.* Pœnitentia Deum trahit. E. 55. n. 5

Erat Iesus, &c. Remissio peccatorum dies festus Deo. E. 55. n. 14

Erat Iesus. Quasi negotium facessit pœnitentia: sed Dei auxilio facilis. E. 56. n. 4. & 16

Erat Iesus, &c. Pœnitens per omnia pateat confessario. E. 56. n. 11

Erat Iesus, &c. Non distulit hanc curationem, quia pœnitentia non est procrastinanda. E. 76. per totam.

Erat Iesus, &c. Quasi negotium facessat Christo dæmonem pellere. Dæmonis vis ingens. E. 2. à n. 11. per plures.

Erat Iesus. Difficultatem insinuat, quia dæmon tepidis horrore, iustis derisus est. E. 2. n. 11

Erat Iesus. Non vicariis rem commisit. Prælati per se ipsos omnia speculantur. E. 94. per totam.

Et illud erat mutum. Confessio peccatorum non de decori, sed honori danda est. E. 55. per totam.

Et illud erat mutum. Quia iuxta alium Euangelistam cæcus, & surdus dicitur. Omnia mala eruit confessio peccatorum. E. 56. n. 6

Et illud erat mutum. Profectò & surdus: multum conatur dæmon nobis eripere visum, & aures ad res spirituales. E. 9. n. 3 1

Et illud erat mutum. Quia celans, & excusans peccata. Excusationem prætendens erratis, pudorem abiicit. c. 3. v. 29. n. 9

Excusatio ex peccato tanquam ex radice procedit. c. 3. v. 30. n. 6

Auget peccatum. c. 8. n. 1. v. 2

Et illud erat mutum. Exteriores sensus mortificandi. Mortificatio sensuum hominem quodammodo in Deum conuertit. E. 2. n. 2

Et illud erat mutum. Hic dæmon subinde spiritus immundus dicitur, quia peccata contra castitatem frequentius os obstruunt in confessione. E. 4. n. 1

In hoc vno spiritu eiciendo Christus moram trahit, quia luxuria difficile excutitur. E. 4. per totam.

Ab hoc vitio initium capiat mortificatio. E. 4. n. 12

Et illud erat mutum. Cæcus, & surdus. Sensim ingreditur dæmon, donec totum hominem occupauerit. E. 45. per totam.

Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus, & admirata sunt turba. Eum qui fuerat mutus loquentem mirantur turba, quia pœnitentia ad maiorem virtutis cumulum quandoque perducit, quàm innocentia. E. 55. n. 7

Admirata sunt turba. Peccata per pœnitentiam remissa quodammodo ad pœnitentem non spectant. E. 55. n. 8

Locutus est mutus. Per pœnitentiam peccata quodammodo euanescent. E. 55. n. 10

Locutus est mutus. Priùs dæmon loquax hominem mutum reddiderat. In pœnitentia homo loquitur, & dæmon mutus est. E. 56. n. 6

Et admirata sunt turba. Pœnitens tanta gratia perfunditur, vt admirationem sui excitet veluti in Sanctorum numerum relatus. E. 56. n. 3

Et admirata sunt turba. Pœnitentia lætitiã infert. E. 56. n. 10. & 11

Ipse vero vt vidit cogitationes eorum. Cum verba exlceratum animus prodant, quid opus est ad cogitationes recurrere? scilicet qui mentem non haurimus, aliorum facta non carpamus. E. 69. n. 5. & sequentibus.

Cum fortis armatus, &c. Consuetudine armatur peccatum, & fortius fit. E. 45. per totam.

Inuenit eam vacantem. Otium, & segnities dæmonem traducunt in animam. E. 53. per totam.

Vitiis viam sternit. E. 53. n. 6. 12. & 18

Extollens vocem quadam mulier de turba. Sapientior scribis, quia bona pars sapientiæ in virtute sita est. E. 25. per totam.

Feria IV. post Dominicam tertiam Quadragesime.

Matth. 15.

Q*uare discipuli tui,* &c. De discipulorum incuria magister accusatur, quia peccata subditorum in Prælatos recidunt. E. 89. per totam.

Quare discipuli. Detractores, & inuidi dolent si quem iuste operantem viderint. E. 69. per totam.

Quare

Ad vsum Concionatorum.

Quare discipuli. Nemo etiam sanctissimus, à flagello linguæ immunis. Difficile compefcitur lingua.

E. 69. n. 8

Non enim lauant manus. Homines miseri exteriora curant, spiritualia obliuiscuntur. E. 109. n. 5. & sequentibus.

Non enim lauant, &c. Prælati, & Ecclesiastici viri vel minima errata vident, quia omnium oculis parent. E. 104. per totam.

Quare & vos, &c. Dum ipsi seueri sunt censores in aliena crimina, propria obicit Deus. Seuerè agit Deus cum illis, qui seuerè agunt cum proximis. E. 69. à n. 17. per plures.

Quare & vos. In detractorem detractio recidit. E. 69. n. 17

Detractor atteritur dum atterit. E. 70. à n. 4. per plures.

Quare & vos. Detractores reprehendit Christus, & discipulos laudat, scilicet rutilat gloria, dum carpitur. E. 70. n. 3

Quare & vos. Obiicienda detractori propria crimina, quia dum alienis factis oblatrat, sui obliuiscitur. E. 69. n. 13

Quare & vos. Qui aliena facta mordet, propria reuelat. E. 70. n. 1

Quare & vos. Alicui potius Principibus, quàm Deo parent. E. 110. n. 22

Quare & vos. Famæ propriæ inuigilent Prælati, & Ecclesiastici viri, quia per eorum mores vulgus in officio continetur. E. 112. per totam.

Quare & vos. De violato præcepto honoris erga parentes conqueritur Deus, quia hoc insitum filiis à natura altius, quàm multa alia. E. 36. n. 12. & E. 37. n. 8

Quare & vos. Illis consulens hoc præceptum obiicit Christus, quia qui parentes colit, sibi consulit. E. 37. per totam.

Quare & vos. Prædicator grauius infectetur crimina. E. 37. per totam.

Quare & vos. Innocens sit, qui aliorum facta carpit. c. 9. v. 24. n. 13

Non enim lauant manus suas. Leuia peccata fugienda ne sensim incrementum capiant. E. 45. per totam.

Honora patrem tuum. Qui parentibus obtemperat, Deum propitium habet. E. 36. n. 1

Multa de pietate filiorum erga parentes. E. 36. per totam.

Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Lex de honorandis parentibus mandatum Dei dicitur, quia pietas erga parentes diuinitatis est signum. E. 36. n. 4. 5. 6. & 8

Item quia cura hæc quodammodo Deum attingit. E. 36. n. 11

Mandatum Dei. Mandatum Dei dicitur lex de honorandis parentibus, quia primum est in secunda tabula, vel iuxta aliquos vltimum in prima, quia medium locum quodammodo obtinet inter humana, & diuina. E. 36. n. 8. 11. & 13. & E. 37. n. 4. & 6

Populus hic labijs me honorat. Opera vim addunt verbis. E. 37. per totam.

Omnis plantatio, quam non plantauerit Pater meus, &c. Sine Dei auxilio ruimus. E. 1. per totam.

Caci sunt, & duces cæcorum. Prælatorum vita subditis forma est. E. 112. per totam.

Cogitationes male, homicidia, &c. In principio resistendum peccato ne serpat. E. 44. per totam. E. 45. per totam.

Feria VI. post Dominicam tertiam

Quadragesima.

Ioan. 4.

Hora autem erat quasi sexta. Scilicet hora prandij, & tamen piis colloquijs fœminam ad meliorem mentem traducit. Nullum tempus importunum piis colloquijs. E. 111. n. 13. E. 31. n. 22

Fatigatus ex itinere. Vt in se exprimat quanto labore constet peccatum. E. 7. per totam.

Venit mulier. Quasi mirum fuerit mulierem, maxime fornicariam, ad pœnitentiam traduci. E. 4. per totam, præcipue n. 25

Da mihi bibere. Exigit à nobis Deus vt ad petendum nos prouocet. E. 31. n. 1

Da mihi bibere. Concionator orationem attemperet auditoribus. c. 4. v. 28. n. 5

Da mihi bibere. Pro oblata occasione pia colloquia cum proximis miscemus. E. 111. per totam.

Da mihi bibere. Petit vt tribuens mulier misericordiam mereatur. E. 46. n. 14

Da mihi bibere. Ab eleemosyna occasione arripit Christus, quia eleemosyna præclarum vitam Christianam tyrociniū. E. 46. n. 7

Item oleum est, quo spirituales athletæ primum inunguntur. E. 46. n. 8

Da mihi bibere. Petit vt fidentiùs ab eo tanquam à debitore exigamus. E. 12. n. 10

Da mihi bibere. Minimi constat virtus, & facile habetur. E. 79. per totam.

Discipuli autem abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Prælati, & ministri Euangelij prius aliorum animos, quàm sua corpora curent. E. 12. n. 1. E. 61. n. 2

Quare tu Iudæus cum sis. Aliena facta notat, qui propria obliuiscitur. E. 69. n. 13

Tu forsitan petiisses ab eo, & daret tibi. Vi quadam adigitur Deus ad dandum postulata. E. 31. n. 4. E. 12. n. 14

Tu forsitan petiisses ab eo, &c. Sibi sibi vult Deus parere necessitates nostras, ne illi vllus alius beneficiendi occasionem præcipiat. E. 31. n. 18

Tu forsitan, &c. Mulierem perditam ad orationem prouocat, quia oratio sepulchrum est vitiorum. E. 90. n. 12

Tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi, &c. Particulam forsitan, quæ incertitudinem innuit, non exauditioni, sed orationi adiunxit, quia oratio certius impetrat, quàm petit. E. 90. n. 6

Tu forsitan, &c. & dedisset tibi. Ante finem orationis accurrat Deus. E. 31. n. 9. & 15

Tu forsitan, &c. Si aquam mortuam, & sæculentam petiisses, ipse tibi aquam viuam dedisset, scilicet cumulatiùs dat Deus, quàm ab eo petitur. E. 31. n. 13

Et dedisset tibi. Daturus petit, quia dantes eleemosynam beneficium accipiunt. E. 49. n. 5

Et dedisset tibi aquam viuam. Exaudiuntur facile qui non temporalia, sed cœlestia quarunt. c. 3. v. 6. n. 3

Aquam viuam. Si tu aquam mortuam, & putealem obieciisses, ille tibi aquam viuam propinasset, scilicet Deus tantum nos pietate superat, quantum maiestate. c. 2. v. 21. n. 3

Puteus altus est, nec in quo haurias habes. Mulier viribus humanis rem meretur, ad orationem verò mittitur, quia precatio potius, quàm viribus res Christiana est peragenda. E. 31. n. 4

Ad vsum Concionatorum.

Qui biberit ex hac aqua, &c. Spiritualia sitim extinguunt, temporalia acciunt. E. 5. per totam.

Da mihi hanc aquam. Christi benignitas, & comitas sensim formam ad pietatem illexit. Prælatus mitius agat cum subditis. E. 67. n. 11. per plures.

Voca virum tuum. Maritus indiuiduam comitem habeat vxorem in prosperis, & aduersis. E. 60. n. 3

Vxor marito per omnia pareat. E. 60. n. 4

Maritus bono vxoris per omnia consulat. E. 60. n. 18

Vir omnimodo adhareat vxori. E. 60. n. 19

Zelotypie mala. E. 106. per totam.

Quingue viros habuisti, &c. Concionatores durius increpent auditores. E. 57. per totam.

Quingue viros habuisti. Luxuria si quemquam oppresserit, difficile dimittit. E. 4. n. 9. per plures.

Domine vt videas, *Propheta es tu*. Initio vulnus detegere cogit, quia peccatorum confessio initium virtutis est; ad confessionem peccata euanescent. E. 55. n. 10

Patres nostri, &c. Primam quæstionem mouet mulier de oratione, quia sicut lac primum huius vitæ alimentum est, ita oratio vitæ spiritualis. E. 38. n. 8. E. 90. n. 1. & 5

Mirabantur quod cum muliere loqueretur. Qui periculis se subtrahit, facile declinat: luxuriæ petitiones. E. 43. per totam.

Nemo tamen dixit illi: Quid loqueris? Diuitias spirituales parit simplicitas. E. 69. n. 14

Non temere aliena facta carpenda. E. 69. per totam.

Præcipue viri religiosi, & Prælati facta in meliorem partem accipienda sunt. E. 104. per totam.

Reliquit hydriam. Pericula, quæ nos ad vitium inducunt, præcipue ad luxuriam vitanda longissime. E. 44. per totam.

Reliquit hydriam. Semel remissa peccata non repetenda. E. 56. n. 12

Dominica IV. Quadragesima.

Ioan. 6.

A *Byt Iesus trans mare Galilææ*. Digni hoc beneficio qui per deserta, & amarum mare Deum quærunt, labores Deum præsentem faciunt. E. 32. per totam.

Et sequebatur eum multitudo magna. Scilicet ex plebe, præcipue rudioribus Prælatus temporalia præbeat. E. 123. n. 14

Cum subleuasset oculos Iesus. Nihil non speculetur Prælatus. E. 94. n. 1

Aliis inuigilando mater est. E. 94. n. 3. per plures.

Quia multitudo magna venit ad eum, & infra, *Facite homines discumbere*. Nihil in mendico disquirendum præter naturam humanam, & necessitatem. E. 47. per totam.

Quia multitudo magna venit ad eum. Qui diuinæ vocationi respondent, aluntur à Christo. E. 9. n. 28. per plures.

Quia multitudo magna venit ad eum. Pauperis inopia ad diuitem clamat, vnde Christus non expectat vt petatur. c. 4. v. 5. n. 6

Dicit ad Philipum. Qui iuxta quosdam minus ingenio pollebat, quam reliqui: nullius consilium despiciendum. E. 73. n. 4. vel quia pro temporalibus non multum infudandum. E. 28. per totam.

Dicit ad Philipum. Qui perspicacior erat ad cœconomiam, & in supputandis rationibus multum valebat. Vnusquisque consulendus in ea arte, quam exercet. E. 73. n. 13. & 16

Dicit ad Philipum. Nempe virum sanctissimum. Consilium piorum quærendum. E. 106. n. 4

Vix potest dare consilium vile vir impius. E. 106. n. 5

Vnde ememus panes vt manducent hi. Prælatus aliis consulat, de se curam abiiciat. E. 94. n. 13. & 14

Vnde ememus panes. Hæc Christus Dominus postquam concionem bene longam habuerat. Prælatus spiritualia curet, & temporalia non omittat. Cura erga temporalia, & spiritualia integrum Prælati munus complent. E. 123. per totam.

Vnde ememus panes. Etiam non petentibus subditis curet temporalia, & spiritualia Prælatus. E. 123. n. 8

Vnde ememus panes. Postquam homines pauit, durius eosdem increpauit. Cura Prælati erga temporalia corripiendi vim offert. E. 123. n. 9

Eius Prælati iussa facilius subditi capeunt, qui temporalia curat. E. 123. n. 10. & 15

Vnde ememus panes. Consilium qui non capit, desipit. E. 37. n. 1

Vnde ememus panes. Res erat satis perspicua, & consulit. Nihil sine consilio faciendum. E. 73. n. 3

Vnde ememus panes, &c. Prælati nomen amittit qui consilium non capit. E. 73. n. 8. & 9

Vnde ememus panes. Leniter, & multo delectu res agenda. E. 73. n. 9

Vnde ememus panes. Non quærat an danda sit eleemosyna, sed de modo consulit. Præcepto, & natura nos adigit Deus ad dandam eleemosynam. E. 49. n. 16

Ipse enim sciebat quid esset facturus. Etiam in rebus perspicuis consulendum. E. 73. n. 12

Date vos illis manducare. Hæc ex alio Euangelista huc inferenda. Eleemosyna est vectigal, quod diuites Deo soluunt. E. 49. n. 6

Tenentur diuites eleemosynam soluere pauperibus. E. 49. n. 13. per plures.

Date vos illis manducare. Ecclesiastici viri non sanguineos, sed pauperes alant. c. 6. v. 1. n. 3

Est puer vnus hic. Puer innocentiam, panes hordeacei temperantiam designant. Qui parcus esculentis & poculentis vitur, virtutem alit. E. 109. n. 15

Quingue panes hordeacos. Ideo non delicatiora ferula Christus obiicit, quia temperantia erga cibos Christum trahit. E. 109. n. 1. per plures.

Facite homines discumbere. Discumbentes, non stantes cibum capiunt, quia gaudia quæ ex virtute veniunt, stabilitatem habent. E. 7. per totam.

Erat ibi scœnum multum. Quod carnis petulantiam designat, hanc extinguit, qui stipem porrigit. E. 46. n. 5

Cum gratias egisset. Nihil tam perspicuum, quod cum Deo non sit pertractandum. E. 106. n. 3

Dabat discipulis suis. Scilicet Ecclesiæ Prælatis, vna eleemosyna nos aliis præficit. E. 46. n. 2

Quantum volebant. Larga manu temporalia Prælatus largiatur. E. 123. n. 12. & 13

Colligite quæ superauerunt fragmenta. Nihil Deus vult petire, sed magnam curam exhiberi vel erga minima. E. 68. per totam.

Quæ superauerunt fragmenta. Scilicet vobis manducanda, & apponenda vestris mensis: at nunc vel frustra pauperes desiderant. E. 49. n. 16

& 17

Ad vsum Concionatorum.

Duodecim cophinos. Plus colligunt, quàm dederant, quia elemosyna plus danti, quàm accipienti proficit. E. 46. n. 14

Quod fecerat Iesus signum. Mirum post ventris saturitatem oculos ad Christum leuasse. Ventris repletio instar procellæ mentis nauigium arripit. E. 109. n. 8

Et facerent eum Regem. Scilicet illi, qui multis beneficiis circa spiritualia acceptis nihil tale curauerant. Cura erga temporalia charum Prælatus subditis reddit. E. 123. per totam.

Ut facerent eum Regem. Prælatus qui temporalia curat, regnum suum firmat. E. 123. n. 11. & 12

Ut raperent eum, & facerent eum Regem. Noluit quasi ex raptu ad regnum euehi; ad præfecturas, non nisi ex meritis ascendant. E. 87. per totam.

Et facerent eum Regem. Noluit à plebe in Regem eligi, quia Prælatorum electio difficilis, nec nisi à prudentibus viris facienda. E. 5. à n. 9. per plures. Quodammodo Deus angitur in eligendis Prælatis. E. 6. n. 21

Fugit iterum. Ille indignus qui prælaturas præferat, ille dignus qui fugit. E. 87. n. 8. 10. & 14

Fugit iterum. Præfectura ambientem fugit, fugientem sequitur. E. 87. n. 8

Feria IV. post Dominicam quartam Quadragesimæ.

Ioan. 9.

Præteriens Iesus. Ex itinere substitit ad benefaciendum Deum, ad dandum procliuis. E. 18. n. 3. & 20

Præteriens Iesus. Iucundum Deo misereri. E. 34. n. 4

Præteriens Iesus. Non præterit pauperem, est enim elemosyna, veluti vestigal, ad quod dandum tenentur diuites. E. 49. n. 6

Præteriens Iesus. Scilicet Prælatus omnia speculetur. E. 89. per totam.

Præteriens Iesus, &c. Lapidantium iras beneficio sedat; quia in nostram societatem trahimus inimicos benefaciendo. E. 72. per totam.

Quis peccauit, hic? an parentes eius? Natura hominibus insitum est, vt labores ex culpis ortum trahere credant, vnde speculi nomen sortiuntur. E. 10. n. 3

Quis peccauit, &c. Certum ipsis est hunc, aut parentes peccasse, vnum sciscitantur, quis hic sit? non facile aliorum famæ detrahimus. E. 69. n. 6

Quis peccauit? Nos pœnam contra nos armamus. E. 86. à n. 4. per plures.

Quis peccauit, &c. Aegritudines, & cæcitatem peccatum affert. E. 56. n. 13

Quis peccauit, &c. Peccatum ipsa dona naturalia, & libertatem atterit; non tamen absumit. E. 45. n. 14. & 15

Quis peccauit, &c. Peccatum instar florum tandem in aculeos durefcit, quibus animam lancinet. E. 8. n. 62

Quis peccauit, &c. Iratus quandoque Deus nihil mali immittit peccantibus, vt integram pœnam referret in futuro luendam. E. 8. n. 85

Neque hic peccauit, &c. Non semper labores ex peccato originem trahunt, imò verò sæpius exercitationem virtuti offerunt. E. 10. per totam.

Vt manifestentur opera Dei in illo. De misericordia Deus gloriatur, iustitiam occultat. E. 34. n. 6. & 10

Vt manifestentur, &c. Deus sibi charos probat laboribus. E. 28. à n. 9. per plures.

Vt manifestentur opera Dei. Labores patienter perpeti diuinum quid indicat. E. 29. per totam.

Me oportet operari opera Patris mei, donec dies est. Quæsierant, quis peccauit? hic, an parentes eius? quos à curiosis quæstionibus seuoat. Curiosius disquirentes cæcutiunt. E. 41. per totam.

Item nobis vtilia docet inquirere, aliena silere. Vtilia colloquia inserere docet Christus. E. 111. per totam.

Me oportet operari, &c. Breuis vitæ periodus nos cogit celerius operari. E. 118. per totam.

Instar aquæ decurrit. E. 118. n. 2

Herbæ ante hominem conditæ vt eum prodeuntem fragilitatis admonerent. E. 118. n. 3

Me oportet operari, &c. Cum vita benefaciendi, & pœnitendi occasio transuolat. E. 8. n. 20

Donec dies est. Pœnitentia non procrastinanda in mortis noctem. E. 43. per totam.

Donec dies est. Sine intermissione virtus obeunda. E. 68. per totam.

Venit nox, quando nemo potest operari. Nox pro infernis pœnis. Damnati nihil boni efficere possunt. E. 8. à n. 77. per plures.

Venit nox. Peccatum nox, quæ mortem accersit. E. 120. à n. 15. per plures.

Venit nox. Scilicet mors, vel apud inferos pœna. Otium instar mortis, vel inferni manus ligat. E. 53. per totam.

Expuit in terram. Iesus totus salus, cuius vel salua ad sanitatem valet. E. 12. per totam.

Lutum fecit. Excæcando lumen reddit. E. 32. n. 11. E. 10. n. 4

Vade, & laua, &c. Oportet & nos aliquid agere, nec totum salutis nostræ negotium Deo relinquere. E. 1. per totam. & E. 2. per totam.

Alij nequaquam, sed similis ei est. Tanta debet esse in pœnitente morum mutatio, vt iure quis in dubium vertat an sit ipse, an alius? Vnde pœnitentia insitio dicitur, quæ arborem alienos fructus edere cogit. E. 56. n. 9

Lani, veni, & vidi. Virtus facilis. E. 76. per totam.

Etatem habet, ipsum interrogate. Verentur veritati testimonium reddere. Virtutem publicè profiteamur, & sine pudore. E. 33. n. 1

In hoc ergo mirabile est, quod vos nescitis vnde sit. Virtus sapientiam alit. E. 25. per totam.

Credo Domine, & procidens adorauit eum. Fidem suam operibus probat. E. 27. per totam.

Feria VI. post Dominicam quartam Quadragesimæ.

Ioan. 11.

Erat quidam languens Lazarus. & infra: Ecce quem amas infirmatur. Quæ verba quasi subditum, & inopinatum casum subindicant; scilicet mortis citius venit, dum longius abesse credimus. E. 34. n. 10

Item hæc verba celeritatem mortis subinferunt, scilicet, peccator, cuius figuram sustinet Lazarus, sibi mortem accersit. E. 120. per totam.

Quidam languens Lazarus à Berbania, &c. Iuuenes durius increpandi, quia ad vitia ruunt. E. 103. per totam.

De castello Maria, & Martha. Principes viri grauioribus vrgentur procellis. E. 110. n. 5

Ad vsum Concionatorum.

Morti viciniore. E. 110. n. 14. & 16
Maria autem erat, qua unxit Dominum unguento.
Etiam domos piorum Deus laboribus virget.
E. 28. per totam.
Miserunt ergo sorores eius. Nulli vult necessitates nostras patere Christus, nisi sibi vni, ne illi beneficiendi occasio arripiatur. E. 31. n. 18
Infirmus hac non est ad mortem. Sapienter Deus ægritudines immittit, vt decumbentes visitando iusti proficiant. c. 7. v. 39
Sed pro gloria Dei. Dum iusti labores æquo animo tolerant, Deum gloriosorem ostendunt. E. 29. per totam.
Mansit in eodem loco duos dies. Absens Deus præsentior fit, quia laborantibus adest, etiam si abesse videatur. E. 32. à n. 3. per plures.
Rabbi nunc querebant te Iudei lapidare. Prælati propria commoda publicis vtilitatibus posthabeant. E. 94. per totam.
Lazarus amicus noster dormit. Ad somnum componitur mors, quia mortis meditatio multa, bona infert. E. 5. per totam.
Lazarus amicus noster dormit. & infra, Vado vt à somno excitem eum. Scilicet hoc est veræ amicitie signum rucntem peccatorem correptione, & supplicio quasi fræno retinere. E. 57. à n. 3. per plures.
Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Conqueritur de Christo, quod moras traxerit, cum tamen Deus præsentior sit laborantibus. E. 32. à n. 1. per plures. E. 52. n. 11
Credis hoc. Non friget deuotio, etiam sepulto fratre, quia viri pij virtus laboribus proficit. E. 52. per totam.
Vt vidit Iudeos plorantes. Lachrymantibus præstò adest Deus. E. 32. n. 6
Lachrymæ æternæ vitæ semen. E. 56. n. 10
Signum beatitudinis. E. 6. n. 2. & 27
Lachrymatus est Iesus. Quod moriens fecit, hoc idem præstitit videns in Lazari demortui cadauere hominum miseriam. Prælati facili se præstet subditis. E. 94. n. 8
Miseretur Deus sponte, punit coactus. E. 34. n. 23
Tollite lapidem. Sibi onera imponant Prælati, vt subditos leuent, ideo hoc præcipit Apostolis. E. 94. per totam.
Tollite lapidem. Peccatum nouum semper pondus importat. E. 45. n. 1. & sequentibus.
Gratias tibi ago, quia semper me audis. Hæc Christus ad Patrem lachrymans. Lachrymantibus Deus præstò est. E. 32. n. 6
Clamauit voce magna. Principes viri (qualis Lazarus) de mortui peccatis durius increpandi. E. 118. n. 15
Clamauit voce magna. Quatriduani peccatores, id est, qui diutiùs peccatis adheferunt, diutiùs increpandi. nam consuetudine peccandi lapidauerunt. E. 45. per totam.
Et statim prodijt. Prompti Deo morem geramus. E. 50. per totam. E. 104. per totam.
Ligatus manus, & pedes institis, & facies eius sudario erat ligata, mystica obedientis effigies. Prælati iussa non discutienda. E. 104. per totam.
Etiam ea quæ impossibilia videntur, exequi pergat, scilicet Lazarus ligatus obambulat, cæcus videt. E. 104. per totam.
Faciem etiam ligatam sudario habent qui obsequuntur, quia et si insipientes habeantur ab ho-

minibus, sapientissimi sunt. E. 50. à n. 14. per plures.
Soluite, & finite abire. Non sat est resurrexisse, multo conatu insistendum est virtuti. E. 68. per totam.
Et finite abire. Quia peccata post pœnitentiam commissa pessima. E. 56. n. 12

Dominica in Passione.

Ioan. 8.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Moriturus Christus suam innocentiam asserit, quia labores potius innocentiam probant, quam culpam adstruunt. E. 28. per totam.
Quis ex vobis, &c. Optimum Redemptoris signum innocentia. Prælati, & doctores alijs profuturi innocentes sint. E. 12. per totam.
Quis ex vobis, &c. Tam proximum est pœnæ peccatum, vt passurus Christus culpæ suspicionem à se auertere cogatur. E. 68. n. 10. E. 93. n. 6
Quis ex vobis. Moriturus Christus delicto se purgat, quia frequentius mortem peccatum acceperit. E. 120. per totam.
Quis ex vobis. Deseruiturus in crimina se vitii purgat. Qui aliena facta carpit, crimine sit immunis. c. 4. v. 23. n. 3. c. 4. v. 29. n. 2. c. 5. v. 16. n. 5. c. 9. v. 24. n. 13
Si veritatem dico vobis. Veritas per se emergit, deprimi non potest. E. 27. per totam. E. 54. per totam.
Contra eam non præscribitur. E. 27. n. 1
Emergit instar olei. E. 54. n. 2
Si veritatem dico vobis. Concionatores veritatem nudent. E. 57. per totam.
Instar apum vitam contemnant dum pungant. E. 57. n. 4
Si veritatem dico vobis, &c. Etiam si concionator malè accipiat, non intermittat orationem. E. 58. per totam.
Persecutio excitata contra concionatorem vim addit verbo. E. 58. n. 14. & sequentibus.
Qui ex Deo est, verba Dei audit. Qui rebus sæcularibus occupantur, difficile concionibus aurem præbent. E. 110. n. 2
Qui ex Deo est, verba Dei audit. Qui verbum Dei non audit, concionatorem occidit. E. 9. n. 2
Multa opera pietatis intermittenda vt concionibus adsumus. E. 9. n. 3
Ad omnem virtutem efformat. E. 9. n. 6
Instar primi mobilis reliquas virtutes secum trahit. E. 9. n. 7. & 8
Instar cordis, & cerebri officina spirituum. E. 9. n. 8
Qui ex Deo est, verba Dei audit. Perfectiores audiunt audiendo verbo instent. E. 9. n. 25
Qui ex Deo est, verba Dei audit. Id est, exequitur. Patum est verbum Dei audire, & mente versare, nisi executioni mandetur. E. 90. à n. 27. per plures.
Ego demonium non habeo. Concionator contemnat hominum dicta, dum munus suum expleat. E. 59. n. 6
Ego demonium non habeo, &c. Malè audit concionator, dum perditos mores carpit. E. 58. à n. 4. per plures.
Ego demonium non habeo. Acceptas iniurias condonare præcipue ad viros Ecclesiasticos pertinet. E. 115. per totam.

Ad vsum Concionatorum.

Ego demonium non habeo. De Samaritano omnino subtrahitur, quia vnum peccatum malum existimavit, & ideo id solum depellendum putavit; quod verò ex Samaritanis genus traheret, nec ne, nihil fecit, & ideo non propulsauit. Nobilitas ex virtute pensanda. E. 80. per totam.

Ego demonium non habeo. Patienter iniurias ferre pietatem, & doctrinam probat, vnde hoc mihi responso vtrumque illud euicit Christus, quod dixerat: scilicet, *Quis ex vobis arguet me de peccato*, quod ad pietatem pertinet, & illud si veritatem dico vobis, quoad doctrinam. E. 29. per totam.

Et vos inhonorastis me. Honor deferendus eis, qui Deum honorant. E. 5. à n. 7. per plures.

Ego autem non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet. Honor fugientem se insequitur. E. 87. à n. 10. per plures.

Est qui querat, & iudicet. Iniurias remittentem Deus vindicat. E. 116. n. 2

Et non cognouistis eum, ego autem noui eum. Quod statim probat, & sermonem eius seruo. Qui audita non complet, videtur neque intelligere verba, neque nosse Deum. E. 9. à n. 27. per plures.

Ego demonium non habeo. Ad potentiores spectat præcipuè iniuriarum remissio. E. 116. à n. 4. per plures.

Tulerunt ergo lapides. Efferi homines, qui neque blandis verbis molliri possunt, mollioribus verbis vel inimici deuinciuntur. E. 72. à n. 15. per plures.

Feria IV. post Dominicam Passionis.

Ioan. 13.

Facta sunt encania. Moriturus Christus encaniorum festo adest; id est, renouationi, quia ad mortem vsque oportet in virtute crescere, & animum renouare. E. 33. n. 9. & 15. E. 78. per totam.

Animus instar vineæ semper excolendus. E. 78. n. 15

Et hyems erat, & ambulabat Iesus. Hæc addit Euangelista, ne frustra tempus terere videatur. Principes viri veluti facies sunt reipublicæ, in qua vel minimum vitium notatur. E. 112. n. 9

Et ambulabat Iesus. Scilicet cogitabundus. Deus multum curat hominum salutem. E. 12. n. 7. & 14

Peculiariter iustos tutatur. E. 32. per totam.

Ambulabat Iesus. Vltro se quaerentibus obiicit. E. 31. per totam.

Ambulabat Iesus in porticu. Vt vel solo vultu pelleret templo negotiatores. Societas Sanctorum virtutem auget, malorum verò multum nocet. E. 83. per totam.

Ambulabat Iesus. Principes faciles se exhibeant. E. 62. à n. 1. per plures.

Ambulabat Iesus. Zelo scilicet actus, vt profanos, & onera portantes ingressu templi arceret. c. 3. v. 9. n. 2

In porticu Salomonis. Quia pessima Sacerdotum vitam de templo eliminauerunt. Prælatorum peccatis præcipuè intentus Deus. E. 62. n. 6

Eorum peccata grauissima. E. 89. per totam.

Circumdederunt ergo eum. Id est, deambulantem quasi facto muro concluderunt. Hos imitantur qui

abditæ mysteria curiosius rimantur. Arcana mysteria non discutienda. E. 41. & 42. per totas.

Item qui omnibus mandatis non obtemperant, sed factò circulo concludunt, nec vltius Deum mandando progredi sinunt. Iussu Prælatorum non discutienda, sed in omnibus parendum. E. 104. per totam.

Quousque animam nostram tollis. Suspenduntur in primis, & quasi inter cælum, & terram patiuntur qui non incumbunt virtuti toto animo, sed partim corporalibus, partim spiritualibus hærent. Quot mala patiantur, qui segniter virtuti incumbunt. E. 68. per totam.

Item Concionatores, qui dicta factis non exequuntur. c. 4. v. 23. n. 3. c. 4. v. 9. n. 5

Quousque animam nostram tollis. Veritas ingrata impiis. E. 27. per totam.

Pios verò viros mendacium torquet, vnde litis appellatur. E. 54. n. 6

Instar tempestatis exagitat. E. 54. n. 13

Quousque animam nostram tollis. Sapius dixerat Christus, sed exciderat verbum. Periculosè verbi Dei obliuiscimur. E. 9. à n. 14. per plures.

Si tu es Christus, dic nobis palam. En qua ratione ignorantiam suam excusant. Viros Ecclesiasticos, & Prælatos maximè decet sapientia. E. 51. per totam.

Ideo caput dicuntur, quia in capite omnes sensus resident. E. 51. n. 8

Opera qua ego facio. Opera melius, quàm verba virtutem probant. E. 27. per totam.

Oues meæ vocem meam audiunt. Iis, qui verbum audiunt, certa salutis spes affulget. E. 9. n. 5

Deo sanguine iungit. E. 9. n. 7

Instar primi mobilis reliquas virtutes secum trahit. E. 9. n. 8

Vocem meam audiunt. Non plures voces expectant, sed primæ obtemperant. E. 104. per totam.

Vocem meam audiunt. Obedientes peculiariter Dei filij. c. 3. v. 8. n. 2

Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me. Obedientes facillè omnia tentamenta superant. E. 50. n. 12

Expende illud, & sequuntur me; id est, meam sapientiam quodammodo hauriunt. Parere sapientiam auget. E. 50. à n. 14. per plures.

Cognosco oves meas. Hoc est munus Prælati subditos expectorare. E. 51. per totam. & E. 94. per totam.

Feria VI. post Dominicam Passionis.

Ioan. 11.

Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium. Sensim serpit peccatum, donec totam rempublicam inficiat. E. 45. per totam.

Collegerunt Pontifices. Scilicet, quorum peccata Christus taxauerat. Dedecet viros Ecclesiasticos, & nobiles iniuriarum meminisse. E. 115. per totam. E. 116. per totam.

Concilium. Consilium petendum. E. 37. per totam.

Prælatum maximè decet alios consulere. E. 37. n. 8

Concilium. Ideo in præceps ruit respublica, quia concilium cogitur ex improbis. E. 116. à n. 4. per plures.

Ad vsum Concionatorum.

Si dimittimus eum sc. omnes credent in eum. Imò si male accipitis, si occiditis, omnes credent in eum. Labores hominem commendant, & celebrem faciunt. E. 10. à n. 1. per plures.

Venient Romani, &c. Ex peccato sibi subsidium parant, cum tamen peccatum ruinam inferat. E. 45. per totam.

Venient Romani, & tollent, &c. Imò verò, quia Christum occiderunt. Peccatum sui ipsius pœna. E. 48. per totam.

Venient Romani, &c. & infra, expedit vt vnus moriatur homo, &c. Ad vnum omnes huic sententiæ subscripserunt. Quàm latè auaritia dominatur. E. 3. per totam.

Auaritia instar paralyſis omnem sensum absumit. E. 3. n. 6

Venient Romani, &c. Temporalia qui curat, spiritalibus sensum occludit. c. 9. v. 4. n. 2. E. 3. n. 13

Venient Romani, &c. Qui pecuniis incubat, nollet habere locium. E. 119. n. 4

Venient Romani. Scilicet diuitiæ laqueus, & viscus sunt diaboli. E. 119. n. 20

Venient Romani. Ambitiosus iugi trepidatione quassatur instar cordis. E. 5. n. 4

Potitis crescit ambitio. E. 5. per totam.

Venient Romani. Nimius timor hominem lædit. E. 24. per totam.

Venient Romani. Temporalia perdere timent, cum tamen vnum sit peccatum metu dignum. E. 85. per totam.

Venient Romani. Si Dei timorem haberent, humanum facile pellerent. E. 19. n. 4

Venient Romani. Potius ducuntur improbi humano, quàm diuino timore. E. 19. à n. 8. per plures.

Venient Romani. Qui solo humano timore à peccato arcetur ruinæ proximus. E. 20. n. 1. & 2

Humanus opera dirigit, non cor. E. 23. n. 9

Venient Romani. Principes publico bono consulant, priuatum despiciant. E. 62. n. 7. & 9

Casphas nomine. Qui dignitatem præsaſauerat, vel emerat, meritò desipit, & ruit; qui non iure præfecturam obit, ipso pondere obruitur. c. 6. v. 22. n. 2. E. 86. à n. 6. per plures.

Cum esset Pontifex. Hanc assignat rationem, ob quam eius sententiæ omnes subscripserint, scilicet Princeps cæco ductu reliquos in suam sententiam pertrahit. E. 112. à n. 12. per plures.

Vos nescitis quidquam. Imò verò tu nihil scis, ô homo, ignorantia maximè dedecet Prælaturam. E. 51. per totam.

Vos nescitis quidquam. Vel sapientissimi apud homines parum nouerunt. c. 1. v. 20. n. 5

Vos nescitis quidquam. Scilicet, quia pessimi homines cæcutiunt. E. 25. per totam.

Vos nescitis quidquam. Nempe quia ira in Christum ardetis. Ad sapientiam mites apti. E. 23. per totam.

Abitus sapientis mansuetudo. E. 23. n. 5

Vos nescitis quidquam. Omnibus hæc vox vocem eripuit, scilicet Princeps impius virtuti viam occludit. E. 62. n. 18

Vos nescitis quidquam. Vnam sapientiam iactat, qui virtutem porteret protendere. Prælatura danda non eloquentiori, sed sanctiori. E. 68. n. 2

Vos nescitis quidquam. Scilicet homo ceruicofus, aliorum dicta despexit. Nullius consilia despicienda. E. 73. n. 4

Non pudeat alios consulere. E. 73. n. 5

Prælati nomen amittit, qui alios non consulit. E. 73. n. 8

Frequentius potentiores aliorum prudenter dicta despiciunt. E. 73. n. 8

Expedit vt vnus moriatur homo. Nomen silentio preſtit, quia nemo, nisi ex insidiis veritatem adoritur. E. 54. per totam.

Expedit, &c. Vox tyrannica. Nihil sit Prælato iucundum, quod ruina subditorum constat. E. 62. n. 10. & 12

Expedit, &c. Iræ Romanorum patuerunt propter cædem Christo illatam: nam qui inferiorem deprædatur, præda fit potentiorum. E. 62. n. 9

Expedit, &c. Princeps durè exercens præfecturam multatur. E. 62. à n. 21. per plures.

Expedit. Omnes Principes Sacerdotum dictis acquieuerunt, scilicet Prælatus impius reliquos secum in perniciem trahit. E. 102. per totam.

Expedit, &c. Sacerdotis placitum ruinam intulit vniuersæ reipublicæ. Prælatus impius ingens populi supplicium. E. 113. n. 9. & 11

Iuxta merita populi Deus Prælatos præficit. E. 14. à n. 1. per plures.

Expedit. Prælatus non ducatur amore priuato. E. 114. n. 10

Expedit. Principes nonnulli potius priuatis rationibus, quàm lege Dei ducuntur. E. 110. n. 2

Dominica Palmarum.

Matth. 21.

I*nuenietis asinam.* Id est, homines in bestiarum mores conuersos. Peccator eius belluæ naturam, & figuram induit, cuius mores imitatur. E. 13. per totam.

Inuenietis asinam. & infra, *Dicite dominis.* Peccator multis dominis inseruit, iustus vni Deo. E. 45. n. 20

Inuenietis asinam. Euangelista notante in triuio, quia qui vnum peccatum committit, multis aliis viam pandit. E. 45. per totam.

Soluite, & adducite mihi. Solutus à peccatis per pœnitentiam, veluti in Sanctorum numerum referendus. E. 56. n. 3

Et adducite mihi. Solutus à peccatis ad Christum adducitur, quia quandoque pœnitentia ad maiorem gratiam euehit, quàm innocentia. E. 46. n. 7. & 8

Et adducite mihi. Pœnitentia est veluti quædam in melius insitio, vt iam homo non humanos, sed diuinos ferat fructus. E. 56. n. 9

Et adducite mihi. Pœnitens solutus à peccatis amicitiam cum Deo refarcit. E. 76. per totam.

Soluite, &c. Peccans iumento ligato comparatur, quia peccatum sensim libertatem atterit, quamvis non absumat. E. 45. n. 14. & 15

Quia Dominus his opus habet. Nimirum benefacere hominibus requiem Deo affert. E. 34. n. 16

Dominus his opus habet. Eget Deus in paupere, vt meritum eleemofynæ crescat. E. 48. n. 2

Dominus his opus habet. Nostris miseris opus habet Deus, vt in illis suam bonitatem ostentet. E. 34. n. 9

Ecce Rex tuus venit tibi. Prælatus non priuatis, sed publicis bonis inuigilet. E. 114. n. 10

Mansuetus. Prælatus omnem fastum abiiciat, mansuetudinem erga subditos colat. E. 62. à n. 19. per plures.

Insuper eum sedere fecerunt. Quandam vim indicat verbum fecerunt. Inuiti ad præfecturas trahendi. E. 87. à n. 10. per plures.

Ad vsum Concionatorum.

Benedictus qui venit in nomine Domini. Id est, quem Dei ordinatio ad prælaturam euexit, munus obiuit præclare. E. 87. n. 8
Cadebant ramos. Videlicet palmarum, & oliuarum, quia elemosyna referti, quam protendit oliua, securi dominum expectabunt. E. 46. à n. 9. per plures.
Osanna filio David. Ante victoriam triumphum agebant, quia tam prompta virtus quærentibus se occurrit vt antequam assequantur, liceat de victoria gloriari. E. 76. per totam.

Feria V. in Cæna Domini.

Ioan. 13.

Ante diem festum Pascha, &c. Verba hæc quandam animo perfusam lætitiã indicant, nimirum virtus, & secunda conscientia gaudium ingenerant. E. 29. n. 6. E. 76. à n. 12. per plures.
Sciens Iesus, quia venit hora eius. Quia labores iustis incundi. c. 3. v. 16. n. 3
Hora eius. Tempus ad benefaciendum diem suam Christus iudicat. E. 34. per totam.
Vt transcat. Labores signum beatitudinis. E. 32. à n. 12. per plures.
Vt transcat. Pij viri mors transitus, quia Deum quodammodo immortalitate imitantur. E. 120. n. 6
In finem dilexit eos. Id est, in bonum ipsorum se totum obicit. E. 23. n. 4
Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, &c. Quia se omnibus rebus superiorem conspexit, serui officium suscepit. Prælatus subditorum ministerio inuigilet. E. 94. per totam.
Sciens quia omnia, &c. Euincunt Christi sapientiam illa verba, *surgit à cæna*, &c. Scilicet illa rerum cognitio scientiæ non meretur, quæ ad praxim tedit, neque in sola speculatione sistit. E. 25. per totam.
Sciens quia omnia, &c. Sapientia ad mites decurrit. E. 26. à n. 2. per plures.
Sciens quia omnia dedit, &c. Surgit à cæna, &c. Vera sapientia cum humilitate coniuncta. E. 4. n. 2. E. 111. per totam.
Humilitas supremæ dignitatis ornamentum. c. 3. v. 20. & v. 21
Eo humilior quo altior. E. 40. n. 2
Quia à Deo exiuit, &c. cepit lauare, &c. Humilitas signum internæ pietatis. E. 40. à n. 16. per plures.
Quia à Deo exiuit, &c. cepit lauare, &c. Humilitas latentem diuinitatem protendit. E. 40. n. 19. & 20
Deo nos coniungit. E. 40. n. 21
Quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, cepit lauare, &c. Quo quis altius per virtutem ascendit, eo magis humilitatem se deprimit. E. 40. n. 26
Sciens quia à Deo exiuit, &c. Humilitas dignitatem firmat. E. 62. n. 15
Sciens quia à Deo, &c. Humilitas vel vltro oblatos honores refugit. E. 40. n. 30. & 31
Et ad Deum vadit, &c. cepit lauare, &c. Humilitas familiaritè Deo vitur. E. 40. n. 8
Et cæna facta. Christus se disponit ad mortem, veluti alia morte, quia mortis meditatio iustum armat ad mortem. E. 5. per totam.
Et cæna facta, cum diabolus, &c. Id est, nondum vltimis ferculis ablatis, sub finem cænae diabolus Iudam ad traditionem protrudit: quia peccatum quandoque ipsas etiam corporis voluptates abigit. E. 7. n. 20

Et cæna facta, &c. Scilicet peccatum sacrilegij, quod impius Eucharistiam temeravit, ad prodicionem hominem protrudit. Vnum peccatum aliud inuehit. E. 45. per totam.
Cum diabolus iam misisset in cor. Principio renitendum contra tentationes, ne nos quodammodo poltea inuitos trahant. E. 44. n. 4
Cum diabolus, &c. Acrius pupugit cor Iudæ, veritus ne Eucharistia, & verborum Christi vi ab incepta prodicione desisteret. Acrius nos impetit diabolus si viderit propiùs ad Deum accedere. E. 2. n. 14
Pontis vestimenta sua. Nimirum ille, de quo dixerat, sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus. Qui prælaturam refugit meretur, qui pensat se ostendit indignum. E. 87. à n. 8. per plures.
Cepit lauare pedes discipulorum. In quibus, & Iudas erat. Humilis omnibus se subdit. E. 40. n. 14
Cepit lauare. Cum multis modis proditoris animum mollire tentatus esset, tandem ad humilitatem confugit, quæ omne genus spiritualium armorum continet. E. 40. n. 14
Cepit lauare, &c. Quia ipse, & non alius eluere potest animi fordes. E. 1. per totam.
Tu nescis modò. Vt dandum Prælatis, cuius personam hic sustinet Petrus, si quid ignorent. E. 51. per totam.
Scies autem postea. Scilicet cum Summi Pontificis munus obieris. Quantum Prælato humilitas deceat. E. 62. n. 15
Qui lotus est, &c. cepit lauare. Nec destitit, donec mundarentur. Grauioribus criminibus infectos abluant ministri Euangelij, eos verò qui mundi sunt, ad virtutes apicem perducant. E. 76. n. 3
Exemplum enim dedi vobis. Quod plus ponderis habet, quàm verba. c. 5. v. 4. n. 2

In die Resurrectionis Feria secunda.

Luca 24.

Christi resurrectio ipsum totum Deum ostendit. E. 5. n. 16
Duo ex discipulis ibant ipsa die. Non cedendum difficultatibus, quæ plures sunt in via virtutis, veluti hi, qui nondum expectato fine diei cesserant. E. 7. per totam.
Ipsa die. Scilicet proxima diei mortis Christi, iam discedebant de sancta ciuitate. Contra eos, qui peccata repetunt, vix per penitentiam remissa. E. 93. n. 12
Et ipsi loquebantur. Pios sermones miscere debemus, etiam in priuatis colloquiis. E. 111. per totam.
Et ipse loquebantur. Dum terrore perculsi discederent. Nullum tempus importunum piis colloquiis. E. 111. n. 13
Loquebantur. Pia colloquia dum trahunt. c. 4. v. 20. n. 3. & 12
Et ipsi loquebantur. Scilicet Christi discipuli. Pij sermones maximè viros sanctos decent. E. 111. n. 11. & 19
Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Propiùs adest Christus eis, qui pia colloquia miscunt. E. 111. n. 2
Et ipse Iesus, &c. Quamlibet oblatam occasionem Deus arripit, vt hominibus beneficiat. E. 34. n. 12. 19. & 30
Et ipse Iesus, &c. Propè est Deus, vt misereatur. E. 34. n. 8

Ad vsum Concionatorum.

Et ipse Iesus, &c. Deus laborantibus propè est. E. 32. à n. 1. per plures.

Et ipse Iesus, &c. Pia colloquia Deum trahunt. E. 111. n. 12

Ibat cum illis. Non modò exteriùs peregrini specie, sed interiùs fouendo per gratiam, sine qua nihil boni agere possumus. E. 1. per totam.

Ibat cum illis. Occurrendum in initio malorum ne duriùs grassentur. E. 44. n. 4

Oculi autem eorum tenebantur, &c. Nil mirum cùm virtus ad sapientiam viam pandat, vitium tenebras offundat. E. 25. per totam.

Qui sunt hi sermões. Prælatus multa cura agat erga subditos. E. 94. per totam.

Qui sunt hi sermões, &c. Omnia per se lustret Prælatus, quæ ad subditos pertinent. E. 94. n. 2. per totam.

Et estis tristes. Peccata tristitiam, virtus gaudium ingenerat. E. 7. per totam.

Deambulantes, & estis tristes. Illud bonum quòd tristes non quiescunt. Celeritas in via virtutis omnium bonorum mater est. E. 68. per totam.

Quæ? Referre vult Deus, quos passus est labores, quia gratissimi sunt iustis. E. 10. n. 3

Quæ? Vt vulnus detegant. Verba mentem promunt. E. 111. n. 8. & 14

Quæ? Dicta repetere mandat, quia pia verba sanitatem afferunt animæ. E. 111. n. n. 20

De Iesu Nazareno, qui fuit vir potens, opere, & sermone. De diuinitate Christi nihil vel miffitare audebant præ timore. Carpendi qui pietatem non

audent publicè profiteri. E. 55. per totam.

Potens opere, & sermone. Opera iure sermone præponuntur. E. 27. per totam.

Sed & mulieres quædam ex nobis terruerunt nos. Terrentur mali imagine virtutis, quæ potiùs gaudium ingerit. E. 7. per totam.

Osulti, & tardi corde ad credendum. Concionatoris dura increpatio multum valet. E. 57. per totam.

Nonne oportebat pati Christum, &c. Labores sunt semen & pretium beatitudinis. E. 6. à n. 6. per plures.

Et ita intrare in gloriam suam, &c. Beatitudinis memoria quodammodo homines ad pietatem cogit. E. 111. per totam.

Marorem pellit. E. 101. n. 15

Interpretabatur, &c. In periculose laborantibus Deus medicæ artis peritiam ostentat. E. 32. n. 12

Mane nobiscum, &c. Hæc Christi discipuli, quia omni petenti dare elemosynam, præcipue decet viros religiosos, & Ecclesiasticos. E. 47. n. 11

Mane nobiscum. Mendici necessitatem non discutientes Angelos, & dominum Angelorum peregrina specie receperunt. E. 48. n. 3. & 4

Mane nobiscum. Præstò est Deus danti elemosynam. E. 48. n. 14

Mane nobiscum Domine. Dominum vocant quem ad prandium inuitant, quia præbens elemosynam potius beneficium accipit, quàm præstat. E. 49. n. 5

Nonne cor nostrum ardens erat in via. Pia verba animum purificant. E. 111. à n. 6. per plures.

F I N I S.

I N



IN LIBRUM
ECCLESIASTICI
PROLOGIA.

PROLOGIVM I.

Quis huic libro præfixus titulus.

1.



NOVVS Prologus, quem editio Tigurina huic libro præmittit, illum sapientiam appellat. Ita enim habet: *Iesus hic Sirach quidem fuit filius, sed cognominis sibi Iesu Nepos: vixit autem temporibus citerioribus captiuitatem, & restitutionem secutus, adeoque post omnes ferè Prophetas. Porro auus eius Iesus, ut ipse testatur, industrius vir fuit inter Hebræos, & prudentissimus, qui non solum ante se prudentium virorum sapienter dicta collegit, sed etiam ipse quadam priuatum multa scientia, sapientiæque plena pronuntiavit. Postquam igitur hoc libro ferè collectio, relicto, primus ille Iesus de vita decessit: Sirach hic post eum, rursus acceptum eundem filio suo Iesu reliquit. Is tandem hunc nactus concinne totum coegit volumen, & sapientiã, cum suo & paterno adeoque aui nomine inscripsit; nempe, ut ipse sapientiæ nomine audiborem ad ipsum librum maiori desiderio, meditationeque pertractandum alliceret. Ergo dicta sapientia, &c. Et videtur hoc nomen libro indere author cap. 50. *Doctrinam sapientiæ, & disciplina scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita.* Vires addit huic sententiæ Hebræorum consuetudo, qui nomina indere solent libris ex prima voce, quæ in ipsis scribitur, vt de Genesi, & libro Numerorum aperte constat; libro enim Genesis hæc verba initium faciunt: *In principio creauit Deus cælum, & terram.* vnde liber Genesis, vel creatio dicitur, & liber Numerorum ab illis verbis initium capit: *Tolle summam vniuersæ congregationis.* Quæ prima in illo libro sententia illi nomen fecit. Ergo cum liber hic à nomine sapientiæ exordium sumat, à sapientiæ nomen accipere debet. Sic enim author ortus est: *Omnis sapientiã à Domino Deo est.**

2.

Cæterum apud nullum authorem inuenio hunc librum sapientiæ nomine prænotatum. Vnde Tigurini prologi autoritas longè reiicienda, sicut & in aliis multis. Sat scio Hieronymum in præfatione ad libros Salomonis scripsisse suo tempore circumferri simul cum Ecclesiastico duos alios libros editos ab eodem Iesu filio Sirach, quorum vni Ecclesiastes, alteri Cantici Canticorum nomen præfixum erat: verum hunc librum, qui à Latinis Ecclesiasticus dicitur, Sapientiæ nomen habuisse,

neque apud Hieronymum, neque apud probabilem aliquem authorem reperi. Verba Hieronymi subiicio. *Fertur, & Παράβητος Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientiã Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes, & Canticum Canticorum: vt similitudinem Salomonis, non solum librorum numero; sed etiam materiarum genere coaquaret.*

Fortè obiicias nobis Epiphaniij verba lib. de ponderibus: *Iesus, qui sapientiã illam scripsit Hebraicè.* Hæc Epiphanius. Verum hic dicendi modus non nouum libro indit nomen, sed materiam de qua agat, præfigit: & ex his libris qui ad rem moralem pertinent, vnum esse indicat. Verum enim verò si contentiosè nimis contendas pro hac sententia numerare Epiphanius, vni Epiphanio reliquorum omnium consensum oppono. Non abnuo hunc librum, sicut & alios à Salomone conscriptos sapientiæ librum appellari, dum ab Ecclesia assumuntur ad diuinum officium, vel ad Missam. Verum hoc factum puto, vel quia de authore non satis constat, vel quia de eius autoritate, vita, & moribus non satis compertum est Ecclesiæ; vnde honesto nomine sapientiam compellat.

Verba quæ nuper retulimus ex Hieronymo, duo item nomina huic libro præfigunt; nempe ex Græcis Παράβητος ex Latinis Parabolas.

Παράβητος à Græcis appellatur; quia de omnibus virtutibus agit. Rabanus in hoc prologo: *Ecclesiasticus, qui propter excellentiam virtutum suarum Παράβητος, id est, omnium virtutum capax appellatur.*

Dicitur etiam Parabola, siue sententiæ ab Hebræis, & Latinis; quia sub obscurioribus verbis sententias plures continet, ad instituendos hominum mores; hoc enim est Parabola. Item dicitur sententiæ ad similitudinem libri Salomonis, qui Parabola siue sententiæ inscribitur. De hoc nomine Parabola nonnulla submissem; nisi omnia penè exhaustisset noster Salazar vir imprimis eruditus, & magnæ diligentia, qui cum multa laude Parabolas seu Prouerbia Salomonis interpretatus est. Ergo illum adi: si piget, pauca excipe. Parabola, Hebraicè, *Misse*, Græcè *Paromia*, Chaldaus, *Mirhloi*, *agula parabola*. Hebræum verbum *Misse* à verbo *Masal*, quod est assimilari, seu dominari. Est ergo similitudo, seu dominium: similitudo, quia ex rerum collatione, & comparatione, cum laude rem exponit: dominatio verò, vel dominium; quia præcipuè sint sententiæ, & inter alia principatum obtineant; vel quia à Principibus viris dicta maiori reueren-

tia excipiantur, & communiter magis circumferantur, quæ verò à viris minoris notæ dicta sint, facilius excidant; vel quia hic loquendi modus inter omnes alios principatum teneat, longèque ei præferendus sit, qui propriis tantummodo verbis vtratur. Chaldaeus *Mithlai* appellauit, quasi similitudines: vt cum priori interpretatione Hebræi nominis cohæreat. *Paræmia* verò dicitur à Græcis sermo, vel cantus, sermo qui à vulgo fertur, & ab omnibus teritur; Hispani dicere solemus. *Refraanes*, *adagios*. Vel quod in tibiis canitur. Parabola dicitur etiam comparatio, seu collatio; quia rem aliquam cum altera componit. Ergo continet hic liber sententias, paræmias, parabolas, similitudines, collationes, comparationes verborum, prouerbia, axiomata, apophthegmata, non quidem ab hominibus excogitata, vt memoriæ inseruiant, sed ab Spiritu Sancto inspirata ad informandos, & instituendos hominum mores.

7. Communi vocabulo dicitur hic liber Ecclesiasticus; hoc est compilator; quia in hoc libro congregat de omnibus virtutibus tractationem sicut grana in horreo, vel fortè quia author hinc inde collectis sententiis integrum librum contexit; præcipuè tamen ex Salomonis prouerbiis, quem non modo imitatus est, sed ex ipso multa transcripsit. Dionysius in Prologo ad hunc librum aliam addit rationem; nimirum ideo Ecclesiasticum seu collectorem appellatum ex verbis eiusdem authoris: *Congregate vos in domum discipline*. Congregat ergo vel cogit populum ad concionem audiendam.

8. Distinguit autem Hugo; in præmio ad hunc librum illum ab Ecclesiaste, his verbis: *Differunt autem Ecclesiastes, & Ecclesiasticus secundum nominis interpretationem. Nam Ecclesiastes concionator interpretatur, quia quasi in concilio totam Ecclesiam conuocat ad contemptum mundi. Ecclesiasticus verò interpretatur congregator, seu collector; eo quod omnes virtutes sicut grana in horreo congregat. Audi item Rabanum in Prologo in hunc librum: Ecclesiasticus verò sicut, & Ecclesiastes Ecclesia utilissimus est, qui congregator vel collector interpretatur, sicut ille concionator, sed vt Ecclesiastes ad Christum refertur, & ad quemlibet prædicatorem Ecclesiasticus.*

PROLOGIVM II.

Quis huius libri author?

1. **H**ugo Cardinalis in præfatione ad hunc librum, incerti authoris esse scribit his verbis. *Vnde more Doctorem primo videndum est. Quis author, qua sit libri materia, quis modus agendi, quis finis, qua intentio, qua utilitas; & cui parti Philosophia supponatur, quot libri partes, quis expositor, quis translator. De authore si quidem non est querendum, cum sit Apocriphus; nisi quod quidam dicunt: Quod Iesus filius Sirach pronepos Iesu magni sacerdotis, tempore Energetis Regis Aegypti scripsit librum hunc.* Hæc Hugonis verba plura continent à veritate aliena, quorum singula suis locis referemus. Quod ad præsens institutum attinet, miror pium, & doctum virum hunc librum inter apocriphos reicere, & sine authore appellare; cum si quis alius, ex libris sacræ Scripturæ authoris nomen præferat. Ita enim habet c. 50. *Doctrinam sapientie, & disciplina scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita.* En tibi, qua ratione authoris nomen apertè præferat, & syngrapham notet.

2. Antiquorum Doctorem bona pars hunc librum defert Salomoni: scilicet Anacleus epistol. 2. qui

referens illud ex cap. 28. *Qui fodit foueam incidet in eam*, ex Salomone verba se desumpsisse dicit. Et Alexander I. epistol. 3. his verbis. *Et Salomon ait: sacrificium salutare est attendere mandatis.* Quæ verba sunt Ecclesiastici cap. 35. Sixtus I. epistol. 1. reprehendens hæreticos ait: *Quod in Salomone Scriptura oquitur: dicens: sicut in conspectu eorum magnificatus est lin nobis.* Quæ verba habes cap. 36. item Fabianus Papa epistol. 2. *Fili, ait Salomon, in mansuetudine serua animam tuam.* Quæ verba desumpsit ex capite 10. Ecclesiastici. Item Cyprianus epistol. 3. Ad Cornelium: *Et per Salomonem Spiritus sanctus loquitur, peruersus inquit in ore suo portat perditionem.* Quæ verba habentur Ecclesiastici 28. item in Concilio Carthaginensi 1. hæc habet Quiricus Episcopus. *Nam scriptum est apud Salomonem: qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, &c.* Quæ verba sunt Ecclesiast. 34. item Sixtus II. epistol. 1. his verbis: *Quod est pater, idem est filius, Salomone dicente: ego ex ore altissimi prodij.* Quæ verba nullus non nouit sumpta ex cap. 24. item Felix I. epistol. 3. inquit: *Et in Salomone sapientiam præcedentem omnia, quis inuestigauit?* Quæ verba desumpsit ex cap. 1. Marcellinus epistol. 1. ita scribit. *Et vt filius cum patre indiscretè habitasse credatur, Salomone testimonio comprobatur, ego sapientia, inquit, habito in altissimis.* Quæ verba vt retuli, sumpsit ex cap. 24. Et paulo inferius idem Marcellinus. Item in Salomone: *peccauit, & quid accidit mihi triste?* Verba sunt ex cap. 5. Adde Innocentium I. epistol. ad Exuperium referentem catalogum librorum factorum, quo in loco quinque libros adscribit Salomoni; inter quos proculdubio refertur Ecclesiasticus. Eundem loquendi modum habes apud Concilium Carthaginense 3. approbatum à sexta Synodo.

3. Tigrina editio nouum huic libro præfigit prologum, quem ex Græco quodam exemplari transfudit, & inserit post illum, qui communiter circumfertur in vulgatis codicibus; in quo ad nostrum propositum hæc habentur: *Iesus hic Sirach quidem fuit filius, sed cognominis sibi Iesu nepos. Vixit autem temporibus ceterioribus captiuitatem, & restitutionem secutus, adeoque post omnes ferè Prophetas. Porro auus eius Iesus, vt ipse restatur industrius vir fuit inter Hebræos, & prudentissimus, qui non solum aliorum ante se prudentium virorum sapienter dicta collegit; sed etiam ipse quadam priuati in multa scientia sapientiæque plena pronunciauit. Postquam igitur hoc libro ferè collectio relicto, primus ille Iesus de vita discessit: Sirach hic post eum rursus acceptum eundem filio suo Iesu reliquit. Is tandem hunc nactus concinè totum collegit in vnum volumen, & sapientiam cum suo paterno, adeoque aui nomine inscripsit: nempe, vt ipso sapientia nomine auditorem ad ipsum librum maiori desiderio meditationeque pertractandum alliceret. Iuxta dicta author huius libri fuit Iesus, qui prædictas sententias collegit. Hic autem Iesus hæc à se collecta reliquit filio suo Sirach: qui Sirach hæc eadem filio suo Iesu dedit. Iesus autem hic nepos prioris Iesu: filius autem Sirach collectas ab auo sententias, & indigesta scripta in volumen redegit; additis etiam quibusdam de suo vel ab aliis acceptis. Quapropter hoc volumen proprio nomine appellauit, & etiam à nomine aui, qui etiam Iesus appellatus est: addito interim nomine patris sui Sirach, vt frequens apud Hebræos mos est. hanc eandem sententiam secutus est Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 18. Quo in loco scribit, hunc librum qui sapientia Iesu dicitur, scripsisse Iesum Hebraicè, transcripsisse autem, Græcumque fecisse nepotem authoris, qui eiusdem erat nominis*

cum

eum auo; hunc autem fuisse filium Sirach. Adde Isidorum, qui lib. 1. de Ecclesiastico officio scribit librum Ecclesiastici composuisse filium Sirach Ierosolymitam nepotem Iesu. adhærent his nonnulli recentiores, tum propter dicta, tum etiam quia in Prologo, qui communiter huic libro præscribitur hæc habentur: *Auus meus Iesus postquam se amplius dedit ad intelligentiam lectionis legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit & ipse scribere aliquid horum.* En tibi autem, qua ratione hic, qui in Prologo loquitur, fateatur non modo accepisse se multa ab auo suo Iesu, & ab aliis, & hæc in Græcum sermonem vertisse; verum & de suo multa addidisse. Dum ergo capite penultimo ait; *Doctrinam sapientia, & disciplina scripsit in codice ipso Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo,* ipse se Iesum nominat & filium Sirach. Ergo huius libri author Iesus fuit, filius quidem Sirach, nepos autem alterius Iesu, qui multa nepoti ministravit, vt digesta in lucem ederet.

Verum, sanè eos fallit verbum *voluit*: corrigendum enim est, & legendum *voluit*, per tertiam personam, vt habet codex vulgatus nuper correctus, & referendum est verbum *voluit*, ad Iesum filium Sirach illum priorem qui antiquos imitatus hunc sententiarum librum collegit, & composuit. Et de hoc intelligenda verba ex cap. 50. vt iam dico. Verum certissimè constat huius libri authorem, nec fuisse Salomonem, nec illum Iesum quem illi comminiscuntur, sed hunc fuisse Iesum Ierosolymitam filium Sirach, vt apertè habetur capite penultimo huius libri. Ergo ille Iesus filius Sirach, qui loquitur cap. 50. non est ille qui loquitur in prologo, sed de quo author prologi nepos eius, qui incerti nominis est in prologo loquitur: qui & librum ab auo suo Iesu filio Sirach hebraicè conscriptum recepit, & fecit græcum.

Hunc librum non fuisse à Salomone conscriptum certius est, quam probatione indigeret, nisi tot ac tanti viri innuerent. Probant apertè verba quæ de se habet author capite penultimo: *Doctrinam sapientia, & disciplina scripsi in codice isto: Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo.* Quomodo ergo Salomoni tribuemus? Item huius Iesus nepos non minus apertè rem probat in prologo, dum ita scribit. *Auus meus Iesus postquam se amplius dedit ad lectionem legis, & Prophetarum, & aliorum librorum qui nobis à parentibus traditi sunt voluit & ipse scribere aliquid.* Quis ergo audebit hunc appellare Salomonem? Accedat Apostolorum autoritas, qui canone vltimo iubent adolescentes Christianos addiscere sapientiam Iesu Sirach. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. vlt. ait: *illi duo libri, vnus qui sapientia, alius, qui Ecclesiasticus inscribitur de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur: Nam Iesus filius Sirach eos scripsisse constantissimè perhibetur.* Ergo tempore Augustini constans omnium opinio tenuit hunc librum Ecclesiastici non à Salomone sed à Iesu filio Sirach scriptum esse. Suffragatur Epiphanius lib. 1. hæresi 8. Et apertè hoc idem testatur lib. de ponderibus. Idem habet Hieronymus in prologo ad librum Regum & in præfatione ad Prouerbia Salomonis. Audi eius verba: *Fertur, & Πανάρετος Iesu filij Sirach liber, &c.* Verum etsi omnia desissent testimonia ipsa veritas se oculis inserit meridiana luce clarior. Nam author huius libri meminit ipsius Salomonis, & aliorum Regum qui post Salomonem vixerunt. Nempe Roboan, Ezechia, Iosia, tum etiam, & Pro-

phetarum, qui longè post Salomonem claruerunt. Meminit etiam Simonis filij Oniæ. Qui vt minimum septingentis annis post Salomonem vixit.

Ergo ex his certissimè constat huius libri authorem non fuisse Salomonem. Testimoniis autem Sanctorum Patrum, quæ contrarium videntur innuere multis modis satisfacere possumus. Imprimis Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei cap. 20. ait. *Ascriptum fuisse hunc librum Salomoni ob similitudinem styli.* Ioannes Driedo vir imprimis eruditus, & pius scribit idè hunc librum Salomoni tribui, quia Salomonis Prouerbia, & sententias, vt plurimum in hunc librum coniecit. Sunt qui dicant, hunc Iesum filium Sirach duplex habuisse nomen; scilicet appellatum Salomonem, & Iesum. Vnde alij ex vno, alij verò ex alio nomine titulum libro præfixerunt. Fortè Iesus author huius libri ei nomen Salomonis indidit, quia cum sapius loquentem inducit, eius verba & sententias atexit. Hac ratione Plato nomine Socratis dialogos inscripsit, & Cicero dialogum de senectute Catonem appellauit, & de amicitia Lælium inscripsit. Multa habes apud Plautum, multa apud Terentium quæ rem probant. Hi enim sapius tragediis, & comediis nomina indiderunt ex his, quos in illis loquentes inducunt, vt Amphitruon apud Plautum Andria, & Eunuchus apud Terentium. Et sanè hunc esse morem eorum qui dialogos, & comedias scripserunt testatur, Comicus in prologo ad Phormionem his versibus.

Ἐν δὲ τῶν κωμῶν, quam vocant comediam

Græci, Latini Phormionem nominant:

Quia primas partem, qui aget, is erit Phormio

Parisius, per quem res agetur maxime.

Ergo cum Salomon in hoc libro frequenter suas proferat sententias, & veluti ore proprio loquatur, quid mirum si liber hic Salomon sit vocitatus, vel ab ipso authore Iesu, vel ab aliis, qui Salomonis sensa in illo præsentiebant? Insuper ex librorum ignorantia hunc errorem irrepsisse probabile est: nam vt habet Hieronymus in præfatione ad Prouerbia Salomonis, titulus prænotatus huic libro est *Misla*, id est, parabola, seu Prouerbia, quod etiam nomen præfigitur libro Salomonis eiusdem subiecti, & materiæ; potuit ergo à viro magis celebri, & præclaro, vtrique idem nomen indi.

Non minus grauiter ab aliis erratum est quorum dux est Isidorus, qui sibi suadent huius libri authorem fuisse Iesum summum Sacerdotem filium Iosedech, cuius cum Zorobabele sit mentio apud Aggæum, Zachariam & Esdras. Hos authores abesse longius à vero cuiusco. Nam Iesus qui author fuit huius libri nepotem habuit eiusdem libri traductorem, qui vixit tricesimo anno Regis Ptolomæi Energetis, hic autem, vt patet ex Iosepho in historia successus est fratri suo Ptolomæo Philadelpho, sub quo 70. interpretes sacros libros græcos fecerunt. Eo autem tempore apud Iudæos Sacerdotio fungebatur Eleazarus annis plusquam 250. post Iesum filium Iosedech. Ergo ratio temporum euincit longè alium fuisse hunc Iesum filium Sirach à Iesu illo sacerdote summo, qui de Babylone in Palæstinam populum ductauit: & longam Sacerdotum seriem inter vtrumque intercessisse.

Insuper huius libri authorem non fuisse Iesum alterius Iesu nepotem, filium verò Sirach; vt innuit nouus prologus à Tigurina præfixus paucis aperiamus. Nam in prologo, qui communiter

cum libro circumfertur author ipsius prologi ita loquitur: *Horror itaque venire vos cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis in quibus videmus imaginem sapientia deficere in verborum compositione; nam deficiunt verba hebraica cum fuerint translata in alteram linguam.* Ex quibus verbis aperte apparet huius authorem prologi, neque librum composuisse, neque indigestum in ordinem digessisse nec de suo aliquid addidisse, sed librum ab auo suo Hebraico idiomate conscriptum Græcum fecisse. Ex quo insuper subduco hunc authorem prologi non esse illum eundem qui cap. 50. huius libri ait, *Doctrinam sapientia & disciplina scripsit Iesus filius Sirach. Ierosolymita.* Nam cum ex prologo habeamus illius authorem hunc librum non composuisse, sed tantum in linguam Græcam vertisse, sibi inepte facis hunc librum postea arrogasset. Non minus efficaciter rem probo ex titulo prologo affixo, nempe: *Prologus in Ecclesiasticum Iesu filij Sirach.* Ergo author prologi non est Iesus filius Sirach, qui cap. 50. dicitur librum condidisse; sed ille, qui prologum præmittit, alius est ab eo, qui librum scripsit. Ergo author huius libri fuit Iesus filius Sirach, qui cum patrio sermone edidit, scilicet Hebraico, huius verò nepos de cuius nomine non constat, librum ab auo conscriptum Græcum fecit: fieri sanè potuit, ut hic prologi author, & Iesus sit vocatus, & patrem haberet Sirach, at certè hoc non constat, quæ tamen si vera essent Isidori & Damasceni sententia constaret.

9. Fuit insuper hic Iesus libri author Ierosolymita, id est, Ierosolymis natus, ut ipse testatur cap. 50. illis verbis. *Scripsi in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita.*

10. Quidam eum faciunt eximie nobilitatis virum, probant ex illis verbis. cap. vltim. *Exaltaſti super terram habitationem meam:* id est, illustrem, & inter cives meos conspicuum & nobilem me fecisti, & familiam meam nominis claritate condecorasti.

11. Deinde in quibusdam Græcis codicibus habetur cap. 50. Illum Sirach huius libri authorem patrem, filium fuisse Eleazari, quem Eleazarum verisimile est fuisse fratrem Simonis filij Onia, quem eo capite tantopere extollit, cui & in Pontificatu successit, & teste Iosepho, sub hoc Eleazaro facta est translatio scripturæ in Græcum linguam à 70. viris, exigente Ptolomæo Philadelpho Ægyptiorum Rege. Ergo hic author ex genere fuit sacerdotali, imò ex summis sacerdotibus originem duxit. Insuper addiscendæ sapientiæ causa in varias regiones peregrinatum apparet ex prologo his verbis: *Pervenit in Ægyptum, & cum multum temporis ibi fuisset inveni libros,* &c. Ergo nepos libros ab auo Iesu conscriptos in Ægypto inuenit, in quam regionem verisimile est auum fuisse peregrinatum; nimirum executus est illud cap. 37. huius libri: *In terram alienigenarum gentium pertransiit.* Multum enim ad sapientiam habendam iuvat plurimarum gentium mores vidisse. Vnde Poëta:

Qui mores homines multorum vidit, & vrbes.

12. Nonnulli hunc Iesum. Volunt fuisse vnum ex 70. interpretibus, qui sub Eleazaro summo sacerdote missi sunt ad Ptolomæum Philadelphum Ægyptiorum Regem, ut sacros libros Græcos facerent. Sed ex his quæ superius diximus hoc satis difficile esse constat; nam Eleazarus hic summus sacerdos, qui ad Regem Ægyptiorum. 70. interpretes misit, ut diximus, auus fuit Iesu filij Sirach huius libri authoris. Quo tempore difficile sanè est hunc Iesum ad eam ætatem, & sapientiam per-

uenisse. Et eruditionem, cui tanta prouincia, & rerum sylvæ committi posset. Est ergo vero similis hunc Iesum in Ægyptum peruenisse conquirendæ sapientiæ causa, cui avidissimè inhiabat. Significat etiam idem multis se fuisse affectum calamitatibus, de quibus tandem ereptus est, ob quod gratias Deo agit his verbis: *Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum, confitebor nomini tuo quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum a perditione,* &c. Multaque alia subdit ob quæ gratias agit Deo. Nonnulli ex Græcis codicibus colligere sibi videntur Iesum istum, qui patrem habuit Sirach auum habuisse Eleazarum, qui. 70. interpretes ad Ptolomæum Philadelphum Ægyptiorum Regem misit, ut supra præmissimus; nec displicet coniectura Ianfenio. facile scriberem si certis res ageretur argumentis, at certo euinci non potest, ideo cuique liberum sit, quod velit opinari.

13. Multis laudant antiqui Patres, & expositores authorem huius libri vnius Dionysij Carthusiani infero verba, in prologo ad Ecclesiasticum: *Mirabantur omnes in verbis que procedebant de ore eius. Hæc verba in Evangelio de Christo ad literam scripta, non inconuenienter de libri huius authore intelliguntur, & sicut in alijs Christi diffusa est gratia: sic & suo modo in labijs huius authoris, qui propter doctrina sua præclaritatem, sapientiæ virtuositatem, ac generalissimam eximiamque utilitatem Ecclesiasticus meruit appellari. Vnde glossa fatetur Ecclesiastes sine Ecclesiasticus in Ecclesia vtilissimus est: qui Ecclesiasticus congregator, vel collector interpretatur, sicut Ecclesiastes congregator.*

14. Posset tandem quæri quisnam huic libro prologum præfixerit? Sed ex his, quæ diximus facilis est huius solutio quæstionis. Nimirum scriptus est prologus à nepote Iesu filij Sirach, ut palam ipse in prologo fatetur illis verbis: *Auus meus Iesus,* &c. Est autem hic Iesus qui cap. 50. dicitur Iesus filius Sirach. Licet Lira in expositione prologi contrarium innuere videret illis verbis: *Istum prologum composuit Iesus filius Sirach Ierosolymita.* Tuentur hoc placitum, qui Iesum filium Sirach nepotem fuisse tradunt alterius Iesu: & ab auo indigesta, multis additis in lucem edidisse, & ideo huius libri authorem vocitatum existimant, & alia quæ nos supra reiecitimus, & ex quibus hanc item sententiam explodere non erit difficile.

PROLOGIVM III.

Quo tempore huius libri author vixerit?

1. Qui huius libri authorem faciunt Salomonem, antiquiorem fingunt librum quam par est, & facile se ab hoc dubio expediunt. Qui item huius libri authorem faciunt Iesum filium Iosedech, qui simul cum Zorobabel, & Esdra populum de Babylone abduxit, in tempus reductæ captiuitatis transferant necesse est.

2. Caterum cum certum sit huius authorem fuisse Iesum filium Sirach, cuius nepos vixit trigesimo anno Euergetis Regis Ægyptiorum: eius auum multo ante hæc tempora vixisse constat. Ergo hic liber conscriptus est tempore Ptolomæi Philadelphii Ægyptiorum Regis, cui frater Ptolomæus Euergetis successit: Pontificatum inter Hebræos gerente Eleazaro, qui septuaginta viros in Ægyptum misit, ut sacra Biblia in Græcam linguam transfer

transferrent. 250. circiter annis post transmigrati-
onem Babylonis. Verò simile est vixisse tempore
sacerdotis Oniæ, & Simonis fratris eius quem
cap. 50. summis laudibus effert. Et innuit eum vi-
disse sacris operam dantem illis verbis: *Et circa eum
corona frarum quasi plantatio cedri in monte Libano: sic
circa illum steterunt, ut rami palmae, & omnes filij Aaron
in gloria sua; oblatio autem Domini in manibus ipso-
rum, &c. & post pauca. Et nunc orate Deum omnium,
&c.* Itaque de sacerdote Onia loquitur tamquam
de re, quam ipse, aliique ad quos verba faciebat
oculis hausissent.

3. Ptolomæus Philadelphus rexit Ægyptios. 32.
annos ab olympiada. 124. vsque ad olympiadam
131. ante Christum natum. 280. annos Nam Chris-
tus Dominus natus est olympiada. 194. Ptolomæus
verò Philadelphus ad regnum assumptus est
olympiada. 124. itaque inter initium regni Ptolomæi
Philadelphi, & Christi natiuitatem interces-
serunt. 70. olympiada, id est, 280. anni. Certior
haberi ratio temporis, non potest, cum neque de an-
no, quo natus est, vel quo vitam egit iste author,
vel in sacra scriptura, vel apud probabiles autho-
res aliquid constet.

PROLOGIVM IV.

An liber hic ad fidem pertineat?

1. **M**agnam semper hic liber habuit authorita-
tem, tum apud Hæbreos, tum etiam apud
Christianos, adhuc ab exordio nascentis Ecclesiæ.
Nonnullos suo ordine referam, qui huius libri au-
thoritate vsi sunt, nam omnes referre vel longum,
vel impossibile esset. In canone vltimo Apostolorum
ita habetur: *Inquiritur à vobis, ut adolescentes
vestri addiscant etiam sapientiam eruditi Sirach.* Cle-
mens epistola ad Iacobum, cum præmisisset Deum
per Prophetam locutum, subdit: *Et iterum impone
homo ostium lingua tue.* Quæ verba excepit ex ca-
pite 28. Eccles. & in fine eiusdem epistolæ bonam
partem inseruit capitis 2. eiusdem Ecclesiastici.
Anacletus epistol. 2. citat. illud ex cap. 27. *Qui fo-
dit foueam incidet in eam.* item in eadem Epistola re-
fert verba nonnulla ex capite 24. Eiusdem libri,
quæ verba ait desumpsisse tamquam ex Propheta.
Euaristus epistol. 1. Exponit de Dei filio verba illa
ex cap. 24. *Qui me genuit requieuit in tabernaculo meo.*
Alexander I. epistola 3. adducit verba illa ex capi-
te 31. *Sacrificium salutare est attendere mandatis.* Ca-
lixthus Papa epistol. 1. ita loquitur. *Dicente Scriptura
sancta: post concupiscentias ne eas.* Pontianus item
Pontifex in sua prima epistola frequentius citat
hunc librum. Et epistol. 2. inseruit integrum cap-
ut 28. & bonam partem 5. & 6. Fabianus Papa
epistol. 1. & 2. sapius citat verba Ecclesiastici. At
verò in epistola 3. multa inserit ex capite 27. Item
Lucius integrum caput 11. & multa ex capite 10.
in suam epistolam transtulit. Et Stephanus epist. 1.
transcripsit integrum caput 13. Tandem Euthi-
chianus multa retulit ex capite 5. & 6. A Pontifici-
bus transeo ad viros sanctitate, & eruditione præ-
claros, & proximos Apostolis. Multa ex hoc libro
citat Dionysius lib. 7. de Ecclesiastica Ierarchia, &
cap. 8. de diuinis nominibus, Ignatius epistol. ad
Heronem. Hieronymus epistola ad Minerium.
Longum esset persequi singulos, illud verò notare
oportet, scilicet, quosdam ex relatis Pontificibus,
& sanctissimis viris verba ex Ecclesiastico cita-

re, tanquam à Salomone essent dicta, cuius ra-
tionem assignauimus Prolog. 2.

2. Ergo nulli dubium esse potest hunc librum ma-
gnæ semper fuisse authoritatis apud omnes. An
verò tantæ, vt in numerum sacrorum librorum re-
ferendus esset, & ad fidei controuersias dirimen-
das infraçtæ habendus esset authoritatis, fortè an-
te hæc tempora haberi potuit quaestio.

3. Fatetur Paulus de Palatio apud Hæbreos, neque
ante Christum natum, neque postea, neque nascentis
Ecclesiæ exordio hunc librum tamquam cano-
nicum habitum fuisse. Non quia ab initio Spiritu
sancto dictante scriptus non fuerit, sed quia eo
tempore tamquam canonicus non fuerat ab Eccle-
sia omnibus legendus propositus; scilicet Spiritus
sanctus non omnia ab initio docuit Ecclesiam, sed
quotidie iuxta temporum exigentiam instruit, per
sanctos Doctores Pontificum, & conciliorum de-
creta. De Iudæis probat Iosephi autoritas, qui
contra Apionem grammaticum scribens hunc li-
brum inter sacros non recenset: Habes apud Euse-
bium lib. 3. Ecclesiastica historica capit. 10. Sua-
det hoc idem Iudæorum consuetudo, qui eos tan-
tum libros inter sacros referunt, qui ante secun-
dam templi ædificationem scripti sunt. Qui verò
longo post tempore editus est, vt præmissimus
Prolog. 3.

4. Euincit insuper Sanctorum Patrum infraçta au-
thoritas primis Ecclesiæ temporibus hunc librum
tamquam canonicum susceptum non fuisse. Impri-
mis Apostoli vltimo suo decreto tamquam sacrum
hunc librum non retulerunt; sed illius lectionem
tamquam iuuenibus vtilem commendarunt, vt mo-
do dicebam. In super non agnouit tamquam ad fi-
dem pertinentem magnus ille Sardinum Episcopus,
qui in Orientem peregrinatus, vt sacros libros pro-
prius cognosceret, tandem scribens ad Onesimum
non meminit huius libri inter sacros. Ita scribit
Eusebius lib. 4. cap. 24. Item Origenes Proximus
temporibus Apostolorum cum libros sacros con-
numerasset in commentariis ad Psalmum 1. omni-
no de hoc libro siluit. Reiecit item hunc librum à
canonicis Epiphanius lib. 1. hæresi 8. expressius
lib. de ponderibus, quo loco ait, hunc librum Ec-
clesiastici, & librum sapientiæ inter canonicos non
recensendos. Reiecit etiam Hieronymus tum in
prologo Galeato, tum etiam prologo ad Proverbia
Salomonis his verbis. *Fertur & Παράπερ. Iesu filij
Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui sapientia Sa-
lomonis inscribitur, quorum priorem Hebraicum repe-
ri: non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed parabolas
prænotatum, cui coniuncti erant Ecclesiasticus, & Canticum
Canticorum: vt similitudinem Salomonis non solum
librorum numero, sed etiam materiarum genere coæqua-
ret. Secundus apud Hæbreos nusquam est, quin & ipse
stylus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scripto-
rum veterum hunc esse Philonis Iudæi, affirmant. Sic
ergo Iudith, & Tobia, & Machabeorum libros legit
quidem Ecclesia. Sed eos inter canonicas scripturas non
refert, sic & hæc duo volumina legit ad ædificationem
plebis, non ad authoritatem Ecclesiasticorum dogmatum
confirmandam.* Insuper, & Consilium Laodicense
Canone 59. quo loco libros sacros recenset, hunc
tamen omnino præterit.

5. Verum licet hæc ita sint multos iam ante annos
liber hic inter sacros ab Ecclesia relatus est. Et vt à
Conciliis generalibus exordium sumam, recipit
Concilium Florentinum Instructione pro Arme-
niis. Concilium Tridentinum session. 4. Vbi post-
quam retulit hunc librum sub nomine proprio

Ecclesiastici post librum sapientiæ, & ante Elaiam, subdit: *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia legi consueverunt, & in veteri Vulgata latina, editione habentur pro sacris, & Canonicis non susceperit, & traditiones predictas sciens, & prudens contempserit, anathema sit.* Recipit item hunc librum Gelafius Papa in consilio 70. Episcoporum. Et multo ante tempore scilicet anno 407. recepit hunc librum tanquam Canonicum Innocentius primus, vt habetur Epistola ad Exuperium Tolosatem. Insuper Concilium Carthaginense 3. Canon. 47. Quo in loco fatetur concilium nos accepisse à patribus hunc librum legendum simul cum aliis libris Canonicis. Huius autem Concilij Prouincialis acta recepta, & confirmata sunt, in 6. Synodo generali in Trullo. Adde Augustinum lib. 2. de doctrina Christian. cap. 8. his verbis. *Illi duo libri vnus qui sapientia, alius qui Ecclesiasticus dicitur, de quadam Salomonis similitudine esse dicuntur. Nam Iesus filius Sirach eos scripsisse constantissime perhibetur.* Hæc ille. Ex quibus constat de hac re minime licere dubitare, sed omnino hunc librum inter sacros habendum. Quapropter miror viros aliquos pios, & doctos Hugonem Cardinalem in prologo, & Dionysium Carthusianum, etsi memini, Lyram hunc librum à factis arcere.

6. Illud verò quis in dubium iure vertat? nimirum an non modo liber hic ad fidem pertineat, verum eodem modo suspicere teneamur eiusdem libri prologum. Et sanè quæstio non est de eo prologo quem Tigurina editio denuo præmisit huic libro: adeo enim ad fidem non pertinet, vt multa falsa continere eucierimus superius prologio secundo; ait enim huius libri authorem fuisse Iesum, filium, quidem Sirach, nepotem verò alterius Iesu, qui hunc librum non absolutum neque digestum scripsit. Quod præstitit eius nepos eodem nomine Iesus dictus, qui multis de suo additis, reliquisque in ordinem digestis merito huius libri author est appellatus. Quæ omnia vt falsa, & huic libro contraria explosimus.

7. Igitur dubium tantum restat de eo prologo, qui in latinis vulgatis codicibus circumfertur & quem nos exponemus. Hugo Cardinalis in prologo huius libri, & Cornelius Iansenius autumant hunc librum nequaquam ad fidem pertinere. Ducuntur autem, quia hic prologus non est præmissus ab authore huius libri, sed à nepotè eiusdem libri interprete, & traductore. Ergo non eiusdem cum libro authoritatis. Tum quia in quibusdam bibliis scriptis hic prologus omittitur quasi ad eandem fidei regulam non pertinens: & eandem ob causam à quibusdam interpretibus non exponitur quasi parum habeat authoritatis. Hi inter alios sunt Dionysius, & Rabanus.

8. Cæterum Doctores alij nostri temporis non infimæ notæ eiusdem cum libro certitudinis, & authoritatis prologum istum existimant. Quid enim si non ab eodem authore quò liber conscriptus? Quasi verò Spiritus sanctus, non potuerit dogma veritatis edere per huius libri traductorem authoris nepotem, qui locutus est per auum? Quid verò si omittatur ab aliquibus, nam etiam multæ sententiæ eiusdem libri omittuntur in codicibus tam Græcis, quam latinis, & in his hæc desiderantur, in aliis verò alia. Tum etiam, quia cum multis retro annis de toto libro dubitatum sit, vtrum scilicet ad regulam fidei pertineat necne, non valde de prologo hi authores curauerunt. Verum enim verò, cum ex decreto Concilij Florentini, & Tridentini Ec-

clesiasticus inter sacros libros sit annumeratus, vt verbis Concilij Tridentini loquar: integer cum suis partibus: prout in Ecclesia Catholica legi consuevit, & in veteri vulgata latina editione habetur, sacer est. At in vulgata editione, cum suo prologo vbique circumfertur, quapropter apparet eandem authoritatem prologum habere cum toto libro. Hoc idem, & in aliorum sacrorum librorum prologis videre est, qui non minoris quam ipsi libri sunt authoritatis, præmisit quidem breues præfatiunculas Lucas tam Euangelio, quam actis Apostolorum. Quod & Paulus frequentius exequitur in suis Epistolis. Quis autem de his audeat dicere non esse eiusdem authoritatis cum aliis quæ in eisdem libris continentur? Et dum Concilium Tridentinum eiusmodi libros in album sacrorum refert, profecto refert etiam eisdem libris præmissos prologos, & præcæmia, præcipuè; quia eos libros, qui Canonici non sunt codex vulgatus nuper editus à reliquorum ordine expunxit, vt puta tertium, & quartum librum Esdræ, quos in finem bibliorum reiecit. Ergo cum hic prologus locum suum situm teneat nunc eiusdem cum reliquis videtur authoritatis. Hæc sanè multum roboris habent, verum in re dubia mallem alios audire, quàm propriam sententiam ferre. Vnde integrum iudicium lectori relinquo.

PROLOGIVM V.

Qua lingua scriptus sit liber?

EX prologo constat librum Ecclesiastici Hebraicè primò conscriptum, hæc enim habet: *Auus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis a parentibus nostris traditi sunt: voluit, & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam, & sapientiam pertinent, vt desiderantes discere, & illorum periti facti magis, magisque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque vos venire cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientia deficere in verborum compositione; nam deficiunt verba hebraica, cum fuerint translata, in alteram linguam.* Ex quibus apparet hunc librum ab authore vernaculo sermone fuisse editum, id est, Hebraico. Imo teste Hieronymo in præfatione ad librum Salomonis suo tempore circumferebatur Ecclesiasticus Hebraico sermone scriptus. Insero verba: *Fertur, & Παράπερ Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui sapientia Salomonis inscribitur, quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum vt apud latinos, sed parabolas prenotatum.* Hæc Hieronymus. Verum nostris temporibus non reperitur hic liber Hebraicè conscriptus, sed tantum Græce & latine.

PROLOGIVM VI.

A quo Græcus hic liber factus?

Constat ex prologo hunc librum à Iesu filio Sirach Hebraicè editum factum Græcum ab eiusdem Iesu nepote de cuius nomine non constat. Palam ipse fatetur his prologi verbis. *Auus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam, & sapientiam perti-*

nent, ut desiderantes discere, & illorum periti facti magis, magisque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Horror itaque vos venire cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmus sequentes imaginem sapientia, deficere in verborum compositione; nam deficiunt verba Hebraica cum fuerint translata in alteram linguam. Non solum autem haec, sed & ipsa lex & Prophetiae, caeteraque aliorum librorum non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octavo, & trigésimo anno temporibus Ptolomaei Evergetis Regis, postquam pervenit in Aegyptum, & cum multum temporis ibi fuisset, inveni ibi libros relictos non parvos, neque contemnenda doctrina. Itaque bonum, & necessarium putavi, & ipse aliquam addere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum. Constat enim ex his verbis Prologi eius authorem eundem librum interpretatum, & in aliam linguam vertisse, insuper hoc in Aegypto factum tempore Evergetis Regis Aegyptiorum. Ex quo aperte constat authorem prologi vertisse librum Ecclesiastici in linguam Graecam. Erat enim eo tempore lingua Graeca Aegyptiis familiaris, vel etiam vulgaris, saltem sapientioribus hominibus. Suadet Aegyptij Regni mutatio. Nam postquam magnus Alexander Macedonum Imperator Aegyptum occupavit, sub morte Babylone sibi successit in regno Aegypti Ptolomaeum Lagi filium, ex quo longa series Ptolomaeorum ex huius regni authore in eodem imperio successit. Verisimile autem est Ptolomaeum Graecum, vernaculam etiam linguam in Aegyptum inuexisse, & Graecum sermonem eo tempore fuisse vel familiarem, vel vulgarem, ut in aliis nationibus, & regni mutationibus facile videre est. Sequitur enim frequenter lingua imperium, & regnum. vnde primi illi Ecclesiae patres Aegyptij omnes Graecè scripserunt. His etiam temporibus facta est translatio factorum librorum per 70. viros, qui in Graecum sermonem transtulerunt poscente Ptolomaeo Philadelpho. Reiecinus insuper prologio 2. praefixum prologum in Tigurina editione: qui authorem huius prologi non vertisse in aliam linguam, sed concinnasse; & auxisse, ait, quae à Iesu auctore tumultuario fuerant collecta; constat enim ex verbis allatis nepotem Iesum filij Sirach hunc librum neque condidisse, neque concinnasse, aut digessisse, sed tantummodo ex Hebraeo Graecum fecisse. Nostra sententiae adstipulantur authores omnes, vno, aut altero excepto, qui re non satis discussa contrarium innuere videntur. Expressè tradit Epiphanius lib. de ponderibus his verbis. *Iesus, qui sapientiam illam scripsit Hebraicè: ita ut nepos ipsius, eam interpretatus Graecè.* Idem habet Lyranus in principio Ecclesiastici; habet eodem loco Brito, & ad eò mihi res certa est, ut mirum mihi sit doctissimum Abulensem super Prologo Galeato contrariam sententiam tueri.

2. Graeca exemplaria quae nunc circumferuntur multis in locis à nostro vulgato dissident in multis, nec sibi constant. Qua in re non sine laude laboraverunt Complutenses, & doctissimus vir Cornelius Iansenius.

PROLOGIUM VII.

A quo hic liber Latinus factus?

1. Nonnulli authores re non satis discussa hoc tribuunt Hieronymo. Ego verò crediderim

huius libri vulgatam latinam editionem longè Hieronymo esse antiquiorem.

2. Ducor non modo coniectura, sed evidenti planè ratione. Nam plures patres Latini Hieronymo aetate superiores citant verba huius libri eadem prorsus ratione, qua nunc in nostra vulgata editione circumferuntur. Clemens I. epistol. 1. nonnulla citat verba ex capite 1. & 2. Ecclesiastici, eadem prorsus ratione qua nunc in nostra vulgata editione habentur, licet ex suo, quaedam alia subinferat. Euaristus epistol. 1. adducit verba illa Ecclesiastici 24. *Gyrum caeli circumvisi sola.* & illa: *Qui me genuit requieuit in tabernaculo meo.* Alexander I. epistol. 3. infert ex nostra vulgata editione illud ex cap. 36. *Sicut in conspectu eorum magnificatus est in nobis.* Mallem legere es, quam, est. Calixtus I. epistola 1. illud capitis 18. *Post concupiscentias tuas ne eas.* Poncianus I. epistol. 1. infert integrum caput 38. & dimidium capitis 27. & bonam partem capitis 6. & 1. Fabianus item Papa in sua epistola multa citat ex cap. 2. 3. 10. 11. 16. & 22. Multa item coniecit in epistolam suam 3. ex capite 27. & 28. huius libri. Item Stephanus I. integrum caput 13. intulit in suam primam epistolam. Item Dionysius I. desumpsit ex capite 4. ab illis verbis: *fili conserva tempus ad finem vsque capitis,* & in epistolam suam primam transcripsit. Transcripsit item Eutychianus, in epistolam suam primam caput 5. nostri auctoris: *Ne tardes conuertri,* &c. Et rursus ferè totum caput 6. Adde Eusebium epistol. 2. qui ex nostra vulgata versione recenset nonnullas sententias capitis 18. & integrum caput 19. & ferè totum 20. Idem Epistol. 3. ferè integra capita 14. 15. 16. Qui omnes Hieronymum praecesserunt. Ergo ante Hieronymum extat vulgata nostra editio latina, quae nunc circumfertur. Nec Hieronymus inquam vel leuiter insinuat hunc librum vertisse, quod in aliis frequenter facit.

3. Quis autem fuerit antiquissimus hic auctor, qui in latinum sermonem hunc librum verterit, non constat, nec diuinae didici. Ex quo pater quantae auctoritatis sit editio nostra vulgata, quae à primis Ecclesiae temporibus, tot tam Sanctis ac eruditis viris admirationi, & venerationi fuit; & quantum praeferenda Graecis exemplaribus, quae nunc circumferuntur. Qua in re non semel peccat Cornelius Iansenius, nam ubi latini codices à Graecis dissident, potius ex Graecis nostra corrigit, quam ex nostris lucem affert Graecis.

PROLOGIUM VIII.

Qui huius libri interpretes.

1. Pauci sunt qui hanc prouinciam susceperint: non modo antiquis temporibus, verum etiam felici hoc nostro saeculo, quod vberimam segetem expositorum sacrorum bibliorum protulerit.

2. Rabanus ex glossa interlineari ferè expositionem suam contextuit.

3. Glossa item ordinaria ex Rabano ferè omnia mutuata est.

4. Lyra annotatiunculis eundem librum elucidat.

5. Tigurina editio multis in locis lucem affert: quam Vatablus vir Eruditus notulis quibusdam elucidat.

6. Complutenses magna ex parte Graeca exemplaria correxerunt, & lucem latinae editioni attulerunt.

7. Omnium felicissimè laboravit Cornelius Iansenius,

nus, vir in Græca Hebraicâque lingua apprimè versatus, qui sensum historicalem præcipuè profectus est. Imo si licet dicere omnium vnus. Reliqui enim ad sensus morales defleunt, de sensu verò literali vix verbum habent; laborasset tamen faeliciter si amplius nostræ vulgatæ editioni deferret.

Prætereo Hugonem Cardinalem, & Dionysium, qui totam Scripturam interpreti sunt.

Paulus item de palatio huic rei operam suam contulit, adde Drusium, præter hos autem neminem vidi.

Fuisse alios expositores innuit Lyra ad cap. 50. his verbis: *Dicunt aliqui expositores, &c.*

IN ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH PROLOGVS.



VLTORVM nobis, & magnorum per legem, & prophetas, aliósq; qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet

laudare Israël doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & dicentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam, & sapientiam pertinent: vt desiderantes discere, & illorum periti facti, magis magisque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ deficere in verborum compositione. Nam deficient verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non solum autem hæc, sed ipsa lex, & prophetæ, cæteraque aliorum librorum, non paruum habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octauo & trigésimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis Regis, postquam perueni in Ægyptum, & cum multum temporis ibi fuisset, inueni ibi libros relictos, non parum, neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum, & necessarium putavi & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis, ad illa, quæ ad finem ducunt, librum istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instruere mores, qui secundum legem Domini propofuerint vitam agere,

In Ecclesiasticum Iesu filij Sirach prologi expositio.

§. I.



VLTORVM nobis & magnorum per legem, & Prophetas, aliósq; qui secuti sunt illos sapientia demonstrata est, in quibus oportet laudare Israël doctrinæ, & sapientiæ causa, quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse, & dicentes & scribentes doctissimos fieri. id est, cum nobis sit per legem, & Prophetas multorum virorum demonstrata sapientia, propter quos oportet laudare Israël sapientiæ, & doctrinæ causa. Quia non solum illos, qui loquuntur ea lingua, qua illi scripti sunt, necesse est esse peritos, sed etiam Hebraicæ linguæ rudes per horum virorum libros ediscendo, & scribendo doctissimi fieri possunt, cum hæc inquam sic se habeant. *Auus meus Iesus, &c.*

Græca clarius inplexam clausulam efferunt, scilicet. *Cum multa nobis, & magna per legem, & Prophetas, aliósq; qui illos secuti sunt, tradita sint, propter quæ laudandi sint Israëlita doctrinæ, & sapientiæ nomine: & quia non solum ipsi hinc possunt legendo docti euadere, sed etiam si sint studiosi, possint exterius viles esse, ediscendo & scribendo: Auus meus Iesus, cum se multum dedisset lectioni legis, & Prophetarum, &c.* Quæ sanè expedita sunt, & iuxta illa possunt nostra latina exponi nonnulli latini vulgatis codicibus magis adherentes integram clausulam hoc modo exponunt. *Multorum nobis, &c.* Id est, complurium, magnarumque rerum sapientiam per legem, & Prophetas, aliósq; qui postea vixerunt didicimus, in quibus oportet laudare Israël, doctrinæ, & sapientiæ causa. Quia non solum ipsos loquentes, necesse est esse peritos: sed etiam extraneos posse ediscendo, & scribentes doctissimos fieri. Id est, ob quos oportet laudare Israël, vt doctum sapientemque, quia non solum ipsi doctores, qui sapientiam tradiderunt, necesse est rerum diuinarum cognitione clare, sed etiam alios posse, tum dicentes, tum scribentes legis scilicet, & prophetarum doctissimos euadere. Hæc expositio eo quod vulgatam editionem minus detorqueat, non displicet, & bonum sensum habere potest. Nam cum dixisset multarum, & magnarum rerum sapientiam per legem, Prophetas, aliósq; qui illos secuti sunt, Israël communitatem; ob quos addit oportere laudare vniuersum Israël, quod doctus, sapiensque

que sit, eius rei causam reddit, quia non solum ipsum Moysen, & Prophetas, alióque, qui secuti sunt illos prædictæ sapientiæ authores, necesse est esse peritos: sed alios etiam talis actantæ cognitionis expertos posse ediscentes à sanctissimis viris, & scribentes doctissimos fieri. Sternit enim viam ad sapientiam, ea dicere, & scribere quæ sanctissimi Patres docuerunt.

Multorum nobis, & magnorum. Nos multorum, & magnorum virorum. Alij multarum, & magnarum rerum.

Sapientia demonstrata est. Patet ex Græcis redundare verbum est. Et sapientia demonstrata, per ablativum absolutum legendum. Hugo Cardinalis refert quorundam lectionem, scilicet: *Sapientiam demonstratam esse.* Verum etiam si nominativum retineamus simul, & verbum est non longè dissimilem sensum efficiunt. Scilicet, sapientia demonstrata est nobis multarum magnarumque rerum per legem & Prophetas, alióque, qui secuti sunt eisdem Prophetas. Certè hæc sententia per longum hyperbaton implexa facta est. Sapientiam vocat, ut placet Hugoni, & Lyrano libros ad mores pertinentes.

Loquentes. Græcè legentes.

Extraneos, alij Hebraicæ linguæ imperiti, rudes, expertos. Alij, qui alieni sunt à lege, & Prophetis, qui horum scripta, neque legerunt neque didicerunt.

Dicentes. Alij discentes, sed retinendam esse nostram lectionem Græca docent.

§. II.

*A*vus meus Iesus postquam se amplius dedit, ad intelligentiam lectionis legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit, & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam, & sapientiam pertinent, ut illorum periti facti, magis magisque attendant animo, & confirmetur, ad legitimam vitam. Facilia hæc sunt. Avus meus Iesus postquam diligentius incubuit lectioni legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, quos à maioribus accepimus: ipse quoque in animum induxit scribere aliquid, quod ad componendum hominum mores deferuire posset; ut studiosi habeant, unde animos informet, magis magisque mentem erigant & ad progressum in virtute confirmetur.

Postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis. Hebraismus est non insolens, id est, postquam se dedit ad diligentem lectionem librorum legis, & Prophetarum.

Voluit & ipse. Aliqui, volui, & ipse, quod mendum in errorem induxit quamplures authores ut crederent hunc prologum, vel à Iesu filio Sirach auctorem editum, vel huius libri auctorem non fuisse Iesum avum, sed nepotem: quæ supra reiecimus, & patet aperte ex textu Græco, qui verbum voluit habet, in tertia persona, non verò volui in prima. Et hac ratione vulgati codices correcti habent. Proprium sapientum est, ut quæ ipsi didicerint aliis sine invidia communicent: & idcirco sapiens Iesus doctrinam quam hauserat ex lectione legis, & Prophetarum aliis communicare scribendo cogitat.

Ut desiderantes discere, &c. Non longius abeunt Græca. Ut studiosi, & his dediti, vel horum participes facti, multò amplius agant per legitimam vitam.

§. III.

*H*ortor itaque vos venire cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmus sequentes imaginem sapientie, deficere in verborum compositione, id est, moneo itaque vos, ut veniatis, cum benevolentia, & studio diligenti, attentoque, ad legendum ea quæ scribere pergo, & ut nobis ignoscatis, si quando videmur, vnam sapientiam intendentes, & eam vnam ut depingamus considerantes, appositis verbis, & quæ sententias originalis linguæ exprimant minimè affecti.

Græca hac ratione habent. *In quibus videmur deficere ab elaboratis in interpretatione dictionibus.* Hoc est, rogo vos parcere si minus affecti videamur vim quarundam dictionum, quas interpretando exprimere conati fuimus.

Sequentes imaginem sapientie, id est, conantes exprimere ad viuum, ea quæ in originalibus expressius se produnt.

Et deficere. Coniunctionem & expungit Iansenius. Ut sensus sit: *Videmur sequentes imaginem sapientie deficere in verborum compositione.* id est, videmur deficere in verborum Græcorum, cum Hebraicis apta collatione, dum sequimur, ad viuum exprimere, ea verba quæ in originali codice scripta sunt, & in Græcum vertere, vel ut illud sequentes, idem sit quod infinitivum sequi, id est, dum videmur sequi imaginem sapientie, & proprietates verborum Hebraicorum verbis Græcis exprimere, deficere in verborum compositione, id est, non assequi quod conamur.

§. IV.

*N*am deficient verba hebraica, cum fuerint translata in alteram linguam. id est, verba hebraica viam suam, & energiam perdunt, cum alterius linguæ verbis explicantur. Expedita quidem est sententia, sed Græca expedita magis, scilicet: *Non enim hæc ipsa eandem vim habent, cum in se ipsis Hebraicè dicuntur & cum translata fuerint in alteram linguam.*

Deficiunt. Sic legendum, non ut malè quidam perfuturum deficient, quod aperte constat ex Græcis codicibus.

§. V.

*N*on solum autem hæc, sed & lex ipsa & Prophetæ ceteraque aliorum librorum non parvam habent differentiam quando inter se dicuntur. Imò verò non modo hæc, quæ in hoc libro continentur, quarum ego interpretationem aggredior, verum legis, & Prophetarum libri, & quicumque alij; quando inter se dicuntur, hoc est, quando lingua sua Hebraica in qua primum scripti sunt dicuntur, non parvam habent differentiam à se ipsis, cum in aliam linguam fuerint transfusa.

Aliorum. Hanc vocem Græca non habent, sed hac ratione hanc sententiam efferunt. *Non solum hæc, sed & ipsa lex & Prophetæ, & cetera librorum.* Intellige sacrorum. Si verò retineatur genitivus ille aliorum, potest etiam ad profanos libros referri, quorum nescio an vllus ex Hebræo in Græcum translatus sit.

Inter se. Nos, Hebraicè conscripti. Alij, collatione facta cum eisdem libris in aliam linguam translatis.

§. VI.

§. VI.

21. **N**am in octavo, & tricesimo anno, & temporibus Ptolomæi Evergetis Regis postquam perveni in Ægyptum, & cum multum temporis ibi fuisset, inveni ibi libros relictos, non parvas, neque contemnenda doctrina. id est, ratio autem, quæ me impulit, ut librum hunc Hebraicè conscriptum, Græcum reddiderim hæc fuit, nempe quod trigesimo anno regni Ptolomæi cognomento Evergetis perveni in Ægyptum, & cum ibi longiorem moram trahe-rem, fortè ad manus meas deventerent libri quidam Hebraicè conscripti, quos Iudæi patriam repertentes, ibi reliquerant maltæ sapientiæ, & doctrinæ refertos.

22. **Nam** Causalis hæc referenda ad verba illa, quæ antecesserant: *Et veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraica quando fuerint translata in alteram linguam.* Ergo cum subindicasset hunc librum à se fuisse translatum in græcam linguam, innuit rationem, quæ cum impulit, ut librum græcum faceret: nimirum quia in Ægyptum progressus eiusmodi librum cum aliis inuenit Hebraicè conscriptum, neque Græcum factum.

23. **In octavo, & tricesimo anno.** quidam ad vitam eiusdem traductoris hunc numerum referunt, id est, tricesimum, & octavum annum agebam, cum in Ægyptum perveni. Cæterum nulquam legitimus auctores sacros aut profanos in annorum designatione vitæ suæ rationem habuisse, sed Regum Imperatorum, aut Principum, qui eo tempore vixerint.

24. **Temporibus Ptolomæi.** Ex his verbis nonnulli deducunt hanc annorum supputationem, non referendam ad annos regni Ptolomæi, sed ad annos vitæ eiusdem traductoris, aliàs enim diceret sub Ptolomæo Evergete Rege, vel quid simile, cum verò dicat, *in octavo, & tricesimo anno temporibus Ptolomæi:* indicat annum quidem vitæ eiusdem auctoris prologi, qui sub Ptolomæo Evergete vixit: verum non discedendum à consueta scripturæ phrasi, quæ in habenda ratione temporum, non auctoris ætatem respicit, sed ad Principem regnantem. Ergo ista verba, *temporibus Ptolomæi,* exponunt id quod prius dixerat, nempe: *in octavo, & tricesimo anno* Scilicet anno trigesimo octavo regni Ptolomæi Evergetis. Patet ex Græcis codicibus, in quibus habetur: *Sub Evergete Rege.* Quæ verba planè indicant tempus regni Ptolomæi respexisse.

25. **Ptolomæi.** Omnes Ægyptiorum Reges post magnum Alexandrum Ptolomæi sunt appellati: scilicet à primo Rege Ptolomæo Lagi filio cui moriens Alexander Ægyptum reliquit. Vnde cognomina nonnulla quæsierunt, quibus ipsi Reges inter se discernentur. Alius dictus est, Philadelphus, id est, fratris amator, alius verò Evergetes, qui Philadelpho successit.

26. **Evergetis.** id est, benefactor, quia tempore huius regis Iudæorum plures coloni multa cum felicitate Ægyptum habitauerunt. Hugo dictum putat Evergetem, id est, reuocatorem; Quia post vltionem Syriæ, & Ciliciæ, Deos eorum quos Cambises in Perlas transtulerat in patriam reuocavit.

27. **Postquam perveni in Ægyptum,** Hugo. *Fortè cum illis, quos captivos duxit in Ægyptum Ptolomæus Socer antecessor Philadelphi, vel fortè postea iam facta translatione bibliotheca.* Hæc Hugo. Ego crediderim non

captivum venisse in Ægyptum, sed allectum magna felicitate, qua Iudæi in Ægypto fruebantur sub hoc Rege, ut patet ex Iosepho.

28. *Et cum multo tempore ibi fuisset.* Alij vertunt, *cum multum temporis ibi fecisset.* Græcè: aliquandiu commoratus. Significat enim ibi longissimam traxisse moram.

29. *Inveni ibi libros.* quidam ex Græco vertunt. *Inveni non parvas eruditionis exemplar.* Alij verò ex eodem: *inveni non parvas eruditionis subsidium.* Vocat autem subsidium, ut quibusdam placet bibliothecam illam, quam collegit in Ægypto Ptolomæus Philadelphus huius Evergetis frater.

30. *Relictos.* Fortè à 70. interpretibus, qui hunc librum patrio idiomate conscriptum, neque in linguam Græcam versum in Ægypto reliquerunt, dum in patriam remearunt, quorum vnum verisimile est fuisse Iesum filium Sirach huius libri auctorem, ut supra diximus. Vel fortè libri in Ægypto à 70. interpretibus translati adiumento esse potuerunt, ut facilius hic auctor Ecclesiasticum Græcum faceret.

31. *Non parvas neque contemnenda doctrina.* Scilicet eius doctrinæ quæ ad componendum hominum mores pertinet. Alij, quos refert Hugo Cardinalis pro contemnenda habent, neque condemnanda.

§. VII.

32. **I**taque bonum, & necessarium putavi & ipse aliquam addere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum, & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis, ad illa quæ ad finem ducunt librum istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituire mores, qui secundum legem domini proposuerint vitam agere. Vulgatam nostram editionem hac ratione expono. De Græcorum lectione, qui maxime hoc loco variant nonnulla subiungam. *Et multa vigilia,* &c. quasi dicat; & multo sudore, lucubrationibus, & impensa cura attuli doctrinam ex scriptis Hebraicis auctoris mei, illo tempore, quo in Ægypto demoratus fui, ad perficiendum ea quæ ad beatitudinem obtinendam pertinent, vtilissimam: ut darem librum istum his, qui volunt attendere, & discere quo pacto instituire mores debeant, quibus propositum est vitam ducere ad normam legis diuinæ.

33. *Aliquam addere diligentiam, & laborem.* Scilicet ex Hebræo in Græcum sermonem transferendo librum istum. Alij aliquam adhibere diligentiam. Alij aliquam afferre diligentiam.

34. *In spatio autem temporis.* in eo scilicet tempore, quo, in Ægypto commoratus sum, & tantam opportunitatem nactus sum interpretandi.

35. *Ad illa, quæ ad finem ducunt.* Nos vsque ad illa, quæ ad beatam vitam viam sternunt. Hugo vsque ad exempla sanctorum de quibus in fine huius libri agit. Græca, *ad hoc ut ad finem perducing hunc librum, ederem eum etiam his, qui in vicinia, vel in exilio volunt discere.* Nam Græcum nomen Πασοικία *Pasechia,* aliquando exilium, aliquando viciniam significat. Ergo duplicem habent sensum verba. Voluit librum Hebraicè editum Græcum dare, ut scilicet hi, qui sunt in exilio, ut Hebræi, qui ab Ægyptiis capti, & graui seruitute opprimuntur, & longa mora auitam linguam & mores ferè didicerunt, & Ægyptios mores imbuerunt, & linguam, aliquam ex hoc libro vtilitatem capiant. Si verò viciniam transferas duplicem item sensum habere possunt verba. Prior est, in vicinia, id est, Græcis, qui nobis Hebræis proximi sunt. Posterior,

rior, his qui in vicinia, id est, Ægyptiis, qui Iudæis Palestinam incolentibus vicini sunt. His ergo proficere optavi, hunc librum transferendo ex Hebræa lingua in Græcam. Ergo vulgata lectio hunc ordinem habet. Attuli doctrinam ad illa, quæ ad finem ducunt librum istum, dari illis, hoc est, ad hoc, ut darem illis, scilicet illis, qui cum Hebraicum sermonem non teneant Græcum noverunt. Nisi velis illud ad finem, ut nos exposuimus ad beatitudinem, quæ finis hominis est, referre.

Hugo, ad finem, id est, ad perfectionem ducunt. Quemadmodum oporteat instituere mores. obscuriorem sensum habent Græca, nempe: ad hoc ut preparati moribus viuant secundum legem. Vel volentibus discere viuere in lege se preparatos moribus. Hugo Cardinalis hac ratione verba ordinat. Multa vigilia attuli doctrinam huius libri vsque ad illam, quæ ad consummationem ducunt librum istum. Attuli inquam dare, id est, ad dandum, illis scilicet, qui volunt animum intendere, &c.



ECCLSIASTICI

CAPVT PRIMVM.

Omnia sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum.

VERS. I.

I.



RIPLEX sensus huic sententiæ affigi solet, nonnulli dicta volunt hæc verba, de sapientia, ut Dei est attributum, & tribus diuinis personis communis est; alij de sapientia, quæ est secunda in Trinitate persona: alij de sapientia quæ creatæ increatæque communis est. Tertius hic exponendi modus magis arridet. Ergo hanc sapientiam author ait à Deo esse, quia vel ipse Deus est, vel ab ipso principium trahit. Cum enim Ecclesiasticus acturus sit de sapientia rethorum more subiectum, & materiam, de qua acturus est, scilicet sapientiam laudat; laudat autem illam ab authore, & ab antiquitate, ab authore quidem Deo, à quo omnis sapientia dimanat. *Omnia sapientia à Domino Deo est.* Insuper ab antiquitate, & cum illo fuit semper, & est ante æuum; nec enim parua laus rebus ab antiquitate venit. Accipe Aristotelem 1. Met. cap. 3. *Honorabilissimum quod antiquissimum.* Item Tullium in Verrem. *Plena dignitatis, plena antiquitatis hac plurimum solent & autoritatis habere ad probandum, & incunditatis ad audiendum.*

Aristoteles. Tullius.

2.

Hugo.

Omnia. Hugo Card. id est, perfecta quasi duplicem distinguit sapientiam, aliam perfectam, quam à Deo homines hauserint, aliam imperfectam, quam per se ex rebus fuerint venati. Quod verò omnia, idem sit ac perfectum, euincit ex illo. Matth. 3. *Sic nos decet implere omnem iustitiam,* id est perfectam, non multum de loco Matth. contenderim; existimo autem hinc nomen *omnia* idem esse ac quicumque; sic enim sensus expeditur magis, omnia, quæcumque sapientia à Deo est.

Math. 3. 15.

3.

Et est ante æuum. Id est, ante tempora, ante sæcula, ante omnia, nec hic subtiliter distinguendum tempus ab æuo, ut Theologi & Philosophi faciunt.

ETHOLOGIA I.

Dei gratia ad omnia necessaria.

I.

OMnia sapientia à Domino Deo est. Si sensus morales horum verborum expectes aperte nos docent vtilem satis veritatem; nempe nihil nos ex nostris viribus efficere posse, sed omnia in Dei gratiam referenda. Omnis enim virtus quæ hinc sapientiæ nomine describitur à Deo expectanda est, & eius referenda fauori. Hanc sententiam ex antiquis Patribus ductam autoritate ornemus. Reiecit Christus Dominus insequi se cupientem scribam. Matth. 8. 19. *Et accedens vnus scriba ait illi. Magister sequar te quocumque ieris. & dixit ei Iesus. Vulpes foveas habent, &c. Qui alio diuertentes quærebat, cur eum qui se socium adiungebat, repulset?* Petrus Chrysologus serm. 19. eam reddit rationem; quia sibi vires arrogauit quibus Christum sequeretur. Hoc enim indicant verba illa: *sequar te quocumque ieris.* Satijs enim & verius dixisset, quocumque iusseris. At homo hic erecto supercilio multum sibi tribuens immemor diuinæ gratiæ merito repulsam tulit. Nihil enim boni facere vel mali cauere poteris, nisi Dei auxilio fretus. Audi Chrysologum. *Accedens vnus ex senioribus, ait illi: Magister sequar te, quocumque ieris; decipit, non accedit, qui promittit Dominum incaute sequi, sed omnia posse quis promittit? dixisset cautius sequar te quocumque iusseris.*

Math. 8. 19.

Chrysolog.

2.

Exodi 30. 13. Cum censendus esset populus iubet legislator, ut per singula capita Deo offeratur dimidium sicli. (Ambrosius infra referendus, legit: *Didrachma*) iuxta mensuram templi. Hæc vltima verba pro nobis expendit Ambrosius ad iustum: non enim absolutè sicli dimidia pars offerri præcipitur, sed dimidia pars sicli iuxta mensuram templi, scilicet, nulli dubium est duplicem fuisse siclum, alium profanum & vulgarem, alium sacrum, siue sanctuarij. Ergo ait Ambrosius: singuli per capita offerant dimidium sicli, non cuiuscumque

Ambros.

eumque sed sanctuarij in quo iuxta Ambrosium ibidem, erat excusa non imago Regis alicuius, aut Imperatoris, sed Dei, vt quicumque offert, hac oblatione profiteatur, non nisi Dei fauore redimendum, nihilque sibi arroget. Audi Ambrosium. *in denario Caesaris est, in didrachmo imago Dei, quia vnus est Dei ad imitationem ipsius.* Comparat Ambros. hoc loco istum siclum cum numismate in quo impressa erat imago Caesaris. Matth. 22. 20. *Cuius est imago hæc, & superscriptio? dicunt ei Caesaris.* Ergo homines in tributo quod soluunt insculptum habent Caesarem, cum propriis viribus, si quid fecerint tribuunt. At viri Israëlita, id est iusti, imaginem Dei, quia eius fauori adscribunt, si quid effecerint.

Matt. 22. 20.

Ambros.
Psal. 36. 23.

Idem Ambrosius ad versum illum Psal. 36. *A Domino gressus hominis dirigitur.* Ita loquitur. *Pulchrè autem viri gressus dirigi dicuntur à Domino, quia non volentis, neque corruentis, sed miserentis est Dei, sine offensione seruare vestigiū.* Hæc ille vt enim puer tenellus firmare gressus non valet, sed si quando stare conetur, decidit statim, nisi matris, nutricis, aut baiulæ manibus auxiliòque fulciatur; eadem ratione quibuscumque viribus homo polleat, & virili ætate firmus sit, in via virtutis ruere necesse est, nisi eum Deus manibus gesserit. Optimè ergo dictum est; *à Domino gressus hominis dirigentur.*

Psal. 118. 176.

Ambros.

Cant. 5. 4.

Huc adducenda verba illa Psal. 118. *Erraui sicut ouis qua perit, quære seruum tuum;* dicendum videbatur; erraui sicut ouis qua perit, ast ego quæram te, ego me ab errore reducam, melius tamen Propheta subintulit. *Quære seruum tuum.* Id est, ego sane errare possum sed in viam me reducere, nisi tu traxeris, non valeo. Hæc est mens Ambrosij in hunc locum: dono verba; *Ego te quasi, sed inuenire non possum, nisi tu volueris inueniri.* Adducit ibidem verba illa Cantic. 5. *Aperi mibi soror mea sponsa.* Stetit profecto in vtramque aurem, grauique opprimitur lethargo quacumque anima sponsa Christi, nisi à Deo excitetur, vnde subdit Ambros. *Denique pulsus ad ianuam, vt excites dormientem, exploras si cor vigilat, & caro dormit, vis iacentem seruare, dicens, surge qui dormis, &c.*

Psal. 123. 7.

Ambros.

Se de laqueis ereptum latatur David Psal. 123. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus;* sed quam ratione, qua vi, quo robore inscipula direpta, & laqueus discissus? *Adiuutorium nostrum in nomine Domini.* Deus ipse rete, & implexos nodos discidit: nam mihi ad tantum facinus vires non suppetebant. Hoc nos admonuit Ambrosius in hunc locum his verbis. *Quomodo igitur hos laqueos vitabimus, vt possimus, & nos dicere; anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Non dicit: ego contriui laqueum, non ausus est hoc dicere David: sed adiuutorium nostrum in nomine Domini, vt ostendat vnde laqueus solueretur, vt prophetaret, quod venturus esset in hanc vitam, qui contereret laqueum fraude diaboli preparatum.*

Psal. 44. 19.
Chryost.

Hunc sensum habent verba illa Psal. 144. *Voluntatem timentium se faciet;* exponente ibidem Chryostomo. Verbum illud, *faciet,* idem est, ac fabricabit, effinger, condat. Non modo piorum hominum opera nisi Deo ferente auxilium non sunt, sed neque ipsam voluntatem, qua eadem bona opera facere disponunt, nisi Deo adiuuante, habent. Nam & velle, & operari in nobis efficit Deus. Audi Chryostomum; *Videte quid audistis,*

voluntatem timentium se faciet, quia à Deo preparatur voluntas.

Hoc indicant verba illa Cantic. 5. *Manus eius tornatiles aureæ.* plenæ hiacinthis, confert sponsa sponsi manus cum orbibus cælestibus quibus similes facit colore quidem, & motu, colore quia hiacynthus sudum cælum refert: motu verò, illa dictione, *tornatiles.* Pro nobis vt reor aliquid inuit hæc collatio manus Dei ad cælum; nimirum sicut omnia hæc terrena, quæcumque illa sint cælorum motibus & variis syderum occurribus gubernantur, qui si cessarent, omnino rerum productiones deficerent: non aliter Dei gratia deficiente, & spiritali motu cessante, omnis virtus rueret, & deficeret. Sed prius quam hinc abeo, illud aduerto: sponsam quidem sponsi manus multis verbis extulisse, & laudasse, at sponsus de sponsæ manuum laudibus omnino subtriuisset. Sanè sponsus ab sponsa laudatus, vicem rependit eidem, & singula corporis membra encomiastica oratione profequitur. Tantummodo de manibus, in quibus faminarum pulchritudinis magna pars sita est, nihil prorsus recenset, scilicet ea mihi ratio assignanda videtur; quod ad rem spiritualem nihil omnino conferant humanæ vires, quæ per manus adumbrari solent: vnde manus hominum omnino à laude alienæ, Dei verò manus, quæ totum opus perficiunt cum cælis conferendæ. Fauet Ezechiel. cap. 2. *Et manus hominum sub pennis earum;* scilicet illorum animalium quæ gloriam Dei vebant, Ergo humanas manus sub pennis occultant; veritate sibi de manibus, id est, viribus humanis gloriari adscribatur.

Accedat David Psalm. 143. *Benedictus Deus, qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum.* Expende nomina illa manus, & digitos, qui enim hominem erudiendum suscipit vel ad citharam vel ad palæstram, vel ad quamuis aliam artem exercendam, satis est, si mentem, & animum discipuli doceat. Nam si semel animus artem imbiberit nullo negotio corporis membra imperio suo mouet ex arte, vel ad varios sonos concinnandos, vel inimici petitiones declinandas, &c. At David etiam manus, & digitos suos doceri ad bellum exoptat. Nimirum de bello spiritali sermonem instituit, ad quem adeo est necessaria Dei gratia, vt non satis sit, si mentem moueat, sed insuper necesse est, vt brachia & manus, & digitos instruat; Dei enim fauor, & auxilium sopitam excitat voluntatem, & ad optatum finem perducit; vnde antecedens comitans, & subsequens appellatur à Theologis. In reliquis ergo actibus satis est si magister mentem doceat; nam si hæc semel artem exceperit corporis membra per se excitat ad opus agendum. At verò in virtutis studio nihil omnino sine Dei gratia valemus efficere non mentem excitare, non manus operi adiuuere. Hæc est mens Chryostomi exponentis hunc locum his verbis. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum. Quid dicis? Deus me docet bellare, pugnare. Et in acie confligere? Maxime quidem, non peccauerit quisquam, qui in his paratur victoriam ei ascribens. Hoc enim sibi vult illud, qui docet manus meas, hoc est, qui facit, vt vincam hostes, & trophæa erigam. Quando enim prostravit Goliath, ille fuit causa victoria. Aliam rationem subdit idem Chryostom. ob quam manus tantum doceri petit David. Non quærit strenuos milites veteranos, & emeritos duces, non arma, non mentem, qua inimicorum fraudes teneat & vitet, sed tantummodo*

7.

8.

Psal. 143. 16.

Chryost.

manus doceri exposcit. *Qui docet manus meas ad prelium.* Quæ, quæso, doctrina ista manuum? Orationem exponit Chrysofom. quæ ad cælum sublatis manibus ferri consuevit, iuxta illud, *Elevatio manuum tuarum Sacrificium vespertinum.* Ergo sensus est: *qui docet manus meas ad prelium*, id est, qui aduersus insurgentes in me hostes orare me docet, & à Deo auxilium exposcere. Hæc enim Dei gratia superiorem me hostibus reddit, quod nulla humana vis præstare potest. Subdit ergo Chrysofom. *Quid dicis? Deus docet, bellare pugnare, & acie confingere? Maxime. Multi itaque hostes saepe fuderunt, & fugarunt cum prius preces præcessissent, quam aduersariorum phalanges prærupissent.*

strumentum vocetur. Non aliter homines si quid boni habent, non sibi adscribant, sed Deo, quia Deo prius mouente, & ad opus adiuvante perficiunt. Non quasi homo proprium motum ad bonum non habeat, & eluti inanime instrumentum ad virtutem moueatur, ut nostri temporis hæretici garrunt, sed quia hoc nisi Deus prius moueat, non efficitur. Hac ratione exponit hunc locum Chrysofom. Homil. 2. in cap. 5. ad Colossenses. *Nemo enim talem vitam conuersationem ostendit, ut regno dignus esse possit, sed totum donum est ipsius Dei: quapropter dicit: si quando feceritis omnia, dicite: quoniam serui inutiles sumus; hæc Chrysofom.*

Chrysof.

Accedat Augustinus, Dei gratia per Christum acerrimus propugnator, & vindex. In primis hac ratione exponit verba illa Psalm. 44. *Diffusa est gratia in labijs tuis*, id est, non modo opera, quæ efficit, verum, & verba, quæ loqueris, quibus, vel à me auxilium exposcis, vel gratias agis. Ipsa etiam verba quæ ad me refers gratia omnino sunt. Audi loquentem. *Diffusa est gratia in labijs tuis. Venit nobis cum verbo gratia, cum osculo gratie.*

12. August. Psal. 44. 3.

Adde, eundem Augustinum enarratione in Psalm. 44. Vbi exponit verba illa Psalm. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Quæsiuit David, si quid Deo redderet pro acceptis beneficiis, & cum se suaque omnia discussisset, nihil profus proprium inuenit, quod Deo redderet. Vnde ab ipso Deo mutuo accipere coactus est, quod eidem pro collatis beneficiis referret. Vnde August. *Quarebat, ille quid retribueret, qui dixit; quid retribuam Domino, pro omnibus que retribuit mihi? Et inuenit, quasi aliquid, Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Hoc illi rependis, quia calicem salutare accipis, & nomen Domini inuocas? quis tibi dedit ipsum calicem salutare? Remansit in actione gratiarum, nam in relatione defecit. Inueni quod des Deo, quod ab illo non acceperis, & retuleris gratiam?*

13. August. Psal. 115. 3.

Item August. ad illa verba. Psalm. 69. *Exultent, & latentur in te omnes qui querunt te:* Ex duplici loco nostram sententiam firmat, nimirum ex illis verbis Matth. 18. 12. *Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oves, & errauerit una ex eis, nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & vadit querere eam que errauit?* En tibi qua ratione pastor ouem quærit, non quæsitus, non vocatus errantem insequitur, nullis perditæ ouis vocibus sollicitatus. Etenim, si ad mores similitudinem transferas, verè ouis est perditæ homo, qui nisi requisitus non reuocatur, etenim nisi vocetur non respondet. Adducit insuper verba illa Ioan. 10. 27. *Oves mee vocem meam audiunt*, non balant, sed audiunt, sed sequuntur postquam ego quæsierim. Etiam si Christi ouis sis, nisi prius ipse quæsierit insequi tu non potes. Excipe Augustini verba; *Exultent & iocundentur in te omnes qui querunt te; aliud est querere Deum, aliud est querere hominem, iocundentur, qui querunt te. Non iocundabuntur ergo, qui querunt se; quos prior quæsiisti antequam quærent te. Nondum quærebat ouis illa pastorem, aberrauerat à grege, & descendit ad eam, quæsiuit eam. Reportauit in humeris suis, contemnit te ouis quærentem se, qui prior quærebat eum incipe, qui prior quæsiuit te, & reportauit in humeris suis; fac quod ait, que sunt oves mea vocem meam audiunt, & sequuntur me. Si ergo quæris eum, qui prior quæsiuit te & facta es eius, & audis vocem pastoris, & sequeris eum.*

14. August. Psal. 69. 5. Mat. 18. 12.

Ioan. 10. 27.

Psalm. 87. *Aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi. Vel ut alij legunt: Aut gigantes suscitabunt.*

15. Psal. 87. 15.

B Vtram

9. Matth. 12. 9. Imper. *Et cum ille transisset venit in Synagogam. Et ecce homo manum habens aridam.* Author operis imperfecti Homil. 29. in Matth. ait hunc hominem fuisse humanum genus, cuius manus arida est, id est, ad omne opus bonum omni profus vi destituitur. Ergo nisi huius manum Christus Dominus sanet, debilis, & profus manca est, excipe eius verba: *Et ingressus in populum, ut de medio populi populum liberaret, id est, de Synagoga. Populus enim ille spiritualis manum habebat aridam, id est, boni homines qui erant inter Iudeos aridas manus habebant sub lege contractas, quia opera iustitia facere non poterant, quia ex operibus legis nemo iustificabatur.*

10. Chrysof. Lucæ 15. 20. *Ex duplici capite rem probat Chrysof. hom. 4. in Lucam. Prius ex verbis Lucæ 15. Cum enim nepos ille, qui patrimonium decoxerat, fame pene necatus patriam domum repeteret, ait, Luc. n. 20. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est. En tibi qua ratione Pater prior eum vidit, & prior occurrit, quia nisi Deus auxilio suo homines anteuerteter, nulla profus ratione aliquid boni efficere possent. Posterior locus est, ex eodem Luca cap. 19. Iesum multa turba septum videre desiderans Zachæus statura pusillus Sycomororum ascendit: ut illac transeuntem Iesum despiceret: At nihilominus prius ipsum Iesus suspexit, quam ipse despiceret. Sic enim inservit Lucas, *Et præcurrens ascendit in arborem sycomororum, ut videret eum, quia inde erat transiturus, & cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Nimirum quantumcumque coneris ad bonum, nisi Dei gratia vires addat, & prior moueat, frustra omnino contenderis. Audi Chrysofomum. Quid autem est aliud, quod occurrit, nisi, quia nos à peccatis impediuntibus nostram virtute peruenire ad Deum nostram non poteramus? Ipse autem potens ad inualidos peruenire descendit, sicut in Zachæo operibus suis signanter exprimitur, qui cum desiderasset videre Dominum, & ob hoc in arborem sycomororum ascendisset, præueniente Domino conspicitur, & vocatur, & illico in domum eius ad conuiuandum declinaturnum se esse promisit. Vides, quia credituri fidem præuidens Christus latentem in arbore, quasi peccatorum tenebris obumbratum, salcito, ut ouem perditam requisitum aspectu, & venire cunctanter vocat, venientem quasi humeris suscipit.**

11. Lucæ 17. 10. *Cum feceritis hæc omnia dicite, serui inutiles sumus*, id est, etiam si omnes sitis virtute ornati, etiam si legis vniuersæ præceptis ad amissum satisfeceritis, dicite tamen, serui inutiles sumus, id est, nihil omnino nostris viribus perfecimus, sed omnia Dei virtuti adscribenda sunt. Expendo verbum illud: *seruus*. Quod nostram omnino paupertatem in bonis spiritualibus designat. Seruus enim nihil omnino proprium habet, sed omnia eius bona Domini sunt, adeo ut ab Aristotele Domini in-

9. Matth. 12. 9. Imper. *Et ecce homo manum habens aridam.* Author operis imperfecti Homil. 29. in Matth. ait hunc hominem fuisse humanum genus, cuius manus arida est, id est, ad omne opus bonum omni profus vi destituitur. Ergo nisi huius manum Christus Dominus sanet, debilis, & profus manca est, excipe eius verba: *Et ingressus in populum, ut de medio populi populum liberaret, id est, de Synagoga. Populus enim ille spiritualis manum habebat aridam, id est, boni homines qui erant inter Iudeos aridas manus habebant sub lege contractas, quia opera iustitia facere non poterant, quia ex operibus legis nemo iustificabatur.*

10. Chrysof. Lucæ 15. 20. *Ex duplici capite rem probat Chrysof. hom. 4. in Lucam. Prius ex verbis Lucæ 15. Cum enim nepos ille, qui patrimonium decoxerat, fame pene necatus patriam domum repeteret, ait, Luc. n. 20. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est. En tibi qua ratione Pater prior eum vidit, & prior occurrit, quia nisi Deus auxilio suo homines anteuerteter, nulla profus ratione aliquid boni efficere possent. Posterior locus est, ex eodem Luca cap. 19. Iesum multa turba septum videre desiderans Zachæus statura pusillus Sycomororum ascendit: ut illac transeuntem Iesum despiceret: At nihilominus prius ipsum Iesus suspexit, quam ipse despiceret. Sic enim inservit Lucas, *Et præcurrens ascendit in arborem sycomororum, ut videret eum, quia inde erat transiturus, & cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Nimirum quantumcumque coneris ad bonum, nisi Dei gratia vires addat, & prior moueat, frustra omnino contenderis. Audi Chrysofomum. Quid autem est aliud, quod occurrit, nisi, quia nos à peccatis impediuntibus nostram virtute peruenire ad Deum nostram non poteramus? Ipse autem potens ad inualidos peruenire descendit, sicut in Zachæo operibus suis signanter exprimitur, qui cum desiderasset videre Dominum, & ob hoc in arborem sycomororum ascendisset, præueniente Domino conspicitur, & vocatur, & illico in domum eius ad conuiuandum declinaturnum se esse promisit. Vides, quia credituri fidem præuidens Christus latentem in arbore, quasi peccatorum tenebris obumbratum, salcito, ut ouem perditam requisitum aspectu, & venire cunctanter vocat, venientem quasi humeris suscipit.**

11. Lucæ 17. 10. *Cum feceritis hæc omnia dicite, serui inutiles sumus*, id est, etiam si omnes sitis virtute ornati, etiam si legis vniuersæ præceptis ad amissum satisfeceritis, dicite tamen, serui inutiles sumus, id est, nihil omnino nostris viribus perfecimus, sed omnia Dei virtuti adscribenda sunt. Expendo verbum illud: *seruus*. Quod nostram omnino paupertatem in bonis spiritualibus designat. Seruus enim nihil omnino proprium habet, sed omnia eius bona Domini sunt, adeo ut ab Aristotele Domini in-

9. Matth. 12. 9. Imper. *Et ecce homo manum habens aridam.* Author operis imperfecti Homil. 29. in Matth. ait hunc hominem fuisse humanum genus, cuius manus arida est, id est, ad omne opus bonum omni profus vi destituitur. Ergo nisi huius manum Christus Dominus sanet, debilis, & profus manca est, excipe eius verba: *Et ingressus in populum, ut de medio populi populum liberaret, id est, de Synagoga. Populus enim ille spiritualis manum habebat aridam, id est, boni homines qui erant inter Iudeos aridas manus habebant sub lege contractas, quia opera iustitia facere non poterant, quia ex operibus legis nemo iustificabatur.*

August.

Vtramque lectionem retinet August. Et facta comparatione medicorum ad gigantes ad rem moralem locum traducit. medici, hoc est, qui spiritualibus animæ morbis medentur, & pellendis ex animo mysticis ægritudinibus incumbunt, etiam si gigantes sint, id est, etiam si virtute, mente, & arte plurimum valeant, non tamen suscitabunt eos, quibus medentur, id est, nihil profus efficient, nisi Dei fauor affulserit. V. enim medici quantavis artis peritia polleant omnino non possunt functum vita hominem ad communes auras reuocare: non aliter spirituales medici hominem peccato mortuum ad vitam reuocare non valent, nisi Dei gratia aspirauerit. Audi August. de vocis similitudine, qua in Hebræo lingua, gigantes, & medici penè eodem modo sonant, & exigua differentia distinguntur, non errore, sed pitius occasione, quomodo isto loco accipiendi essent gigantes significare voluerunt. Si enim superbos gigantes nomine insinuat intelligamus, de quibus ait Apostolus. Vbi sapiens. Vbi scriba. Vbi inquisitor huius sæculi? Non fuit incongruum, eosdem medicos nuncupare, velut per artem suam promittentes animarum salutem.

2. Cor. 10. 20.

Contra quos dicitur: Domini est salus, sed etiam tales medici, quamuis de suo curent, quia neque etiam medici corporis curant de suo, tamen quantumlibet per fidei ministerium opitulentur saluti, viuentes curare possunt, non mortuos suscitare. De quibus scriptum est: numquid mortuis facient mirabilia? Nimis enim occulta Dei gratia est, qua hominum mentes quodammodo reuiuiscunt, vt possint, à quibuslibet eius ministerijs præcepta sanitatis audire. Quam gratiam commendat in Evangelio Dominus, nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum.

Ioan. 6. 44.

Et paulò inferius ad eandem rem adducit, August. parabolam illam de eo, cui, iter facienti latrones occurrerunt, & seminecem in via reliquerunt: cuius prætereuntium nullus miserus est, nullus opem tulit præter vnum Samaritanum, qui personam gerit Christi Domini. Hic vnus vulnera tabo diffluentia alligauit, curauit, vino lauit, oleum effudit, eum equo imposuit, in domum hospitali perduxit, stabulario commendauit. Nullum in hac re adiutorium habuit, sed per se omnia exequutus est. Vt noueris penes vnum Deum humanum esse auxilium, ipsum solum, ei posse opem ferre. *Ipsi sunt medici (Augustinus loquitur) curantes à latronibus sauciati, sed Dominus perduxit eum ad stabulum?*

Lucæ 10. 30.

16.

Psalm. 88. 1.

Psalm. 88. *Annuntiabo veritatem tuam in ore meo.* ac si dicat, ego tantummodo loquendi instrumenta in medium affero. Te Deus, rogo, vt veritatem, & eloquutionis materiam, & vim infundas, & inspires; nisi enim subministraueris hanc vim, & loquendi copiam facias, omnino ero mutus. Hunc sensum ex Augustino ibi affero his verbis; *Ergo vt abs te dicam, & ego dicam, dico quedam sunt, vnum tuum, vnum meum, veritas tua, os meum.*

August.

17.

Cantic. 8. 5.

August.

Cantic. 8. 5. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto de litijs affluens.* August. ex translatione 70. *quæ est ista quæ ascendit dealbata.* Cui lectioni inhærens August. iure querit quomobrem à dealbatione laudetur sponsa, cum tamen dealbari vitio detur Pharisæis à Christo Domino Matth. 23. 27. *Ue vobis scriba & Pharisæi hypocrita, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c.* Quod vni laudi datur, cur aliis vitio vertitur? Responder August. dealbari quidem, vt internam sceditatem, & turpitudinem occultent homines iure à Christo Domino carpi, quia hoc proprium est hypocritarum, qui intima crimina pietatis fuco honestare contendunt. At verò dealbari, hoc est quemcumque virtutis nitorem non proprium existimare, sed à Deo acceptum referre sum-

Matt. 23. 27.

mis laudibus extollendum est, & prædicandum; id enim, quod dealbatum est non dominata albedine, sed de foris adscripta nitet, ergo ne te album, sed dealbatum putes, id est, si qua virtute ornaris, Deo acceptam refer. Audi eundem August. *Ergo Ecclesia habes decorem, dicitur & tibi in Canticis Cantico- rum: o decora inter mulieres, dicitur de te, quæ est ista quæ ascendit dealbata, sicut fucata. Quemadmodum se dealbant femina quæ volunt videri, quod non sunt, non dealbata sicut paries dealbatus, destruit enim sicut dicit Apostolus paries dealbatus foris rectorium intus lutum. Non ergo sic illa dealbata, sed dealbata, illuminata, quia non per se alba.*

Expendo cum August. in Psalm. 105. verba illa ex oratione dominica Matth. 6. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* O Dei sapientia Iesu, contraria eidem orationis formulæ inferere videris: si noster est panis cur petendum doces? Scilicet noster esse non potest, nisi Deus sponte dederit; neque enim à nobis habemus, neque ab alio homine, aut Angelo mutuum accipere possumus; ergo noster est & à Deo accipimus. Dominus enim (ait August.) *illuminat cæcos non meritis eorum, sed bonitate electorum suorum, id est, quam exhibet vel donat electis suis, sicut salus vultus mei non à me ipso, sed Deus meus; & panem nostrum dicimus quotidianum, sed tamen dicimus, da nobis.*

18.

August.
Matt. 6. 11.

Pro nobis adducit August. in Psalm. 119. versum illum Psalm. 17. *quoniam tu illuminans lucernam meam Domine.* id est, quantumcumque lucernam ad excipendum lumen aptaueris, nisi tamen ignis accesserit ardere non potest. Non aliter anima nostra, vel sibi ardere, vel aliis lucere non potest, nisi diuinum exceperit lumen gratiæ. Neque accipere potest nisi tu, o, Deus subiiceris. *Nemo enim iuste viuit (ait August.) nisi iustificatus, id est, iustus effectus, ab illo autem fit homo iustus, qui numquam potest esse iniustus. Sicut lucerna non à se ipsa accenditur, ita neque anima sibi præstat lucem, sed clamat ad Deum: Tu illuminabis lucernam meam Domine.*

Psalm. 41. 12.

19.

August.
Psalm. 17. 29.

Item idem August. exponit in hunc sensum versum Psalm. 117. *impulsus euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me.* August. legit. *Tanquam cumulus arena impulsus euersus sum.* Hic arena cumulus teste August. ille est de quo Psalm. 138. 18. *Mibi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* Quæ verba de fœlici Ecclesiæ fecunditate ibidem exponit. Ergo si hæc duo loca inter se conferas hunc sanè sensum efficiunt, id est, etiam si fidelium numerus in eam multitudinem excreuerit, vt arena grans, quæ in cumulum rediguntur, sit similis, nulla ratione inimicorum spiritualium vim sustinere poterit; sed ad vnum omnes corruent, & peribunt, nisi Dei auxilio fulciatur. *Tanquam cumulus arena (ait August.) impulsus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me, quamuis enim esset iam magna multitudo credentium, quasi arena innumerabili comparanda, & in vnam societatem, tanquam in cumulum ducta; tamen quid est homo, nisi quod memor es eius? Non dixit, abundantiam numeri mei numerus gentium superare non valet, sed Dominus, inquit, suscepit me. Multitudinem ergo fidelium in unitate fidei simul habitantem persecutio gentium, quo impelleret, vt deiiceret, non habebat, quando in eum creditum est, qui singulos, & omnes vbique susciperet, quia eis innocantibus nunquam deesse potuisset,*

20.

August.
Psalm. 117. 13.

Psalm. 138. 18.

Psalm. 126. *Vanum est vobis ante lucem surgere,* Otium & desidiam videtur inducere locus. Cum enim sapius Spiritus sanctus doceret, vt lucem præueniamus, & præuertamus solem sicut de ma-

21.

Psalm. 126. 2.

trona

trona illa Ecclesie typo inferuit Salomon. Pro-
 uerb. vlt. 15. *Et de nocte surrexit, deditque, prædam*
domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Quid est in
 causa vt in hoc loco surgere ante lucem prohibe-
 at? Nimirum ait August. hoc loco versus hunc
 de operibus spiritualibus exponendum esse, in qui-
 bus nobis ante lucem surgere non licet. Cum tam-
 en in aliis operibus manicare, & auroram ante-
 uertere valde sit vtile. Excipe August. *Quid est, va-*
num est vobis ante lucem surgere? Si surgamus ante-
quam surgat lux, necesse est vt in vanitate remaneatis,
quia in tenebris eritis, surrexit lux nostra Christus,
bonum est vt surgamus post Christum, non surgamus
ante Christum.

VERS. 2. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies
 sæculi quis dinumerauit? altitudinem cœli,
 & latitudinem terræ, &c.

VERS. 3. Sapientiam Dei præcedentem omnia,
 quis inuestigauit?

Difficultatem proponit his verbis, quæ inuesti-
 ganda sapientia exanthlari oportet. Si enim ea quæ
 humanis obtutibus subiacent, & manibus teruntur
 vel in certum numerum redigere, vel mensurare
 nequimus, quanto minus Dei sapientiam, quæ
 omnem effugit captum, penitus haurire non vale-
 mus? Adducit tamen in exemplum tria quæ sub nu-
 merum, tria quæ sub mensuram veniunt, vt ex
 vtriusque difficultatem augeat. Licet enim ex his
 aliqua numerari, aut mensurari valeant, vt puta,
 cœli latitudo, & altitudo terræ, & profundum
 abissi, quæ certis sub quibusdam mensuris tra-
 duntur à Mathematicis, non tamen hæc nisi à viris
 doctissimis certo agnosci, neque ij in illis mensu-
 randis omnino sibi constant. Quare optimè vel ob
 difficultatem vel impossibilitatem hoc loco ab au-
 thore in exemplum adducuntur. Est solemnitas &
 apud profanos similis comparatio. sic Pindarus.
 Odi. 2. Aristophanes in Lys. Accipe vnum Tul-
 lium Pollucem lib. 9. *Locum etiam habent Poëtica*
supra arenam, supra fluctus, quot flores, quot folia, & si-
milia.

Pindarus.
 Aristophan.
 Pollux.

Arenam maris, &c. Tria hæc quæ difficilè sub
 cognitionem cadunt humanam protendere autu-
 mat Hugo Cardinalis, tres humanarum mentium
 pestes, quæ sunt veluti omnium vitiorum parentes.
 Quas Ioan. 1. cap. 2. enumerat dicens. *Omne, quod*
est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupis-
centia oculorum, aut superbia vitæ. Ergo, iuxta anago-
 gem per arenas maris intelligit diuitias steriles,
 nec mutuo sibi coherentes. Per pluuiam, carnis
 fluxus voluptates, per dies sæculi honorem, ac ma-
 gistratuum ambitus.

Ioan. 2.

Altitudinem cœli, id est, vel quantum vnum quod-
 que cœlum à terra distet, vel vniuscuiusque cœli
 intercapedo, quam grossitiem vocant.

Latitudinem terræ. Molem ipsius terræ dixeris, vel
 quantum ipsa extensa sit. Hispano sermone. *Quien*
amedido quanto boza la tierra? Tigurina, duo tantum
 membra habet, scilicet cœlum, & terram; hæc
 enim communi loquendi phrasi integram rerum
 vniuersitatem significant: & verbum illud, pro-
 fundum, non refert ad abyssum, sed ad terram de
 cuius latitudine, & profunditate queritur. Ita enim
 habet. *Sublimitatem cœli, terræque latitudinem aut*
profundum quis ementiatur, sed, si sententia tri-
membris sit iuxta vulgatum, melius præcedenti
cohæret.

Et profundum, abyssi. & Oceani altitudinem,
 hunc enim abyssum vocat. *Sapientiam Dei, &c.* Si
 hæc, quæ diximus, non facile in cognitionem ca-
 dunt humanam, multo minus sapientia Dei, quæ
 longè intellectus diffinitate reliqua omnia exce-
 dit. Hæc tria quibus sapientiam Dei comparat no-
 ster author hac ratione ac sensus morales inflectit
 Hugo Cardinalis; *Per altitudinem cœli intelligitur*
sublimitas præmiorum. Per latitudinem terræ intelligitur
tenuitas temporalium gaudiorum. Per profundum abyssi
intelligitur profunditas suppliciorum.

ETHOLOGIA II.

Studiofus virtutis difficultate subeat,
 necesse est.

§. I.

Arenam maris, & pluuiæ guttas, &c. Difficile esse
 studium sapientiæ, & virtutis his verbis in-
 nuit prædicta sententia, non inutilis, vt diligen-
 tiam hominum in quaerenda pietate acuat, & dor-
 mientes excitet, torpentisque vrgeat. Ergo &
 nos quam sit difficilis virtus paucis aperiamus.
 Ambros. lib. de Isaac. c. 3. tuetur hanc veritatem
 ex illo versu Cantorum 1. *Trabe me post te.* Scili-
 cet tanquam ad rem difficillimam non sequituram
 se promissit, sed rogat vt trahatur. Inserit ibidem
 verba Christi Domini ad Petrum. Ioan. 13. 36. *Quo*
ego vado non potes me sequi. ô, viam difficilem! multis
mæandris sinuosam, multis salebris implexam,
quam neque Summus omnium Apostolorum car-
pere potest: cui totius Ecclesie clauem commise-
rat, viam hanc peragere posse negat, nisi post supe-
ratas varias difficultates. Audi Ambr. Trabe me post
te. Prudenter ergo rogat, vt attrahatur, quia non omnes
sequi possunt, Denique Petro dicenti quo vadis? Respon-
dit ei verbum Dei. Non potes me sequi modo, sequeris
autem postea. Claves ei commiserat regni caelorum, &
sequendo se imparem iudicabat.

Ambros.
 Cant. 1. 3.

Vitia deponere, & ad meliorem frugem transire,
 quandoque per verbû expoliare significatur Apo-
 stolica nimirum phrasi ad Colossens. 3. 9. *expoliames*
vos veterem hominem. Hoc enim dicendi modo rei
 facilitatem innuit Paulus, vt enim nullo negotio
 vestem exuimus, vt aliam induamus: sic facile vi-
 tiorum molem deponite, & virtutis libertatem
 arripite. Quandoque verò contraria via incedit
 idem Apostolus, & rei difficultatem apta metha-
 phora explicat: nimirum 2. Corinth. 5. *Vt absorbeatur*
mortale hoc à vita. Similitudinem trahit à fonti-
 bus hominibus dum à iudice torquentur, vt ab il-
 lis delicta extorqueat. In primis in equuleo positus
 magna aquæ vis eorum ori infunditur, quam vel
 inuiti absorbere coguntur. Ergo ait Apostol. nemo
 sibi virtutis viam facilem depingat, tam enim
 est difficile eius labores deorare, ac illis qui tor-
 turæ addicti sunt iniectam aquæ portionem ebibe-
 re. Ergo & facillima, & difficillima est virtus: con-
 traria planè hæc; sed vera sunt. At qua ratione?

Col. 3. 9.

2. Cor. 5. 3.

Respondet Ambros. in Psalmum 43. eam gratiam
 quam in Baptismo recipimus facilem quidem esse;
 eam verò quam ex pœnitentia adipiscimur esse
 difficilem. In Baptismo quidem expoliamus nos
 veterem hominem, in pœnitentia verò mortale
 absorbetur à vita, quid enim facilius, quam virtu-
 tes per Baptismum assequi, in quo nullo liberi ar-
 bitrij motu sola virtute sacramenti paruuli à morte

Ambros.

ad vitam transeunt? Ex aduerso erò quid est difficilius, quam semel amissam gratiam resarsire? Audi Ambrosium. *Gravis enim labor est dum expectamus, ut absorbeat mortale pro a vita, quo nos expoliari debemus. Minore enim labore expoliatur quam absorbetur, & vide ne ea diuinitas sit expolians se, & expectans, ut absorbeatur vita, expoliat gratia, absorbet penitentia.*

3. Eandem rem dedit Magnus Gregorius lib. 4. moralium capit. 6 ex illis verbis Iob. *Fratres mei pertransierunt me sicut torrens, qui rapit transit in conuallibus.* Ut enim ille qui lapidem per accliuem locum ad supercilium montis importat, multum illi insudandum est: cum verò montis verticem attigerit, nullo negotio suo prope pondere in ima recidet: hac eadem ratione post corruptam humanam naturam multa vi contra vitia conamur, nullo negotio in vitia deflectimus vt de Sisipho commenti sunt Poëtæ. de quo Ouidius 3. metham.

Aut petis aut vrges rediturum Sisiphe saxum.
Vel sane sumit methaphoram ab illis qui aquam ex imis ad superna loca pertrahere conantur, qui multa vi, multa industria, & infanis sumptibus vix rem perficiunt. *Quia igitur* (ait Gregor.) *Ascensus in labore est, descensus in voluptate, recte nunc dicitur fratres mei pertransierunt in me sicut torrens.* Hanc aquæ ab imis decurrentis metaphoram insequitur Chrysofostomus ad Psal. 118. his verbis. *Inclina cor meum, Deus, in testimonia tua, & non in auaritiâ. Aquarum natura hac est, vt in pronum feratur, ac si quem degressum naucha sit, illuc tota feratur. Eodem modo, postquam diabolus viam ad peccatum patefecit, hominum natura se in peius inflexit. Quamobrem aptè obsecrat Propheta, vt ipsius pectus ad diuina testimonia inclinetur, neque in alteram partem impetu quodam feratur. Humanus quippe animus quemadmodum in diuinis libris proditum est, iam inde ab adolescentia sua summo studio in malum propendet.*

4. Psal. 44. *& deducet te mirabiliter dextera tua.* Id est, opera tua iuxta virtutis canones facta. Quorundam lectiones refert Chrysofost. in hunc locum, & ostendit tibi terribilia dextera tua. id est, interprete Chrysofost. ibidem, si semel virtutem insequi in animum induxeris multa tibi difficilia deuoranda sunt. *Alij enim* (Chrysofost. loquitur) *omnes homines regnantes vel pro ciuitatibus, vel pro opibus vel inimicis, vel vana gloria bellum gerunt. ipse verò propter nullum eorum, sed propter veritatem, vt eam plantaret in terra, & propter mansuetudinem, vt qui sunt feris immaniores mansuetos efficeret, & propter iniustitiam, vt in quos tyrannidem exercet iniquitas eos iustos faceret. Primum quidem ex gratia, deinde ex recte factis, & deducet mirabiliter dextera tua.* Hæc ille; & veluti de Hercule finxerunt, antiqui vi, & claua, diuersa & immania monstra superanda sunt cultori virtutis.

5. Matth. 7. 14. *Arcta est via que ducit ad vitam.* Hanc sententiam exponit Chrysofostomus Hom. 24. in Matth. similitudine sumpta ab eis, qui viatores dormitantes à somno excitant. Cum lubricam viam & difficilem agunt. O, vos quid sternitis, quid in vtramque aurem dormitis: dum implexam, & periculosam viam teritis? Torporem excutite, & somnum, omnes ergo, qui pietatis viam ingressi sunt, difficilem viam agunt, & vt somnum excutiant admonendi sunt. *Hic Dominus* (ait Chrysofost.) *velut à somno excitans viatorem, viam eorum asperam nuncupauit.*

6. Idem Chrysofostomus. homil. 6. in capit. 1. ad Colossenses. Hi, qui per Baptismum renascuntur, sacro oleo inunguntur statim, vt nouerint, se

non ad delicias vocari, sed ad pugnam, sed ad certamen, sed ad luctam; *inunguntur* (ait Chrysofostomus) *mores athletarum qui stadium ingressuri sunt.*

7. Postquam multis extulerat Paulus, Colossens. eorum facta, vitamque laudauerat, addit. cap. 3. *Mortificate ergo membra vestra, que sunt super faciem terre.* Chrysofostom. ibi. Homil. 8. *Mortificate ergo membra vestra terrena.* Quæ non multum à vulgato codice distant: ea exponit Chrysofost. loco citato hoc modo; etiam si multum profeceritis, nollem tamen per oscitantiam sanam mentem vobis diffuere. Ardua vobis prouincia obeunda. Ergo mortificate membra vestra terrena, id est, oportet, vt molem corporis vestri, eo vsque extenuetis, vt quodammodo in Spiritus subtilitatem transeat, & sensus vestros, qui nihil nisi terrenum capere nouerunt, quodammodo spirituales efficiatis, quod sanè difficillimum est: nam immutare sensuum ordinem, & obiectorum rationem, valde facultatem humanam superat. *Concupiscunt quoque* (ait Chrysofostom.) *hæc membra omnia terrena, si oculus terrenus fuerit, ea que in cælis sunt non vident, ita vt auditus & manus, & quodcumque aliud membrum dixeris. Oculus corpora videt, & pulchritudinem & pecunias, illa verò terrena sunt, illis delectantur. Auditus concenru delicato, cithara, fistula, & turpiloquio afficitur, illa terrena sunt. Postquam ergo illos in cælis prope thronum Dei statuit, tunc dicit: mortificate ergo membra vestra terrena.*

8. Hoc innuunt verba illa Cantico 7. *Quid videbis in sulanite nisi choros castrorum?* chorus ad musicam, castra verò ad bellum pertinent. Vtrumque ergo subire necesse est qui virtutem colit; fieri enim non potest, vt qui ad virtutis concentum adspirat, cum inimicis non digladietur, difficileque subeat certamen.

9. Dum in mari discipuli piscarentur eis Dominus in littore apparuit, cuius iussis obtemperantes magnam piscium multitudinem ceperunt, vt habes apud Ioannem cap. 21. *Cum verò descenderunt de nauis viderunt prunas positas, & piscem superpositum & panem, dicit eis Iesus; afferte de piscibus quos prendidistis nunc.* Noluit Christus Dominus, vt prandio, quod parauerat, discipuli sine symbolo accumberent; & ideo iubet, vt pisci, quem ipse parauerat, pisces, quos demum piscati fuerant, adiungant; vt noueris ad virtutem multa tibi confrenda, neque omnia Dei curæ relinquenda. Hac ratione ad sensum moralem vrget hunc locum Augustinus tractatu 123. in Ioannem his verbis. *Hinc enim fecit prandium Iesus, illis septem discipulis, de pisco scilicet, quem pruna superpositum viderant, huic adiungens ex illis quos ceperant.*

10. In stadio sumus, dum spiritum ducimus numquam oscitare licet, seu primum virtutis limen attingamus, siue non nihil profecerimus. Rem exponit Bernardus sermone 32. in Cantica ex illis verbis Psalms 90. *Scuto circumdabit te veritas eius Dei auxilium; & protectio ad omnia necessaria. Non timebis à timore nocturno.* Nocturna pericula vocantur quæ insipientibus, & veluti in tenebris ambulantibus accidunt. *A sagitta volante in die,* En proficientium periculum. *Anegotio perambulante in tenebris.* Hoc negotium facessit perfectis. Itaque primordia nostra conuersationis (ait Bernardus) exagitat timor, quem intrantibus statim horror vita ingerit arctioris, & insiccata austeritas discipline. Et infra; *alioquin patelimus vulnere, sagitta volante in die, que est inanis gloria fema si quidem bona,*

bona, & ideo in die, quia ex operibus lucis. Inferit postea Bernardus de dæmonio meridiano quæ videntur apud ipsum.

I I.

Quid mirum si post naturæ humanæ ruinam difficilis nobis virtus appareat, magnique vendatur: cum post hanc miserandam stragem vitiorum fomenta intus patiamur? Aptè Rupertus rem insinuat. lib. 3. de Trinitate. cap. 3. quæ verba discutienda transcribam. Dum diabolus de Paradiso hominem exturbare conatur, non leonem, non tygridem induit, non ferarum bestiarum naturam, sed per serpentina organa mulierem aggreditur. Quandoque in Scriptura dæmon leo appellatur, quandoque serpens dicitur, nimirum dupliciter tentat, vi, & astutia, cum vi inlirit, leo dicitur, dum dolo, serpens. Ergo dum homo integra constabat natura, non vi, sed dolo res agenda erat: nunc verò cum hominem diabolus deuictum tenet, pro nutu suo eum torquet, & ferè omnia arbitrio suo moderatur. Hoc enim insinuat Regius Vates. Psalm. 90. *Super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem*, id est, qui prius serpens dicebatur, postea leonis nomen accepit, quia dum integra homini constaret natura astu serpentino hominem aggressus est, rem nunc vi agit: omnia dentibus comminuit, torquet, dilacerat. Audi Rupertum; & huius deceptionis intuitu diabolus in Scripturis sanctis non leo, sed serpens, siue draco dicitur, quia videlicet non per vim sed per calliditatem effectum nostræ moris est adeptus, quippe, qui in homine nihil adhuc iuris habuerat, neque imitum ad aliquod pactum pertrahere poterat, nondum enim erat illud quod congemiscens Apostolus. *Video, inquit, aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis. Quanto magis, neque illud erat, quod nunc aperta quoque interdum persequitur rugit. Proinde quia non impugnando cõgigit, sed blandiendo primum hominem ad peccandum illexit, exinde serpens antiquus, siue serpens tortuosus dicitur. Quia vero simul admissus, deinde crudeliter & furiosè semper genus humanum tyrannizauit, leo dictus est, utrumque habens malignitatis, & sanitiæ nomen, iuxta Psalmistam dicentem, super Aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Hæc Rupertus, refrico verba illa Rupertii; *Exinde serpens antiquus.* Quæ desumpsit ex Apocalypsi 12.9. & 20.2. vbi diabolus serpens antiquus dicitur, nimirum hæc sententiæ referunt illud generis. Vbi dæmon serpentem induens primos humani generis parentes in Paradiso aggressus est, deiecit, expugnauit. Quasi dicerent, ille, qui nascentis orbis origine serpens est appellatus, quia per dolos homines expugnauit, nunc victoria positus leonis vires, & ingenium induit, & palam cum hominibus digladiatur.

§. II.

12.

LIcet virtutis studium cunctis hominibus negotium facessat, illis præcipuè, qui denuo virtutis viam ingressi sunt, his nimirum, multum laboris ingerit. Vidit hoc. Origenes Homilia 2. ex quatuor, in Cantica, exponens verba illa. *Borivus cyprî dilectus meus mihi.* Optime virtus viti comparatur, vt enim vua prius acida est, postea dulcescit: sic virtus initio quidem ingratum saporem infert, quem subinde remittit sensim. Origenis verba annecto: *Sicut ergo his, quibus efficitur sapientia, & scientia non ad subitum, sed per pro-*

Orig. Cant. 1. 13.

fectus quosdam, & gradus pro studiis hac intentione, & fide eorum, qui ei vel in sapientia, vel in scientia, vel in virtute participantur, sapientes eos, & scientes reddit, vigentesque virtutibus, ita, & in quibus viris vera efficitur, non ei ad summum maturos botros producit, ac dulces, nec repente eis efficitur bonum suæ, & lætificans cor hominis, sed primo producit eis suauitatem tantummodo odoris in florem.

Hanc eandem rem exponit Philo lib. *Quis rerum diuinarum heres.* Ex factò illo Genesis 15. 12. *Cùmque sol decumberet, sopor irruit super Abraham, & infra. Cùmque sol occubisset facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens super diuisiones illas.* Philon paulo aliter. *Post occasum autem solis, emicuit flamma: reddit enim rationem ob quam Dominus Abrahæ in igne apparuit, quæ multum ad nostrum institutum valet. Etenim ignis in flammam non erumpit nisi prius fumum excitauerit, qui lacrymas ab oculis excutere solet, virtutis primordia, quæ per Dei aduentum significari solent, dolorem incutiunt, lacrymas eiiciunt, donec plene amoris flammam excipiunt. Gratias ingentes, (ait Philo Iudæus) agamus ei, qui nobis tales scintillas indidit, ne mens tamquam cadauer frigeat, sed in ignem sacrum mutemur sicut Nadab, & Abiud. fumus ante ignem exoritur, & appropinquantibus dicit lacrymas. Utrumque etiam nobis solet accidere ad virtutis nuntios accedendo, perfectionem speramus.*

13. Philo. Gen. 15. 12.

Ad hanc rem adduco problema. 15. sectionis 83. ex Aristotele, his verbis. *Cur tempore matutino frigus acrius est, cum tamen sol propius adsit? An quod plus temporis absentia solis exultat, itaque terra magis refrigerata est? an quod die instanteros, & pruina cadere solent, quæ frigida sunt? an die instante potius flatus concitantur nocturni, qui gelidè admodum spirant.* Ergo sub auroram adueniente die frigus vires sumit, acriusque pungit. Quæ si ad mores transferas vera etiam omnino reperies. Cum enim quis vitiorum nocte, & malorum tenebris oblitus est, dormit, stertit, otatur. dum verò virtutis aurora affulget tentationum acriores auræ aspirant, & malorum frigore, quæ deserit, pungitur.

14. Aristoteles.

§. III.

SEd vt hæc ita sint, illud tamen negare non possumus, pietatem quibusdam hominibus difficiliorem esse, quam aliis. Quidam enim acriore stimulo ad vitia punguntur. Alij verò facile Christi iugum subeunt. Hanc veritatem tuetur Ambrosius lib. de fuga sæculi capit. 8. numer. 19. *timens Ægyptiorum rex Imperij sui excidium iussit obstetricibus, vt nascentes Hebræos masculos suffocarent. Ipsæ verò rem detestata regio præcepto parere detrectauerunt. Quibus Pharaos, quidnam est hoc, quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quæ responderunt: non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres, Ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas pariunt. Quo quid clarius pro nostra sententia dici potest? Hebrææ scæminæ non vocatis obstetricibus pariunt, quia nonnulli homines, ita ad pietatem sunt formati, vt facile difficilem viam virtutis aggrediantur. Alij verò, quibus ingenium difficile, & mores sunt, iugum excutiunt, nec nisi multo negotio virtutem insequuntur; quorum symbolum sunt Ægyptiæ mulieres, quæ obstetricandi arte carèt, nisi ab aliis adiuuentur factus edere non possunt.*

15. Ambros. Exod. 1. 17.

Verba Ambrosij infero. Denique, & de alijs Hebrais mulieribus habes, quia Hebrae prius pariunt, quam veniant obstetrices, eo quod anima iustorum, non expectant artes, & disciplinas propter inventionem gratiae, nec requirunt adiumenta generandi, sed sponte partus suos fundunt, expectationemque praeveniunt.

16.
Ambros.

Pro nobis etiam adducit Ambrosius, lib. de fuga saeculi cap. 8. geminos illos fratres Iacobum & Esau, quorum alter ut habes Genesis 27. per deum, & inuia multo cum labore venationi insistens, tandem aliquid pro paterno edulio domum reduxit. At Iacobus duos haedos patri intulit nullo negotio comparatos, sed dominatos, quo facto benedictionem praeripuit fratri. Hoc idem innuit pater dum Iacobum ad se ingredientem agro vernanti confert, qui non scissus vomere, non subactis labore aliquo virescentes herbas, & longè micantes flosculos vltro emittit. Frater verò ex consequenti similibus dicitur satis iis, quae assidua agricolatum arte excolta vix tandem aliquando fructus afferunt: nam sunt nonnulli quibus adeo virtutis via facilis est, ut ad pietatem nati videantur. Alijs verò acclivis satis

Gen. 27. 20.

& aspera est. Verba Ambrosij dono. *Inde miratus pater ait: quid est hoc, quod tam cito invenire potuisti fili mi? Respondit Iacob. Quod tradidit Dominus Deus tuus in manus meas. Prima definitio in interrogazione est, secunda in responso. Planè igitur reperiens pater, ut erant, vel ingenij, vel diligentiae definitionis consumationem inclusit dicens: ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, ut ager enim, & naturale habet fertilitatis ingenium, & cultura diligentiam temporalem, meritoque in eo est plenitudo, cui utrumque non deest simul.*

Gen. 27. 27.

17.
Ambros.

Iterum ad incudem vocem verba Ambrosij, in Psalm. 43. quae supra retulimus, nunc ad ea quae diximus apta satis. Quandoque enim vitia exuere dicimur, ut rei facilitas significetur Colossens. 3. 9. *Expoliantes vos veterem hominem.* Quandoque difficultatem innuit Apostolus ducta similitudine à reis hominibus quibus in tortura aqua infunditur. 2. Corinth. 5. *Ut absorbeat mortale hoc à vita.* Ex fontibus enim hominibus, metaphoram ducere Apostolum putat Ambrosius ibidem. Ergo quibusdam difficilis est virtus, non aliter ac magnam aquae vim absorbere eis, qui in euleo torquentur. Alijs verò ita facilis, ac vestem deponere. *Grauis enim labor est* (ait Ambros. 19.) *dum expectamus, ut absorbeat mortale hoc à vita, quo nos expoliare debemus. Minori enim labore expoliatur quam absorbetur.* Huius discriminis rationem subdit Ambrosius his verbis. *Expoliat sublimitas, mentis absorbet diligentia.* Ac si dicat ille cui mens est facilis, & ingenium suave hominem veterem exuit, vitiorum molem deponit, adeo facile ac si vestem exueret. Qui verò indultia, & diligentia rem aggreditur, si tamen moribus sit insuavis difficilè planè provinciam suscipit. Dum ingenium facilè, & naturam laudemus, non gratiam Dei per Christum excludimus, hoc dixerim propter nasutos, & sciolos.

Coloss. 3. 9.

2. Cor. 5. 4.

18.

Sed quid est causa quod tanti Deus virtutem hominibus vindicet? Huius rationem reddit Chrysoctomus homil. 56. in Genes. dum de Rachele & Lia Iacobi vxoribus sermonem instituit, maritus praè Lia Rachelem dilexit, quam multo cum labore consequutus est. Ergo Chrysoctomus maiorem vim amoris, non tam ad pulchritudinis speciem, quam ad superatos labores refert his verbis. *Quia enim ab initio magis dilexit propter venustatem formae puellam, & difficilius eam consequutus est, ideo eam magis dilexit quam Liam.*

Pecuniarum amor ferè omnium hominum animos invasit, difficilèque excutitur.

§. I.

ARenam maris. Hugo Cardinalis arenis credit adumbrari pecuniarum nimiam cupiditatem; illas autem nemo numerare potest, quia quam longè lateque avaritia imperitat, vix lingua, vix mens allequi potest. Rem paucis probemus. Huius testem adduco Chrysoctomum, homilia in Eutropium, qui nostrum institutum fulcit verbis Christi Domini. Matth. 11. *Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud; ergo more latronum alienis facultatibus insidiantium caelo vim inferamus* (Chrysoct. teste) hac similitudine usus est Christus Dominus, ut per rem, hominibus valde familiarem torporem excutiat, & solertiam augeat. O vos, qui alienis opibus inhiatis, quorum tam proclive est ad rapinam ingenium rapere non prohibeo, sed rapinae materiam muto, rapite, vim inferte, sed caelo, non terrae. Adeo enim difficile est hominem invenire immunem ab alienarum facultatum amore, ut vix rapinam prohibere ausus sit, atque adeo tantum materiam inuertit. *Qui rapto extorques aliena* (ait Chrysoct.) *vbi invidia, rapito, vbi proponitur corona, ne rape terram, sed caelum. Caelorum regnum eorum est, qui sibi vim faciunt, nam violenti rapiunt illud, quid rapinam exerces in pauperem, et te criminetur? rapito Christum, hoc rapina genus approbantem. Vidisti malignitatem & insaniam? rapis pauperem exiguum quid possidentem, Christus dicit, me rapito, & gratiam tibi habeo rapina istius.* Hæc ille, eadem sententia subiit illis verbis, Christi Domini. Lucae 20. 33. & Matth. 6. 20. *Thesaurizare autem vobis, vbi, neque erugo, neque tineæ demolitur, & vbi fures non effodiunt, neque furantur, id est, adeo omnes homines ad recondendas divitias proclives video ut thesauros congerere non prohibeam, sed eos in caelo asseruari consulam, mutata locum, non animum exuite.*

I.

Chrysoct.

Matt. 11. 12.

Lucae 20. 33.

Matth. 6. 20.

2.

1. Cor. 5. 9.

Chrysoct.

Hunc sensum habent verba illa Pauli 1. Corinthiorum 5. 9. *Scripti vobis in epistola, ne commiscamini fornicariis. Non utique fornicarijs huius mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus; alioquin debueratis ex hoc mundo exiisse.* Quorum verborum sensus est, exponente Chrysoctomo homil. 26. in hanc epistolam: etiam si superius vobis scripserim, ut consortium fornicantium hominum, & avarorum fugiatis, hoc tamen cum grano salis excipite, sci cet ut non omnes avaros, sed omnes fornicarios cauendos praescripserim, non eos qui publicè malè audiunt, qui publica infamia notantur. Reddit rationem huius limitationis; *Alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.* nam si vobis omnium avarorum hominum, & libidinosorum societas fugienda esset, alius mundus vobis quaerendus esset, adeo enim avaritiae, & luxuriae leges increvit, adeo totum terrarum orbem occupavit, ut vbius, & altas radices egerit, & longè lateque se diffuderit, ut nullum locum ab hac peste liberum invenire fas sit. Chrysoctomi verba cape. *Ostendit impossibile esse hoc, fieri, etiam si totis viribus anniterentur, quoniam alius orbis quaerendus esset, alioquin debueratis iam de hoc mundo exiisse.*

Hoc idem tradit Dauid Psalm. 61. *Veruntamen vani*

3.

Psalm. 61. 10.

vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in id ipsum. Id est, etiam si peccatores alii atque alii inter se vitii diffideant, veruntamen vnus est peccatorum genus, quod omnibus ferè impiis hominibus commune est, scilicet rapina, & auaritia. Hac ratione exponit hunc locum Augustinus ibidem. Qui rem confirmat producta in medium parabola ex Matthæo 22. instruxit rex ille Euangelicus lautum planè, opiparumque conuiuium, inuitatos ad prandium accersuit, qui cum vocantes repulissent, tandem obuiis quibusque hominibus adscitis in regiam conuiuiarum sedes impletæ sunt. Intrauit ergo Rex

Matt. 22. 11.

ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris, ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Non satis aptam conclusionem præmissæ parabolæ inferre videtur Christus Dominus. Nam cum tanta ex accumbentium frequentia vnus tantummodo repulsus damnatusque fuerit, nihilominus subintulit; Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Coniua hic, qui veste communi indutus, nuptialique carens, regis mensæ affidet, is est, qui auaritiæ morbo laborat, ex quo patet ratio, ob quam cū vnus tantummodo damnetur; concludat tamen parabolam Christus Dominus illis verbis: Multi enim sunt vocati pauci verò electi. Nempe ille vnus totum, & integrum genus humanum significat, quod in inferni carcerem detrudi dicitur, quia maior pars æternis cruciatibus mancipabitur. Huius mali vnicam solum causam protendit iudex, nimirum; non habet vestem nuptialem, hoc est, auaritia fædatur: etenim ob hoc vnus vitium maior hominum pars in loca decidet inferna. Vnde supremus ille Iudex aliis omnibus vitiiis omissis hoc vnus contra damnatos inclamat: Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, sitiuui & non dedistis mihi potum, &c. Quæ omnia crimina ex vna auaritia originem trahunt. Mendaces (Augustini verba sunt) filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate inuicem. Certè multi sunt: ecce ille est vnus, vnus ille, qui proiectus de turba conuiuantium. Conspirant omnes, temporalia querunt, quique carnales carnalia, & in futurum sperant, quæcunque sperant. Et si de opinione varietatum in diuersam de vanitate tamen vnus sunt. Diuersi quidem errores, & multiformes, & regnum aduersum se diuisum non stabit, sed similis in omnibus voluntas vana & mendax pertinet ad vnum Regem, cum quo in ignem æternum precipitanda est.

Matt. 25. 42.

August.

Eundem sensum elicit Augustinus ex illis verbis Psalm. 61. ibidem. Et rapinam nolite concupiscere, diuitia si affluant, nolite cor apponere. Quibus verbis hæc sententia subest: cauete à laqueo, cauete à muscipula, cauete à fallaci esca, nempe auaritia & diuitiarum cupidine, ac si expressius diceret, auiceps & venator, qui aibus & bestiis insidias parat pro eorum diuersitate diuersis pabulis inescat: diabolus, ut homines fallat vnam tantummodo escam parat, scilicet auri, argenti que amorem, rarique & perpauci sunt, qui has insidias euadant. Vnde inclamat Dauid monens, ut dolum, qui sub esca delitescit, caueamus. Et rapinam nolite concupiscere, id est, vnam auaritiam cauete, & vniuersos diaboli laqueos euasistis. Augustinum dono. Et rapinam nolite concupiscere: Non es diuus, & rapere vis? Quid inuenis? Quid perdis? O lucra damnoza, inuenis pecuniam, perdis iustitiam, in rapinam ne concupiscatis.

4.

Psalm. 61. 11.

August.

Pauper sum, non habeo, ideo rapere vis? Quid rapias vides, a quo rapiaris non vides? Nescis circumire inimicum tanquam leonem rugientem, & querentem quid rapiat, preda illa quam vis rapere in muscipula est, tenes & teneris, rapinam ergo ne concupiscas.

Philo libro primo de Monarchia; non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Quasi verò ex viliori materia Deos effingere liceret, nempe ligno, aut argilla. Ita ne solum aurea vel argentea simulachra lex condere cauet: scilicet, responderet Philo, loco citato: non quasi licentiam indulgens ligneos aut fictiles Deos formandi de aureis tantum, & argenteis præceptum est, sed quia facultate sublata condendi idola ex pretiosa materia etiam ex vili præripiebatur. Quis adeo amens est, ut ex vili materia conflatis imaginibus genu flectat. Sanè qui aurea & argentea numina veneratur excusari quoquo modo potest ex fulgore, nitoreque materia. Qui verò ex argilla fictos Deos colunt, nullam vel leuissimam excusationem, prætereundè possunt. Quod si mandatum hoc cum Philone ad sensum moralem transferas, innuit profecto vna auaritia de medio sublata omnem insuper congeriem vitiorum aboleri, quippe quæ in omnes fere principatum gerat. Philonis verba annecto. Hi mox acceptam rudem materiam ad exemplar mortale formant (ut quod est absurdissimum) talia simulachra pro Dijs colantur, fanis instructis & dedicatis altaribus, honorenturque pompis sacrisque ritibus, atque ceremonijs, per sacrificios, & sacrificas, augustè in modum exquisitis, cura, quoad fieri potest maxima, id rerum pater vetat, prædicens: non facietis vobis Deos aureos, & argenteos: tantum non expressè docens, ne ex alia quidem illa materia Deos manu faciendos esse, quando præcipuis duabus interdicitur, argentum enim, & aurum primatum inter metalla obtinent: verum præter hoc apertum interdictum videtur mihi subesse hinc & aliud præceptum vitale moribus, auaros valde arguens vndeunque sibi aurum querentes, & acquisitionem tanquam numen reconcentes in penetrabilibus totam suam felicitatem acceptam illi ferendo, quin & illos qui cum non possint proprias diuitias colere, quod his careant, aliena mirantur.

5. Exod. 20. 13.

Philo.

§. II.

Sed quid mirum quod auaritia tam longè late- que dominetur cum supra omnia vitia animi vires exerceat maiores, aliusque humanis pectoribus infideat. Multis rem probò. Accedat Chrysológus, qui optime diuitias componit cum paralyssi, sermone 30. Hic Matthæum publicanum confert cum paralytico à Christo Domino sanitati restituto, his verbis: Deterius sedebat publicanus in Ielonio, quam paralyticus iacebat in lecto, hic carnis patiebatur paralyssim, ille mentis. Galenus libro primo de locis affectis capit. 1. Atqui soluta apoplexia creberrime succedere solet vocata paralexia. Ergo secundum sententiam Galeni paralyssis facile desinit in apoplexiam: hoc est discriminis inter paralyssim, & apoplexiam, quæ hic Galenus paralexia vocat, scilicet, quod apoplexis toti corpori officit, at paralyssis, medietatem corporis motu priuat. Ergo si hunc morbum ad animum transferas, nullum hominum in hac vita degentem dixeris apoplecticum, cum nullus in hoc vitiorum barathrum detrusus sit qui aliquando virtutis amore non tangatur. Solum eos hac ratione dixerim apoplecticos qui apud inferos æternas soluunt penas, nullis diuinæ gratiæ imbribus irrorantibus hiantia, & arida eorum pectora; mulos verò apud viuos videre est paralycticos

6.

Galenus.

scilicet homines auaros, quibus ad virtutes exiguus est motus. Facilis autem est transitus ab hac paralyti in illam apoplexiam, hoc est, facillè diuites in tartara dilabantur, & in quodam quasi confinio inferni versantur: *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno*; ait Lucas, Ecce quam facillè ab vno in alium morbum transeunt. Et idem Lucas de Iuda proditore, homine pecuniis deditissimo: *ut abiret in locum suum* ac si vernaculo sermone diceremus: *Los auarientos tienen las espuelas calçadas para irse al infierno*. Insuper Galenus lib. 1. de synthomatium causis cap. 5. *Et vocatur quidem, eiusmodi nervorum vitium Græcè paralytis, id est, nervorum resolutio. At si in omnes incidat nervos illico totum corpus sensu, motuque priuat, ac mortem celerem respiratus priuatione infert*. Duo mihi notanda in his verbis Galeni pro collatione paralytis cum auaritia. Prius illud est; *Illico totum corpus sensu, motuque priuat*. Auari enim ad omnes celeres voces aures obturant, difficilèque ad bonum, virtutemque mouentur. Posterius verò illud: *mortem celerem respiratus priuatione infert*. Idèd auarus Iuda suspenditur; nulla alia ratione celerius mors infertur, quam si spiritui animæque via intercludatur. Tandem Galenus lib. 3. de locis affectis cap. 4. agens de paralyti: *Id quod veluti radix est nullum signum prodit, vel ex humore præter naturam, vel ex dolore, vel ex colore mutato, vel ex aliquo excretorum*. Alij morbi multa sui ipsorum argumenta exterius præducunt, vna sola paralytis omne virus interius cohibet. In quo & auaritiâ exprimit, nemo enim ex his, qui alijs vitijs laborant crimen suum defendere audeat. At auarus necessitatis prætextu, multisque alijs modis auaritiâ colorat, nec vllum locum relinquit, quo eius peccatum mordere possit.

7.
Psal. 10. r.
Chry. iost.

Chrysoctomus ad illud Psalm. 10. *Transmigrâ in montem sicut passer*, hæc infert. *Talis est qui sperat in pecuniis, & a pueris, & à visco capitur, & à laqueis, & ab alijs innumerabilibus*. Hæc ille. Expendo imprimis illud, & à pueris; habent singulæ ætates propria aucupij genera. Pueri passerulus insidiantur, at viri fortioribus bestiis insidias tendunt, ut puta ceruo, apro, &c. Ita Poëta de suo Florenti ætate Ascanio, *Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem*.

Virgil.

Hoc enim dæmonibus euenit dum homines tentamento fallunt. Qui enim ex tentationibus minus viribus ingenioque valent, & ob hoc nostris pueris similes sunt, fallendis diuitibus deputantur. Hac enim ratione prouinciam sibi dæmones partiuntur. Diuites enim ut pote: qui facillè in dæmonum retia veniant callidioribus hostibus non indigent. Ad alios verò homines debellandos astutiores dæmones mittuntur. Insuper Chrysoctomus confert diuitias cum passerum plumis, si enim passer pedibus tantum visco inhæserit facillè periculum euadet. Si verò viscus, & plumas infecerit nulla ratione se poterit expedire. Diuitiæ potentioribus sunt instar plumarum, his enim tuto se committunt, volant, per aëra feruntur. Ergo si his plumis tentationis gluten inhæserit difficilè elabuntur, sin minus nullo negotio. Expressius; dum homines pecuniarum amore tanguntur difficilè dæmonum petitiones declinant, si verò alijs criminibus inficiantur, non item.

8.
Ambros.

Ambrosius in Psalm. 39. Agens de sancto Latrone; *Nemo est qui potest excludi, quando receptus est Latro*. Vt reor breui Ambrosianæ sententiæ altior subest sensus. Ergo hæc animo concepit Ambrosius. Dum Christus cruci affixus pro hominum flagitijs penas debitas persolueret, ianuasque paradisi oppan-

deret, æquum fore videbatur, ut multos variisque criminibus oppressos absolueret, quo facto tantæ medicinæ efficaciam appareret. At contra factum est, nam & Iudæos oblatrantes, & Proditorem discipulum, & Iudicem iniustum suorum criminum daturus penas flagitijs immerfos reliquit, nullumque omnino tunc absoluit. Verum multorum instar latronem secum in paradysum adduxit. Nam vel hoc vno de Tartari faucibus erepto fati consultum iri existimauit suæ mortis efficaciam. Tam enim est difficilè hominem alienis pecunijs insidiantem absolueri, ut qui latronem liberauit, ostenderit posse se aliorum peccatorum morbos curare.

Chrysoctomus homil. 3. in Matth. Existimat idèd illos, qui Christianæ fidei nomina dederunt in exordio nascentis Ecclesiæ ante omnia terrena cura se exuisse, quia ab ipsis præceptoribus fidei didicerunt, quam difficilè sit, vel auribus audire vel operibus exercere, quæ Lex Christiana iubet hominibus his rebus distentis. Audi Chrysoctomum. *Qui certè & pecunias, & possessiones pariter, & curas atque occupationes vitæ huius reliquerunt: seque totos tradiderunt Deo cunctis prorsus diebus ac noctibus, eius adherendo sermonibus*.

9.

Chrysoct.

Ambrosius serm. 2. de grano sinapis impedimento esse asserit quominus spiritualium morborum medicamenta vtiliter excipere possimus, ad rem satis apta similitudine vsus. Solent nonnunquam ægrotantes, præsertim in acutissimis febribus per uigilio laborare. At solers medicus humectantia medicamenta capiti admoet quæ hispano sermone *defensiuos* vocamus, quibus refrigeratum cerebrum facilius somnos conciliat. Ut verò huius medicamenti vim excipere valeat ægrotus: oportet ut prius cæsariem deponat, capillos abradat, quo facilius cranium, cerebrumque ipsum virtus medicaminis peruadere possit. Nemo ignorat in sacris literis diuitias capillos appellari. Ergo his oportet hominem expilare ut medicina spiritualis animæ salutem afferat, & vitiorum lethargum excutere, possint peccatores. *Si autem caput sinapi*. (Ambrosius loquitur) *fortè curandum est, iubemur abrasos capillos demere, ut nudo corpore facilius medicina proueniat: ita etiam cum anima per fidem curanda est, precipimur à nobis substantiam sæculi auferre: impedimenta auri, argenteque deponere, ut nuda ac sola anima congruentius medicina proueniat*.

10.

Ambros.

Insuper Basilius hom. 7. contra ditescentes, difficilè diuites diuinis dictis audire colligit ex illis verbis Christi Domini ad diuitem Matth. 19. 21. *Vade vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me*. Quæ verba dicta à Domino autumat Basilius, ut euinceret falsa dixisse diuitem illum, dum loquenti Domino respondit: *Omnia hæc custodivi, à iuuentute mea*. Ergo diues ille gloriabatur se nunquam à præceptis diuinis vel latum vnguem discessisse. At Christus Dominus, ut mendacium detegeret relata verba subintulit, scilicet: *Vade, vende, &c.* Ac si dicat: tu homo pecunijs deditus, qui non facillè pecuniarum amorem abiicit, tu inquam te ipsum mendacem esse palam fac, nec enim fieri potest ut homo pecuniarum amore obstrictus legem impleat. Hæc sunt verba Basilius ad ipsum diuitem verba facientis. *Eccc præceptum illud quod tibi à Domino propositum est, palam te conuincit, quod charitate destitutus sis*.

11.

Matth. 19. 11.

Basilius.

Tandem ad trutinam voco verba illa Psalm. 48. 17. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. & subdit Pro-*

12.
Psal. 48. 17.

pheta

pheta causam ob quam non timendum sit. *Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Hæc verba ea ratione communiter exponuntur, vt illis intendat David consolari pauperem hoc modo: o pauper ne animum despondeas, cum te videas egestate premi, diuitem verò multis diuitiis conspicuum, in ianua enim mors est, quæ diuitem rebus omnibus nudabit, eandemque tecum aleam subire coget. Hic inquam communis est sensus. At ego contrarium magis è te proposita fore crediderim, ergo hæc verba non pauperi sed diuiti animos faciunt; sunt enim nonnulli diuites, qui cum se videant diuitiarum mole pressos, vt par est timent, ne scilicet in diuino iudicio causa cadant, quibus animos facit his verbis Propheta, ac si dicat. O diuites bono estote animo, etsi enim difficile est diuites bonam habere causam apud Christum Iudicem: At bono vestro factum est, quod rerum temporalium onera apud mortales relinquantis omnia, vos autem bonorum omnium sarcinis exuti ante diuinum tribunal stare possitis, nudique, & in pauperum alio recensiti extremi iudicij ultionem subterfugiat. Fallor si non hanc sententiam animo imbibit Basilus, in prædicti verba Psalmi. Audi eum de diuite morituro agentem. *Mox vt illi moriendum fuerit non hanc omnem opulentiam sumet, vix vestem sumet, qua pudenda tegat.*

Basilus.

13.
Psal. 118. 36.

Psalm. 118. 36. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.* O Deus, satis ad diuitias procliuem animum in legem tuam inflecte. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* id est, tanto ardore, tam cæco impetu humanus animus in diuitiarum fertur amore, vt nisi oculos prius à pecuniarum fulgore auertas, animum ab earum amore auellere sit perdifficile. Prædicto modo hos duos versus annectit Ambrosius ibidem; cuius verba dono. *Sed quia inualidi sumus, & plerumque volentes auertere cor nostrum à pecunia, vel auri, vel argenti capimur aspectu, & agrum, aut edificium capientes alienum concupiscimus, bene addit Propheta dicens: Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Duo item alia pro nobis expendit Chrysostrum eadem verba Psalmi exponens. In primis verbum illud; *Inclina cor*, dictum putat sumpta similitudine à corporibus, quorum quodlibet suapte natura in locum proprium mouetur. Videlicet vt terra suo pondere in ima vergit, ita animus suo ductu in auaritiam tendit. Ergo *inclina cor meum in testimonia tua*, addit Propheta, & non in auaritiam. Ac si satis esset corda nostra ad auaritia auertere vt in legem Dei vertantur. Iam enim frequens, & commune est hoc vitium, vt si ab eo animum nostrum abducamus satis esse videatur, vt ab omni labe animum nostrum immunem seruare possimus. Audi Chrysostrum. *Aquarum natura hac est vt in prouum feratur: ac si quem nahta sit, illuc tota feratur, eodem modo postea quam diabolus viam ad peccatum patefacit, hominum natura se in peius inflexit. Quamobrem apte obsecrat Propheta, vt ipsius peccatus ad diuina testimonia inclinetur. Neque in alteram partem impetu quodam feratur; humanus quippe animus quemadmodum in diuinis litteris proditum est, iam inde ab adolescentia summo studio in malum protendit: quapropter, vt à Propheta docemur, illud precamur, vt corda nostra ad Dei testimonia, ac non in auaritiam, & rapinas, & iniurias, atque huius mundi distractiones inclinentur.*

Ambros.

Chrysostr.

14.
Matt. 21. 31.

Periculosissimum morbi genus auaritia est, & peritissimi medici scilicet Christi Domini artem exposcit. Audi eius verba apud Matthæum cap. 21.

31. *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.* & subdit: *Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiae, & non credidistis ei.* Rogo, quare post publicanorum mentionem de prædicatione Ioannis sermonem intulit? Respondet Chrysostrum Homil. 68. in Matth. vt ostendat non pro publicanis Ioannem venisse, hæc enim prouincia, vt pote difficillima vni Christo asseruabatur, Tam enim difficile est auarum hominem, & congerentem pecuniam, & inhiantem à lucris abstrahere, vt magni Baptistæ superet vires, & vni Christo res conficienda manderetur. Audi Chrysostrum: *Venit Ioannes non ad illos sed ad vos. Nam extrema hæc ultima delicta ex concupiscentia seruenti, alterum corporum, alterum pecuniarum oriuntur.*

Chrysostr.

Torquebatur apud inferos Diues ille referente Luca cap. 16. & sollicitabatur fratrum cura, ad quos mitti petit aliquem ab inferis, qui eos terreat, & ad meliorem mentem traducat: *Non Pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos poenitentiam agent.* Tam enim affixi erant vitii, vt omnino desperaret fore ad meliorem mentem reuocandos, nisi quis à mortuis excitatus grauem ad illos orationem haberet, sed quod quæso peccatum tam tenaci visco diuitis fratres affixos tenebat? nullo profecto aliud, quam diuitiarum amor. Hoc enim indicat nomen illud fratres. Fratres scilicet non tam natura quam prauorum morum similitudine appellauit. Hoc dixerim Chrysostrum adhærens Hom. de Diuite. *Quid saluare vis illos fratres, qui non amant paupertatem, necesse est, vt fratres habitent cum fratre suo.* Hæc ille, & ascendit Iesus Ierosolymam (Ioan. cap. 2. 13.) & inuenit in templo vendentes oves & boues, & colubas, & numularios sedentes, & cum fecisset, quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo. Hoc fecit Iesus initio prædicationis, & ostensionis suæ. Huius facti rationem reddit Chrysostrum Hom. 22. in Ioan. pro re præsentis satis aptam. Nempe intendit Dominus ostendere quam esset Dei cultor, quam amans, quod apprime exequitur auaritiam damnans. Futurum enim erat vt scribæ, & Pharisei facta eius carperent, & tanquam sabatha non custodientem, legi oblatrantem, amicitias cū peccatoribus inuentem accusarent. Ergo vt has omnes obiectiones, vel anteuerteret, vel depelleret, se purgat hoc facto. Fieri enim vix potest, vt is qui cum auaris bellum gerit, vel legem violet, vel Deum non reuereatur. Imo verò à proiectis pecuniis contempta auaritia, castigata monet cupiditate, argumentum pro sua diuinitate captauit, neque ex vilo capite firmius. Audi Chrysostrum. *Sed qua gratia hoc fecit? Cum morbos esset sabbatho curaturus, & alia facturus, qua illis transgressio legis videbantur, ne Dei contemptor, & patri contrarius existimaretur, id fecit, vt eorum, tolleret suspensionem.*

15.

Lucæ 16.

Chrysostr.

Ioan. 2. 13.

Chrysostr.

Eleganter rem hanc probat Chrysostrum. Hom. 2. in cap. 1. ad Philippenfes sumpta similitudine ab eis, qui malè habent. Ex his enim quidam vero morbo laborant, alij verò cum bene se habeant ac si aduersa aliqua valetudine premerentur, anguntur, magis opinione, quam veritate ducti. Horum tamen ea est differentia, quod priores in verò vitæ discrimine versantur, posterioribus verò, cum optimè valeant, necesse tamen esse mentem illam abiicere. Itaque priores verò morbo, alij verò opinione solum laborant, sanè & diuites, & pauperes aduersa patiuntur, sed pauperes illud solum, quod sibi finxerunt, premuntur, Diuites verò periculose satis decumbunt. *Inuidia torqueris* (ait Chrysostrum) *quod ille, vel ille diues est, at qui commiseratione potius,*

16.

Chrysostr.

potius,

potius, ac lachrymis, qui talis esse debet, sed statim iste videndo subinfert. Ego dignus sum qui deplerer, non ille qui diues est. Dignus plane est lachrymis, & tu quoque, non ideo quod eges, sed quod te ipsum pro misero habes, Deploremus enim illos, qui cum nihil habeant mali nihilominus molestè sortem suam ferunt. Non quod habeant malè, sed cum non habeant malè habere se putant. Vt pote si quis à febris liberatus ardore nihilominus mereat, & cum sanus sit in lecto tamen plusquam febricitantes ipsi soleant circumferatur, nonne dignus est, ut deploretur? Addit Chrysofomus, quid miserius, quid turpius esse potest auaritia, quæ continuus cruciatibus hominem vexat, nec sub noctem liberum esse patitur, quam Deus homini laborum portum præfixit.

Chrysof.

Si quando Hespera (ait Chrysofomus) & nox ipsa illum prebendit, quod alijs tempus est recreationis ac quietis, huic tempus est tumultuationis, tristitia, molestia, & curarum. Viget hanc rem Chrysofomus, & auaritiæ vim mirè amplificat. Tanto ardore pecuniæ homines flagrant, tanto desiderio anhelant, ut noctu, diuque, vel non habitis inhient, vel habitis incubent. Ideo, (ait Chrysofomus) Deus naturæ humanæ conditor, & amator quietem, & somnum non in nostra reliquit potestate, sed volentes, nolentesque somno adegit, ne studio pecuniarum quietè & somno homines se fraudarent. Hinc sapius ait scriptura diuitias somnum auferre, quia earum studiosi eo se priuant, ut lucris inuigilent, imò nonnulli, ut de Iaponibus fama fert, quibusdam adhibitis medicamentis somnum abigunt, ut priuatis negotiis tempus lucrentur. Audi Chrysofomum paulo inferius. Et vide quanta sit Dei erga nos cura, & prouidentia, non animi nostri proposito quietem commisit, sed naturalibus illam necessitatibus ita obstrinxit, ut nobis beneficiat vel inuitis. Dormire quippe natura est, nos autem tamquam nos ipsos vehementi odio prosequentes, nec minus quam alios impugnant, ac molestantes tyrannidem nobis procuramus, ac imponimus, ac necessitate naturali maiorem, eam videlicet quam in pecunijs est.

Chrysof.

17. Quærit Augustinus 17. tractatu 50. in Ioan. vnde tantum malum Christi Apostolo irreperit ut magistrum vili pretio proderet? Cuius rei causam in auaritiam refert sensim serpere orsam, dum commissam pecuniam afferuat. Innuit hoc Ioannes cap. 12. 4. Dixit ergo vnus ex Discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat vnus traditurus. Quare hoc vnguentum non venit trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. His verbis latenter Euangelista innuit causam proditiõis, detractiõis, & furci, nempe quia loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Hinc lues obrepfit, & sensim totum hominem occupauit. Addit insuper, ideo furem passus est Christus, ut nos doceat patienter ferre huiusmodi genus hominum, tam enim hoc est graue, tantanque perniciem humano generi inferunt, ut vix illos sustinere possemus, nisi Christi exemplo fulti. Quare furem (ait Augustinus) admisit, nisi, ut eius Ecclesia fures patienter toleraret? Sed ille, qui consueuerat de loculis pecuniarum tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum Dominum vendere.

Ioan. 12. 4.

Augustin.

18. Psal. 88. 26.

In hunc sensum exponit Augustinus verba illa. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Sinistra contra mare agit, & dextera flumina obturauit. Sanè magis è re videbatur, ut dextera, quæ fortior est, contra mare vteretur, sinistra fluminibus reseruata. contra autem factum est: Et ponam in mari manum eius, id est, læ-

uam suam: Et in fluminibus dexteram eius. Scilicet Scripturæ sacræ altiori sensu mari dilitiis deditos homines significant. Flumina verò auaros homines protendunt, qui instar fluminis in diuitiarum amorem ruunt. Ergo illos sinistra Dei comprimat, hos verò dextera vincat. Maior enim vis exigitur, ut auaros homines Deus à turpi lucro extrahat, quam ut veneriluxuque deditos homines compescat. Et August. ponet, (ait Augustinus) in mari manum eius, hoc est dominabitur gentibus, & in fluminibus dexteram eius. Flumina currunt in mare, cupidi homines in amaritudinem huius sæculi prolabantur. Omnia tamen ista, quia Christo subdita erunt.

ETHOLOGIA IV.

Luxuria, commune vitium, & diram tyrannidem exercet.

§. I.

ET pluuia guttas. Pluuia guttæ carnis fluxas voluptates adumbrant, iuxta Hugonem. In hanc humani generis pestem multa congeri possunt, quæ in propria loca digero. Nunc verò quod præsens locus exigere videtur, libidinem vitium esse frequens, & diram exercere tyrannidem in sibi subditos, euincamus. Et sanè cum hic morbus medullitus naturæ inhæreat humanæ, si qui sunt homines, qui luxuriæ iugum detrectent, rari admodum, qui eius prurimum, non patientur. Hac ratione exponit Basilius Hom. 23. Verba illa Isaia 40. 6. Omnis caro fenum. Solent enim serpentes herba se abdere, quorum morsus eo difficilius vitari possunt, quo magis sub latebris delitescunt. Vnde iam instar adagiõis obtinuit, id quod apud Bucolicum Pastor Damæta cecinit.

Isaia 40. 6.

Qui legitis flores, & humi nascencia fragra, Virgil.
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
Talem infert causam Poëta mortis vxoris Orphei Georg. 4.

Ille quidem, dum te fugeret per flumina præceps, Virgil.
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.

Ergo caro nostra nunquam nos maiori cum periculo adoritur, quam dum herbæ instar libidinis spicula occulit; reliquæ vitiorum pestes palam, hæc ex latebris oppugnat. Verba Basilij sunt. Omnis enim caro fenum est, & omnis gloria hominis sicut flos sceni arefactum est fenum, & flos decidit, sub his namque omnibus ita iucundis, latebras suas habet omnis noster hostis, expectans num per obiectorum spectacula illecti, relicta regia via ad ipsius aliquando insidias, ipsi vltro declinemus. Et plurimum sanè timendum est, ne quo pacto illis incaute adcurrentes, & oblectationem illam, quam usurpantibus offerunt nihil habere periculi putantes, primo statim gustu abditum banum voremus. Expende si placet dictum illud Prophetæ, omnis caro fenum. Ac si dicat nemo sibi hac in re pacem securitatemque polliceatur. Omnis caro fenum. id est, cuiusuis hominis caro instar sceni vitii tanquam serpentis latebras offert.

Basilius.

Ambrosius lib. de Isaia cap. 5. cum admiratione legit verba illa Cant. 2. 4. Vox turturis audita est in terra nostra. Est enim turtur symbolum pudicitia. Ergo hunc sensum conficit Ambrosius. Ita ne in terra nostra pudicitia? virtus illa, quæ solum in terra illa viuientium inueniebatur, vsque ad terram nostram etiam descendit? Quis inquam libidinem è terris nostris amandauit? Tam enim hoc est

2. Cant. 2. 4.

est difficile, vt ipsam pene fidem & captum excedere videatur. Bene addit Propheta (inquit Ambrosius) nostra, quasi admirans, quod ubi antea impudicitia, ibi castitas.

Item Basilius pro nobis exponit verba illa Pf. 7.

14. Sagittas suas ardentibus effecit. Hoc est, eis qui libidine ardent. Ad omnes sanè peccatores ferendos Deus arcum intendit, verum ita rari sunt, qui ob alia crimina à diuina iustitia extremum vulnus accipiant, vt solum pro luxuriosis hominibus eiusmodi sagittæ extructæ, contortæque videantur. Sagittas (Basilius loquitur) suas ardentibus effecit. Quemadmodum enim Dominus non adamanti, qui non liquefit igne, sed ardenti materia, ligna creauit, sic & sagittas Dei in animas, quæ multum aride materie, & ad interitum apte collegerunt, sunt effecit. Illi itaque, qui ardentes diaboli sagittas in se retinent prius: Hi sunt qui de manu Dei sagittas excipiunt. Sæpius mihi in mentem venit, dictum illud Christi Domini de extremo iudicio verba facientis apud Matthæum 25. Et statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Cur quæso omnem damnatorum colluionem sub hædorum figura descripsit? Cur non leones, tygrides, lupos, vel quid simile appellauit? nullam sanè aliam ob causam, quam vt innuat ferè omnes damnari ob fornicationem. Est enim hoc animal symbolum libidinis, & fornicationis. Consule eruditissimum nostrum Cerdam Ecloga 3. ad illa verba Damætæ.

Transuersa tuentibus hircis.

Et Plinium lib. 8. cap. 50. cuius hæc sunt verba agentis de capris. Auribus eas spirare, non naribus, nec vniquam febricitare Archelaus author est: ideo anima his, quam ouibus ardentior, calidior estque concubitus.

Eundem sensum habent quæ præterita Ethologia num. 2. ex Chrysofotomo retulimus Hom. 16. in prim. ad Cor. transcribere piget, locum consule.

Gregorius lib. 6. cap. 2. in lib. Regum de luxuria agens sub Symbofo Agag. Regis Amalechitarum hæc verba pro nobis infert. Acuta quippe pestis huius delectationis, si à mente recipitur dum libet attentius immundum & sanctum cogitare, nihil potest, ad nefarij operis expletionem pertrahit, virtutis aliquid agere nihil permittit. Aptè satis luxuriam cum peste componit. Nimirum dum pestis grassatur omnes ferè occupat, serpit lues, tabes diffunditur, omnes inficit, non aliter luxuria ferè omnes homines perfundat.

Item Gregorius lib. 6. in libros Regum cap. 2. ad rem præsentem exponit verba Samuelis ad Saulem: Recensui quacunq; fecit Amalec Israël, quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de Aegypto. Consule Exodum cap. 17. 8. O Saul ait Samuel iussu Dei demolire Amalec, qui Israëlitis de Aegypto ascendentibus restitit. Altiori sensu Amalec est venerea voluptas, hæc restitit Israëlitis ab Aegypto in terram promissam ascendentibus. Quia non modo officit hominibus vitio torpentibus hæc voluptas, verum etiam triumphum sæpius agit de eis qui magnis itineribus in cælestem patriam ascendere conantur, omnes ferè lædit, nulli parcit. Sed quid (ait Gregorius) de Aegypto ascendentibus resistere dicitur? Ecce qui ad tertij cæli se secreta sustulerat, resistentes carnis motus habebat. Merito ergo non modo nouitos, sed etiam magna virtute pradios Israël de Aegypto ascendens designat, quia electi omnes dum sanctè viuendo proficiunt ad supernam patriam pertingere conantur.

1. Petri 2. 6. Et ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæo-

rum in cinerem redigens euersione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi sunt ponens. Ideo enim sodomiticum supplicium futuri excidij exemplar fuit, quia illud propter libidinem euenit, & futurum supplicium libidinosos præcipuè damnabit. Nam licet ob alia crimina, etiam æterno supplicio deputandi sint homines, maior quidem pars ob libidinem pœnas dabit, vnde ex sodomitica conflagratione similitudinem præcipuè accepit. Et ob eandem rationem, iniectum terris diluuium huius rei Symbolum à Christo Domino præscriptum est Matth. 24. 37. Et sicut fuit in diebus Noè, &c. Multum enim illius ætatis homines in omni generis libidinem defluerant, quapropter deleti sunt.

Exponendæ legis exordium sumpsit Christus Dominus ab ira, & luxuria Matth. 5. De ira habes num. 21. Audistis quia dictum est antiquis non occides. De libidine verò num. 27. Eiusdem capitis, Audistis quia dictum est antiquis, non machaberis, huius rei causam habes apud Chrysofotomum Hom. 26. in Matth. Nempe cum hæc duo vitia frequentius hominum naturam inficiant, oportebat illa tanquam torius pestis capita imprimis abscindere, vt reliqua peccatorum membra perirent. A communibus quippe vitijs, (ait Chrysofotomus), exorsus ab iracundia scilicet, & concupiscentia: hæc enim sunt que tyrannidem quandam, in hominum corporibus exercent, ita vt ea ex omnibus magis naturalia esse videantur, cum ingenti illa, & quæ prorsus latorem legis decebat auctoritate correxit, omnesque hos affectus doctrina perfectione composuit.

Matthæi 19. 3. Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes, si licet homini dimittere uxorem quacunq; ex causa. Vnde orta est hæc quæstio: vnde Pharisei de dimittenda vxore dubitationem mouent? Chrysofotomus. Hom. 51. in Matth. inde occasionem caprasse ait, quia Dominus concione habita in monte dixerat: Omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam machari, &c. Ergo Chrysofotomus ait, intendisse Phariseos populum concitare aduersus Christum. Cum enim viderent ardere plebem libidinis facibus ob nullam aliam rem crediderunt Christum inuidiam populi subiturum porius, quam si effrenatæ libidini perpetuo duraturi matrimonij fræna iniiceret. Ergo præcepti difficultatem protendentibus subdole Dominum adoriuntur capriosa interrogantia: Si licet homini dimittere uxorem suam, &c. Iam verò pro nostro instituto expendamus, quod cum multa illaque difficultia præcepta, imò totam Evangelicam legem Dominus exposuerit in illo sermone: nullum tamen aliud præceptum, difficultatem ingessit Phariseis, nullum aliud malè torfit homines doctos, pietatis studiosos, & à facie plebis segregatos, quam hoc de nõ dimittenda vxore. Scilicet grauissimum iudicabant perpetuitatem matrimonij stabiliri, & hac ratione eorum libidinem quodammodo coërceri, & vnus matrimonij carcere cõtineri. Et hanc fuisse Phariseorum mentem deducit Chrysofotomus ex illis verbis eorum ad Christum num. 7. Dicunt ergo illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudiij, & dimittere? En tibi qua ratione libidinem inexplebilem tutantur auctoritate Moysis. Quibus Dominus: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras. En tibi qua ratione vulnus detegat, & Phariseos libidinis flamma aduri ostendat. Audi Chrysofotomum. Caterum cum multa alia etiam Moyses iusserit, vel de cibis, vel de sabbatho, cuius rei gratia, nullibi præterquam hoc loco auctoritate ipsius seipsos tutantur? Quippe quia studebant ingentem viro-

Ambros.
3.
Psal. 7. 14.
Basil.
Basil.
Match. 25.
Cerdas.
Virgil.
Plin.
4.
5.
Greg.
6.
Greg.
7.
1. Petri 2. 6.

Matth. 24. 37.
8.
Matth. 5. 21.
Matth. 5. 27.
Chrysof.
9.
Matth. 19. 3.
Chrysof.

rum multitudinem aduersus eum incitare: ita hoc indifferens apud iustos erat, quapropter cum multa in monte differisset, huius tantum hic mandati mentionem fecerunt.

10. Labefactare contendens Eunomius perpetuam

Matth. 1. 25.

virginitatem Dei genitricis sibi subsidium quærebat ex illis verbis Matth. 1. 25. *Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum.* Aduersus hunc hæreticum differens author imperfecti Homil. 1. in Matthæum, erroris causam non tam refert in relata verba Matthæi, quam in libidinem Eunomij. Sunt enim plures, qui cum luxuria ardeant, putant eam tam esse hominibus naturalem, vt nullus omnino sit, qui ei non succumbat, & ex se ipsis alios fingunt. *Quidam* (ait hic Author) *hoc verbo secundum Eunomium putant quod Ioseph donec peperit quidem non illam habuit in conscientia (alias in concupiscentia.) Postea verò cognouit eam, & filios peperit, vnde & Christum primogenitum dicit. Quia ille dicitur primogenitus, quem alij fratres sequuntur. Insanus neminem intelligit esse sanum.*

mp.

11.

Ephes. 6. 16. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Omnia tela ignita diabolus torquet, nulla alia nisi ignita fidei scuto nos Paulus monet repellere. Chrysofomus Hom. 24. in hunc locum. *Hæc ignea tela ait esse libidinem, quæ humanum cor incendit. Ergone sola luxuria diabolus hominem tentat? ablit; verum, quia hoc frequentissimum telum est, & de hac re sapius diabolus cum homine contendit, hæc esca captat, hoc visco fallit, nulla alia tela dæmoni Paulus tribuit, nulla nos alia repellere monet. Chrysofomus dono. Extinguere possitis diaboli tela in fide. irruit concupiscentia, obice fidem futurorum bonorum, & neque apparebit amplius.*

Chrysof.

12.

Coloss. 3. 5. *Ad Colossenses 3. 5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram.* In genere docet omnia corporis membra fore mortificanda. Et quasi à Deo rogares, vnde ergo tantum opus aggrediar, vnde primam manum admoueam? addit: *Fornicationem, immunditiam, concupiscentiam malam Repetitis nominibus eandem rem designat. Hinc origo malorum, hinc peccatorum fomes, hinc vitiorum radix, vnam si auferas venerem cætera sunt expedita, & facilia. Hoc dixerim ex Chrysofomo Homil. 8. in hanc epistolam Pauli. Qui infert sententiam eiusdem Apostoli Hebr. 12. 14. Quo loco castitatem vocat sanctimoniam; ac si vna castitatis obseruantia, omnis sanctitas concludatur, sanè qui hanc colit alias virtutes facillè assequitur. Qua ergo ratione (ait Chrysofomus) priori loco fornicationem adduxit? Cum enim dixisset, mortificate ergo membra vestra terrena, max, inquit, fornicationem. Atque hoc probe vtrique facit. Ideò scilicet quod ille morbus potissimum obtinet. Nam & in ea quæ ad Thessalonicenses est, scribens hoc fecit. Et quid mirum cum & Timotheo dixerit: conferua te ipsum castum & purum. Et rursus addidit: pacem sectare in omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videt Deum.*

Chrysof.

13.

Idem Chrysofomus Homil. 6. in epistolam ad Thessal. ad illa verba, *Vt sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore.* Quærit cum de omnibus aliis vitiis sparsim agat Paulus in suis epistolis modo hæc, modo alia carpens, quid est, in causa, vt vnam libidinem in omnibus vbique epistolis insectetur? Nempe, ait Chrysofomus, hoc malum vbique serpit, vbique grassatur, ergo siue ad Corinthios, siue ad Romanos, siue ad quoscumque alios scribat, omnes ad castitatem allicit, vnam vbique venerem proscindit. *Passim, &*

Chrysof.

in omnibus (ait Chrysofomus) vbique epistolis. *Re vera quoduis malum hoc corrumpit ac perdit.*

Cum Deus decreuisset Sodomitarum vniuersam delere regionem, pactus tamen est cum Abrahamo fore vt ciuitati parceret, si decem iusti ciuitatem incolerent, scilicet, vt habet Augustinus lib. quæstio. in Genesim quæst. 40. Ratus, vt rei exitus probauit, decem iustos inueniri non posse. Ea enim est libidinis vis, vt si semel serpat, ad vnum omnes frequenter inficiat. *Non enim* (ait Augustinus) *neceesse erat Deo tam sceleratis hominibus parcere, ne cum illis perderet iustos, cum posset iustis indeliberatis redde- dere impijs digna supplicia, sed, vt dixi, ad ostendendam malignitatem multitudinis illius dixit, si decem inuenero parcam vniuersam ciuitati.*

14.

§. II.

Postquam diximus, quam latè libido domine- tur. Eiusdem vires, & dirum imperium disse- ramus. In hunc sensum adduco verba illa Prouerb. 5. 2. *vbi agens Salomon de meretricis verbis ita habet. Ne attendas fallacia mulieris; fauus enim distillans labia meretricis.* His verbis communiter interpretes crediderunt Paræmiasten dulcedinem verborum meretricis explicare intendisse. Ast ego non dulcedinem, sed vim qua humana corda expugnat obtendere existimaui. Habeo in hac re patronum Ambrosium lib. 5. Exa. cap. 21. *Qui his verbis nostræ sententiæ adstipulatur. Denique quid est fauus, nisi quadam castrorum species? Confert fauum Ambrosius cum militum castris, & stationibus, intra quæ exercitus se continet, quarum non rudem imaginem fauus refert. Erit ergo sensus, & si mollia tibi videantur meretricis verba, caue tamen ab eis, quia non aliter quam potens instructusque exercitus vallum cordis tui distrumpent. Est etiam apud exteros non insolens comparatio apum cum exercitu, ab hac enim exorsus est Virgilius tractationem de apibus Geor. 4.*

15.

Prouerb. 5. 2.

Ambros.

Protinus aëry mellis cælestia dona

Exequar: hanc etiam Mæcenæs aspicere partem.

Admiranda tibi lenium spectacula rerum,

Magnanimosque duces, totiusque ex ordine generis, Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

Virgil.

Sexcenta sunt ibi alia. Ne te onerem mitto te ad nostrum Ludouicum de la Cerda, qui feliciter sensa Poëtæ inuestigat, pandit, elucidat. Ad hunc modum exposuerim verba illa Cant. 4. *Fauus distillans labia tua sponsa mel, & lac sub lingua tua,* id est, verba tua ô sponsa in me irruunt tanquam exercitus, nec minorem mihi vim inferunt. Eundem sensum præferunt verba illa eiusdem libri cap. 7. *Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?* Non mediocre negotium facessunt expositoribus huius loci voces choros, & castrorum, quæ nullam videntur habere similitudinem; cum chori ad musicam, castra ad militiam spectent. At secundum nostram expositionem facilem, & expeditum sensum habent. Etsi enim fæminea verba instar chori demulceant, verum corda instar exercitus atterunt. Si verò hæc verba, vt reliqua omnia ex hoc libro Beatæ Virgini Mariæ accommododes, aptius dici possunt, eius verba Deo vim inferre: reliquorum Sanctorum ad Deum fusæ preces eius animum permovent, & ad petita concedendum alliciunt. At verò Beatæ Virgini oratio Deum quodammodo trahit.

Cant. 4. 11.

Cant. 7.

In eandem sententiam adduco Philonem Iudæum lib. de Allegorijs legis. Vbi populum illum Amalech luxuriam innuere credit. Vocatur autem Amalech,

Amalech, id est, populus ablingens: quo nomine nullo alio melius hoc virus significari crediderim. Sumpta nimirum metaphora ab eis qui fame penè enecti ad conuiuium vocati fercula abliguriunt, & catinos lambunt. Et si enim vitia vires animi debilitent, at istud omnino absument. Audi Philonem agentem de oratione Moysis aduersus Amalec: scilicet Amalec, qui interpretatur populus elingens, reuera absument totam animam, & abligurit, nec semen quidem aut scintillam virtutis relinquit. In eadem allegoria est Rupertus lib. 5. in Exodum cap. 21. vbi pulchre notat Moysem post debellatum Amalec cum gratias Deo agere intenderet altare extruxisse de quo habes Exodi 17. 11. *Edificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, quia manus solius Domini, & bellum Domini erat contra Amalec à generatione in generationem.* Itaque post bellum Amalec gratias agens Domino, Moyses à solo Deo eleuatas manus suas asserit: cum tamen ibi constet Aaronem & Hur languentibus manibus Moyfi fulcro se supposuisse, ad sensum mysticum, intendit Moyses tam difficile esse bellum cum libidine, quæ spiritualis est Amalec, vt vnus tantum Deus pugnantem hominem aduersus libidinem fulcire possit, ne succumbat. *Edificauit, (inquit Rupertus) altare & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea dicens: quia manus solius Dei, & bellum Dei erit contra Amalec à generatione in generationem: suam stuppe animam in Dei templum edificauit, qui viuit, vt stans iugiter supposito lapide, manibus eius non lassetur, vsque ad occasum solis, id est, vsque ad finem vitæ presentis, dicatque cum Dauid: Dominus illuminatio mea, & salus mea quæ timebo: ne leuiter prætercas verbū illud Ruperti: vsque ad occasum solis. Moles enim huius belli cum libidine ingruit vsque ad occasum solis, vsque ad vltimum vitæ spiritum imminet periculum, languēte etiā corpore, effæta ætate, & extrema senecta.*

Sed ad Philonem redeamus, qui eodem loco supra citato exponit verba illa, quæ in maledictione serpentis habentur Genes. 3. 15. *Et tu insidiaberis calcaneo eius.* Non abs re serpens dicitur insidiaturus calcaneo mulieris, nam per serpentem qui ventre reptat intelligit libidinem. Hæc autem non capiti sed calcaneo, qui est extrema, infimæque pars corporis insidiatur, quia voluptates veneræ fundamento minantur, vt tota ædificij spiritualis moles ruat, quædam vitiorum genera animæ, quædam corpori, quædam vni parti, ætati, virtuti, &c. propius officiant: at venus corpus, animam, vniuersas facultates, membra, ætates pessundet. Audi Philonem. *E contra voluptas insipientis plantam seruat: sapientis autem basim destruat conatur, & subtrahere, existimans hunc sibi moliri perniciem, insipientem verò modis omnibus ipsius saluti consultum capere.*

Virtus cum libidine tam implacabile bellum gerit, vt qui hoc vitio inficiatur, nec eam de nomine nouerit. Philo Iudæus lib. de Cherubin notat, non prius Saram optatam sobolem concepisse, quam ipsi menstruæ purgationes defecerint; nam nisi quis veneris fluxus represerit virtutis filium risum concipere non poterit. *Sara igitur (ait Philo) non ante consenscat, quam ibi desinant omnia muliebria, ita vt reddatur in castarum virginum ordinem.* Antequam à Philone abeam exponenda mihi sunt verba illa lib. Leuit. 18. 6. *Omnis homo ad proxima sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius: ego Dominus.* His verbis cauet legislator incæstum. Ex quibus duo ad rem præsentem decerpit Philo lib. de Gigantibus, quo in loco paulo aliter legit: *homo, homo ad omnem domesticum carnis sue non accedat, &c.* Prius ergo exponit Philo repetitum il-

lud nomen; *homo, homo.* Iteratum enim illud vim orationi auget: difficile sanè est, ac si dicat; à concubitu abstinere, ideo qui se cohibet, non homo quilibet; & gregarius dicendus est, sed homo, homo: hoc est eximia virtutis homo. Pari phrasi Hispani dicimus, cum alicuius viri robur, & vires animi extollimus: *Es un hombre muy hombre.* Insuper illud: ego Dominus, ni fallor, ad rem etiam præsentem attinet, quasi dicat legislator. Ne verò animus despondeatis, ac si præceptum de colenda castitate seruare non possitis: & si enim sit difficile tantam præcepti molem subire. At ego Dominus sum, qui vires præstare queo. Verba Philonis dono. *Quapropter legislator sublatus è medio concubitus incestos, & illegitimos in hunc modum præfatur: homo, homo, ad omnem domesticum carnis sue non accedat: vt reuelet eius turpitudinem: ego Dominus. Quomodo potest quis magis adhortari ad contemptum carnis, & eorum quæ carni inimica sunt, quam verbis his, atqui non solum dehortatur: sed certe pronuntiat, quod quis qui verè homo est, non euadat sponte ad amicas, cognatasque corporis voluptates, semper alienare se ab eis meditando: si quidem hæc vox iterata significat non compositum ex anima & corpore, sed virtute compositum hominem, nam hic est ille verus quem à prisca quidem accensa meridie lucerna percontantibus obuijs hominem aiebat se querere.* Respexit tritum illud factum Diogenis infrequenti populo accensa lucerna hominem quarentis.

Qui ex aliorum vitiorum barathro in virtutis salubres auras emergunt, non facile prouunt: at qui animum libidine infecerunt, facile ingenium repetunt. vidit hoc Philo lib. de Gigantibus in illis verbis Gen. 6. 3. *non permanebit Spiritus meus in homine quia caro est.* Nec enim ait Dominus non manebit, sed non permanebit. *Maneo* enim significat, vt cunque apud aliquem diuersari, at permanceo moram alicubi trahere. Igitur non permanebit spiritus meus in homine: hoc est, etsi aliquando ad omnes amorem meum conuertam, non tamen diu amando persistam. Huius quoque causam addit; *quia caro est.* Difficile enim carnis voluptatibus dediti homines labem eluent, quin statim ad mores pristinos redibunt. Verba Philonis infero. *Non permanebit spiritus meus in his hominibus in sæculum, quia caro sunt. Manet quidem interdum sed non permanet apud nostrorum plerisque. Quis enim est adeo rationis expers, aut animæ, vt nunquam de optimo illo, maximoque cum volentem nolentemque subierit cogitatio. Iam verò scelestissimi obuersatur nonnunquam repentina honestatis imago, quæ tamè apprehendere, & apud se retinere nequeunt.* Id est, si quando libidinosos homines penitentia subit, instar est earum imaginum, quæ dormientibus obuersantur, dū enim tenentur, euanescent.

Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel cap. 4. exponit hac ratione verba illa Pauli 1. Cor. 6. *fugite fornicationem.* Quibus verbis, refricare ait Apostolum factum illud Iosephi dum ab hera laceffitus pallium abiecit; ac si dicat, quod vnus Ioseph fecit, oportet, vt singuli exequamur, tanta enim vi libido hominem impetit, vt prorsus Iosephum imitari sit necesse, & vel nudos periculum obfugere. Hæc sunt verba Ambrosij, postquam vires libidinis appositè extulit; & ideo ait *Apostolus: fugite fornicationem, vt veloci fuga tanquam furiosa Dormina declinare scuitiam, & retro seruitio exire possimus.*

Audi, Origenē libidinis vim extollentem hom. 5. in Genesim his verbis. *Audite, ebrietas quid agat, audite quantum facinoris conciliet temulentia, audite, & caute vos. O quibus istud malum non in crimine, sed in vsu est ebrietas decipit quem flamma sulphurea non vsit.*

Magna quidem ærumnarum vis ad constantis hominis

Philo.

Exod. 17. 11.

Rupert.

17.

Gen. 3. 15.

Philo.

18.

Philo.

19. Leuit. 18. 6.

20.

Gen. 6. 3.

Philo.

21. 1. Cor. 6.

Ambros.

22. Orig.

hominis animum conterendum, & confringendum, sed libidinis multo maior, quæ robor animæ, deterrit, & emollit. Hoc in Iosepho annotauit Ambrosius in Ps. 118. *Quæ prius diabolus exilio, fraterno odio seruitioque deterruit, quæ cum minus succederent, ille ad libidinem recurrit tanquam ad vltimum & ineuitabile telum. Nec hoc quidē (ait Ambrosius) satis fuit ad tentationis acerbitatem, redit aduersarius ad suas artes, totisque viros suas, tota fraude commouit, vt per mulierem laqueos innoxia inueneret conscientia.*

Ambros.

24.
Psal. 118. 113.

Quærit Ambrosius ad illa verba Psalm. 118. *Iniquos odio habui, &c.* Cur diabolus non per se sed Adamum sit aggressus per mulierem, causam reddit, nempe vt ostendat quantum famina in viros possint, vt facilius diaboli laqueos, quam muliebria irritamenta effugere possint. *Serpens ille callidus, ait Ambrosius, & astutus ad construendas nequicias sue artis, quo in corrupta ac ruda natura dote fundatum primogenium Adam labefactaret affectum famineis magis illecebris, quam suis commisit venenum. itaque femina virum, quem serpens tentare ausus non est cibo oris, & vi amoris in sexum molli quadam conciliatricula vxoria sedulitatis affectione traduxit.*

Ambros.

25.

Quantum mulier possit, & quantum vitiles animos inflectat expendit Gregorius lib. 3. mor. cap. 5. Non minori calliditate vxorem Iobo asseruauit diabolus, quam feritate abstulit reliqua omnia, vt muliebri fallacia deciperetur, quem tot mala inflectere non potuissent. *Antiqua artis (ait Gregorius) insidias repetit, & quia scit quomodo. Adam decipi soleat ad Eua recurrit. Beatum enim Iob inter tot rerum damna, inter tot persecutionum vulnera, quasi in quadam virtutum acie inuictum stare videt. In alto quidem mentem fixerat: & idcirco hanc hostiles insidias irrumperere non valebant, quaritur ergo ab aduersario in hanc arcem munitissimam, quibus gradibus ascendatur. vicina autem viro est mulier, atque subiecta, cor igitur mulieris tenuit, & quasi scalam, qua ad cor viri ascendere potuisset inuenit. intendere verba illa; & quasi scalam, est enim mulier veluti scala, quæ virilis animi muro iniecta insidiarum diabolo ascensum præbet, velox quidem dæmon est, & vt eius pernicitatem significemus alatum depingimus, verum si cor per meditationem in altum extuleris, torpet, nisi iniecta scala, scilicet, femina.*

Greg.

26.

Rem similitudine non inepta expendamus: sicut enim ille qui graui somno vrgetur, si importunus vocibus, & aculeis compungatur, vix sustinere molestiam potest, quin sapius somnum intermitat: non aliter ille qui virtuti incumbit, subinde carnis pruritu excitatus, incepta deserere cogitur illicitis cogitationibus mentem lancinantibus. Hæc sententia subest illis verbis Iob 3. 13. *Nunc enim dormiens silerem & somno meo quiescerem, teste magno Gregor. lib. 4. mor. c. 33. Ipsa enim carnis suggestio (ait Gregor.) quasi quidam clamor est, contra quietem mentis, quia ante transgressionem, homo non sentit, quia nimirum, quod de infirmitate possit tolerare, non habuit.* Hæc ille.

Iob 3. 13.

27.

Galat. 5. 19.

Agens Paulus de vitis, quæ hominum naturam labefactant scribens Galatis cap. 5. 19. Hæc infert. *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, idolorum seruitus, veneficia, &c.* En tibi qua ratione numerans humanæ mentis pestes, quæ eam maximè inficere solent, omnium primam scribit fornicationem, subinde verò agens de virtutibus his vitis oppositis vltimo loco numerat castitatem. *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Nimirum connumerans fructus spiritus ordine inuerso, & vltimum locum castitati præfigens, innuit Apostolus, libidinem hominem impetere in ipso vitæ pe-

nè limine. His verò oppositam castitatem non nisi multo sudore & longa exercitatione conquiri.

Eundem sensum habent verba illa Eliphaz Iob 15. 14. *Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustus apparent natus de muliere?* Itaque immaculatum eum negat, qui natus est de muliere, ac si dicat: omnino immaculatus esse non potest, qui muliebri vtero conceptus, muliebri gremio educatus orbem hunc colit, vbi mulieres cum viris permixtae habitant.

28.

Iob. 15. 14.

Infero verba Cyrilli Alexandrini lib. 1. de lapsu hominis. *Primo enim exorta voluptas fascinat mentem, eoque paulatim deducit, vt arbitretur iam nullius momenti esse diuina legis violationem.* Aptæ luxuriæ cū fascino compositio; fascino enim est venenū per oculos diffusū, quod longè distates inficit præcipue pueros: & luxuria latè se diffundit, sæpiusque oculis hauritur, tādē omnes quidē sed peculiariter iuniores inficit.

29.

Clem.
Alexand.

Eundem sensum elicit Augustinus ex illo versu Psalm. 2. *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figulæ confringes eos.* Quæ verba de doctrina quam Christus Dominus docuit, & de eius spiritali gubernatione exponenda sunt. Præcipue Augustinus de castitate exponit. Ergo monet Christus Dominus homines castitatem seruare, quam doctrinam sumpta similitudine à figulo tradit Dauid, qui male formata vasa conterit & comminuit, & ex eadem massa alia format; tantam enim difficultatem in se habet homines ad castitatem perducere, vt quodammodo necesse sit hominem denuo formare: alias enim ad libidinem prolium hominem de cæno abducere vel ipsi Christo quodammodo negotium facessit. *Conterit in eis (ait Aug.) terrenas cupiditates, & veteris hominis lustralia negotia, & quidquid de peccatore limo contractum, atque inolitum est.*

30.

Psalm. 2. 9.

Samuel hæc Sauli Iussu Dei Amalechitarum regnum delere iubentis: *Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, onem, & bouem, camelum, & asinum.* Certè cuiuslibet crudele nescio quid continere videbuntur verba.

31.

1. Reg. 15. 3.

Gregorius in expositione huius loci iuxta anagogem verba exponit, & per regem Amalec luxuriam designat. Ergo huius regnum omnino delere Deus iubet nihil omnino viuum reseruari, sed interficere etiam paruulos, ac lactentes; nimirum non modo apertam libidinem fugere oportet, sed insurgentes etiam motus resecare. *Quis est hic (ait Gregorius) qui pascit Amalec, nisi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne lasciuia aliquid retinet? Nam plerique turpitudinis opera non exercent, sed linguam à turpiloquio non cohibent. Dicit igitur, non parcas ei quia de tam nequissimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Non concupiscas aliquid, ipsius penitus eradicitur à cogitatione.*

Gregor.

Eodem modo exponit Chrysostomus verba illa. Psalm. 50. *Et peccatum meum contra me est semper. id est, semel quidem alienum thorum violauit, verum ex illo vnico facto perpetuum contraxit pruritus, quo volens, nolensque obscænarum rerum memoriam refrico, & inuitò præteritarum rerum imagines obuersantur. Vnde addit Propheta. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. id est, iam quidem condonasti mihi peccatum, sed adhuc motus illi venerei insurgunt, & mentem lancinant. Ergo amplius laua me ab iniquitate mea: insurgentes maris fluctus sedit, & sedam tēpestatem compefecit. Quasi diceret (ait Chrysost.) iam quidem per Nubem Prophetam remissionem mihi dedisti, atque omnium generis calamitates tanquam visiones quasdam mihi adhibuisti, verum ablutionibus adhuc opus habeo, vt qui*

32.

Psalm. 50. 5.

ingentem favorem ex peccato contraxerim.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrū pertransit animā eius. Pf. 104. quæ verba exponit, Chrysoft. de periculo quod subiit Ioseph ab impudica fœmina laceffitus; est ergo libido cōpedes, & pedicæ quibus corpus, & anima alligatur, vt neque inde exire, neque se mouere permittatur. Aliis vinculis corpus solummodo constringitur, hoc verò, & anima alligatur. Nam post adulterij (ait Chrysoft.) calūniā ipsi constatam carcerē habitauit, ac statim (vt verisimile est) vinculis ferreis adstrictus est, sic enim Symmachus transfulit, in ferrum venit anima eius, pro eo; ac si dixisset ad necem periclitatus est, vel potius per ferrum tentationis vim, ac fomitem intellexit.

1. Cor. 6. 18. Fugite fornicationem. petita videlicet similitudine à seruis, qui Dominos fugiunt; cū enim videant capitale sibi imminere supplicium si à fuga reuocentur, velocissimam fugam arripiūt, noctu deuia loca peragrant. Qui verò alias ob causas fugam arripiunt non tam veloci fuga sibi consulunt, cum non tam præsens periculū imminet. Ergo ad rem omnia quidē vitiorū genera subterfugere oportet, luxuriam verò pernicii, & celeri fuga, vel saltē quam sit difficile luxuriam deuitare his verbis aperit, nam qui nullum signum, per quod dignoscatur habet, si fugæ semel se cōmiserit difficile capi potest, at seruus qui stigmatē facie impresso, vel sub nigro, & decocto colore, vibratōq; capillo, exiguis ocellis, sumo naso seruitutē suam præsefert, etiā si fugiat facilē ad Dominū reuocatur. Ergo omnia quidē vitia fugere oportet, at in aliis omnibus vitis fuga nullā præsefert difficultatem, is tamen qui à libidine se surripit, & magnis itineribus viam carpere necesse est. Hanc sententiā his verbis premit Chrysoft. ad hunc locū: non dicit abstinete vos à fornicatione, sed fugite, hoc est, summa cum diligentia vos à malitia liberos facite.

1. Thassol. 4. 3. Hac est enim voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineteis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, &c. Duo hic nobis exponenda cum Chrysoft. Hom. 5. in hūc locum; prius enim est verbum illud, vt sciat. Non est, res facilis castitas, & quæ vltro hominibus obuēniat, multo sudore cōparanda, multis lubricationibus conquirenda. Vt enim disciplinarum nonnullē multum laborem studiosis facessunt, aliæ verò non tantam ingerunt difficultatem; ita & pietatis studiū in nōnullis virtutibus facilē est: continentia verò multa cum animi diligentia, non per oscitantiam comparanda. Audi Chrysoft. Et sciat vnusquisque vestrum vas suū possidere: ergo disciplina est res ista: & multa, ne lasciuiatur. Posterius ad examen vocandum verbū illud possidere; etenim qui libidine estuat, corpus suum non possidet, sed eius Dominus cupido est; vnde difficilē est quidquā boni operari, ac si instrumenta per quæ res executioni mandanda sit, non possideat. Subdit Chryf. Nos verò vas nostrū purum possidemus quando mundum est, quando verò immundū fuerit peccatū est. Et merito, non enim vas nostrum immundum, quod volumus facit, sed quæ peccatū imperat.

1. Cor. 4. 5. Et vos inlati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit? Vnus tantummodo inter Corinthios luxuria se inquinauerat, & totam ciuitatem accusat Apostolus, omnes ciues deplorat; nimirū, præuidebat quantum malū omnibus immineret, est enim voluptas instar incendij, quæ breui totam ciuitatē occupat, cui nisi initio obstitas omnia redigit in fauillā. hac ratione exponit hunc locum Chrysoft. Hom. de virtutibus, & vitiis: Etenim apud Corinth. qui lenocinijs operā daret vnus tantummodo inuentus est: nec securus tamen Paulus ingemuit, quasi ciuitas illa omnis fœditus perisset. Nec id

quidē maxima ratione caret, sciebat etiā nisi ille flagitio desisteret descendētē ordine morbū alios omnes vastaturū esse.

1. Cor. 7. 26. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Instantem necessitatem vocat Apostolus matrimoniū, ac si Deus omnes homines vxores ducere compellat; absit. Chrysoft. lib. de virginitate idēdō matrimoniū necessitatem ab Apostolo dici ait, vt quam sit difficilē castam vitam agere ostendat, difficultatē enim necessitatē appellauit.

Matth. 7. 14. Quā angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Cum Christus Dominus collata hominibus gratia facilem cælestē viam hominibus fecerit, cur quæso ipse omnium primus eam difficilē asseruit? Chrysoft. lib. de virginitate huius rei causam affert. Nam licet Christus Dominus maiore gratiam elargitus fuerit in Euāgelio, & hac ratione facilem reddiderit cælestem viam: si tamē difficilia quæ inuēxit inspicias, & angustauit portā & viā coarctauit, sed quæ rogo sunt ista difficilia: lex de obseruanda castitate. Nam licet libido hominibus nūquā licita fuerit at tamen quondam, & multas ducere vxores, & ductas remittere licebat. Ergo multa libidine diffluentes homines compefcere, & intra vnus perpetuo duraturi matrimonij carcerem comprimere eximā difficultatem hominibus importauit. Neque eo solum (ait Chrysoft.) quod tanta hac quam diximus licentia, quanta verbis exprimi, non potest circumcisa nobis est, sed quod eam vxorem, cuius suscipi, coactūque multa etiam peccauimus inuiti domi perpetuo habere cogimur, vel qui velit cūcere adulterij condemnatur necesse est.

Duo mihi exponenda pro nostro instituto cum August. ad illa verba Pf. 118. Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. imprimis enim notat verbū illud, timui. Non extulit per præsens timeo, sed per præteritū timui. Ac si dicat, timui quidē verticibus libidinis obrui, nec hoc satis mihi fuisse existimaui, sed semper nouū timorē antiquo superinduci exposco. Quid est (ait Aug.) Confige à timore tuo, timui enim, si enim timuerat, vel timebat, cur adhuc, vt à timore suo Deus cōfigeret carnes suas orabat? an addi sibi volebat timorem, vt tantum timeret, quantum sufficeret crucifigēdis suis carnibus, id est, cōcupiscētijs, affectibusque carnalibus. Insuper ad examen vocandum verbum illud confige. Nam hoc vitium non modo nos alligat malo funibus, sed clauis configit. Aliorum peccatorū vim exponens ait: funes peccatorum circumplexi sunt me; de libidine verò dum carni imperat: Confige timore tuo carnes meas, vel vt habet August. confige clauis à timore tuo carnes meas, id est, alia crimina in malo nos ligant, & quasi funibus irretiunt. At libido strictius nos premit, ferro, & clauis nos figit, vnde Christus Dominus non funibus ligatus fuit cruci, sed clauis affixus, quia præcipuē eis remedium attulit qui libidinis clauis affixi sunt. Hoc enim vitium inter omnia alia frequentissimum est. Tali timore (ait Aug.) carnes crucifiguntur, quando carnales delectationes quæ legis litera vetantur, potius quam vetantur spiritualium bonorum delectatione vincuntur: & eadem vsque ad perfectionem crescente victoria perimuntur.

Hunc sensum habent verba illa ad Gal. 5. 16. spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, id est, spiritus ductum sequimini, sed quid rogo inde enolumentum capiemus? Et desideria carnis non perficietis. Expēdo verbum illud perficietis, id est, ad vltimū quidem & perfectum ducētis. Etiam si virtuti incumbas, & spiritus ductum sequaris, satis tibi erit si desideria carnis nō perficias, frustra tamen tentabis non facere, hoc enim non obtinebis. Dicam expressius; etiam si in virtute multum profeceris, titillationem tamen carnis, & prurimum non excuties, satis enim

33.

34.

35.

36.

Chrysoft.

37. 1. Cor. 7. 26.

38. Matth. 7. 14.

Chrysoft.

39. Pf. 118. 110.

August.

Chrysoft.

August.

40. Galat. 5. 16.

erit, si nō succumbas. Hæc planè est mens Apostoli ut paret ex verbis quæ subdit. *Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem; hæc enim sibi inimicam adversantur, ut non quacunquē vultis illa faciatis.* Expende illud, *ut non quacunquē, id est, non omnia quæ caro iniungit executioni mandetis: satis enim erit ad spiritus perfectionem, si eorū, quæ caro suadet plerāque omittatis.* Hoc dixerim ex Anselmo in hunc locum his verbis. *Concupiscentia non permittunt vos implere quod vultis, nolite, & vos eis permittere implere quod ipse volunt: & ita nec vos, nec ille facietis quod vultis. Quamvis ergo concupiscentia fiant in vobis, non tamen perficiuntur, quia eis non consentitis.*

Ansel.

41.
Iob 15, 28.

Adde insuper verba illa Eliphaz apud Iob. 15. 28. *habitavit in civitatibus desolatis, & in donibus desertis, que in tumulos sunt redactæ.* Quæ verba legit August. annotationibus in hunc locum longè aliter, nēpe; *& fecit capistrum super femora.* sumpta metaphora ab equis & asinis, qui funibus, vel frenis alligantur, & pro libidine sefforis circumducuntur inuiti: est ergo libido venerea, vel ut lorum quo homines ad crimina trahuntur, quodammodo inuiti. *Et fecit* (ait Augustinus) *capistrum super femora, ut libidinibus suis colligaretur, quo vinculo duceretur ad mortem.*

42.

Iuxta Philonem, primum mandatum in secunda legis tabula inscriptum, est illud non mæchaberis. Cuius rei causam de spec. leg. reddit his verbis. *In tabula primum mandatum est non mæchaberis, ut opinor, quia ubique terrarum voluptas pollet plurimum, ut potentiam eius terra marique atque in aère nihil queat effugere. Imperat enim terrestribus volucris, aquatilibus libet imperata facientibus: atque ad eò motus eius observantes, atque arrogantes superbosque fremunt; & hos quoque cupide percurrentibus mirifica celeritate ministerij.* Ergo præceptum de cauenda voluptate primum locum obtinet in secunda tabula à vi & latitudine tyrannidis suæ, qua omnes longè, latèque torquet.

43.

Accedat Bernardus serm. 28. ex parvis, quo loco duo pro nostro instituto importat. Imprimis ait hominem ex terræ limo conditum, ut vel hinc Deus ostendat, quam limosa sit caro, & quam tenaciter animā premat, viscòque & glutine detineat; ab aliis enim criminibus facillè se expedit, à venereis verò voluptatibus vix vnqua se subducere valet. Adducit insuper Bernard. verba illa morituri Iacobi ad primogenitum suum Ruben Gen. 49. 3. *Ruben primogenitus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio effusus es sicut aqua, nō crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Igitur Bernardus per Ruben qui paternum thorum violavit, & vxorem patris sui oppressit libidinem intelligit, quæ inter omnia alia vitia humani generis primum locum occupat, & ætate alia omnia præcedit. obtinet insuper inter omnia alia vitia principatum, quia aliis omnibus vitiis imperitat, dominatur, alimenta miniftrat. Bernardi verba infero. *Non sine causa dictum est hominem plasmatū non de terra qualibet, sed de limo. Vide enim quam limosum sit corpus, quod ipsi quoque spiritui tam fortiter, & pene indissolubiliter inhaeret, ut vix multa afflictione possit aliquando separari. Quid ergo agendum cum limosa illa cogitatio subierit, plane excludendum nobis cum sancto Iacob: atque dicendum: Ruben primogenitus meus non crescas: ascendisti enim cubile patris tui; Ruben enim carnalis atque sanguinea huiusmodi concupiscentia est: que tunc cubile nostrum ascendit, cum non solum memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis stratum ingreditur, & pollut prava delectatione. Bene autem primogenitus dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipso nimirū initio vita nostra in nobis pullulat, cum cetera vitia processu tēporis ex malitia mūdi huius alijs que occasionibus oriuntur. Duo itē alia circa hæc verba*

Gen. 49. 3.

Bernard.

Bernardi notāda mihi restāt, imprimis illud dictum Bernardi *Quæ tunc cubile nostrum ascendit, &c.* Ascendisse dicitur Ruben cubile patris sui, id est, exponēte Bernardo, libido non modo tangit corpus, & inferiores potentias, sed semper nititur ipsam voluntatem in crimen trahere; pondere enim quodā corpus fertur post pruritus carnis, & corpus secū animum trahit. Insuper iuxta Bernardū libido primogenitus dicitur, nam omnium vitiorum prima nascitur, & ipsam naturam comitatur: vnde difficilè excuti potest, quæ ab ipsa pene vulua homini adhaeret. fortè hoc innuit Regius vates Ps. 50. 7. *Et in peccatis concepit me mater mea.* id est, quid mirum si libidini cesserim, & in vetitos amplexus corruerim, cum hoc malum ab ipsis incunabilis didicerim, & per similes motus sim conceptus.

Psal. 50. 7.

Ierem. 17. 1. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.* Homines adamantis naturam obtinent: quia licet adamas inter ictus mallei, & incudis infractus perseueret, hirci tamē & hædi sanguini cedit, & hac arte expoliri potest. Ergo licet homo planè sit adamantinus, nulliusque criminis tonfionibus succumbat. Vni tamē veneri cuius symbolum hircus est, cedit. Hęc est mēs Ruperti exponentis verba illa Zach. 7. *Cor suum posuerunt, ut adamantem.* verba ex eodem Ruperto accipe. *Cum ergo Iudæi dura ceruicis essent, nihilominus tamen mollissimi erant in omnium libidinum fluxum.*

44.
Ierem. 17.Zachar. 7. 11.
Rupert.

ETHOLOGIA V.

Inexplebilis ambitio: nec facillè quis dignissimos ad præfecturam eliget.

§. I.

ET dies sæculi quis enumeravit? Ex tribus illis quæ author recensuit scilicet arenam maris, pluuia guttas, & dies sæculi, de vltimo nobis agēdū restat; est autem, si ad mores transferas iuxta Hugonem, ambitio, & præfecturæ amor. Hæc autem eo fortius humana corda pellunt, quo penitius hominū animos insidet propriae laudis appetentia, quam diuitiarum luxus, intemperantiæque libido. Hæc ergo quis enumeravit? id est, quam sit inexplebilis, vel quam sit difficilè eis qui eligunt dignissimos quosque ad præfecturam euehere, quis scire potest? de hoc ergo Ethologia nostra, tota est. Hunc sensum elicit Gregor. 33. mor. c. 4. ex illis verbis Domini ad Iob cap. 40. 16. vbi loquens de Behemoth; ait: *sub umbra dormit in secreto calami.* Duo nobis ex Gregorio loco cit. contra ambitiosos homines notāda, circa relata verba. Imprimis eos, qui dignitates ambiūt optimè cum calamis comparari, quia, quo altius insurgunt, & grossiores fiūt, eo magis vacui sunt, & plus aëris intra se cōtinent: & hac ratione, eos qui dignitates præstant apprine referunt, qui eo magis inani spiritu inflantur, & adulteriora anhelant, quo amplius desideratis potiuntur, facit etiam ad eandem rem verbum illud requiescit. Dum aliis vitiis innexus homines diabolus tenet, anxius est, ne è carcere & vinculis effugiant. At verò si quem in ambitionis carcerem miserit statim conuiescit, nec de fuga sollicitatur; vix enim fugā meditabitur hic, sed possessarum rerū stimulis agitatus in carcerem magis retrū profundiorēque foueam subinde se detrudit, & noua sibi innectit vincula per noua desideria. Infero verba Gregorij. *Vnde rectè nunc Behemoth iste in secreto calami dormire perhibetur, quia quorū studia ad appetitum temporalis nitoris, atque altitudinis commouet, eorum corda tenacius tenet, & quasi ipse quietus dormit, vbi eos quos possidet, quiescere non permittit.*

I. 1.

Iob 40. 16.

Gregor.

-Dum

2. Dum foetus intra maternum uterum continetur, septem planetarum decursu perficitur: & eorum quilibet iuxta suam virtutem aliquid in foetu, sibi proprium & peculiare perficit. Vnde necesse est, quod à conceptione saltem menses septem decurrant, in quibus aliquid planetæ operentur. Galenus libro primo de compage membrorum, quid unusquisque planetarum in foetus formatione conferat, prosequitur. Dum verò ad Mercurium peruenit, hæc infert: *Sexto Mercurius secundum calidum, & humidum, frigidum, & siccum aquus, in quo manualis habetur scientia, & ponit supercilia, oculos, scindit palpebras, crescere facit capillos, & ungulas.* non immeritò eodem tempore, quo oculi aperiuntur ungulæ excrescunt, oculi enim symbolum sunt eorum hominum, qui in edito loco positi aliis viam dirigunt. Cum his ergo & ungulæ extuberant, quia quo plus habent, eo plura rapere parati sunt.

3. Galenus lib. 1. de synthomatium causis discrimen statuit inter cerebrum, & cor, quod cerebrum multo tempore quiescit, scilicet dum somno indulgemus, sed cor semper in metu est; est enim cor ut nomen Græcum innuit principis viri figura; hic autem nunquam quiescit, sed semper motu ad vteriora agitatur. Quippe cor (ait Galenus) *brevibus intermissionibus videtur hoc facere; ita ut multo tempore ad requiem non indigeat, cerebrum autem non ita, sed in vigiliis semper exercetur, in somnis quiescit.*

4. Matth 20. *Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæ, &c. dic ut sedent hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo, &c.* Iacobus, & Ioannes dum pauperem vitam agebant humili etiam loco erant contenti: cum meliorem fortunam assecuti in Christi consortium sunt asciti, felicitas cum felicitate creuit, adeò ut aliis omnibus præferri petuerint. Scilicet hoc iuxta naturam hominum accidit, ut qui ad maiorem dignitatem vocati sunt, maiori flamma cupiditatis accendantur.

§. II.

5. Num. 11. 14. *Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi, &c.* Chryso-
Chrysoft. stomus Hom. de Spiritu Sancto, hac ratione legit. *Non possum ferre pondus huius populi, ordina alium remetipsum.* Non ait ordina alium sicut temetipsum, sed ordina alium temetipsum, hoc est alium Deum, nam qui præest, non aliter quam Deus, se gerere debet. Ergo quam difficilè est eum eligere, qui propter magnam cum Deo similitudinem morum Deus vocandus est.

6. Suffecturus Petrus duodecimum Apostolum Iudæ proditori Act. 1. non sibi vni rem detulit, sed fidelium congregationi, cui ut orarent iniunxit, & suffragiis commisit. Scilicet ille, cui vniuersi dominici cura gregis delata erat non sufficere sibi visus est ad tantam rei molem, & ad vniuersos fideles rem detulit. Imo verò exponente Chryso-
Chrysoft. stomo Homil. 3. in Acta. Petrus qui tantum quondam sibi fidit; ut contra Magistrum prædicationem constantem se futurum promisit, nunc tantum sibi disfidit, ut meliorem præficere non audeat; scilicet iam melior factus sibi timet, & quam sit difficilè optimos quosque præficere ostendit. *Cur non solus (ait Chrysostomus) à Christo postulauit, ut ipse daret, aliquem substituendum in locum Iudæ? Iam Petrus fuerat seipso factus melior.*

7. Act. 1. 23. *Et statuerunt duos Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Matthiam, & orantes dixerunt: tu Domine, qui corda nostri omnium. Duo nobis cum Chrysostomo Homil. 3. in Acta pro hac re expendenda. Prius illud; qui cognominatus est iustus. Satis videbantur consulti fideles Apostolatus dignitati si eum eueherent, qui communi opinione, & appellatione iustus vocitabatur. Verum illi rei difficultatem attendentes minus hominum opinioni fidunt, simulque cum Iosepho Matthiam statuerunt, veriti, ne ille qui omnium calculo iustus erat, minus tamen aptus ad munus Deo probaretur. Audi Chrysostomum. Neque temere non præfert illum, videlicet ostendens, eum frequenter, qui apud homines in precio est, apud Deum esse inferiorem. Item notat Chrysostomus oblatam sibi eligendi potestatem, vni Deo detulisse omnes fideles, id enim significant verba illa; & orantes dixerunt, &c. id est, etiam si communi omnium calculo Iosephus iustus habeatur, ad Deum tamen rem deferimus, ut ipse, qui hominem expectorare valet, sanctiorem proditori sufficiat. Omnes tamen (infert Chrysostomus) erant dicentes: tu Domine, qui nostri corda hominum: tu inquit, non nos. Apud cordium cognitorem appellat. Hinc enim erat electio facienda, & dederunt eis sortes, nondum indicarunt se esse idoneos, ut ipsi ex se facerent electionem, eoque cupiunt aliquo signo edoceri.*

8. Electurus Dominus, qui sub Gedeone duce milites Madianitas expugnarent, eos designat, qui instar canum è profuente riuo aquam lamberent, quod ad nostrum institutum infert Augustinus quæstione 31. in iudices. Nimirum canis communi Scripturæ phrasi pro re vilissima vsurpatur, ut multis euincit Augustinus, ergo idem est ac si diceret, qui abiectissimi, & vilissimi gregatij milites habentur, hos aduersus hostes ducta, ut noverint omnes, quam eos fallat opinio, & quam non expendere valeant hominum vires & merita. *Nam quod isti (ait Augustinus) probati sunt, per quos vinceret Gedeon, ut similes in bibendo canibus dicerentur, significat, quod contemptibilia, & ignobilia mundi elegit Deus. Pro contemptu enim habetur canis, unde dicit: non est bonum tollere panem filiorum & dare canibus, &c.*

9. Postquam præscripsit legislator modum iuxta quem conficiendum sit oleum, quo sancta omnia vngantur, subdit Exodi 30. 33. *Homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno exterminabitur de populo suo.* Non solum ille puniendus est, qui sancto oleo vngitur, cum sit profanus; verum ille, qui priuata autoritate confecerit, aut ex eo quid alienigenæ dederit, id solis sacerdotibus licet, vel eo vngere vel concinnare; scilicet non omnibus datur componere oleum, quo sacerdotis reges, Prophetæque vngantur. Quod mystico sensu si interpreteris, innuit non cuiicumque, licere ad dignitates, & magistratus euehere, sed eis solum, qui plurimum sanctitate, & prudentia vigeant. Res enim est ardua, & difficilis merita omnium expendere, & pro meritis, cuiuscumque præfecturas largiri. Hæc est mens Augustini quæst. 135. in Exodum. *Quicumque fecerit similiter, & quicumque dabit de eo externa nationi interibit de populo suo. Iubet igitur non solum sacerdotibus, sed vniuerso populo Israël, ut non faciant tale vnguentum in vsus humanos.*

10. Id imprimis videant hi, penes quos est summa rerum, & ad magistratus promouendi calculus, ut rem suis humeris imparem ducant, neque exequantur, nisi ad Deum multa prece, & cum viris piis, &

prudentibus longa consultatione præmissa. Quam enim difficile sit digniores ad præfecturas eligere, vidit Gregorius Magnus exponens caput 9. lib. 1. Regum, vbi facer textus de Samuele præscripto Dei Saulem oleo vincturo, in Regem, ita habet: *Cumque mane surrexissent, & iam elucesceret. Et infra. Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius.* Idè ex sententia Gregorij, dubia adhuc luce Samuel Regem vngit Saulem, vt tempus ipsum, quo res fit, habitudinem, & animum eligentis depingat: quo palam fiat, cum qui eligit plene videre non possit, an virum dignum promoveat. Si ergo is qui iussu Dei eligit, nihilominus de electi meritis iudicat, potiori iure dubitandum erit ei, qui hac in re non vtritur Deo duce, sed cæco fortè impetu, vel sanguinis coniunctione. *Plerique autem codices habent* (inquit Gregorius) *cum mane surrexissent antequam dilucesceret: quia nimirum intelligi conuenienter potest, mane est quidem antequam elucescat, quando quodam modo aspirare dies incipit: & tamen plena lux dici non est. Prædicatores enim sanctæ Ecclesiæ eorum bonam conuersationem considerant, quos ordinare disponunt, quasi mane est; sed quia eorum futura scire non possunt: mane est, sed antequam dilucescat.* Quam facillè homines fallantur in promouendis idoneis ad magistratus, & honores non obscure patet ex illo Genes. 38. vbi de Thamar parturiente hæc infert Scriptura: *Instante autem partu apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetric ligauit coccinum, dicens: iste egredietur prior, illo verò retrahente manum egressus est alter.* Credidit mulier se optimè prælagire, cui primogenitura contingeret, at contra res accidit, certè ob eam causam, vt homines certò nouerint quantum in promouendo ad dignitates cæcutiant.

I. Reg. 16.

Greg.

Gen. 38. 27.

II.

Gen. 37. 6.

Rupert.

Rupertus lib. 8. in Gen. cap. 21. Memineritis ait illius Iosephi adhuc pueri, qui per somnium vidit suam apud Ægyptios supremam potestatem, de quo habetur Gen. 37. *Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Et infra: *vidi per somnium, quasi solem, & lunam, & stellas undecim adorare me.* En tibi, per somnium vidit Ioseph præfecturam suam: & ex duabus rebus euentus certitudo illi accreuit: scilicet ex manipulis, & syderibus, altera terrestri, cælesti altera, quia nisi in eligendo prælati, humanis diuina conueniant, & Deus ipse humanæ electioni suffragetur infelicem proculdubio habitura est exitum. Præcesserat visio manipulorum, nec ad firmandum Iosephi animum satis erat, quia ex terrestribus rebus sumpta, nisi etiam, & rerum cælestium imagines sol, luna, sydera eandem præfecturam protenderent. *Non solum ex hominibus* (ait Rupertus) *sed etiam ex Deo, imò primam, & maximam ex Deo laudem erat habitura.*

§. III.

12.

Gal. 1. 1.

Difficile sanè est hominum merita æqua lance pensare, & iuxta illa præfecturas partiri, vnde res hæc vni Deo referenda est. Paulus Galatis loquens suæ doctrinæ fidem facere conatur his verbis: *Paulus Apostolus non ab hominibus neque per homines, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem qui suscitauit illum à mortuis.* Ac si dicat exponente Augustino in eundem locum: inde munus nostrum Apostolatus, & prædicationis autoritatem accipit, quod in tantum dignitatis fastigium non hu-

mano calculo, sed diuino suffragio euectus sum. Homines enim in his saepe præfecturis distribuendis cæcutiunt. *Qui ab hominibus mittitur* (ait Augustinus) *mendax est, qui per hominem mittitur potest esse verax, quia Deus verax potest per hominem mittere. Qui ergo nec ab hominibus, neque per homines, sed à Deo mittitur, & ab illo verax est, qui etiam per homines missos veraces facit.* Priores ergo homines veraces, quia non ab hominibus, sed à Deo per hominem missi sunt, per Iesum Christum, scilicet adhuc mortalem: verax etiam nouissimus Apostolus, qui per Iesum Christum totum Deum, iam post resurrectionem missus est. Latenter ex sententia Augustini Paulus se præfert reliquis Apostolis: nam reliqui, non ab hominibus quidem, sed à Deo electi sunt per Christum, qui homo est, ergo à Deo electi per hominem. At Paulus neque ab hominibus neque per hominem electus est, sed à Deo. Nam licet electus sit ab eodem Christo, à quo, & reliqui, qui etiam post resurrectionem verè homo est: at iam supra cælos erectus diuinitatem ostendebat, quam occultauit dum inter viuos ageret. Interim expende verba illa Augustini: *Qui per Iesum Christum totum Deum.* Dum Christus moriturus dixit Deus fuit, & homo, nec tamen post resurrectionem humanitatem exiit: verum quia ipsam humanitatem in resurrectione decorauit, in diuinitatem totus abiisse dicitur: & audeat dicere Augustinus; *Per Iesum Christum totum Deum post resurrectionem.* Inde noueris quanto splendore induerit Christus resurgens corpus suum, & quanto donanda sint corpora nostra: insuper Paulum electum fuisse à Christo toto Deo, ex quo capite suam electionem aliorum Apostolorum præfert electioni.

Augustin.

Misit Deus Samuelem, vt vnum quendam ex filiis Isai vngeret in Regem 1. Reg. 16. nec tamen ei indicauit quisnam ille esset: imò potius cum singuli coram Samuele venissent, Deum de singulis consulebat illis verbis: *Num coram Domino est Christus eius?* nimirum id Deus intendebat, vt diuino tantum calculo Dauid eligeretur, nec hoc humanis suffragiis quoquomodo adscribi posset. Quod expendit Chrysostomus in Psalm. 50. his verbis: *venit itaque Dauid, ac Dei quidem suffragio, hominis autem ministerio vngitur.*

13. 1. Reg. 16. 6.

Numer. 11. 16. cum rogatus Deus iudices præficere veller, qui populum Israël vna cum Moysse iudicaret, hæc Dominus ad Moyssem: *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israël, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, vt descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non solus tu graueris.* Chrysostomus Hom. de Spiritu sancto legit; *accipiam de spiritu, qui in te est.* Quam sententiam his verbis expendit. *Non dixit accipiam tuum, sed de spiritu qui in te est. De meo accipiam, dicit Deus: in diebus illis effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt.* Id est, non tuis suffragiis eligendi sunt, non tuo spiritu, & voce, sed mei vnus calculo, qui solus hominum merita æqua lance pensare possum.

14. Num. 11. 16.

Chrysoft.

Tunc primum Moyses nomen Iosue protulit, cum eidem voce Dei manum cogere, & milites seligere iniungitur, videlicet Exodi 17. 9. *Dixitque Moyses ad Iosue, elige viros, & egressus pugna contra Amalec.* Ergo dum de militum electione sermo est, tunc primum nomen Iesu, vel Iosue, auditur. Nempe, vt habet Augustinus Serm. 93. de tempore rem difficillimam, scilicet militum electionem tanquam suis humeris imparem prouinciam Moyses subire

15. Exod. 17. 9.

subire detrectebat, & in Iesu humeros reiecit. Vnus est Iesus, vnus est Deus, qui ad dignitates pro meritis cuiusque eligere possit. *Hinc primum* (ait Augustinus) *vocabuli huius splendor offulsit. Moyses vocat Iesum, lex inuocat Christum: elige, inquit, tibi viros potentes: non poterat Moyses eligere viros potentes, id est, Iesus solus est, qui potest viros potentes eligere. Ipse enim est, qui dixit Apostolis suis: non vos me elegistis, sed ego elegi vos.*

August.

16. *Lucæ 5. 10. Postquam Petrus Christi Domini iussu retia misit, & piscium copiam extraxit, tunc demum audiuit. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens, & subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum. Ergo Apostolorum electionem ingens portentum præcessit, quo Christus diuinitatem suam indigitauit. Nimirum intendebat Christus Dominus electionem faciendam miraculo confirmare, ne hanc tanquam ab homine factam despicerent, sed tanquam à Deo magna veneratione suspicerent. Hoc enim innuit Christus voce illa, exinde, ac si dicat. Quia hoc præmissio miraculo diuinitatis meæ præclarum testimonium edidi, iam te ad Apostolatus apicem ascitum noueris, homines tanquam spiritualis piscator piscaturus. Hac ratione expendit hunc locum Augustinus serm. 148. de tempore his verbis. *Missa sunt retia, & cæperunt tantum piscium, ut duo nauigia implerentur, & ipsa retia eadem piscium multitudine scinderentur. Tunc illis dixit: venite & faciam vos piscatores hominum, acceperunt ab illo retia verbi Dei, miserunt in mundum, tantam in mare profundum cæperunt, quantum Christianorum multitudinem cernimus, & miramur.**

Lucæ 5. 10.

August.

17. *Vt huius rei ante oculos nobis proponat Deus imaginem, Deus ipse in perfectorum electione consulere, & dubitare, & ambigere videretur. Non quasi aliquid eum lateat, sed vt quantum humanum ingenium viresque excedat, exponat. Hunc sensum elicio ex illis verbis. 1. Reg. 9. 17. *Cum que respexisset Samuel Saul, Dominus ait: ecce vin, quem dixeram tibi: iste dominabitur populo meo. Expendo verba illa, quem dixeram tibi. Quasi secum Deus rem diu sapienterque agitaasset, ille quidem qui dixit. Fiat lux, & facta est lux. Hic vt hominem in regem eligat discutit, consulit, remque secum decoquit. Hoc idem innuit scriptura. 1. Reg. 16. 1. dum de electione Dauidis agit, hæc Deus ad Samuelem. *Imple cornu tuum oleo, & veni mittam te ad Isai Bethlemitem, prouidi enim in filiis eius mihi Regem. Expendit Gregorius ibidem verbum illud prouidi, id est, atenta animi consideratione selegi. Est enim res difficilis, & quæ (si humano more loqui licet) Deum angit, & discruciat, vt rectè fiat. Quid est autem (ait Gregorius) quod Deus prouidet, & Propheta ad vngendum mittitur? nisi quia sanctæ Ecclesiæ spiritualis mores describuntur, quæ constituere nulla cernitur, nisi quæ præeligere, & præordinare Deum contemplantur.***

1. Reg. 9. 17.

1. Reg. 16. 1.

Gregor.

ETHOLOGIA VI.

Maxima beatorum felicitas.

I. *Altitudinem cæli & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Hunc versum hac ratione ad mores transfert Hugo Cardinalis. Per altitudinem cæli intelligitur sublimitas præmiorum. Per latitudinem terræ, intelligitur tenuitas temporalium gaudiorum. Per profundum abyssi intelligitur profunditas suppliciorum, & huiusmodi nemo metitur, præmia cæli contemnuntur: gaudia mundi diliguntur, supplicia inferni non metuuntur. Tria ergo mirum in modum ca-*

Hugo.

ptum nostrum excedunt, nempe beatorum felicitas, damnatorum supplicia, gaudiorum terrenorum breuitas. Ergo de singulis nonnihil prælibemus.

§. I.

Altitudinem cæli, de cælesti beatitate tractatio omnem eloquentiæ vim, omnem mentis, captum excedit, omnium quos ego viderim felicitus, & copiosius hanc rem tractat Bernardus, vnde aliis omnibus omisissis ex vnus Bernardi operibus colligam testimonia, asseruatis his, quæ ex aliis congesti in alia loca. Quia autem beatitudinis splendorem & gloriam, neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, rem vt cumque adumbrare conabor, nonnullis deductis argumentis. Primum autem ab ipso Deo capiam, qui vt Theologi loquuntur obiectum est ipsius beatitudinis, seu beatitudo obiectiua. Ergo vel hinc æternæ felicitatis vim venari poteris, quæ nihil est aliud quam ipse Deus. Idem enim Deus, qui à se ipso visus se ipsum beat, ipsissimus obtutibus humanis clarè patet, hominemque summo gaudio perfundit. Bernardus sermone in Cantico. adducit illud Lucæ 6. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam dabunt in sinum vestrum.* Expendit illud bonam, quanam est mensura bona? Ille de quo dictum est. *Nemo bonus nisi Deus.* Ergo Deus ipse quantum est, nostræ beatitatis erit mensura, scilicet, vel hinc æternorum gaudiorum magnitudinem pensare, quæ Deus est, & sicut Deus visus se ipsum beatum facit, ipsissimus etiam à te clarè visus beatum te constituit. *Mensuram bonam* (verba sunt Bernardi) *confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Mensura ista, vt audio, erit sine mensura, sed velim scire, vel illa immensitas, quæ repromittitur, Oculis non vidit, Deus absque te, quæ preparasti diligentibus te. Dic nobis qui preparas, quid preparas? Credimus, confidimus: reuera sic promittis, & replebimur in bonis domus tua.* Serm. 63. in Cantica idem Bernardus ad hanc rem adducit illud Cant. 2. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Sumpta metaphora dictum credit à roseis coronis, quibus donabantur milites post partam victoriam; non aliis, o milites rosas & floribus vobis annectam ferta, quam me ipso. Ego ero diadema, corona, & præmium. His adiungit versum illum Cant. 1. 3. *Trabe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Scilicet cum mente pertracto, & quasi subodoror magnum illud præmium & suauolentiam ex beatorum felicitate, scilicet ipsum Deum, non modo allitior, non modo ducor, sed quodammodo trahor ad cælestia. Imo verò non ego sola, quæ sponsum depereo, sed ignauius quisque eodem flagrat desiderio: vide quanta vis inest beatitudini, vt nos in sui amorem trahat, si Deum esse obiectum contempleris. *Tu Deus* (ait Bernardus) *manus meas ad prælium exemplo virtutis, tu caput meum post victoriam tua coronas presentia maiestatis, siue quia pugnantem te expecto, siue quia te expecto, non solum coronantem, sed & coronam. Introque mirabiliter me allicis, uterque funis violentissimus ad trahendum. Trabe me post te, libenter te sequar, libenter fruuar, si sic bonus es Domine sequentibus te, qualis futurus es consequentibus. Ego flos campi.*

2.

Lucæ 6. 38.

Bernardus.

Cantic. 2. 14

Cant. 1. 3.

Bernardus.

Bernardus ad illud Psalm. 90 *Longitudine dierum replebo eum.* Ad hanc rem adducit verbum illud replebo, rem similitudine explicemus. qui statuas effingunt aliquando ligno, marmore, aut alio lapide solidas formant: quandoque ex ære fusili intus

3. Psal. 90. 6.

vacuas fingunt. Ergo factor hominis Deus non solidam imaginem suam, id est, hominem, sed vacuum omnino condidit, cuius sinus nullus replere potest præter Deum cuius imago est. Audi Bernardum. *Longitudine dierum replebo eum. Ac si manifestè dicat, scio quid desideret, scio quid satiet, quid sapiat ei, non ei aurum, vel argentum sapit, non voluptas, non curiositas, non dignitas aliqua secularis, omnia detrimentum facit, omnia aspernatur, & arbitratur, ut stercorea. Exinanivit enim semetipsum, nec se ex ipsis patitur occupari, quibus nouit se non posse impleri. Non ignorat ad cuius imaginem conditus sit, cuius magnitudinis capax sit, nec sustinet de modico crescere, ut de maximo minuat.* Interim aduerte cum Bernardo omnia temporalia abiicienda, ut vacua imago Deum capere possit.

Bernardus.

4.
Cant. 1. 5.

Item Bernardus sermone 27. in Cantica ad rem propositam adducit illa verba Cant. 1. 5. *Nigra sum, sed formosa, sicut Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Ecce quam prius tabernacula Cedar appellat, statim pelles Salomonis nominat. Sumpta nimirum metaphora ab exercitibus, qui per campos in tabernaculis, & papilionibus degunt. Hæc autem omnia tabernacula pelles Salomonis, id est, Regis appellauit. Cum exercitus sub pellibus degit, eminet quidem regium tabernaculum inter omnia alia, nec tamen Rex omnes & singulas inhabitat pelles & tabernacula. Quid ergo est in causa, ut omnes pelles Salomonis, id est, regis appellerentur ab sponsa? Nimirum non de terrena sed de cœlesti, loquitur pelle. Omnes beati sub eodem tabernaculo degunt, quo Deus ipse, eandem prorsus domum inhabitant, eandem rem vident. Vnde de Petro, qui tria tabernacula in monte voluit ædificare optimè ab Euangelista dictum est. *Nesciebat enim quid diceret.* Lucæ 9. 33. Quia nimirum sub eodem tecto Deus ipse beatique commorantur. Bernardum dono. *Habet autem grandis ista pelles plurimas in se Salomonis pelles, quia vnusquisque beatus, & sanctus, qui ibi est, pelles est, vtique Salomonis.*

Lucæ 9. 33.

Bernardus.

§. II.

5.

Secundum argumentum à visibilibus rerum pulchritudine sumitur. Quidquid enim speciosum, quidquid venustum in hac rerum vniuersitate continetur illam nobis felicitatem adumbrat, scilicet montium asperitates, fontium perennitates, latè patentes campi, redolentes flores, picturata prata, tandem quidquid pulchrum, vel arte factum, vel natura editum est, æternorum nobis gaudiorum imaginem representant. Nam si hæc Deus condidit in vsum pariter amicorum, & inimicorum, qualia rogo erunt illa quæ in premium tantummodo beatorum Deus præstruxit? Bernardus serm. 1. de Natiuitate Virginis adducit illud. Psalm. 101. *Domine memoriale suum in generatione, & generationem.* Expendit illud nomen memoriale, sumpta metaphora ab eis, qui totam rem de qua acturi sunt in summam redigunt, & exigua membrana scribunt, ut facilius teneri, & memoriæ mandari possint. Ergo volens Deus immensam illam felicitatem in summam redigere, orbem hunc condidit, tanquam illius beatitatis breuem recapitulationem, & memoriale. Audi Bernardum. *Totius boni illic exhibitio, hic tenuis quedam libatio, ibi res, & hic nomen: Domine, inquit, nomen tuum in æternum, & memoriale tuum in generatione, & generationem. Generatio, & generatio non Angelorum sed hominum est. Vis scire quia nomen, & memoriale eius in nobis est presentia in excelsis? sic erabitis, inquit, Pater noster, qui es in caelis, sanctifi-*

Bernardus.

setur nomen tuum. Expende rogo verba illa Bernardi, *vis scire, &c.* Tantum enim mundi gaudia beatitas excedit æterna, ut illa solo nomine gaudia dixerit. Quod indicat Christus Dominus dum sub hac verborum formula nobis orationem præfigit. *Pater noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum.* En tibi qua ratione Deo sedem in cœlo affigat, nudum verò nomen sanctificari dixerit in terra, ut ostendat ea quæ in terra Deus condidit, vix nomen gaudiorum promereri, si cum beatitate comparantur.

Nec longè post appellat Bernardus vmbra quidquid terrenarum deliciarum est, quantum enim meridiana lux splendore superat vmbra; tantum æterna felicitas temporalem, & adducit illud Thren. 4. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus.* Et illud Cant. 2. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo; & hanc ob causam beatitudinem appellari meridiem iuxta illud Cant. 1. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Nimirum quia eo tempore nullam sol vmbra efficit. Ergo hæc Bernardus. *Signanter proinde de Christo Propheta loquitur dicens: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus in vmbra eius viuemus inter gentes. Nam intra cœlestes beatitudines non in vmbra viuunt, sed potius in splendore. In splendoribus Sanctorum, inquit, ex utero ante luciferum genui te. Verum id quidem pater. At mater sanè eundem ipsum in splendore non genuit, sed in vmbra.* Ac si dicat Bernardus, vel inde noueritis quam appositè cœlestia meridianum lumen, terrestria verò cæcam vmbra appellem, quod generationem æternam in splendore factam cecinit Dauid Psalm. 109. At temporalem in vmbra factam asseuerat Gabriel. *Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi.*

6.

Thren. 4. 10.

Cant. 2. 3.

Cant. 1. 6.

Bernardus.

7.

Cant. 5. 1.

Bernardus eodem serm. de natiuitate Virginis adducit pro nobis illud Cantic. 5. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi.* Alios ad sobriam vocat refectionem, & gustatiunculam; alios ad ebrietatem. scilicet homines in vita mortali constituti gaudia delibant, & cuspide tantum linguæ contingunt, quantumcunque eis fortuna arrideat. At in æterna felicitate gaudis, & delectationibus se iningurgitant. Vnde iuxta Dauidem letitiæ ieiunium non soluitur in hoc sæculo, sed in beatitudine. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Audi Bernardum. *Sed quando dicitur, comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Iusti epulentur, ait Propheta sed in conspectu Dei. vtique non in vmbra, & de ipso ait: satiabor cum apparuerit gloria tua, & ideo Dominus ad Apostolos ait: vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam. Sed vbi? In regno meo.* Ergo ex verbis relatis Psalm. 67. 4. & Lucæ 22. 30. constat famem letitiæ, & gaudij grassari in hoc sæculo, donec optatus affulgeat dies in conspectu Dei, & in regno Christi.

Bernardus.

Psalm. 101. 13.

8.

Cant. 2. 1.

Iterum ad examen redeant verba Bernardi, ad illud Cant. 2. *Ego flos campi & liliu conuallium.* Quæ altiores videntur habere intellectum in hunc modum. Ego flos campi, id est, eis, qui se in vmbra exercent, ego inquam ipse corona sum: verum corona compacta ex flosculis, quæ in campis vltro nascuntur. Eis verò, qui de inimicis triumphum egerunt, emeritis scilicet ipsissimus corona sum, verum corona, quæ ex liliis candidissimis, latèque sua eolentiam spirantibus annectitur: & liliu conuallium. Sicut liliu odoris fragrantia, candore,

dore, & magnitudine excellit exigua floscula, quæ sponte per prata pullulant, non aliter beatorum gaudia superant iustorum lætitiã. verba Bernardi habes supra num. 3.

futuro sæculo eam Deus asseruabit. *Quia enim ait Bernardus tentatio est vita hominis super terram, merito in terra non gloria, sed pax est querenda.*

9. In fest. omn. SS. Ipse Bernardus serm. 2. adducit illud Psalm. 30. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tua, quam abscondisti timentibus te.* Ergo multitudo dulcedinis non est in hoc sæculo, sed in futurum asseruatur, subodoramur quidem hic aliquid de illa suavitate, sed plenè excipere non possumus.

Item Bernardus exponit pro nobis illud Psalm. 90. *In protectione Dei cæli commorabitur.* Cur Deus cæli dicitur, cum etiam terram oppleat, ad hæc Bernardus: *Terrena hæc ferè nihil de Deo nobis annuntiant, vna est beatorum felicitas, quæ quantus Deus sit explicare potest. Et hanc ob causam ex data formula orandi dicimus. Pater noster, qui es in cælis.* Hoc est, qui ibi solum maiestatem tuam ostentas. *Dei cæli, inquit, licet enim ubique esse non dubiteretur, sic tamen in cælo est, ut ad eius comparationem, neque esse videatur in terris. Propter quod orantes dicimus. Pater noster qui es in cælis. Sicut enim anima cum in toto sit corpore excellentius, & singularius est in capite, in quo sunt omnes sensus.* Hæc Bernardus.

Psalm. 141. super, addit illud Psalm. 141. *Me expectant iusti donec retribuas mihi.* Quasi nihili ducat Propheta quidquid in hoc sæculo Deus elatgiri potest, totam, & integram pietatis mercedem in futurum seculum cecinit asseruatam. Audi Bernardum. *Est ergo multitudo dulcedinis, quæ abscondita est, magna quidem, & magna valdè, nec dum tamen perfecta, quoniam in manifesto perficietur, non in abscondito. Quando non sub altari requiescent Sancti, sed super thronos tanquam Iudices residebunt.* Et infra. *Me expectant iusti ait Propheta: cum adhuc detinerentur in custodia corporis huius, donec retribuas mihi?*

Sibi similis est Bernardus serm. 7. in Psalm. *Qui habitat.* Quo in loco adducit illud. Psalm. 23. *Dominus virtutum ipse est Rex gloria.* Exquisierant cælestis aulæ ianitores. *Quis est iste Rex gloria? Quibus respondet, qui ouantem Christum comitabantur. Dominus virtutum ipse est rex gloria.* Hoc est, prius Dominus virtutum, postea Rex gloria in hoc sæculo Deus maiestatem suam occultat, in futuro autem quantus sit Rex palam facit. Ergo ille qui prius Dominus virtutum tantummodo videbatur, dum homines terrena inhabitarent loca, iam superna ingressi Regem gloria appellat. Audi Bernardum. *Ex præceptione presentium munerum firma est expectatio futurorum, & presentis gratiæ virtus, nimis credibiliter attestatur felicitatem promissa gloriæ, in Hymno quoque eundem votis cantamus patrem perennis gloriæ, in Psalmo canimus, quia misericordiam, & veritatem diligit Deus, gratiam, & gloriam dabit Dominus.*

10. Duo item alia mihi notanda ex Bernardo serm. 4. in festo omnium Sanctorum, imprimis adducit illud Ioan. 17. 3. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum.* Alia enim est cognitio Dei, quæ habetur in hoc sæculo, alia quæ in futuro, quam solum appellat vitam æternam: alia verò quantumcumque Deus manifestet longè abesse dicitur à vita æterna, vel potius alludit ad illud 1. Ioannis 3. 2. *Scimus enim quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, &c.* Ac si dicat: illa Dei cognitio, quæ fit per creaturas parum delectare animum potest, illa verò est vita æterna quæ est Dei in seipso, infert illud Psalm. 147. *Qui posuit fines tuos pacem.* Id est, te Deus in futura beatitudine constituet, ut æterna pace fruaris, sed quamam ratione id Deus perficiet? *Et adipe frumenti satiat te.* Si quid in hoc sæculo gaudij, & lætitiæ est, surfures sunt, at in æterna beatitudine placentis ex frumenti adipe confectis te Dominus cibabit. Ne ergo sis, ut ille alius qui volebat implere ventrem de siliquis. Audi Bernardum. *Et videamus eam sicuti est, non modo sicuti est in nobis, videlicet, aut cæteris creaturis: sed sicut est in semetipso. Vnde duo illa, (scilicet cognitio Dei in nobis, vel in aliis creaturis) veluti circumiacentia esse videntur, quæ prædiximus, & quasi ex cortice tritici. Hæc verò cognitio summa beatitudinis triplici medulla adeps frumenti, quo nimirum ciuitas Ierusalem satiatur.*

Et serm. 4. ex diuersis rem confirmat collatis inter te duobus locis. Prior est Thren. 3. 25. *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.* Homines in hac vita Deum quærimus, in futura consequimur, si tam dulce est, & bonum Deum sequi, quanto dulcius, & melius consequi? Insuper adducit illud Cant. 4. 11. *Fauus distillans labia tua sponsa mel, & lac sub lingua tua.* Difficilem fecit sententiam vox illa: *sub lingua tua.* Nam sensorium & organum gustus non sub lingua est, sed in cuspide ipsius linguæ, vel in neruis, qui spongiosa carne linguæ conteguntur, vel saltem in palato. Non ergo aptè sponsus, mel, & lac sub sponsæ lingua constituit; iuxta anagogem sensus est: si sub lingua vbi sensorium gustus non est, adeo te mel & lac indulant, quid si supra linguam vbi officina gustus est, imponerentur? Si terrena nonnulla tanta nos voluptate afficiunt, quanta quæso nos cælestia perfunderent? Accipe Bernardum. *Bonus es Domine animæ quærenti te, si quærenti, quanto magis inuenienti: si tam dulcis eris memoria, quanto magis presentia? si mel, & lac dulce est sub lingua, quid erit supra linguam?*

Psalm. 147. 3. Id est, te Deus in futura beatitudine constituet, ut æterna pace fruaris, sed quamam ratione id Deus perficiet? *Et adipe frumenti satiat te.* Si quid in hoc sæculo gaudij, & lætitiæ est, surfures sunt, at in æterna beatitudine placentis ex frumenti adipe confectis te Dominus cibabit. Ne ergo sis, ut ille alius qui volebat implere ventrem de siliquis. Audi Bernardum. *Et videamus eam sicuti est, non modo sicuti est in nobis, videlicet, aut cæteris creaturis: sed sicut est in semetipso. Vnde duo illa, (scilicet cognitio Dei in nobis, vel in aliis creaturis) veluti circumiacentia esse videntur, quæ prædiximus, & quasi ex cortice tritici. Hæc verò cognitio summa beatitudinis triplici medulla adeps frumenti, quo nimirum ciuitas Ierusalem satiatur.*

Pro nobis exponit Bernard. serm. 8. ex variis illud Rom. 1. *Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Vt enim præclara facinora eximij alicuius viri ne excidant, literis mandamus: vel sicut immensos tractus maris, & terræ exigua charta describimus, ut breuis illa figura immensa spatia ante oculos collecta proponat, haud aliter imaginem felicitatis beatorum oculis hauriendam in hac rerum vniuersitate Deus depinxit. Hic liber est apud Ezechielem, qui solum continet lamentationes carmen & væ. Etenim quidquid est in hoc sæculo triste de penis damnatorum nos admonet: è contra verò quidquid suauæ beatorum

Eodem sermone 4. exponit Bernardus illud Cant. 2. *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Per dexteram intelligit beatorum gaudia, per sinistram temporalem felicitatem. Ergo sinistra sponsi ad cubitum supponit, dexteram verò eandem amplexando indissolubilis amicitia fædera sancit; hoc est temporalia gaudia qualemcumque quietem homini præbent, vna beatitas firmat. *Transcendit enim, (ait Bernardus) beata anima Christi incarnationem, & humanitatem, quæ nimirum leua iure vocatur, ut diuinitatem eius, & maiestatem, quam non incongruè dexteram nominat, contemplerur.*

12. Pro nobis adducit Bernardus sermon. 5. in festo omnium Sanctorum illud Psalm. 33. *Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Cui respondet, *inquire eam, & persequere eam.* Id est, ô vos, quibus cordi est voluptates confectari, exquirite, persequimini, donec lassati fateamini eas voluptates assequi non posse. Vnde Propheta non dixit; & inuenies, sed persequere eam, id est, etiam si sequaris, & persequaris non tamen assequeris. Nam in

Bernardus. beatorum gaudio designat. *Et est*, (ait Bernardus) *veluti communis quidam liber, & catena alligatus sensibilis mundus iste, ut in eo sapientiam Dei legat, quicumque voluerit. Erit tamen cum cælum plicabitur, in quo utique deinceps legere non habeat necesse, quoniam erunt omnes docibiles Dei.*

17. Inferenda insuper sententia Bernardi serm. 52. ex paruis ad illa verba Cant. 5.2. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Ferula, & pocula suis conuiuis sponsum propinat: sed ea differentia, ut amicis, & charis esculentia, charissimis verò, & amicissimis poculenta exhibeat. Etenim, quæ mandimus cum labore aliquo dentibus terimus, at quæ bibimus nulla difficultate in stomachum traicimus. Ergo amici, id est, dum in hoc sæculo viuimus mandimus. At illi qui amicissimi sunt, id est, qui beatitudinem incolunt, bibunt, nulla enim difficultate gaudia exhauriunt æterna, inducit insuper illud. *In sudore vultus tui, &c.* Puniturus Deus hominem, ait, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Non verò bibes. Si specie tenus Dei verba suspiciamus non nihil difficultatis habent, nam tanti imò quandoque pluri homini constat vinum ad potum, quam panis ad esum. Altiori autem sensu expedita sunt omnia. Etenim, quæ in hac vita delectant multo pretio & difficultate comparantur, in futura verò expedita sunt omnia & facilia. *Prius comedunt* (ait Bernardus) *dum in carne adhuc corruptibili degunt, postmodum verò in carne exuti, & in cælum translati iam bibere dicuntur ea, quæ prius comederant, quia iam sine specie contemplantur sine labore, quæ prius per se crediderant, dum in corpore positi peregrinarentur à Domino, ut in sudore vultus sui vescerentur pane suo.*

Bernardus. *Querit Bernardus serm. 2. in festo omnium Sanctorum quid sit in causa, ut felicitas quandoque dicatur hominum requies, quandoque Dei? Requies hominum dicitur Psalm. 114. Convertere anima mea in requiem tuam. At Psalm. 131. Appellatur requies Domini. Exurge Domine in requiem tuam.* Dubio facit satis Bernardus: scilicet temporalis felicitas requies dicitur hominis, sed beatitudo Dei requies. Sicut enim infinita distantia Deus Optimus Maximus cuiuscunque rei naturam excedit, non aliter terrena hæc quæ nonnullis affulget felicitas ab æternis illis gaudiis superatur. *Interim* (ait Bernardus) *inquam conuertentur anima illa in requiem suam, qua intrare mereantur in requiem Domini, adhuc laudent eas in portis opera sua donec veniat; tunc enim erit unicuique laus à Deo.*

18. *Querit Bernardus serm. 2. in festo omnium Sanctorum quid sit in causa, ut felicitas quandoque dicatur hominum requies, quandoque Dei? Requies hominum dicitur Psalm. 114. Convertere anima mea in requiem tuam. At Psalm. 131. Appellatur requies Domini. Exurge Domine in requiem tuam.* Dubio facit satis Bernardus: scilicet temporalis felicitas requies dicitur hominis, sed beatitudo Dei requies. Sicut enim infinita distantia Deus Optimus Maximus cuiuscunque rei naturam excedit, non aliter terrena hæc quæ nonnullis affulget felicitas ab æternis illis gaudiis superatur. *Interim* (ait Bernardus) *inquam conuertentur anima illa in requiem suam, qua intrare mereantur in requiem Domini, adhuc laudent eas in portis opera sua donec veniat; tunc enim erit unicuique laus à Deo.*

§. III.

19. **E**St insuper lætitia spiritualis, qua Deus animas sanctorum perfundit, præcipue enim dum cœlestia meditantur, tanto afficiuntur gaudio, ut quantumque terrenam lætitiā excedant; ex quo etiam illius æternæ felicitatis vim venari possumus, si enim rerum diuinarum contemplatio animos exhilarat, quid clara Dei visio efficiat, Bernardus sermon. 1. de Ascensione hanc sententiam autumat subesse verbis Apostoli ad Colossenses 3, 1. *Si consurrexistis cum Christo qua sursum sunt querite, &c.* Si spiritualiter cum Christo surrexistis, hoc est, si relicta terrenarum rerum facie vos tangit cœlestis patriæ amor, quo Christus ascendit, & capitis illius dulcedinis experimentum aliquod capere virtutis dulcedinem, prægustate quæ maxime copiam illius gaudij refert. Totam rem paucis absoluit Bernardus. *Si querimus quæ supra sunt, etiam sapere, & prælibare interim studeamus.*

20. Bernardus serm. 2. in festo omnium Sanctorum adducit pro hac re illud Psalm. 4.7. *Multi dicunt, quis ostendet nobis bona? Quibus Propheta hæc. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiā in corde meo.* Quæ hunc sensum efficiunt, cum aliqui me differenter audiunt de beatorum præmiis, & æternæ felicitate, sciscitantur ô David ubi sunt hæc quæ nobis prædicat gaudia, vel quis ad hæc nos manu ducet? Quibus ego: si experimentum aliquod huius rei capere satagitis, cœlestium rerum contemplationi vela pandite; hæc enim ita vos exultare faciunt, ut aliquam veluti imaginem æternorum gaudiorum animis vestris imprimant. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Ut nobilitia virorum gentilitia stemmata res præclarè gestas à maioribus suis sub quadam imagine adumbrant: non aliter Deus Optimus, Maximus voluit nobis superesse argumentum illius æternæ felicitatis, quod non aliud est, à lætitiā sanctis viris in contemplatione concessa. *Adhuc* (ait Bernardus) *signatum est super nos lumen vultus tui Domine, & licet non plenam, habent tamen lætitiā in corde suo. Donec veniat dies illa qua implebit nos lætitiā cum vultu suo.*

21. Fauet idem Bernardus serm. 5. in festo omnium Sanctorum ad illa verba Ioëlis 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Hoc est, Sanctorum beatitudinem imitami qui me intuendo gaudiis immensis perfruuntur. Sed qua ratione ô Propheta Sanctorum felicem visionem, & gloriam prægustabimus? *In ieiunio, & fletu, & planctu scindite corda vestra & non vestimenta vestra.* Hoc est, in virtutum operibus exercete vosmetipsos, tentaque ibi gaudiorum copia perfundemini, ut Sanctorum beatitatem prælibare videamini. Audi Bernardum. *Conuertimini ad me in toto corde vestro. Sed quomodo? in ieiunio, inquit, & fletu & planctu. Mirares! ita ne in ieiunio tu versaris, & in fletu degis, & in planctu habitas? Quæ sitis autem respondet. Iustus autem in lætitiā & exultatione, qui verò nondum iustus est, non nisi in ieiunio, & fletu, & planctu respiciet.* Hoc est, beati ad Deum conuertuntur per visionem clarā, viatores per virtutum opera.

22. Nec multis interiectis idem Bernardus præsentem rem euincit ex illo Cant. 5. *Caput eius aurum optimum, coma capitis eius sicut elata palmarum, nigra sicut cornus.* Caput quod modo aurum nominauit, statim nigrum appellat. Quæ huius rei causa? Nimirum idem Deus, qui caput est vniuersi, & beatis hominibus aureus, & in hac vita degentibus subniger, & suffucus apparet. Expono: illi dum Deum nimia luce circumfusum oculis excipiunt, beati sunt, & felices: nos verò eidem felicitati appropinquamus, quando eum sub pœnitentiæ, & lacrymarum ferrugine quærimus. *Etenim vrisque est caput vnum* (scilicet beatis, & viatoribus hominibus ait Bernardus) *Sed non vno modo membris omnibus exhibetur, quibusdam enim exhibetur caput hirsutum spinis inclinatum in cruce, ut humilietur pariter, pariter compungantur, quibusdam gloriosum apparet, ut ab ipso glorificentur.*

§. IV.

23. **I**Tem ex pretio quo beatitudo emitur pro eius magnitudine argumentum sumitur. Hic enim nec emptorem præmia fallunt, nec venditorem auaritia sollicitat, sed iusta omnia præstant mercede. Si ergo ubi æquo prætio emuntur & vendantur omnia, beatitas tanti constat, quis poterit illius valorem aperire? Quis, non dicam digna oratione extollere,

extollere, sed neque recensere quidem valet Sanctorum Martyrum dira tormenta, quis cruciatus, quibus se affligebant Sancti Confessores? quis in seruanda castitate virginum prælia? Hæc non modo vim fandi superant, sed & mentis captum excedunt. Quanti ergo beatitudo valet, quæ tali pretio emitur? Bernardus sermon. 72. in Cantica phrasim notat scripturæ, quæ videlicet virtutum exercitium, quod in hoc mundo fit vocat esum: at Dei visionem potum appellat. Quia videlicet dum manditur, dum cibus molitur, aliqualis labor infumitur. At in potu nullus omnino labor est. Hac ratione exponit illud Canticorum 2. 16. *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspiraret dies, & inclinentur umbra.* Expende illud, donec, mandit quidem sponsus meus, & dentibus cibum terit: sed quousque tandem hoc continget? *Donec aspiraret dies, &c.* In hac mortali vita. Post hanc verò non manducandum, sed bibendum erit, iuxta illud Lucæ 22. 18. *Et accepto calice gratias egit, & dixit. Accipite, & diuidite inter vos: dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.* Scilicet cessabit omnis labor, cum ad illam æternam patriam peruenerimus. *Sponsa ergo* (ait Bernardus) *conscia mysterij huius cum dilectum pasci inter lilia comperisset, ac perhibuisset, constituit terminum, quoad id dignaretur. Inò constitutum agnouit, ac perhibuit, dicens: donec aspiraret dies, & inclinentur umbra: sciebat enim virtutibus eum postea potandum, potiusquam pascendum. Conuenire videtur, & consuetudo est, quia post cibum potus de more solet. Nimirum, vt is, qui ante fercula plenos exhaurit cyathos, ad manducandum sibi viam occludit, non aliter, qui in hac vita degentes gaudia, delicias, & oblectamenta præripere gestiunt, sibi ad æternam fælicitatem viam obstruunt.*

Cant. 2. 16.

Lucæ 22. 18.

Bernardus.

24.

Bernardus.

25.

Lucæ 23. 42.

Bernardus.

Psal. 106. 4.

nardi. *Euntem in regnum, &c.* Non petit latro ad viam paradisi duci, sed in paradysum introduci: scilicet labores, & cruciatus ad beatitudinem esse viam nouerat, seque in cruce pendentem, viam hanc terere non dubitabat: tantum ergo de ingressu est sollicitus. Tum etiam expende verba illa Bernardi. *Sed vis nosse quam compendiosa via, &c.* Petiuit latro in cruce pendens vt Dominus sui meminisset, cum longa illa via, qua ad patriam itur peracta in regnum perueneret: sed Dominus tunc adhuc in fide hominem instruit illis verbis. *Hodie mecum eris in paradiso.* Ac si dicat, ne putes longam terendam esse viam, multisque difficultatibus implexam, & brevis via est, & facilis, & vix vnus diei. *Hodie mecum eris in paradiso.* Quis ergo deinceps viam ad virtutem, vel ad gloriam, vel longam, vel difficilem asserat.

Insuper Bernardus sermone de sancto Benedicto adducit illud Isaiæ 14. 13. *Qui dicebas in corde tuo, in caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* Iis describit Propheta damnatorum Angelorum peccatum; quia scilicet non stantes, non ambulantes, sed sedentes effutiebant, se posse beatitudinem obtinere: hoc est sine vilo labore. Magnam Deo irrogat iniuriam, qui nullis perpeffi laboribus se credit in beatorum numerum conscribendum. Et hunc sensum credit Bernardus subesse illis Apostoli verbis 1. Corinth. 6. 3. *Nescitis, quia & Angelos iudicabimus?* De quo rogo crimine reos Angelos iudicabimus, & condemnabimus? Reor ait Bernardus, quia labore sine vilo beatitudinem appetere ausi sunt. Nos verò, quot difficultates deuorauimus? quot fluctus perpeffi sumus? quot labores exantlauimus. Infero verba Bernardi. *Sedebam in monte testamenti, similis ero altissimo. O impudens, ô imprudens, millia millium ministrabant ei, & decies centena millium assistunt, & tu sedebis? Cherubin (ait propheta) stabant, & non sedebant, quid laborasti, vt iam sedoas? Omnes administratorij sunt spiritus missi in ministerium propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, & tu sedebis? quid fecisti, vt iam metas? Nescitis, ait Apostolus, quia, & Angelos iudicabimus. Ipsi vtique, ibant, & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient portantes manipulos suos.* Verba sunt Psalm. 125. Vbi Dauid sudorem & lachrymas semina appellat beatitudinis. Vt enim ex messe fructus, & proventus metimus; sic ex labore æternam fælicitatem.

26. Isai. 14. 13.

1. Cor. 6. 3.

Bernardus.

Adde eundem Bernardum sermone 1. de Natiuitate Virginis, dum tractat verba illa Canticorum. *Vox turturis audita est in terra nostra. Quid quæso est in causa, vt cum alias aues magis vocales posset indices aduentantis veris in medium adducere, folius meminerit, turturis? Nimirum, quia hæc magis gemere quam cantare videtur. Ergo gemitus, & dolores instantem beatitudinem certissime protendunt, non cantus, non dulcis sonus. Planè vox turturis (ait Bernardus) qua tam viuenti, quam mortuo singulari vtique castimonia suo compari persueuerat: vt eam, neque mors, neque vita à Christi separet charitate. esto ergo illi, & tu nihilominus persueuerans, vt nullis ab eo, aut flagellis aut laboribus, auertaris. Et infra; nimirum & supra inuenistis, in eodem Cantico euidenter expressum est, quod strom apparitio, turturis comitetur auditum. a la medida de los gemido: de la tortola sera la corona de rosas en la gloria.*

27. Cant. 2. 12.

Bernardus.

Sibi similis Bernardus statim post relata verba, num. præcedenti adducit illud Genesis 32. 24. *Ecce vir luctabatur cum eo, sed vsquequo: vsque mane. Nemo fælicitatem præripere gestiati, sudandum nobis est,*

28.

Bernard.

est, donec beatorum felicitatis mane illud, & rutilans aurora appetat. en Bernardus: *Luctare cum Angelo ne succumbas, quia regnum coelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. An non lucta, dilectus meus mihi, & ego illi notam feci dilectionem suam, experiatur, & tuam. In multis enim teneat te Dominus Deus tuus. Declina sapiens, sed non ira. Probationis istud est non reprobationis. Sustinuit te dilectus, sustine tu dilectum: sustine, viriliter age, non illum vicere peccatatus, te quoque illius flagella non superent: & obtinebis benedictionem. Sed quando? quando aurora fuerit, quando aspirauerit iam dies, cum stabilieris Ierusalem laudem in terra. Ecce vir luctabatur cum Iacob usque mane. Audiam fac mihi mane misericordiam tuam, quia speravi in te Domine.*

29.

Eccle. 44. 14.

Accinit Bernardus sermone 1. in festo omnium Sanctorum, expendens, verba, quae noster author habet capit. 44. 14. ubi loquens, de sanctis viris, qui nos praecesserunt, ait: *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem, & generationem. Id est, sancti viri corporea sarcina circumdati omnino miseram vitam transegerunt: at cum primum corpore exuti sunt, statim vita affulsit, statim vixerunt, vitamque ducere ceperunt, qui prius mortui ærumnisque sepulti videbantur. Ergo hac ratione Bernardus. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum vivunt in seculum seculi, id est, quorum gloria nunquam sepelitur.*

Bernard.

30.

Bernardus.

Idem Bernardus sermone in vigilia sancti Andree: *quid est enim quod ieiunijs solemnibus praevenerimus, nisi quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei? est autem uniuersum praesentis poenitentia tempus vigiliae solemnitatis magni, & aeterni sabbathi, quod praestolamur.* Hac Bernardus. Quibus verbis

Ad Heb. 4. 9.

alludit ad illud Pauli Hebraeorum 4. 9. *Itaque relinquatur sabbatismus populo Dei.* Ergo Paulus beatitudinem sabbatismum non sabbathum appellavit, nouo confecto vocabulo: hoc est continuatis sibi-que succedentibus sabbathis, æternum sabbathum, & perpetua celebritas. Quid ergo mirum, si perpetuum festum longiorem habeat vigiliam, ex qua illud venari possimus.

31.

Apoc. 14. 13.

Insuper Bernardus sermone 4. de Dedicatione Ecclesiae exponit pro nobis, illud Apocalypsis 14. 13. *Amodo iam dicit spiritus, ut requiescat a laboribus suis.* Dum viuimus spiritus, & caro diuersa omnino & contraria imperant: nimirum spiritus classicum canit, bellum indicit, manum cogit, exercitus mouet, labores, & pugnas perperuas protendit: & è contra caro requiem, otium, & pacem meditat. At cum corpore libera æternam illam felicitatem anima incipit habitare, è vestigio receptui canit, perpetuam pacem, & tranquillitatem insequitur. Ergo in hac vita semper laborandum, vt tandem in futura laborum fructibus reficiamur. Conceptam sententiam exprimit his verbis Bernardus: *Ipse enim amodo iam dicit spiritus, ut requiescat a laboribus suis, qui tanto feruore otium hactenus interdixere, labores indicere consuevit.*

Bernardus.

32.

Ioan. 2. 10.

Idem sermone 26. ex variis verba illa Architrilini seu conuiuarum regis sensu morali ad nos deflectit, quae habentur, Ioannis 2. *Seruasti bonum vinum usque adhuc.* Duo vini genera importauit pocillator conuiuii, alterum ex vuis expressum, quod Dominus conuiuii parauerat, alterum quod ex aqua Christus effecerat: ex quibus non illud, sed hoc bonum vinum Architrilini appellavit. Sunt qui in hoc saeculo voluptates vndique capent, nihilominus consecuturos æterna gaudia se autumant: hi quidem ex vuis vinum intendunt conficere: sed hoc iudicio Architrilini reprobat. nec

diuino importatur conuiuium. Sunt alij, qui aquam in vinum vertant, hoc est ex praesuris, & laboribus, quos in hoc saeculo perpetuuntur, in spem futurorum erigantur praemiorum. Hoc voce praefecti conuiuii bonum vinum est: quodque caelestibus conuiuii propinatur. Hoc Christus Dominus consolans discipulos innuit Ioannis 16. *Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Hoc est, ea mensura gaudiorum vinum excipietis, qua prius aquam tribulationis hauseritis: ergo implete hydrias aqua. Hac sunt verba Bernardi: *Bonum vinum non ex vinea impuritatibus: sed ex hydria purificationis hauritur. Bonum vinum non ex vna gomorrha conficitur, sed ex aqua Iudae. Seruasti mihi, inquit, bonum vinum usque adhuc.* Et infra Sic, & Apostoli plane gaudium aqua factum gustauerant, quando ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitii sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Quomodo non vinum ex aqua, gaudium ex contumelia? Nimirum, implebatur iam sententia veritatis, quae ad nos facta erat, hoc modo. Tristitia vestra conuertetur in gaudium, hoc est, aqua vestra vertetur in vinum.*

Ioan. 16.

Bernardus.

33.

Cant. 5. 4.

Idem Bernardus, sermone proxime allegato, aptè exponit illud Canticum 5. *Comedi fauam cum melle meo.* de æterna felicitate sub trita metaphora conuiuii, verba facit sponsus. In quo conuiuium, non liquidum, & purum mel, sed fauam comedisse, asserit. Etenim apes natura duce cellulas ex cera fingunt prius, vt tenax materia diffusentia mella continere possit. Beatitudo ex sententia Bernardi melli comparatur: igitur in hac vita, ex duriori materia, nempe ex virtutum laborioso exercitio cellulas compingamus, quae postea caelesti melle compleantur. Cera enim mensuram mellis continet. *Vnde autem (Bernardus loquitur) hoc gaudium interim nisi de iustitia, & pace procedit? Ipsa ergo procedat, tanquam cellula mellis, vt facile adhuc labilem liquorem suauitatis, solidior possit materia continere. Erit autem, cum simplici ipso melle fruamur, & gaudium nostrum purum & plenum erit, vt non modo in spiritu, sed ipso quoque spiritu gaudeamus.*

Bernard.

34.

Illud interim addam, eos laborum fluctus hominum vitam obruere, vt licet beatitudo nullum secum gaudium, nullam felicitatem importaret: si tamen huius vitae miseria ab hominibus auerteret; mirum in modum foret expectanda. Huius rei testis est Bernardus in Psalmum. *Qui habitat.* Vbi adducit illud ex Psalm. 114. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Sed nobis, o Propheta, hanc tuam requiem, quam adeptus es felicitatemque, expone? *Qui eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu. Placebo Domino in regione viuorum.* Hoc est, etiamsi beatitudo nullum mihi bonum importasset, praclare mecum factum existimarem, dum me ab huius saeculi periculis tutum reddidit. In quem sensum, infert Bernardus, integrum Psalmum 90. quem explicandum susceperat. Etenim intendens Propheta Dei erga iustum hominem tutelam, & patrociniū, & quanta cum felicitate donet, exponere: non alicuius boni possessionem, sed tantum malorum remotionem connumerat. *Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, &c. Et infra. Super aspidem, & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, &c. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, &c. Quae omnia solam malorum declinationem praesferunt. Quasi beatis hominibus hac vna pro felicitate suffice*

Psal. 114. 7.

Psal. 90.

Bernardus. *fufficeret. Proprium enim est afflictorum (ait Bernardus) ut molestiis eximi summam reputent felicitatem, & cavere miseria summam beatitudinem arbitrentur: unde propheta in Psalmo: conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: nec ulla tantum colata munera felicitatis enumerat, sed adiungit, quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. In quibus sanè verbis patenter indicat, quantam sibi requiem, quantamque Domini beneficentiam iudicet à tribulationibus, & periculis liberari. Cui profecto sententia illud quoque, quod de Psalmo 90. hodie nobis tractandum est, simile inuenitur. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Adde illud Apocalypsis 7.17. & 21.4. Et absterget Deus, omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Agit hoc loco Euangelista de beatorum felicitate, neque aliud quidquam enumerat quam lachrymarum abstersionem, mortis, luctus, clamoris, & doloris ablationem. Quasi haec rerum, ablatio sine aliorum bonorum donatione satis esse possent ad beatitudinem.*

§. V.

35. **I**llud quoque beatitudinem fuscipere nos cogit, quod nullo alio pretio, quam virtute emitur. Virtus enim hominum vires excedit, nec nisi diuino numine freti, mortales eam attingere possunt, aliaque omnia longè pretio excedit. Rem hanc multis probat Bernardus sermon. 27. In Cantica. In primis illo versu. Psal. 88. *Iustitia, & iudicium preparatio sedis tue.* Hoc est, nisi virtutibus sessionem nobis in beatitudine præparemus in casuum sessuros speramus. Insuper adducit illud Matthæi 21. 7. *Et adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.* Non nudo pecoris tergori infedit Dominus, sed discipulorum vestibus straro: oportet ergo virtutum vestibus ornare animam nostram, vt illi Deus infideat. Tandem ex illis verbis Psal. 44. *Vbi multus est Propheta in annumeranda, & extollenda sponsæ pulchritudine; nimirum à vestibus, à suauolentia, & odorum fragrantia. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate, &c. Myrrha, & gutta, & casta à vestimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filia regum, &c. Vt enim priusquam virgines in sponsi thalamum adducerentur, in gynæceo detinebatur, & miro artificio excolebatur earum pulchritudo, vt digno matrimonio copularentur: non aliter oportet virtutum pigmentis animum nostrum oblinire, vt dignè in æterna beatitudine sponsio Christo adscribatur. His verbis hæc omnia congescit Bernardus. *Nec enim perpetua beatæque vitæ omnino locus in anima est, nisi medijs quidem interiectisque virtutibus. Vnde Propheta Deo (qui vitæ vitæ beata est) iustitia, inquit, & iudicium preparatio sedis tue. Et Apostolus dicit: Christum habitare non omni modo quidem, sed signanter per fidem in cordibus vestris. Domino, quidem sessuro super asellum vestes suas discipuli substrauerunt, significantes saluatorem nequaquam insidere nuda anima, quam non videlicet vestitam inuenerit doctrina & moribus Apostolorum. Et ideo Ecclesia promissionem habens futura felicitatis, curat interim preparare, & ornare se in vestitu deaurato circumdata varietate gratiarum atque virtutum.**

36. Bernardus serm. 6. de aduentu ait: duplicem homines celebramus aduentum Christi Domini: alterum, in quo venit carne indutus reformaturus animas nostras, de quo Ioannis 1. Baptista ait: *Ecce*

agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Alterum, in quo gloria conspicuus Dominus venit reformaturus animas nostras, de quo Apostolus ad Philipenses 3. *Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformatuit corpus humilitatis nostre.* Ergo qui in secundo aduentu vult reformari corpus suum, in primo, quem modo celebramus reformet animam suam. Nisi enim modo animam nostram per virtutes in sanctorum partem transferamus, nequaquam corpora nostra æternæ claritatis radios excipient. Ergo ita Bernardus. *Propterea noli, ô corpus, noli præripere tempora, potest enim impedire anima tue salutem tuam, ipsius operari non potest. Et infra: stituit in te anima, quâ multipliciter tibi caro mea, desiderabat quidem anima prophetalis aduentum priorem. Quo se nouerat redimendam: sed multo amplius anima desiderabat aduentum posteriorem, & glorificationem suam.*

Idem Bernardus sermone 1. de sancto victore nonnulla congerit pro hac veritate. Inprimis illud ex Psalmo 126. *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Id est, in casuum conamini ad æternam felicitatem assurgere, nisi prius in virtutibus conquieveritis, & illud ex Psalmo 88. *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabuntur.* Sed quam ratione hanc voluptatem capient? *Quoniam gloria virtutis eorum tu es.* Non dixit Deum futurum gloriam eorum, sed gloriam virtutis eorum, quia nisi quis prius in virtutibus se exercuerit, frustra gloriæ coronam ambit. ait Bernardus. *Non erecti plane sed peruersi est animi, ante querere gloriam, quam exercere virtutem, & velle coronari, qui legitime non certauerit, vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere, ita est, frustra ad celsitudinem inimitur gloria, qui prius non claruit virtute. Frustra fatua virgines sponso obuiam surgunt quarum lampades extinguuntur, & ideo fatua, quia vacuis gloriantur lampadibus virtutis oleum non habentes. Absit mihi gloriari nisi in gloria illorum, quibus Propheta congratulans, ait: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabuntur; quoniam gloria virtutis eorum tu es. Pulchro non eorum, sed virtutis eorum gloria commemoratur. Quæ enim sine virtute est gloria, profecto indebita venit, præpropere affectatur, periculose captatur. Virtus gradus ad gloriam, virtus mater gloria est, fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturunt.*

Bernardus sermon. 3. de Assumptione aptè notat verba illa Lucæ 10. *Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quadam Martha nomine excepit illum in domum suam, & huic erat soror nomine Maria, &c. Domus sanè, qua Christus hospitio excipitur duabus sororibus Mariæ & Marthæ communis est. Nec tamen de Maria vlla fit mentio, sed sola Martha dicitur Dominum intra suas ædes recepisse. Nimirum iuxta anagogem. Martha pluribus intenta, & in parando Christo conuiuio occupata significat, vitam præsentem. At Maria contemplationi addicta symbolum est futuræ felicitatis. Ergo nisi prius Dominum Martha exceperit, frustra Maria contemplationem, & secessum quærit, quia videlicet, nisi virtute præeunte, nequaquam ad felicitatem peruenitur. Quem sensum habet Bernardus his verbis. *Quid si lucam hanc cogites domum, facile erit nosse, quemadmodum mea Dominum Martha magis excipiet, quam Maria. Quod enim ait Apostolus, glorificate & portate Deum in corpore vestro Martha dicitur non Maria.**

More suo multa loca congerit Bernardus ad hanc

Psal. 88. 15.

Psal. 44. 10.

Bernardus.

Ioan. 1. 37.

Philip. 3. 20.

Bernardus.

Psal. 126. 2.

Psal. 88. 17.

Bernardus.

Lucæ 10. 38.

39.



hanc rem firmendam sermone 2. in festo omnium Sanctorum, in primis illud ex Psalmo 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, ut enim sigillum eandem, quam ipse habet figuram imprimi, ita virtus sigillum est gloriæ, quæ omnino ad virtutis mensuram donatur. Et illud Prouerb. ultimo. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera eius. Solum enim manus propriæ ibi fructus percipitur, neque alienos labores præripere fas est; posterius emittichium, nimirum. Et laudent eum in portis opera eius, exponit ex verbis illis Apocalypf. 14. 13. Opera enim eorum sequuntur illos. Quasi dicat, excedentem vita hominem opera comitantur vsque ad cælorum portas, sed quam ob causam? Ut laudent eum in portis opera eius. Quia nisi operum nostrorum testimonio anima fulciatur, ab ingressu illius cælestis ciuitatis longè à ianitoribus arceatur. Ergo operum testimonio muniri opus habet, qui in cælestem patriam admitti desiderat, inuigilant enim superni ianitores, nec quemquam sine hoc testimonio irruere sinunt. Inferuit etiam Bernardus verba illa Prophetæ. *A fructu frumenti, & vini, & olei multiplicati sunt.* Hoc est, propter elemosynas, quas pauperibus erogauerunt magnam cælestium bonorum vim sibi compararunt, hæc omnia his verbis inferit Bernardus. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Unde? Planè ex his quæ sequuntur, a fructu frumenti vini, & olei sui. Audiuisti enim eiusmodi anima vocem dicentis, date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera eius. Unde Ioannes scribere iubetur in Apocalypsi: quoniam beati mortui, qui in Domino moriuntur. Quare beati? amodo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Unde & in ipso de quo ante loquebamur Psalmo, eis, quæ supra posuimus verbis adiunctum est, in pace in id ipsum dormiam, & requiescam, & de operibus habemus in Apocalypsi. Opera enim illorum sequuntur illos. Ad quid verò sequuntur, nisi ut laudent eos in portis?**

Demum multa alia congerit ipse Bernardus sermone 21. in Cantica: nonnulla euoluam: alia expositore non egent vnde satis erit si ipsa Bernardi verba in medium afferamus. In primis illud est Cantic. 1. *Trabe me post te, in odorem curremus inuentorum tuorum.* Non ait traheme ad te: sed, *trabe me post te.* Etenim post illum trahitur, qui per virtutum opera Christum ad beatitudinem insequitur, ad illum verò trahitur, qui Dominum in gloria comitatur. Ergo trabe me post te, id est, prius me in virtutum gymnasio exerce vt post luctam merear coronari. Frustra enim ante pugnam coronam quis expectat. Et infra adducit illud Ioannis 14. 6. *Ego sum via veritas, & vita.* Prius via, ac tandem vita. Prius virtutum viam carpere oportet, ac tandem licebit ad vitam peruenire. Audi Bernardum. *In his quippe maxime opus est adiutorio, quo valeat abnegare semetipsum, & tollere crucem suam: & sic sequi Christum. Quam pauci post te Domine Iesu currere volunt, cum tamen ad te peruenire nemo est, qui nolit. Hoc scientibus cunctis: quia delectationes in dextera tua vsque in finem. Et propterea volunt omnes te frui, at non ita, & imitari, conregnare cupiunt, sed non compati: ex illis erat ille, qui dicebat moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia: optabat sibi extrema priorum, sed non ita, & principia. Mortem spirituales optant sibi etiam carnales, quarum tamen vitam abhorrent. Non curant querere, quæ tamen desiderant inuenire, cupientes consequi, sed non sequi non sic illi, quibus aiebat: vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, notas eis fecistis vias vitæ, vocans eos post te, quia via, & virtus es.*

Item, quod non solum, quisque de sua gaudet beatitudine, sed etiam alienam felicitatem propriam reputat, & communicatis gaudiis cuiusvis gloria in immensum penè excrescit. Ergo si singuli beatorum propriam felicitatem vix capere, & continere possunt, dum aliorum omnium beatitudine crementa suscipit, quousque quæso cumulus ille beatitudinis perueniet? Etenim si exiguus fons in fluentium riuiorum crementis auctus in immensam pene magnitudinem excrescit, & longè latè que patenti alueo, in mare se exonerat, quid de cuiusvis beati felicitate dicendum erit, quæ ex singulorum beatorum gaudiis vires capit? Etiam hac in re patronum habeo Bernardum. Multa inferit sermone 27. in Cantica, quæ ex illis aculeum habere videntur, in hunc locum transcribam. Primo adducit illud ex Psalmo 103. 3. *Extendens cælum, sicut pellem.* Hoc est, non solum beatorum cuiusque pro suorum operum rata portione cælum diuisit, sed ipsum cælum, ita extendit, vt cuiusvis alterius felicitatem etiam sibi propriam reputaret. Hunc sensum his verbis tradit. *Prorsus de hoc cælo minime sibi indignum ducit, ducere similitudinem. Hoc extensum, sicut pellis, non spatij tamen locorum, sed affectibus animorum.* Non multo post expendit Bernardus beatorum gaudia non modo appellari cælum, sed cælum cæli, vel cæli cælorum. Etenim vnusquisque Sanctorum cælum est propter propriam beatitudinem. Dicitur etiam cælum cælorum, quia beatitudinis gaudia mutuo sibi communicant, vt enim cælum quodlibet suum proprium motum habet, præter quem & ab alterius cæli motu rapitur, non aliter singuli beatorum propriis operibus debita beatitudine perfruuntur, verum, & de alienis gaudiis sibi crementa parant. Subdit Bernardus. *Quamobrem sicut cælum cæli dicitur illa multitudo collecta beatorum, sic, & cæli cælorum propter singulos, qui vtrique cæli sunt, nominantur. Et ad singulos spectat, quod dicitur: extendens cælum sicut pellem.*

Insuper idem Bernardus sermone primo de verbis Isaiaæ confert verba illa capitis 6. Huius Prophetiæ. *Vidi Dominum, &c.* Cum verbis eiusdem Prophetæ capite 53. *Vidimus eum, &c.* Vtrobique Deus videtur, sed alibi vidi per singulare, alibi vidimus, per pluralè, dixit Prophetæ; quia nimirum visio beata, & singulariter, & pluraliter enunciari potest. Singulariter quidem, quatenus cuiusvis meritis responderet: pluraliter verò quatenus & aliorum omnium visio diuina in singulis gaudium generat. Accipe verba Bernardi. *Non sine causa ibi vidimus scriptum est, & hic vidi: nisi, ut illam quidem intelligas esse communem, hanc verò singularem.* Addit Bernardus serm. 14. ex variis id mysticè significasse Ioannem verbis illis Apocalypfis 21. 18. Agentem de beatitudine sub ciuitatis cuiusdam allegoria. *Ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Auream dicit cælorum ciuitatem, propter claritatis splendorem: vitream verò, quia cuiuscumque beati felicitas cæteris omnibus perspicua erit, vt singuli ex aliorum beatitudine gaudiorum incrementa capiant. Non metuant suspiciones, (ait Bernardus) quia ciuitas illa iuxta Ioannem purissimo vitro similis erit, vt sicut per vitrum lucidissime cernimus, sic aliorum conscientias lucidissime cernamus.* Fortè Bernardus alludit ad verba, quæ in eodem capite Apocalypfis paulò inferius habentur. *Plateas ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.* Est enim platea, vbi ciues

41.

Psal. 103. 3.

Bernardus.

Bernardus.

42.

Esa. 6. 1.

Esa. 53. 2.

Bernardus.

Apoc. 21. 18.

Bernardus.

Apoc. 21. 18.

ciues conueniunt, secum inuicem negotia tranſacturi. Ergo hæc vitro mundo conſtat: quia alios expectorare non erit neceſſe, aut verbis animi ſenſa promere: ſed ſingulis palam erunt alterius gaudia, & beatitudo, & proprio gaudio ſocium afficiet.

§. VII.

43. **A**ddam quod omnibus in conſeſſo eſt, ſcilicet, quod inde dolor, metus, labor, inſuper quidquid moleſtum eſt exulabit. Ibi animum bonorum omnium cumulo Deus ornabit. Vidit hoc Bernardus ſermone 2. In ramis Palmarum, ubi ait: vita præſens ex lætitia laboræque conſtat, ſat hæc duo in futuro ſæculo omnino diſiungentur, nam quidquid lætitiæ, dulcedinis, & gloriæ per varias res diſſitum, & ſparſum erat, colligitur in beatitudine: quidquid verò moleſtum, acidum, durum rebus ineſt humanis, in damnatorum partem veniet. Nunc, quidem nox, & dies mutuo ſibi ſuccedunt, & hac viciffitudine curſum vitæ noſtræ conſiciunt. Tunc verò beatis perpetuus dies, damnatis verò continuata nox ſuccedet. Vnde Moyſes acturus de his diebus, qui tempora diſtinguunt, ait: *Factus eſt veſpere, & mane dies vnus.* Hoc eſt dies primus, iuxta Hebræam phraſim. Id eſt, præſens ſæculum, ex nocte diæque coaleſcit; at futurum hæc omnino diuidet; nam diei beatitudinis nulla nox, damnatorum verò nocti nullus dies ſuccedet. Ita habet Bernardus; *nam ſecularibus viris aliquando qua placent, quandoque qua diſſolent videmus accidere, & iſſis nihilominus ſpiritualibus non ſemper triſtia, non ſemper læta ſuccedunt; ſed veſpere, & mane dies vnus; & viſitatus eum diluculo, & ſubito probas illum. Verum hoc interim, dum præſens ſæculum manet, vel manat magis, & ſiuit. Cæterum poſt hoc ſæculum duo futura ſunt ſæcula, valde diuiſa, & diuerſa; ita vt in altero non niſi ſletus, & ſtridor dentium, in altero ſola gratiarum actio, & vox laudis. Interim ſicut amatores mundi multa patiuntur aduerſa, ſic nec iſſis ſeruis Dei omnia in hoc mundo optata ſuccedunt.*

44. Et ſermone 3. in feſto omnium ſanctorum idem Bernardus adducit ad hanc rem probandam illud Eccleſiaſtici 24. 11. *in his omnibus requiem quaſiui, & in hereditate Domini morabor.* Hoc eſt in ſola æterna felicitàte, quæ eſt Domini hereditas, ſincera requies inuenitur, ſine malorum permixtione. *Viſ ad huc noſſe* (ait Bernardus) *quo eat agnus, & quo neceſſe habeant beata anima ſequi illum. Hæc eſt planè requies Dei, non interciſſa, non circa aliquid certum reſtriſta, quoniam in omnibus gaudet, in omnibus delectatur, in omnibus requiem quarit, & inuenit. Nam, & bona placent in ſe iſſis, & delectantur in bona ordinatione malorum.* Ergo iuxta mentem Bernardi verba illa; *in omnibus requiem quaſiui*, &c. de æterna beatitudine intelligenda ſunt; qui enim ea fruuntur in omnibus requiem quaerunt, nihil enim illis triſte, nihil aduerſum accidere poteſt; nobis autem licet quandoque fortuna arrideat, quandoque etiam oppugnat.

§. VIII.

45. **N**on modo omnis felicitàtis copia adest beatis, ſed inde etiam omne malum exulat. Bernardus ſerm. 14. ex variis in hunc ſenſum explicat illud Pſalmi 147. *qui poſuit fines tuos pacem;* hoc eſt, ex eius finibus longe bella, & omnia mala amandauit. Verſum Pſalmi hac ratione exponit Bernardus. *Poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiati te. Et confortauit ſeruis portarum tuarum: ita, vt nullus inimi-*

cus intret, nullus exire poſſit amicus. Expendo verbum illud, *fines*, ſolent enim ſæpius fines alicuius regni crebris hoſtium incurſibus infeſtari: etiam ſi regiones quæ in vmbilico prouinciæ ſitæ ſunt, multa pace perfruuntur. In beatitudine autem, tam longè exulat bellum, vt neque ipſos fines audeat contingere, vel fortè verbum *fines*, idem ſignificat quod murus. Quafi dicat; non eget hæc ciuitas muro, quo hoſtes ab ingreſſu arceantur, neque quo ciues in officio contineantur, verum æterna pace perfunditur. Aded, vt ipſa pace pro muro vtatur. Apocalypſis 21. 16. *Ciuitas in quadro poſita eſt.* Mirum, quod cum aliæ ciuitates extructo in circulo muro, muniantur, cæleſtis ciuitatis murus in quadro ſit poſitus, quo oſtendit Ioannes hanc ciuitatem inimicorum oppugnationem non timere. Nam vt habet Vegetius 4. de re militari cap. 2. & Vitruuius 1. de architectura. cap. 5. murorum anguli, hoſtium inſidiis pateat, magiſque locum præbent: atque aded oportet, murum ciuitatis in gyrum duci. Ergo muri quadratura in ciuitate cæleſti oſtendit, quam longè ſit ab illa metus, & inimicorum incurſus.

§. IX.

46. **I**nſuper vnusquisque beatorum non ſolum in ea menſura beatitudine donatur, quæ operum meritis reſpondet, ſed, & aliquid ei vltra menſuram additur, & vt Theologi loquuntur vltra condignum aliquid additur. Accedat Bernardi calculus quo ſententia firmetur ſermone 30. ex paruis, in hunc modum explicat illud Iſaiæ 2. *Erit mons Domini præparatus in vertice montium.* Hoc eſt, vel parui meriti præmium in immenſam magnitudinem aſurgit, vt procerorum montium cacumina humiles valles deſpectare ſolent. *Omnia enim nobis multiplicata redeunt* (ait Bernardus) *& qui aurum, & argentum, & lapides præcioſos ſuperædificauit, fundamento ædificium humile in immenſos montes exercuiſſe mirabitur, & ex modico ſemine, magnos metet, non tam manipulos, quam aceruos manipulorum.*

Idem Bernardus ſermone 2. in feſto omnium ſanctorum, ubi expendit beatitudinem aliquando dici hominis lætitiã, aliquando Dei lætitiã. Nimirum Pſalmo 4. 8. *dediſti lætitiã in corde meo,* at Pſalm. 15. 11. *adimplebis me lætitiã cum vultu tuo.* Nimirum, quando præmium meritis reſpondet humanis, hominis lætitiã dicitur, ſed quia etiam conceditur vltra condignum, Dei lætitiã nuncupatur; hoc eſt, lætitiã quam Deus vltro concedit ſupra meritorum dignitatem, eodem modo, & ob eandem rationem, quandoque dicitur Dei requies, quandoque requies hominis. Ergo ita Bernardus loquitur. *Adhuc ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & licet non plenã, habent tamen lætitiã multã in corde ſuo. Donec veniat dies illa, qua implebit eos lætitiã cum vultu ſuo. Interim inquam reuertentur anima illa in requiem ſuã, qua introire mereantur in requiem Domini. Adhuc laudant eam in portis opera ſua donec veniat, cum erit vnicuique laus à Deo.*

§. X.

48. **T**anta gaudiorum copia animam infunditur, vt etiam in corpus refundatur, & ex illius participatione ſumma perfruatur felicitàte, & illis quatuor dotibus gloriæ ornetur. Aded enim opiparum conuiuium animabus à Deo paratur, vt, & micæ defluentes poſſint & corpus ſaginare. Hunc ſenſum habet Bernardus ſermone 72. in Cantica ad verba

Cant. 2. 17.

illa Canticor. *Dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies, & inclinentur umbra;* expendat Bernardus verbum illud, *aspiret*, quod copiam significat, & abundantiam, & magnum animi conatum iuxta phrasim, aspirare ad magistratum, quod magno affectu praelare significat. Is erit caelestium gaudiorum impetus ut in corpus etiam influat; *Designatur itaque* (ait Bernardus) *per hoc verbum mira futura affluentia, vehementiâque spiritus die illo, cum non solum corda, sed, & corpora suo quidem in genere spiritualia erunt, & qui digni inuenientur inebriabuntur ab ubertate domus Domini.* Ut enim vinum haustum non modo stomachum calefacit, sed, & caput etiam occupat, ita beatitudo, quæ præcipuum locum in anima situm habet, ad corpus vique diffunditur.

Bernardus.

49.

Lucæ 6. 38.

Idem Bernardus sermone 2. ex diuersis ad hoc notandum adducit illud, Lucæ 6, 38. *mensuram bonam, & confectam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Vocatur autem beatitudo mensura superfluenta, quia non continetur in anima, sed diffluit etiam ad corpus. Insuper adducit illud Psalm. 127. *uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tua.* Anima enim, & corpus quasi quodam arctissimo matrimonij vinculo copulantur, animus verò est, quasi vir, caro verò vxoris partes gerit: quæ in lateribus domus sita non nihil tamen vigoris de æterna felicitate fortitur. Vtrunque coniungit Bernardus his verbis. *Neque enim aliquatenus desperandum, ut videlicet sicut anima Deo, sic anima caro dicere videatur, quoniam bonorum meorum non eges, adimplebis me latitiam cum vultu tuo, inde plenitudo inde satietas, cum apparuerit gloria tua. Nam quid de corporum reformatione, & conformatione charitatis corporis eius expectamus, ex abundanti quodammodo, & mensura superfluentia erit, ut feliciter quidem in ipsius glorificatione, sed non principaliter gaudeamus, vxor, inquit, tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Honorabitur caro, sed iuxta mensuram non in medio domus habitans sed seorsum, non in facie nobis, sed in latere constituta.*

Bernard.

§. XI.

50.

Cant. 1. 6.

Adde æternitatem, & temporis infinitam durationem, neque enim ibi vel anni defluunt vel dies elabuntur, sed semper sibi constans æuum perseverat. Pro hac re adducit Bernardus sermone 33. in Cantica illud Canticorum 1. *Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie,* meridiem vocat meritò beatitudinem, quæ pars diei ab oriente, & occidente sole longissimè distat. Neque enim his lucis mutationibus obnoxia est beata felicitas. *Indica mihi* (ait Bernardus) *ubi pascas, ubi cubes in meridie, hoc est, tota die, etenim meridiem tota est dies, & ipsa nesciens vespere.* Et ideo melior est dies una in atrijs tuis super millia, quia nescit occasum, merito præfert Dauid Psalmo 83. 11. vnum diem beatitudinis mille diebus nostris, nam his succedit nox & occasus, ac tandem longa tempora elabuntur, at illa dies perpetuo fulget lumine.

Bernardus.

Psal. 83. 11.

§. XII.

51.

EA ergo est beatitudinis magnitudo, ut non modo oculorum aciem, & orationis vim excedat, verum, & mentis captum longè superet. Neque in hac re deerit præclarum Bernardi testimonium sermone 5. in vigilia Natiuitatis, ubi pro

nostro instituto exponit illud Exod. 16. 6. *Dixitque Dominus ad Moysen, & ad Aarõn ad omnes filios Israël, vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam Domini.* oporteret sane, ut Moyses, & Aaron habita ad populum graui oratione ciues suos commonerent, de futuro caelesti cibo, de prandio, quod Deus illis parauerat, & postredie illius diei daturus erat: cur ergo dixerunt *mane videbitis gloriam Dei?* Nimirum quia manna similitudinem beatitudinis referebat, cuius suauitas verbis exponi non potest. Qui ergo aliquid de eius suauitate, & dulcedine querit cognoscere, ad beatam visionem remittendus est. *Et mane videbitis gloriam Dei:* Omnem sanè superat orationem, & vim fandi; quapropter eius naturam silentio præmittemus, & vos in futurum diem remittemus. *Et mane videbitis gloriam Dei;* Vna visio, & spiritualis gustus de hac re vos commone- re poterit. Verba Bernardi sunt. *Nolite arbitrari fratres, quod illam vobis promissionem verbis explicare possimus, sanctificate hodie, & estote parati, crastina die videbitis, & gaudebitis;* ergo merito noster author hanc rem per exemplum deducit eorum, quæ vim humanam effugiunt; *Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi, &c.*

ETHOLOGIA VII.

Humana serè omni latitia vacua sunt, & hæc in vna virtute consistit.

Latitudinem terræ. Per latitudinem terræ intelligitur tenuitas temporalium gaudiorum, iuxta Hugonem. Virtutis honestatem, & pulchritudinem nemo est, qui inficietur, aded enim est perspicua, & omnibus patens. sunt autem nonnulli, qui eam ieiunam aridam, & tristem appellant, ac si à virtutibus omnis exulet latitia, & solius vitij domicilio contineatur. Ergò age, & virtutem ab hoc crimine vindicemus. Imò vindicet Ambrosius ad illud Psalmi 39. *Expectans expectaui Dominum.* Sedaturus situm populi Moyses rupem bis bacillo percussit, ex qua statim illimis, & perspicuus fons manauit: aded dulcem reddens potum, ut ideo merito Propheta: *ut suggeret mel de petra;* Totam hanc rem ad sensum, spiritualem refert Apostolus. Prima Corinthiorum 10. sed cur rogo ex silice, ex quo ignis solet proflire, potius quam ex alio quouis naturæ aquæ magis affini, fons scaturiuit: videlicet ut per petræ duritiem virtutis soliditatem, & honestatem: per aquæ riuulos voluptates ex illa ebullientes ostenderet. Errant sanè toto cælo, qui solam honestatem virtuti adscribunt, voluptatem verò longè arcent: est sanè petra, quæ labentes confirmat, & fons, qui sitientes mira afficit voluptate. Habes verba Ambrosij. *Bibebant autem de consequenti eos petra: petra autem erat Christus. Petra eo quod sitientes sequatur, confirmet labentes: ne sitientibus aqua desit, labentibus firmamentum.*

I.

Ambros.
1. Cor. 104

Pro virtute pugnet etiam Philo libro secundo Allegoriarum. Ante quam Isaac conciperetur nomen est illi inditum à Deo Genes. 17. 19. *& ait Deus ad Abraham Sarra vxor tua pariet tibi filium: vocabisque nomen eius Isaac.* Quid rogo est in causa quod Isaac, ante cõceptionem nomen imponitur? Eâ, ut reor, est: quia Isaac interpretatur risus: filius autem Abraham virtus est: ergo virtus nõ modo iâ nata, & possessa, sed optata, sed dũ est in votis & desiderijs voluptate animũ perfundit, vnde Isaac ante natiuitatem risus nomen inditur, Humana sanè, & dum desid e

2.

Gen. 17. 19.

desiderantur animum angunt, & cum possidentur, molestia afficiunt, at virtus dum est in voto animum oblectat, & habita satiat. Ita Philo. *Profecto Sara pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac. Et statuum testamentum meum cum eo, testamentum sempiternum. Quid est cur hic antequam nasceretur, laudatus sit? quaedam bona representata iuvant, ut sanitas, sensuum integritas, opes, si contingant; licet enim hac quoque abusive bona dicere. Quaedam verò non solum cum adsunt, sed etiam promissa oraculo: qualis est latititia; bonus affectus animi. Hac enim non praesens tantum latificando vim suam exerit, sed etiam sperata hominem praecipuat: habet enim hanc prerogativam. Et quibusdam interpositis subiungit; Ergo quoniam letitia non praesens solum, sed sperata laxat, exhilaratque animam: merito Isaac antequam nasceretur, merito, donòque magno donatus est. Et eodem libro advertit vtrumque parentem Isaachi risisse: & ab utroque ei risus nomen inditum esse. In virtute enim nihil triste, asperum nihil, omnia rident. Etenim non modo pater, verum & mater, cui graue est factum vtero gestare, periculosum edere, laboriosum alere, esse solet: & ipsa in natiuitate, & conceptione Isaac, id est, virtutis, latatur. Subdit Philo; e contra virtutem inuenies cum ingenti gaudio gestare vterum: & bonum partum cum risu, ac animi tranquillitate parere, & factum hunc vterique parenti hilaritatem asserre. Nam quod sapiens, gaudens, & non dolens gignat; his verbis testatur diuinum eloquium: & dixit Dominus ad Abraham: Sara uxor tua non vocabitur post hac Sara, sed Sarra nomen eius erit, Benedicam ei, & dabo tibi ex ea filium. Mox addidit, precidit Abraham in faciem suam, & risit, sic cogitans. Num centenarius nasceretur filius? & Sarra exactis annis nonaginta nouem pariet? hic cerè apparet, quam gaudeat, rideatque quia geniturus est fortunatum illum Isaac testante mihi Propheta. Desiderant Sara fieri muliebria, visisque intra se cogitans; numquam hactenus mihi contigit tanta felicitas. Refricat eandem Isaachi historiam idem Philo libro de plantatione Noë; aduerte non risibilem sed risum appellatum filium virtutis Isaac. Nam, vt cum Philo sophis loquar, risibile dicit potentiam, risus verò actum. Potentia verò sapius non prodit in actum. Improbi quique risibiles sunt, quia quandoque rident, & latantur, aliquando à risu cessant, at virtutis studiosi ipse risus sunt, semper latantur, & gaudent. Est enim risibile hominis passio, quae comitatur naturam: itaque omnes homines risibiles, virtutis amatores, risus ipse sunt. Notat etiam Philo Isaachum Rebeccam ducere uxorem. Est autem Rebecca, si nomen exponas, idem quod patientia; ergo risus insolubili vinculo virtuti sociatur, neque vlla vi diuelli potest. Quae virtus patientia est, quia vel in malorum perpeffione iustus vir tripudiat, & letatur, hac ratione loquitur Philo de Isaacho verba faciens, non vides, quod ille à nemine alio, quam à seipso praeceptore, statim, in qua se exerceret edoctum, non risibilem, sed ipsum risum esse dicis. Is est Isaac, qui risus interpretatur quem conuenit ludere cum tolerantia Rebecca, ab Hebraeis nominata.*

tantur se inuicem anima, quae admiserunt quidem, iam sermonem, sed non possunt dicere, quid nam sit; nam saepe perfusi dulcedine saporem nescimus, unde illa proficitur, & suaves odores olfaciendo, quinam sint, ignoramus? Sic, & anima saepe gaudens non potest indicare causam sua letitia. Sed docetur ab initiatore, vateque Moysè dicente: hic est panis cibus, quem dedit Dominus animabus vt se pascant. Quasi alia omnia prater virtutem hominem nutriti non valeant.

Accedat idem Philo libro cui titulus: quod deterius potiori insidiatur. Vbi exponit verba illa Exodi 4.14. Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te letabitur corde. Philo vertit ex Hebraeo: quo viso gaudet in seipso. Expende verbum illud, in seipso: quasi virum dedecet extra se voluptatem captare. Ergo latitiam in nulla alia re perquiras, quam in teipso, id est, in virtute animae. Nam tale quidem est (ait Philo) quod Aaron Leuita occurrit fratri suo Moysi, quo viso gaudet in seipso: illa autem verba in seipso, gaudere prateriam dictum dogma indicant aliud, magis ad rem publicam pertinens, ostendente legislatore germano, & magis proprium hominis gaudium, proprium enim, neque e pecuniarum, possessionum copia, neque ab splendore gloriae, neque ab vilo omnino inanimato, infirmoque opere, quod per seipsum est corruptibile, potest contingere.

Hoc idem deducit Philo libro de temulentia ex verbis Exodi 32.17. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis dixit ad Moysen vultus pugna auditur in castris. Qui respondit, non est clamor adhortantium ad pugnam: neque vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio. descendebant pariter Moyses, & Iosue de monte vbi cum Deo colloquium habuerant: cumque Hebraeorum castris appropinquasset uterque, audiuit populi clamorem, qui iuxta vitulum aureum denuo conflatum choreas ducebant. Iosue existimauit populum manus cum inimicis conferre, & ex congressu clamorem excitatum: ait Moyses non ad pugnam, sed ad publicum plausum, & vituli adorationem, qui perstrepebat sonitum retulit. Scilicet iuxta anagogem ratus profusos luxus, & ex vitio conquistam latitiam, non animum oblectare, sed bellum inferre, penititque hominem perdere. Accipe Philonis verba. Cuius signi erat inuencus aureus circa quem choreas du-cendo insani carmen concinunt, non suauis, quale in comestationibus, epulis, festis comotationibus, sed re vera lugubre, funestumque tanquam tumulenti, multoque lyeo laxati nervos animi; narratur enim, quod Iesus, audito tumultu populi dixit ad Moysen: clamor pugnantium auditur in castris, qui respondit: clamor iste, quantum ego audio non ad pugnam, aut fugam hortator est: sed ad pocula. Ergo gaudium quod ex poculis, aliisque temporalibus vitiis captatur, secundum Philonem clamorem pugnantium refert, quia multum nocet maximamque edit stragem.

Libro de Abraham quaerit Philo, quid sit in causa quod Sara se risisse negauerit, cum futuram prolem Dominus marito promissit, quid enim si risisset? quòdnam flagitium ridere? Appositè ad nostrum institutum Philo: quia scilicet foemina quae multum in virtutis studio processerat dedecus existimauit, si de alia quapiam re, quam de virtute risu letitiisque perfunderetur. Et hoc est opinor (ait Philo) cur, & ante virtutis cognomen habens Sara, cum risisset, roganti risus causam, se risisse negauit. Verita ne forte gaudium, quod nulla creatura

Philo.

4. Exod. 4.14.

Philo.

Philo.

5. Exod. 32.17.

Philo.

Philo.

3.

Exod. 16.5.

Philo.

conuenit, solius Dei *vsurpasse* uideretur. Quapropter confirmans eam diuinum eloquium ait, *ne timeas, resisti; & uere particeps eris laetitia.*

7. Proximus est Philoni Basilius Homil. 5. in Exameron. Verba illa, ait Basilius, Domini Genesis 3. hominis ingluuiem, & superbiam punientia: *spinas, & tribulos germinabit tibi*, ad rosas præcipue delata sunt. Hæ enim ante peccatum carebant spinis, sed post peccatum aculeis refertæ sunt, ut vel inde homines nouerint post Adami lapsum tristitiam, & dolorem voluptates comitari. Verum rosa (ait Basilius) suis spinis carebat: postea uero, pulchritudini rose adiuncta sunt spine, ut nos voluptatis inde capienda oblectamento propinquo afficiamur dolore recordatione delicti. causa eius factum est, ut spinas, & tribulos tellus huic addita commendationem nobis præferret.
8. Querit Basilius Homilia 7. in exameron: quare mare Aquilonare minus falsum sit, quam meridionale? quæsitio respondet, id esse in causa, quia sol suis radiis extrahit ex mari quidquid tenue, & dulce est, id uero quod falsum, & crassum est relinquit: ergo cum in Aquilonari plaga minus sol possit ardore suo, minus inde extrahit. Re ad mores translata nostrum institutum apprime roborat. Scilicet, qui variis animæ passionibus conflantur, multis etiam desiderijs exæstuant, quæ quidquid dulce est in corde solis instar absument, acidis, & falsis, miseram animam opprimentibus. Accipe dicta Basilij; *propria quidem ratione pisces haud præditi sunt, natura uero legem sibi insitã, insculptamque habet, sed semper, quod agendum est demonstrantem. Eamus, inquit ad Aquilonium mare, illa enim, æquoribus aqua dulcior est, propterea quod modicam sol in ea moram trahens, non uniuersum suis exhaurit absumentque radys, sed quod poculentum est.*
9. Insuper Basilius pro nobis pugnat illis uerbis Psalmi 33, *gustate, & uidete, quoniam suauis est Dominus*; ergo notat, uerbum illud, *gustate*. Hoc est, diuinã dulcedinem uel summis labris & linguæ cuspide attingite: maiorem inde uoluptatem capietis; quam si coronata pocula, & cyathos redundantes, humanasque uoluptates exhauseritis. *Gustate autem, dixit, (ait Basilius) ut non ad plenum satiemin.* Et infra: *gustate, ut beati sitis semper esurientes sitientesque iustitiam.* Hæc autem uerba Basilij quæ posteriori loco retuli, hunc sensum habere uidentur: scilicet, ut beati sitis semper esurientes. Id est, ipsa esuries, & ieiunium, & aliæ uirtutes, quæ corpus affligunt magis animam exhilarant, quam ingluuias & corporis laxatio. In eundem sensum adducit Basilius Homil. 4. illud Matth. 5. *beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Hoc est, ipsæ lachrymæ magna eos afficient suauitate. Itaque, id quod aliis dolore parit, id ipsum pios homines lætitia perfundit, ut qui perfrui (ait Basilius) mereantur Domini sub gaudio ob lachrymas in frarum gratiam effusus. Quocirca beati qui sient, & beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Si ergo, quæ uirtutes corpus macerant, & pungunt adeo oblectant, quam quæso religiosi uiri capient uoluptatem ex aliis quæ nullo pungunt aculeo: ut puta, diuinis colloquijs, & rerum diuinarum contemplatione.
10. Rupertus libro 4. in Genesim capite 25. eo tempore ait diluuium terrarum orbem obruisse, quo post uernum æquinoctium appetente Aprili, Maioque pluuia rarior esset solet, & imbrium procellæ. Desiit uero diluuium, mense Nouembri, quando incunte hyeme imbrium procellæ acrius solent desuare, Genes. 7. Ut uel inde noueris

uoluptates, quæ uerno tempore frequentius capi solent, diluuium tempestatæque consecrari. Virtutem uero, quam suauem hyemem homines putant aëris serenitatem, & sudum cœlum. His uerbis suum apperit sensum Rupertus. *Sane mensis, qui septimus fuit ab initio diluuij, ipse est, qui apud Romanos Nouember dicitur. Unde magis miranda tempestas illius iudicij, quam non adiuuit ulla natura temporis: sed è contra Maio, quo mense, ut iam dictum est, sol altius incedit, & cœlum naturaliter candescit, erupit imbrium uis: & circa tempus hyemis, id est, mense Nouembri, iam imminutus aquis, iam arca requieuit tamis, tamque quotidianis disiecta procellis.*

Idem Rupertus dum uerba illa uersat, Genes. 28. 18. *Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum de super: ut quid, ait, Iacob somnum petiturus lapidem ueluti mollem culcitram capiti supposuit, quo magis posset somnum arcere, quam allicere? quia nimirum, respondet Rupertus, nisi in lapide, qui Christus est, requies & placidus somnus inueniri non potest. His uerbis dictis Rupertus fidem facit. Primum est, quod huius exemplo confitens, quod peregrinus sit, & aduena super terram lapidem supponat capiti suo, id est, conscientiam suam collocet in Christo, ut dormiens requiescat in illo: iuxta præceptum, uel consilium eius dicentis: uenite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos; & infra: hæc inquam dormiens, & dicens: ego dormio, & cor meum uigilat. Id est tota uita sua in pace, & quiete cordis sui meditetur.*

Optimè Petrus Chryfologus de prodigo illo porcorum gregem pascente, de quo Lucas capite 15. & cupiebat implere uentrem de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Quam crudele ministerium, quia neque conuiuit porcis, qui uiuit porcis. Miser, qui porcorum deficit, & esurit in saginam. Id est, lasciuo huic iuueni, neque illæ, quas ad manum habebat porcorum epulæ uentrem reficiebant: nam uitiosas uoluptates amantibus, neque volantes captare, neque habitis se immergere licet.

Idem Chryfologus sermone 29. ad illa uerba Domini Matthæi 8. 2. 2. *Sine mortuos sepelire mortuos suos*, expendit uerbum illud, *suos*, non prohibet Dominus, mortuos sepelire: sed, *mortuos suos*. Improbi enim terræ mandantur, numquam surrecturi: at probi uiri denuo pullulaturi terræ commendantur, uidelicet, etiam si, hi nonnumquam in ærumnarum barathrum descendant, subinde in auras, & lucem fœlicitatis profiliunt: illi uero graui laborum mole obruti, nunquam animi mærorem depellent. Ergo his uerbis sententiam exponit Chryfologus, & illum diuitem uerba facientem inducit. *Hoc est dicere, me sequere, contumeliam passionis, ut mortuum possis ad resurrectionis gloriam peruenire.*

Accedat Origenes homil. 10. in Genesim, qui ad examen adducit uerba illa Ioannis 8. *Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est.* Sapius Abrahamo, pro uoto res obtigit, sapius desideratis potitus est, diuitijs abundauit hostes deuicit, filium senex suscepit, &c. At de nulla harum rerum gauisum eum, dicit Dominus, nisi quando Christi diem uidit. Hoc est, quando bonis spiritualibus uniuerso orbi à Christo Domino dandis animum refecit. Verba Origenis hæc sunt. *Isaac, inquit scriptura, crescebat, & confortabatur, id est, gaudium crescebat Abraba respicienti non ad ea, quæ uidentur, sed qua non uidentur. Non enim gaudebat de presentibus Abraham, neque de diuitijs mundi,*

Rupert.

I I.
Gen. 28. 18.

Rupert.

I 2.
Petr. Chryf.
Lucæ 15. 1.I 3.
Matth. 8. 2.

Petr. Chryf.

I 4.
Ioan. 8. 56.

Orig.

& actibus saculi, sed vis audire Abraham, unde gaude-
ret? Audi Dominum ad Iudeos dicentem: Abraham
pater vester desideravit, ut videret diem meum, & cre-
didit, & gavisus est. Per hoc crescebat Isaac per quod
Abrahe viso illa, qua videbat Christi diem, & spes, qua
in ipsa est gaudia cumulabat.

15. Idem Origenes homilia 14. in Genesim duo in-
ter alia ad nostrum institutum adducit, prius est
illud Lucae 17. 21. *Ecce regnum Dei intra vos est.* Cui
sententiae rursus sensum affigit, si delitias, & vo-
luptates, quae ferè reges consequuntur desideratis
intra vos, & in animi puritate quaerite. Frustra enim
in externis rebus inquiritis. Insuper addit Orige-
nes illud Lucae 15. 8. *Quae mulier habens drachmas de-
cem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lu-
cernam, & euerit domum, & quaerit diligenter donec
inueniat.* Ecce mulier, quae pecuniam amiserat non
eam extra domum quaerit, sed domi, domum euerit,
& domi quaeritur lucernam accendit. Nimi-
rum haec drachma cordis laetitiam significat quae
solum intra cordis penetralia inuenitur. Et frustra
eam in rebus externis inquirimus. Verba Origenis
accipe; *Intra te enim est, & non extrinsecus venit, sicut,
& regnum Dei intra te est, & mulier illa, quae perdidit
drachmam non illam inuenit extrinsecus, sed in domo
postquam accepit lucernam, & mundavit domum sor-
dibus, & immunditijs, quas longi temporis ignavia, &
habitu congesserant, & ibi inuenit drachmam. Et tu
ergo, si accendas lucernam, si adhibeas tibi illumina-
tionem spiritus sancti, & in lumine tuo videas lumen, inue-
nies intra te drachmam, intra te namque est collocata
imago regni caelestis.* Haec ille. forte mulier domi
drachmam quaerit; quia insolens erat, eo tempore
mulieres domo pedem efferre. Insuper drachmam
inuenit quia domi perdidit. Quae enim ratione,
vel quaerere, vel inuenire posset, si per compita &
plateas amiserat. Tandem expendo verba illa. *Et
in lumine tuo videas lumen.* Quibus exponit verbum
illum Psal. 35. 10. *Et in lumine tuo videbo lumen.* Quem
hac ratione ad nostram sententiam trahit. Licet
enim lumen officere soleat quominus aliud lumen
videri possit, sed lumen laetitiae in solo pietatis, &
virtutis lumen videri potest.

Lucæ 17. 21. *Ecce regnum Dei intra vos est.*

Lucæ 15. 8. *Quae mulier habens drachmas de-
cem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lu-
cernam, & euerit domum, & quaerit diligenter donec
inueniat.*

Orig. *Intra te enim est, & non extrinsecus venit, sicut,
& regnum Dei intra te est, & mulier illa, quae perdidit
drachmam non illam inuenit extrinsecus, sed in domo
postquam accepit lucernam, & mundavit domum sor-
dibus, & immunditijs, quas longi temporis ignavia, &
habitu congesserant, & ibi inuenit drachmam. Et tu
ergo, si accendas lucernam, si adhibeas tibi illumina-
tionem spiritus sancti, & in lumine tuo videas lumen, inue-
nies intra te drachmam, intra te namque est collocata
imago regni caelestis.* Haec ille. forte mulier domi
drachmam quaerit; quia insolens erat, eo tempore
mulieres domo pedem efferre. Insuper drachmam
inuenit quia domi perdidit. Quae enim ratione,
vel quaerere, vel inuenire posset, si per compita &
plateas amiserat. Tandem expendo verba illa. *Et
in lumine tuo videas lumen.* Quibus exponit verbum
illum Psal. 35. 10. *Et in lumine tuo videbo lumen.* Quem
hac ratione ad nostram sententiam trahit. Licet
enim lumen officere soleat quominus aliud lumen
videri possit, sed lumen laetitiae in solo pietatis, &
virtutis lumen videri potest.

16. Sibi similis est Origenes homil. 1. Ex quatuor in
Cantica dum exponit illud Cantico. 1. *Vnguen-
tum effusum nomen tuum.* Vel vt ipse habet, vnguen-
tum exinanitum nomen tuum. Quibus verbis sub-
infert sponsa. *Trabe me post te, curremus in odorem
unguentorum tuorum.* Ecce nudum nomen sponsi
tantam ex se sua uolentiam efflare ait sponsa, vt
vel venientes post se trahat. Ergo si vacuum, & sine
re nomen eam habet vim, eamque voluptatem ani-
mo infert, quid dicendum de ipsa re, quae nomini
subest? O, quantum animum nostrum exhilarabit.
Audi Origenem. *Vnguentum exinanitum nomen tuum
requiro sane, si solum nomen eius, quia nomen factum
exinanitum tantum operis egerit, & ita suscitauit ado-
lenculas, vt primo traherent eum apud se, & habentes
eum, apud se caperent unguentorum eius odorem, & sta-
tim currerent, post eum: si hac inquam omnia, solo nomi-
ne eius effecta sunt, quid putas faciet eius substantia? Et
infra, Et hoc fit, vt dixi, solo eius adhuc odoratu ex-
cepto: quid putas facient cum auditum earum, & visum
& tactum, gustumque occupauerit verbum Dei. Et sin-
gulis, quibusque sensibus virtutes ex se competentes natu-
ra eorum capacitati que praebuerit.*

17. Origenes homil. 1. Ex quatuor in Cantica, ex-
ponit verba illa ex capite 1. Cantico. *Introdu-
xit me rex in cellam vinariam;* nomen illud, Rex
non satis aptum, & accommodum instituto vide-

tur. Cum enim Spiritus sanctus, & anima fide-
lis in hoc dramate pastoritias induant personas,
similitudines, & exempla à rure, à pascuis, & his
similibus capient, cur quæso veluti mutata cata-
strophe ad regum aulas decurrunt? Scilicet altiori
sensu agitur hoc loco de laetitia, & spiritualibus
gaudijs, quibus veluti defæcato mero, animam Spi-
ritus sanctus inebriat: ergo vt horum abundan-
tiam, & vim palam faciat, non intra angustias te-
nuis pastorum vitæ se continet: sed à regalium ci-
borum abundantia, & ab opiparis aulicorum conui-
uijs similitudines parat. Induit sanè Deus Optimus
Maximus nonnunquam personam agricolæ. *Simile
est regnum caelorum homini qui seminavit, &c.* Et alibi:
Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam. Et sex-
centa alia passim, sed hoc alias acturus de prouiden-
tia erga homines pios, & impios: verum, dum
sermonem instituit, de laetitia, qua seorsim pios
afficit, abiecta larua, qua agricolam se fingebat, se
regem palam ostendit. *Nonnihil vacuum videtur
(Origenes loquitur) quod cum potuisset dicere, intro-
duxit me dilectus meus, aut fraternus meus, aut aliquid
huiusmodi: vt moris est, nunc quia cubiculum dictura
erat, regis dixerit cubiculum, & non aliud nomen posue-
rit, in quo posset fortassis aliquis mediocrius intelli-
gi. Sed propterea arbitror in his regem nominatum: vt ostende-
ret per hoc nomen prædicius cubiculum, vt pote regium, &
multis atque immensis opibus repletum.*

Idem Origenes tractatu 34. in Matthæum vrget
verba illa Christi Domini apud Matthæum 25. 32. *Et
separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oves ab
hædis, & statuit oves quidem à dextris, hædos autem à sini-
stris.* Cur quæso omnem damnatorum ceteruam
sub hædorum nomine adumbrat? Cum enim di-
uersa animalia ob diuersa à natura inditas faculta-
tes, varias animi affectiones, morbos, & vitia pro-
tendant, videlicet leo superbiam, basiliscus in-
uidiam, sus luxuriam, &c. Magis è re videbatur, si
sub diuersarum belluarum, & ferarum similitudi-
ne, varia & diuersa crimina ob quæ damnati sup-
plitijs mancipantur æternis, adumbraretur: quam si
omnes ad vnã caprarum naturam referret? Sane
ea est natura caprea vt semper ardua petat, & per-
deuia feratur, montium vertices amat, & pendentes
de caelo scopulos. Audi Martialem.

*Pendentem summa capream de rupe videbis.
Casuram speres: decipit illa canes.*
Ergo, vt ostendat Christus Dominus damnatos
difficilem, & ærumnosam egisse vitam, dum apud
homines degerent, & instar caprarum summa mon-
tium iuga fessos decurrisse, merito capreas appel-
lauit. Ipsi sanè hoc de se fatentur, Sapientiae 5. 7. *Sap.
5. 7. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, ambula-
uimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus.*
apertè hoc Origenes, his verbis, *Hædi autem dicuntur
omnes mali, quia aspera, & dura saxa male ascendunt, &
per precipitia eorum incedunt.*

Proximè accedat Origeni Ambrosius libro 3. de
virginibus, quo in hoc loco quaerit quam ob cau-
sam Magdalena adedè amarè descebat Christum
Dominum, quem sublatum credidit è sepulchro.
Ioannis 20. responsum verò sub his verbis premit.
*Noli cogitare mortalia, & causam flendi habere non po-
teris. Quasi dicat: Magdalena mortalia, & terrena sa-
piebat, mortalem imo mortuum quaerebat: nihil
spirituale nihil diuinum cogitabat: quid ergo mi-
rum si profusas lachrymas funderet? dolor enim,
& tristitia temporalia hæc, & terrena comitantur.*

Idem Ambrosius ferm. 10. exponit illud Matth.
18. 6. *Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo*

Orig.
Orig.
18.
Matt. 25. 32.
Sap. 5. 7.
Orig.
19.
Ioan. 20.
20.
Matt. 18. 6.

eius, & demergatur in profundum maris. Quid ergo est in causa, ut ei, qui suo exemplo alios ad peccandum perducit, mola sit à collo suspendenda? Nimirum quia suaue iugum Domini detrectauit; & grauiori oneri colla submisit. Etenim etiam illi qui virtuti student nonnullis difficultatibus implicentur, multo grauiores deorant, qui vitiis, & voluptatibus manus dederunt. Audi Ambrosium. Cui ergo mola asinaria ad collum suspenditur, portat lapidem: qui portare iugum Domini recusauit.

Ambros.

21.

Genes. 47.7.

Idem Ambrosius quarto Exameron capite 5. exponit pro nobis verba illa Genesis 47. 7. Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit cum coram eo: qui benedicens illi, & interrogatus ab eo: quot sunt dies annorum vitæ tuæ? Respondit: dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt parui & mali. Vel ut legit Ambrosius, maligni, verbum illud malignum dictum existimat sumpta metaphora ab hyeme: quando cælum obscurum triste nubibusque oblitum est. Sunt qui existiment, ait Ambrosius, non solum eis, qui virtuti student, sed illis, qui vitiis diffluunt, felicitatis lumen affulgere: sit ita, vt isti volunt. Verum iustorum vita similis est verno tempore vbi purum, & sudum est cælum: iniquorum verò hyemali, quando cælum obscurum, & lux maligna est. *El sol que resplandece à los malos es sol de ybierno, sol comiñas.* Verba Ambrosij infero. *Vnde Iacob ait, omnes dies vitæ meæ breues, & maligni. Etenim maligna lux dubia. Ergo dies breues dubia lucis sunt, & umbrosæ, dies magni sine umbra sunt.*

Ambros.

22.

Psalm. 118. 109.

Vt euincat Ambrosius non omnia virtuti promissa præmia in futurum distrahi. Sed præsentibus quoque virtutem abundare bonis, exponit verba illa Psalm. 118. *Anima mea in manibus meis semper.* Sic enim habet codex vulgatus, ipse verò Ambrosius, aliam inducit lectionem: nimirum. *Anima mea in manibus tuis semper.* In Deo enim duplicem distinguit manum, nempe dextram, & sinistram, dextera enim est futurorum bonorum repromissio: sinistra verò præsentium. Ergo Deus Sanctorum virorum animas vtraque manu amplexatur: quia futura bona, illis repromittit, & præsentia dona. Similem sensum deducit Ambrosius ex illis verbis Canticorum 2. *Læua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me.* Iniquorum hominum animas etiam Deus gestat, non vtraque manu sed læua solum. Verba Ambrosij sunt hæc. *Quia ergo Deum timet anima pleno se munit ipsa presidio, mirrit sapientia lauari sub collum eius, dexteram autem in complexu illius. Vtrumque enim brachium eius ad vitia extenditur. Habent tamen propria sua singula manus sapientia, in dextera longitudo vitæ est, in sinistra autem diuitia, & gloria. Bonus utique manus vtraque data est dotibus: in eo tamen habent varietatem, sui muneris, quod & præsentia, & futura tempora comprehendunt, vt læua præsentium remuneratrix, dextera futurorum sit.*

Cant. 2. 6.

Ambros.

23.

Psalm. 118. 111.

Demum idem Ambrosius ad illa verba Psalm. 118. *Hæreditate acquisisti testimonia tua.* Dum Christus Dominus crucem humeris gestans ad supplicium duceretur, pias mulieres se insequentes & affectu fæmineo eulantes à lachrymis prohibuit illis verbis, quæ habes apud Lucam capite 23. *Filia Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, &c.* Quod sanè mirum videtur: cum satis pium fuerit, alienam miseriam lachrymis, & fletu comitari. At si fides Ambrosio, ibi ad nostram sententiam confirmandam Christus fecit. Nimirum numquam homo iustus eo miseriarum, & calamitatum deuenit, vt eum lachrymis prosequi fas sit. Obruat licet

Lucæ 23. 28.

animum ærumna, & calamitas, immensos fluctus ad litus mare contorqueat, inflet mors, & amariore morte cruciatus: at ipse pace interna perfunditur, & spe futurorum erigitur, vnde eum minimè deplorare sed tripudiis & iubilatione prosequi debemus. Accipe verba Ambrosij. *Recusasti hæreditatem sæculi; serua testimonium Christi, quoniam in his exultatio, atque letitia est, quando quidem omnis fletus deletur, & mors non erit amplius, neque luctus, neque fletus, neque clamor. Passio Christi imago fuit regni cælestis, nemo audiuit in plateis vocem eius: quia illo silentio passionis sue clamorem omnem in posterum impia vocis abolebat. Nolebat flere, qui dicebat ad filias Ierusalem: nolite me flere, sed vos ipsas flere. Ablaturus enim omnes lachrymas sue beneficio crucis in passione propria, futura instar beatitudinis, letitiam exhibebat, vt nemo fleret, nisi qui Christi beneficia non teneret.*

Ambros.

24.

Psalm. 29. 6.

Sed ne huic rei magnus ille desit Augustinus ex eo vnum, vel alterum testimonium inferam, quorem firmem. Prius sit, dum exponit illud Psalm. 29. *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum letitia.* Quam sententiam hac ratione aperit Augustinus. *Diu erit in fletu, genus humanum, & sic est factum, & nos ex Adam sumus, ex quo ipsi creati sumus.* Quæ verba Augustini si paulo diligentius explicemus, & nostræ sententiæ robur, & versui Psalmi clarissimam afferunt lucem. Fateor (ait Augustinus) & pius, & impios homines quandoque malis premi, quandoque felicitate exhilarari. Verum eo discrimine, vt apud impios, qui vesper vocantur, fletus & calamitas demoretur, diuertetur, moram trahat: at felicitas si quando ipsis occurrat, eos è limine saluet. Ex aduerso verò, si quando fletus & lachrymæ pios homines, qui matutinum vocantur diuertant; illorum domos ex itinere tenent, nec diu subsistunt, sed visitandi gratia eos adeunt, verbum enim illud, *demorabitur.* Idem est, ac moram longam trahere. Gaudium, & letitia tanquam in dono propria apud pios semper sunt, fletus verò & lachrymæ inuisendi tantum gratia: è contra verò apud impios.

25.

Psalm. 33. 15.

Alterum Augustini testimonium adhibet in illud Psalm. 33. 15. *Inquire pacem, & persequere eam.* Hoc est, inquire pacem, & iterum perquire: nunquam tamen inuenies, sequere, & persequere non tamen assequeris. Quia nequaquam temporalia omnia animam satiare possunt. Vnde non ait, inquire pacem & consequeris eam: sed inquire, & sapius perquire, nec tamen vnquam assequeris. *Quis est homo (ait Augustinus) qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Cui respondet; Bonam rem querit, sed non in regione eius illam quarit, quomodo, si aliquem iustum quæres: sed in ea patria vbi non habitaret. Et infra, Non tibi dixit, habebis pacem, quere illam, & sequere eam, quo eam sequar? Quo processit, Dominus enim est pax nostra.*

August.

26.

Ephes. 4. 19.

Sed quid rogo est in causa, quod cum impiorum vita, vt diximus, tantis scateat ærumnis, ipsi summam putent felicitatem, & placidissimum somnum capent, tot aculeis compuncti? Nimirum, quod ad miseriam obduruuit, & obcalluit animus. Celebris est locus apud Paulum Ephesiorum 4. 19. *Desperantes tradiderunt se impudicitia.* Hieronymus iuxta Græcum sermonem *indolentes, vel indolios.* Quasi iam ipsa consuetudo callum animo obduxerit. Iam enim neque remorsus, & vermem animi sentiunt, neque furiarum æstrum, & insidita verbera. Ergo impij homines, non ideo dolores, & flagella non sentiunt quia non vapulent, sed quia vapulando ad mala obduruerunt.

Illud

27. Illud mirandum magis tantam felicitatem pios homines inuadere, vt sensum omnem abolet, & si quid triste, & insuauae ipsorum animis instilletur. Erudite id probat Ambrosius libro 2. officiorum capite 5. ex verbis Pauli Hebraeorum 11. 34. *Conualuerunt de infirmitate.* Et ex quotidiano vsu ducta similitudine, sententiam Pauli exponit. *Conualuerunt de infirmitate,* ait Paulus, quandoque bonos, cum malis lues inuoluit: & vtrique morbos excipiunt, & mala perpetuantur: sed id est discriminis, quod probi homines statim morbos abiciunt; & qui aegri, & moribundi videbantur nulla interposita mora hilares, alacres, & vegeti apparent: at improbi, si semel morbum contraxerint, vix aliquando eum excutiunt, neque morbi reliquias abiciunt, insuper addit tritam similitudinem. Si enim triticæ massæ puluis exiguus millij, vel lolij inspergatur insuauem gustum iniecti pulueris omnino absomit. Non aliter gaudiorum copia, quæ iustis hominibus accidit abolet, si quid insuauae, vel triste acciderit eisdem. Audi verba Ambrosij. *Fuerunt, & ipsi in sensu infirmitatis, sed conualuerunt de infirmitate fortes. Quid laboriosus autem sancto Iob, vel in domus incendio, vel in filiorum decem interitu momentaneo, vel doloribus corporis. Nunquid beatus, quam si illa non pertulisset, in quibus magis probatus est? esto autem fuisse in illis aliquid acerbis, quem virtus animi non abscondit dolorem? Neque enim profundum mare nauigauerim, quia vadosa sunt littora, neque caelum lucidum, quia interdum obrexitur nubibus: neque terram infœcundam, quia aliquibus in locis infœcunda glareæ, aut latas segetes, quia interdum sterilem solent admixtam habere arenam. similiter putat beata messis conscientia interpellari aliquo conscientia dolore, nonne totius manipulis vitæ beatæ si quid accidat aduersi, atque amaritudinis, tamquam sterilis arena absconditur. Aut tamquam lolij amaritudo frumenti suauiter absconditur?*

ETHOLOGIA VIII.

Damnatorum apud inferos cruciatus multi, varij, acerbis.

1. **H**UGO. *ET profundum abyssi, quis dimensus est? Hugo Cardinalis. Per profundum abyssi intelligitur, profunditas suppliciorum. Et huiusmodi nemo metitur, præmia cæli contemuntur, gaudia mundi diliguntur, supplicia inferni non metuuntur. Ergo duplicem ob causam ait Hugo difficile esse de grauitate pœnarum, quæ apud inferos damnati patiuntur, disserere, nempe, quia homines hanc cogitationem, vt pote tristem, à mente abigunt: item, quia adeo graues sunt vt omnem loquendi vim longè superent. Ergo de his duobus nonnulla subnectamus. Multa sunt de hac re apud Gregorium magnum, sed ne aliorum quoque patrum testimoniis te priuem, etiam quæ apud alios inueni annectam, & prius, quam sit vtile inferna supplicia meditari præmittamus.*

§. I.

2. **C**ONSIDERABAM AD DEXTERAM, & VIDEBAM. Psalmo 141. In quæ verba Augustinus duplicem distinguit in Deo manum, nempe dexteram, hoc est beatorum felicitatem, & sinistram, id est, damnatorum cruciatus. Ergo David beatorum felicitatem contemplabatur. Et quid inde? *Et videbam.* Quasi diceret, cum dexteram, id est, æternam felicitatem contemplabar, videbam, id est, non om-

nino sensu deficiebam, & mente: si verò Tartari pœnarum quandoque memoria subiret, omnis planè intelligendi vis effugiebat. Ea est æternorum suppliciorum acerbitas, quam si attentius consideremus omnem penitus vim animi exhauriat: animusque deficiat, oculorumque vim hebetet, at beatitudinis consideratio, non tam acriter animum mouet. Accipe verba Augustini. *Considerabam ad dexteram, & videbam, in dexteram considerabam, & videbam: in sinistram, qui considerat excacatur. Quid est in dexteram considerare? Ubi erunt illi, quibus dicitur: venite benedicti patris mei, possidete regnum. Erunt quidam in sinistra, quibus dicitur, ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius.*

3. **P**RO NOBIS exponit idem Augustinus illud Psalmi 96. *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Ac si diceret, id quod communi Doctorum calculo firmatur, nempe frequenter hominum iustificationem exordium sumere à timore æternorum suppliciorum, qui adeo vehemens est, vt nullum, vel inimicissimum non tangat, atterat, & emolliat. *Et inflammabit in circuitu inimicos eius.* Nullus tanta peccatorum colluione obruitur, qui si in animum dimittat, quæ apud inferos damnati supplicia patiuntur exterritus, non resipiscat. Verba Augustini sunt. *Minis æterni ignis prohiberis à malo, inuitaris ad bonum. Unde piger, nisi, quia non credis? Excutiat ergo vnusquisque cor suum, & videat, quid sibi fides teneat. Expende verba illa Augustini. Unde piger, nisi quia non credis? Ac si diceret, difficillimum sanè videtur, vt quis firmiter credat pœnarum æternitatem, & à peccato non resipiscat. Vnde qui diutius peccati iugo colla subdidit, fidem huius veritatis exuisse videtur.*

4. **I**N EUMDEM sensum infert idem Augustinus verba illa Psalmi 75. *Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos.* Non minus difficile videtur, vt is qui damnatorum pœnas mente versat peccatorum facibus inhæreat, quam si quisquam indomito equo vectus magno strepitu auribus insonante placidos nihilominus somnos capteret. Audi Augustinum. *Attendant charitas vestra, rem tremendam dico, increpationis strepitum habet, strepitus expergisci homines solet facere. Tantum pondus est increpationis Dei, vt diceret ab increpatione tua Deus Iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos. Ecce quo somno dormitauit ille Pharaon, qui ascendebat equos, non enim vigilabat in corde, quia de increpatione durum habebat cor, duritia enim cordis obdormitio est.*

5. **E**ADEM ratione exponit Augustinus illud Psalmi 17. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Æternarum pœnarum recordationem aptè confert David cum fumo. Fumus enim ab igne nascitur, & lacrymas elicit adstantibus: ita etiam memoria harum rerum illas contemplantibus quadam ratione, vel inuitis, vt fumus lacrymas ciet. Loquitur Augustinus. *Ascendit fumus ab ira eius. Ascendit lacrymosa deprecatio penitentium, cum cognouissent, quid minetur Deus impijs.*

6. **I**NSUPER illud Psalmi 57. *Lacrabitur iustus cum viderit vindictam; manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Quis est, ait Augustinus in hunc locum, iste iustus, qui manus lauat in sanguine peccatoris? Quæsto respondet Paulus Romanorum 1. 17. *Iustus autem ex fide viuus.* Ergo iustus ille est, qui fidei mysteria arcta animi consideratione perpendit. Igitur, si hic ad sanguinem peccatoris, hoc est, si ad damnatorum pœnas animū aduertat procul dubio manus

Hebr. 11. 34.

Ambros.

August.

3. Psal. 96. 3.

August.

August.

5. Psal. 17. 9.

August.

6. Psal. 57. 11.

Rom. 1. 17.

Augustin.

manus laubit, hoc est, ad virtutis normā, animum moreseque componet. *Sed quid est, in sanguine peccatoris (ait Augustinus) laubit manus suas? Iustus quando videt penam peccatoris, proficit ipse, & mors alterius valet ad vitam alterius, si enim spiritualiter, sanguis currit de his, qui intrinsicus moriuntur. Tu videns illic talem vindictam, laua illic manus tuas: de cetero mundus viuere, & infra, & quomodo laubit manus suas, qui iustus est? Quid enim habet in manibus, quod lanetur, si iustus est? Sed iustus ex fide viuere. Iustus autem, dixi fideles, ex quo iam credidisti, iam incipis vocari iustus, vel forte, iustus dicitur lauare manus suas in sanguine peccatoris, quia non modo peccatores proficiunt ex consideratione aeternorum suppliciorum, verum & iusti.*

7.

Chrysof.

Psal. 16. 3.

1. Cor. 13.

Cum sapius pro iuggestu Chrysofomus de inferni pœnis disserteret tandem auditores, vel tædio affecti, vel indignatione commoti, nescio quid contra sanctum præfulem missitabant: quibus ipse homil. 2. in epistolam ad Philipenses his verbis satisfacit. *Ne sitis igitur ad istorum verborum grauitatem difficiles: nam ista verborum grauitas occasionem animabus vestris à peccatis resurgendi, parit.* Rem probat duobus adhibitis in medium sacrae scripturae locis: altero Psalm. 16. 3. nempe. *Igne nos examinasti sicut examinatur argentum.* altero primo Corinthiorum 13. *Uniuscuiusque opus, quale sit ignis probabit.* Ex quibus verbis Psal. suam sententiam probat Chrysofomus; singulis quibusque rebus, quæ homines fallere possunt proprium adest examen, vel natura concessum, vel arte comparatum, quo bonitas rei explorari possit. Patet hoc in pretiosis lapillis, gemmis, margaritis reliquisque omnibus; auro, & argento examen ignis est, quo eorum valorem exploramus. Dum apud viuos degunt reprobi homines cum electis, permixti sunt aded, vt inter illos nemo discernere possit. Adest etiam, & horum proprium examen: quo si non omnino certa, at probabilis coniectura: hoc ab illis discernere possimus. Quodnam hoc est? *Igne nos examinasti sicut examinatur argentum.* Id est, illi in beatorum numerum referentur, quos memoria ignis aeterni percussit, vellicat, & læcinat: illos verò aeternus manet ignis, qui ignis illius timorem abiecerunt. Similem sensum habent verba Pauli relata. *Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.* Id est, ignis ille, vel iudicij, vel purgatorij, vel inferni, illos torquet, qui huius memoria opera sua non decoxerunt: vt ignis auro, argentoque admotus, si alienam materiam inuenit, decoquit, purgat, extrahit, absorbet: si verò nullam inueniat, vim suam contra argentum aurumque non exerit. Accipe verba Chrysofomi. *Non inferuntur verba, vt animum frangat, aut conterat, sed vt corrigantur, nouimus enim, quo pacto per gratiam Dei percutiamus, quomodo verba inferamus ad hoc valentia, vt non conteramus vasculum, sed extenuemus, vt dirigamus, vt utile faciamus Domino, vt offeramus illud splendidum bene sculptum. In illum diem, in quo fluius erit igneus, nec opus habeat, ferre flammam illic futuram. Nisi enim igne eos examinauerimus necesse erit omnino, vt igne illic examinemini: neque licet aliter fieri; dies enim Domini in igne reuelabitur. Melius est, vt sermonibus nostris exuramini modico tempore quam perpetua illa gehenna flamma.*

8.

1. Cor. 10.

Insuper Chrysofomus Homilia 8. in epistolam ad Thessalonicenses adducit illud 1. Corinthiorum 10. *Neque murmuraueritis, sicut quidam illorum murmurauerunt, & à serpentibus perierunt;* quæ verba dum tractat, querit: cur Deus Hebræorum populum sapius male accipiebat aded, vt pro singulis peccatis

grauia inferret supplicia? nimirum rudem illam plebem, nec damnatorum pœnas cogitantem instruebat, & per inflicta supplicia passim ad aeternorum cruciatuum, quos apud inferos damnati patiuntur, eorum animos erigere intendebat. At plebs christiana multa de gehenna docta hoc monitore non indiget: sat illi fuerit horum tormentorum memoria quæ sanè potentior est, quam reliqua mala Hebræis inflicta, vt à peccatis reuocentur. *Si verò non iam (ait Chrysofomus) statim pœna sumitur, memineritis. Nam, illi quidem gehennam ignorabant, atque ideo subitis pœnis puniebantur. Tu verò quacumque peccata commiseris, si nullam prorsus hic penam de deris omnia solues illic.*

Chrysof.

9.

Psal. 57. 9.

Psal. 2. 1. 1.

Psal. 67. 3.

Frequens est præcipue in Psalmis humana mentis ad ceram comparatio, Psalm. 57. 9. *Sicut cera, quæ fluit auferentur.* Psalm. 21. 15. *Factum est cor meum tamquam cera liquefens.* Psalm. 67. 3. *Sicut fluit cera à facie ignis.* Et multa similia. Huius similitudinis aptam rationem deducit Chrysofomus homil. 2. in 2. ad Thessalonicenses ex natura ipsius ceræ, quæ nimirum si igni admoueat statim liquefcit calore, frigore verò rigescit: non aliter noster animus ignis aeterni memoria tactus soluitur, & ad virtutem efformandus facile redditur. In eadem allegoria liquefactæ ceræ persistens Chrysofomus addit: qui imaginem aliquam è cerâ vel effingere cupiunt, id in primis efficiunt vt ceram emolliant, & ad ignem applicatam soluant. ita nos, quibus amissam Dei imaginem refingere cordi est, in primis animæ nostræ ceram subiecta ignis aeterni consideratione habilem reddamus. Verba Chrysofomi sunt. *Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Profunt ergo colloquia bona, castigant enim, & colloquia terribilia. Est enim animus instar cere cuiusdam. Nam si quidem frigida colloquia induxeris, solidaueris ipsum, atque induraueris: si verò calida, atque feruētia, emolliueris. Emolliuunt autem ad id, quod uoles finges, & efformabis, imaginemque illam regiam insculpes.* Subdit Chrysofomus. Ideo diuitem illum auarum in infernum carcerem detrulim, quia nunquam carcer ille, ei in mentem venerat. Quia vt habes Lucæ 16. his verbis Abrahamum alloquitur. *Rogo te pater, vt mittas cum in* Lucæ 16. 9.

Chrysof.

Lucæ 16. 9.

Chrysof.

10.

Matt. 3. 9.

Idem Chrysofomus Homil. 11. in Matthæum miratur tantos animi morus excitatos prædicante Ioāne Baptista, totamque penè republicam commotam: quod indicat Matthæus 3. 5. *Tunc exibat ad eum omnis Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane consistentes peccata sua;* idem habes apud Marcum cap. 10. apud Lucam 3. 4. cum enim tot præcessissent Prophetæ vitæ austeritate Ioanni non dissimiles, miraculis, & portentis clarioribus, vnum tamen vel altitum ad penitentiam euocabat, at Ioannes totam penè plebem cum magistratibus. Huius rei causam assignat Chrysofomus, quia scilicet alij Prophetæ temporalia supplicia populo minabantur,

ait

ast Ioannes multa differuit de gehenna, quæ res adamantina illa pectora attriuit, emolliuit. Etenim Baptistæ prædicatio à gehennæ tractatione sumpfit exordium, sic enim habet Matth. cap. 3. *Progenies viperarum, quis vos demonstrauit fugere à ventura ira?* Et rursum. *Iam enim securis ad radicem arboris posita est; Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Et infra. *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili.* Si ergo nunc in quotidianis concionibus fructus operi non respondent, forte illud in causa est, quod contra Baptistæ præceptum, multa de requie, & felicitate concionatores miscent, de æterna verò damnatione, neque verbum quidem. *Quid igitur factum est* (ait Chryso-
 stomus) *quod cum illorum essent filij, tamque nequiter educati susceperunt subito penitentiam, ut eam nobis non suis parentibus offerrent. Unde hæc facta est repente tanta conuersio? Quis voluntates eorum asperas mitigauit? quis vulnera immedicabilia curauit? & considera quemadmodum illos ab ipsis omnino principijs attonitos reddiderit de gehenna scilicet inferendo sermonem. Non enim aliquid, quod visitatum est, neque dixit; quis vos demonstrauit bella vitare, & irruentes fugere impetus barbarorum, captiuitates, penitentias, fames, sed aliud quidem supplicium comminatur, quod nunquam fuerat ante illis manifestum. Quis, inquit, demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* Hæc Chryso-
 stomus de Ioanne. Proximus est Chryso-
 stomo Basilius in illa verba Psalmi 28. *Vox Domini confringentis cedros.* quæ verba ad Ioannem Baptistam refert, sed quid est in causa, quod cedros libani, arbores adeò proceras diffindat, difficet, & comminuat? nimirum quia sermonem habuit de gehenna, quo elatos hominum animos ad penitentiam reuocauit, ut enim confertis arboribus syluis, si quis ignem subiiciat paruo tempore in cinerem redigit: non aliter, dum Baptista de inferorum pœnis apud populum disserit, dura corda conterit, umbrosaque vitiorum virgulta concremat, & ignem igne incendit, hoc est, æterni ignis subiecta memoria, igneos vitiorum globos, quos euomunt vitia, extinguebat. Audi Basilius. *Vox Domini interdicentis flammam ignis. Peccatum quod ignis instar Israëlẽ deuastabat Ioannes interdixit, dicens; penitentiam, appropinquauit enim regnum celorum. Flammam itaque affectionum, quæ ex peccato mortalium animabus innaicitur, interdicit, dum Iudæis de sempiterno igne differuit, iudicijque diuini vehementiam exposuit, dicens. Cuius ventilabrum in manu sua, & repurgauit aream suam, & triticum quidem reponet in horrea, paleas autem comburet igne inextinguibili. Flammam itaque illam interdicit, ubi terribilia ista populo ob oculos proposuit.* Sed quod magis mireris ipse Dominus ad prædicationis officium missurus Apostolos id in primis monet, ut scilicet frequenter sermonem inferant de gehenna. Idem Chryso-
 stomus homilia 33. in Mattheum expendit verba illa Christi Domini ad discipulos suos, semina verbi Dei spargere mandantis? *Orate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam;* Alluisse credit Chryso-
 stomus ad relata verba Baptistæ, quibus de æterno supplicio mentionem fecit, scilicet; *cuius ventilabrum in manu eius, &c.* vtroque enim ad rē agrariam, ad messem, ad ventilabrum, & aream refertur oratio; ergo verba illa Christi Domini ad discipulos suos habent hunc sensum. Prædicationis officium aggressuri discipuli ob oculos vobis proponite, & illud exemplum magnos animi motus cientis Baptistæ pro viribus imitami, & sicut ille fre-

quenter sermonem de tartareo carcere habebat, ita & vos huius rei tractationem sæpius in concionibus assumite, ita enim fiet vt sermo vester, vel sceleratissimorum hominum intima penetret præcordia. Hanc rem totam his verbis comprimit Chryso-
 stomus homil. 33. in Matth. *Et verba Ioannis memoria recolligerent, neque obliuiscerentur areæ, & vicularis, aut ventilabri, aut paleæ, aut tritici.* Liceat obiter magnum illum Ioannem Baptistam admirari sanctitatis portentum, quem imitandum tanquam vnicū exemplar Christus Dominus omnibus Apostolis proponit. Præclare enim, quasi dicat, iniuncto muneri facietis satis, si magni illius concionatoris Ioannis aliqualem imaginem expresseritis. Vt enim rudem discipulum docturus magister, vel Virgilium vt ligatam orationem ediscat, vel Tullium, vt solutam, manibus terendos tradit: non aliter Christus Dominus discipulos ad dicta Ioannis, prædicationemque remittit. Interim hæc de Ioanne præmissi lubens, multa dixerim si se se occasio dederit.

Adeamus magnum Gregorium, qui libro 2. in Regum cap. 1. adducit verba illa ex Cantico Annæ. *Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.* Viuificaturus mortificat, vt homines cælestis felicitatis vita donet, prius infernæ mortis timorem inuehit. Hic enim metus est primus gradus ad beatitudinem. Ergo ita Gregorius. *Vt mortificet quippe ducit ad inferos, & vt viuificet reducit ab inferis. Omnipotenti enim Deo ad inferos deducere est, peccatorum corda æternorum cruciatuum consideratione terrere. Ei quoque ab inferis reducere est, terras penitentium, atque commissa lugentium mentes spe vitæ indeficientis attollere.*

Et libro 34. moralium capite 12. in hunc sensum explicat verba illa Dei ad Iob capite 41. 23. *Æstimabit abyssum tanquam senescentem.* Quasi dicat. Hinc diabolus impios homines ad se trahit, quod eis persuadet tartara paulatim senescere, hoc est sensim vires amittere. Non quod quis fidelium huic commento fidem præbeat, nempe damnatorum animas tandem aliquando ex infernis emeruras flammis, sed quod æternarum, pœnarum memoriam abiiciant, remque tristem contemplari reculent. Verba Gregorij hæc sunt. *Abyssum namque senescere æstimant, qui terminari quandoque supplicij supernam animaduersionem putant.*

Et lib. 10. moralium capite 23. pro nobis exponit verba illa Psalm. 145. *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Id quod semper meditabantur, nempe temporalia, & quod semper eorum oculis obuersabatur euauit, periit. in illud verò quod nunquam mente tractauerunt, videlicet pœnas damnatorum, inciderunt, nihil minus cogitantes. *Quorum scilicet oculi* (ait Gregorius) *tunc superna vltione deficiunt, quia suo hic iudicio à terrena deficere delectatione noluerunt. Hos illorum oculos à incunditate pristina claudi Psalmista conspexerat, cum dicebat, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quia æterna mala nunquam cogitata reperierunt, & subito amittunt bona temporalia quæ diu tractando timuerunt.*

Gregorius 7. moralium cap. 3. eadem ratione exponit verba illa Iob 6. cap. 4. *Sagitta Domini in me sunt. Quarum indignatio ebibit spiritum meum.* Hoc est, æterni supplicij terror tantum mihi incussit timorem, vt penè animi vires emarcuerint, meque ad bonam frugem timore territum conuerterint. Quam sententiam, his verbis tradit Gregorius. *Sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, sagittæ autem Domini spiritum hominis ebibunt,*

Chrysof.

I I.
1. Reg. 2. 6.

Greg.

I 2.
Iob. 41. 23.

Greg.

I 3.
Psalm. 145. 4.

Gregor.

I 4.
Iob. 6. 4.

Gregor.

Chrysof.

Basilius.

Chrysof.

Luca 10. 2.

ebibunt, cum superna animaduersionis sententia afflictam mentem elatione compeſcunt.

15. Et quarto moralium capite 28. eadem ratione ad ſenſum pium trahit verba illa Iob cap. 3. *Obtenebrentur ſtella caligine eius.* Id eſt, etiam ſi virtute, & religione clarus aliis facem præferas, & noctis tenebras diſcuſſo lumine intermittas, inſtar ſtella. Nunquam tamen æternorum ſuppliciorum memoriam abiicias. Et nonnunquam mentis humanæ has tenebras offunde. Verba Gregorij accipe. *Obtenebrentur ſtella caligine eius, id eſt, etiam illi contemplatione ſua antiquæ noctis adhibere tenebras ſentiant, de quibus nimirum conſtat, quod humano generi huius vitæ caligine virtutum ſuarum iam radios expandant.*

16. A nobis eſt idem Gregorius ad illam ſententiam Iobi cap. 10. *Antequam vadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine.* His verbis, rectè autem dicitur operta caligine, quia ſi aperta eſſet mortis æterna pœna, & nota mortalibus, vel motus & horror illius, multo quidem poſſet à peccatis forſitan cohibere. Ergo ſi homines, æternos cruciatus meditarentur, facilè æternos carceres, ſubterfugerent. Ideò Dominus tartareum carcere in terræ umbilico conſtituit: & licet beatitatis veſtigia aliqua ediderit, at æternas pœnas omnino occultas eſſe voluit. Ergo vide malorum initium, & criminum originem; nempe, quia inferorum regio operta eſt caligine, id eſt, nemo eſt, qui eam contempletur.

17. Tandem accedat Baſilius ad illud Pſalm. 44. *Sagitta tua acuta populi ſub te cadent.* In quem locum congerit ſimilia verba, ex Pſalmo 119. 4. *Sagitta potentis acuta cum carbonibus deſolatorijs.* Petit David his verbis ſagittas acutas, & à lacertoſo excuſſas brachio. Quod ſi, vel his armis inimici non expugnentur, addi perit carbones deſolatorios, id eſt, gehennalium flammaram meditationem. Ergo optat David Chriſtiano oratori ad manum ad eſſe ſagittas, hoc eſt, efficacia verba, quibus peccatorum corda tranſigat, & eos ad meliorem mentem traducat. At non quæcumque verba hoc facere valent, ſed à potenti brachio contortas ſagittas deſiderat. *Sagitta potentis.* Hoc eſt verba planè diuina vel à Deo immiſſa, vel quæ à rebus diuinis ſunt. Inſuper addit, *acuta,* id eſt, verba rhetorum more climata, & ad ornatum orationis compoſita. Multam enim vim addit orationi eloquentia. Verba itaque concionatoris, & diuino numine ſint referata, & ad rhetorum normam elaborata, vt peccatores valeant lancinare. Sed ea eſt impiorum duritia, vt nè huiusmodi quidem ſagittæ valeant corda vulnerare: quid ergo faciendum? *Cum carbonibus deſolatorijs,* hoc eſt: quod ſi nec ſic quidem pro voto res accidat de æternis incendijs concionatores Chriſtiani inferant ſermonem, qui vel duriffima corda emollire, & liquefacere valeat. Verba Baſilij ſunt. *Ex quo pſalmiſta cupiens quandoque à dolofis hominibus ſua aratis, & generationis liberari, contra doloſam linguam ſagittas potentis acutas in remedium exquirat. Querit item carbones ſibi ad eſſe deſolatorios, vt quorum corda ob duritiem calloſam ſpirituales ſagittæ non contingant, his paratum ſit ſupplicium, quod carbones deſolatorios appellauit. Quicumque enim ſe priuauerint veri Dei præſentia, his carbonum deſolatoriorum apparatus eſt neceſſarius.*

18. In caleq̄ accedat Rupertus libro 9, in Geneſim cap. 32. exponens verba illa Geneſis 49. quibus Iacob benedixit Dan. *Fiat Dan coluber in via cæræſtes in ſemita, mordens ungulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrorſum.* Cadere mori eſt ſecundum anagogem. Homines ergo quandoque retro, quandoque in

faciem cadunt, In faciem cadere eſt mente tractaſſe huius vitæ exitus, quæ pœna, quæ felicitas impios, piòſque homines poſt hanc vitam maneat, at damnati, qui veniunt nomine Dan retro cadere dicuntur, quia æternam, in quam incidunt miſeriam, neque per ſomnium agnouerunt. Hæc ſunt verba Ruperti. *Aſcenſor equi eſt quiſquis extollitur in dignitatibus mundi, qui retro cadere dicitur, & non in faciem, ſicut Saulus cecidiſſe memoratur. In faciem enim cadere in hac vita vnumquemque ſuas agnoſcere culpas, eaſque pœnitendo deplorare eſt. Retro vero, quo non videtur, cadere eſt, ex hac vita repente decedere, & in qua ſupplicia ducatur ignorare.*

§. II.

19. **I**Am, quam ſint graues damnatorum pœnæ, diſſeramus. Frequens eſt apud ſcholasticos & patres in pœnam damni, & ſenſus partitio. Damni pœna eſt, Dei viſione perpetuo priuari, ſenſus verò pœna comprehendit omnes animi & corporis cruciatus. Prior autem harum longè poſtერიorem ſuperat. In primis rem hanc vidit Baſilius in ſcholijs ad illud Pſalmi 5. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem.* Cum multa in inferniſ locis homines crucient, cur quæſo omnia Propheta ſubtrahit, & ſolum quo odio eos Deus perſequatur in medium adduxit: *Odiſti omnes,* &c. Cur non multa de vlticibus illis flammis, de aculeo æterni vermis, de niuium, & gelu rigore, ſulfurea, graueolentia, & alijs ſubiungit? nimirum ſi hæc omnia cum Dei odio, & pœna damni conferantur nec nomen quidem ſupplicij merentur. Audi Baſilium; *odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. Non enim odio tantum abſoluitur ſupplicium, inquit, ſed inſiſtitur omnibus, qui loquuntur mendacium, propterea his quidem, qui intelligere valent odium, craſſioribus verò, & præſractionibus perditionem deſignauit.*

20. Eodem modo explicat Chryſoſtomus verba illa Pſalmi 38. *Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero.* ac ſi dicat, id oro Domine ad te, vt prius, quam vita excidam peccata in te commiſſa mihi remittas, ſed cur quæſo, o, David opportunam ante mortem eſſagitas pœnitentiam? An ne æternis crucieris pœnis, vt æterna vites ſupplicia? minimè quidem: eſt enim longè grauior pœna, quam cum mente voluo totis artibus contremiſco, quam, vt eſſugiam, dari mihi locum pœnitentia eſſagito. Quænam hæc eſt, *remitte mihi, vt refrigerer, priuſquam abeam, & amplius non ero;* ſcilicet conuertibilis. Hoc eſt, illud timeo ne ſi tibi ingratus, vltimam vitæ periodum conficiam, æternas tecum agam inimicitias. Nam licet vita ſuperſtite poſſint denuo in amicitiam tecum conciliari, at vita functis amicitiam refrarcire non datur. Ergo hanc damni pœnam reliquis omnibus longè antefero. Audi Chryſoſtomum: *Refrigerari autem priuſquam abeam, hoc eſt, antequam hinc proficiſcar, ſi enim hinc receſſerimus, non accepta per pœnitentiam refrigeratione non poterimus amplius eam accipere. Quare? quia non ſumus amplius. Non quod eo deueniamus, vt non ſimus, & ab eſſentia excidamus, vt nonnulli exiſtimant, ſed amplius non ero, hoc eſt, non poſſum mutari.*

21. Hanc duplicem pœnam agnouit Chryſoſtomus Homilia 24. in Matthæum, ad illa verba Ioannis Baptiſtæ Matth. 3. 10. *Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Etiam exterorum calculo homo inuerſæ arboris ſimilitudinem præfert. Ergo hæc arbor diuinæ damnationis exciſſa bipenni, excidetur, hoc eſt, radicitus euellitur,

euclletur. En tibi pœna damni, qua omnes damnati omnino intereunt, nec vnquam repullulare possunt. Quid inde? *Et in ignem mittetur.* Ecce pœna sensus, quæ in igne præcipuè sita est. Harum autem potior & maior est pœna damni, & alterius veluti radix, & principium. Quem ordinem etiam seruauit Baptista dum dicit excidetur, & in ignem mittetur. Prius, *Excidetur*: & postea, *in ignem mittetur.* Annecto verba Chrysofomi. *Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Et videtur quidem vna tantummodo pœna esse nempe comburi: si verò hoc aliquis diligenter expendat, duplex hoc inueniet esse supplicium, qui enim gehenna vritur, cœlorum etiam regnum prorsus amittit, que certè maior pœna est, quam cruciatus ille flammarum. Noui autem, quod plurimi pertimescant tantam gehennam; ego autem illius gloria amissionem multo auarior, quam ipsius gehennæ dicit esse supplicium.*

Hanc eandem duplicis pœnæ rationem distinguit paræmia illa Zizaniorum secundum Chrysofomum homilia 48. in Matthæum Ita enim habes Matthæi 13. 30. *In tempore messis dicam messoribus colligite primum Zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Primum metere iubet, hoc est, in perpetuum excidi, quæ est pœna damni, deinde comburi, quod ad pœnam sensus refert Chrysofomus his verbis. *Ita duplicem purificationem videre licet, alteram quoniam igne æterno ardebunt, alteram, quod ab ineffabili illa gloria excident.*

Multa ad eandem rem congerit Chrysofomus homil. 57. in Matth. in quibus, vtriusque pœnæ fit mentio, & in omnibus primo loco tanquam præcipua ponitur pœna damni, postea sensus. In primis adducit verba illa Matthæi 24. 48. *Vbi de seruo nequam loquitur Dominus. Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis, veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & stridor dentium.* Primo enim diuidit, id est, adeo radicitus euellit: deinde in locum fletus, & stridoris dentium mittit. Secundo loco adducit verba illa Matth. 22. 13. *Vbi his verbis describit supplicium illius, qui sine veste nuptiali in regias nuptias, & conuiuium irrepsit. Tunc dicit rex ministris: ligatis manibus, & pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores.* Prius ligantur manus, & pedes, id est, insolubili nexu ne quid boni possit operari manibus, nec pedibus ambulare, manus, pedesque confringuntur.

Tandem adducit verba illa Baptistæ Matth. 3. *Tam enim securis ad radicem arboris posita est. Quæ verba æternam à Deo diuisionem significant. Deinde: paleas autem comburet, igni inextinguibili.* Quæ verba necessario de inferorum pœnis accipienda sunt. Omnia hæc adiungit Chrysofomus his verbis. *Et hos quidem dissecabit, & tradet tortoribus; hos vero manibus, & pedibus ligatis in tenebras iubet mitti exteriores. Ita post securim fornax succedit. Et, qui à sagena proiciuntur, illic precipitabuntur.*

Est etiam aliud pœnarum genus apud inferos quod accidentalem pœnam vocant Theologi. Sicut enim sancti præter beatitudinem quam scholastici essentialiter appellant, multam capient delectationem ex aliorum gaudio, & ex multis aliis capitibus, quam accidentalem beatitudinem vocamus: sic, & damnatis præter supplicium operibus respondens, accedit etiam, ex aliis rebus tristitia, vt puta falsorum dogmatum magistris, & discipulorum lapsu. In hunc sensum adducit Basilius, libro de

vera virginitate verba illa primo ad Timotheum 5. *Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem, & subsequuntur.* Hoc est, quibusdam hominibus postquam in Tartara corruerunt pœna accrescet denotio. Postquam de beatorum præmiis sermonem habuit Basilius subinde ad damnatorum pœnas orationem conuertit. *Sic contra alij quidem præcedunt peccata eorum, qui pessimis sermonibus, & operibus lasci atque impediti a virtutis tramite in infernum præcessere supplicia sue damnationis, que authoribus illic parantur. Alia verò etiam sequuntur, eorum scilicet, qui post ipsorum mortem per summam nequitiam, & exempla pessima, que mundo reliquere, dum eos imitari pergunt, maxime leduntur.*

§. III.

Hoc discrimine partimur damnatorum pœnas, nunc autem quam sint acres prosequamur. De his pœnis intelligit Basilius verba illa Esai. 14. 31. *Ulula, porta, clama ciuitas, prostrata est Philistæa omnis, ab aquilone enim fumus venit, & non est qui effugiat agmen eius.* Philistinorum ruinam protendit his verbis propheta, & eorum excidium. Sed quænam pœna eam prouinciam deleuit? *Ab aquilone fumus veniet.* Solo fumo punitur, mirum sanè, quod tam tenuis pœna tantam cladem possit inferre. Iuxta Basilius loquitur propheta de inferno igne, quia adeo acris est, vt nem dicam ipsam vim ignis, sed neque finium, quem exhalat sustinere possint homines. Verba Basilij audi. *Non equidem, non inquam, ferientur, aut conquescent inhabitantes regionem Philistinim. Ab Aquilone enim fumus venit, sententia hac imbecillitatem exprimit Philistinorum, quia nec sumi quidem cruciacionem sustinent, tantum absunt, vt tolerent ignem incendio deflagrantem.*

Idem Basilius in scholiis ad illa verba Psalm. 10. *Pluet super peccatores laqueos ignis, &c.* Intendit his verbis quatuor indicasse Prophetam circumstantias, quæ maxime augent vim inferorum tormentorum. Duas sub nomine pluuiæ indicat, duas alias ignis nomine protendit. Ergo dicitur pluuiæ, vt pœna hæc indicetur inuitabilis, vt enim pluuiam desuper defluentem, ne decidet, nulla hominum vis prohibere potest, non aliter inferorum pœnam, nemo arcere potest, nemo subterfugere. Secundo eadem pluuiæ ostendit supplicij abundantiam, sicut enim pluuiæ facillè totam irrigat regionem, quod vix deductis è flumine riuus, & cum multo labore fieri posset, haud aliter, magnam hæc pluuiæ suppliciorum copiam indicat. Ignis etiam in primis ostendit supplicij promptitudinem. Etenim ignis breui tempore materiam, & fomentum absumit, & quasi ablingit, eadem ratione nulla interposita mora in infernum carcerem detrudendi sunt damnati. Non diutiùs protrahenda causa, non iudex interpellandus, non adhibendi testes, non conueniendi lictores, &c. Ignis adest paratissimus qui omnem traditam sibi cateruam sine mora dissecruet. Tandem ignis etiam significat vim consumendi. Multa quidem sunt, quæ hominibus necem inferunt, vt puta gladius, pestis, febris, &c. At ista licet vitam auferant, corpus tamen integrum relinquunt, ignis verò & vitam adimit, & corpus absumit, & in puluerem redigit, alia hominibus illata supplicia non omnino hominem abliguriunt, pœna verò infernalis omnino absumit. Eaque tantum ratione vitam conseruat vt possit diutiùs viuos punire. Cuncta hæc Basilius premit his verbis. *Pluent super peccatores laqueos, per hæc nomina*

1. Tim. 5. 24.

25.

26. Psal. 10. 7.

Basilius

E multum

Chrysof.

22.

Matth. 13. 30.

Chrysof.

23.

Matth. 22. 13.

Matth. 3. 10.

Chrysof.

24.

multum habentia supplicij condemnationem, & inuitabilem supplicij abundantiam, plagæ promptitudinem, vim consumendi exprimere volens significauit.

27.

Lucæ 16.23.

Chrysofomus Homil. 5. de diuitem in Lucam expendit verba illa Euangelistæ agentis de supplicij diuitem epuloni inflicti. capite 16. 23. *Elenans autem oculos suos cū esset in tormentis, ipse in tormentis, non in ipso tormenta, aded enim magna sunt tormenta, vt ea homo non capiat, sed quasi hominem obruant & inundent. Et vt dictum est de beatorum fœlicitate: intra in gaudium Domini tui. Hoc est, aded hominis mentem excedit æternorum gaudiorum copia, vt ea contineri vix possint: & ided potius gaudia hominem continere, quam ab illo contineri dicuntur. Eadem ratione de pœnis damnatorum dicendum indicat Chrysofomus his verbis. Elenans oculos suos cum esset in tormentis totus.*

Chrysof.

28.

Hebr. 10.27.

Idem Chrysofomus Homil. 20. in illa verba capitis 10. ad Hebræos. *Et ignis amulatio, quæ consumptura est aduersarios.* Tribuit Apostolus per Protopopœiam, personam igni inferorum, qui ætuo zeli actus acriter in damnatos dæseuit: vtiturque apto exemplo, vt enim antiqui Romani daturi bestias in theatro oblectandi populi gratia, vel inflicti vulneribus vel subiectis facibus eas irritabant, & vires exacuebant: quod & apud nostrates in taurorum ludo videre est: haud aliter Deus Maximus damnatos puniturus, igni per se satis acris, vires auget, immisso zelo suo auctori irrogatam iniuriam vindicanti. Ergo ignis vel, vt zelo armatur, & vires auget, & nouam vim induit, vt in Dei contemptores dæseuiat, multumque hunc nostrum ignem vi superat. *Deinde (ait Chrysofomus) consumpturum eos ostendit dicens: ignis zelus consumpturus est contrarios, sicut enim bestia pronocata, quæ est valde saua, & agrestis, donec apprehendat aliquem, & deuoret: sic etiam ignis ille, tamquam aliquo zelo stimulatus, si quemquam apprehenderit, non dimittit, sed deuorat & lacerat.*

Chrysof.

29.

Psal. 49.3.
Matth. 3.10.

Augustinus dum exponit verba illa Psalmi 49. *ignis ante ipsum præcedet:* adducit verba illa Baptistæ, iam enim securis ad radicem arboris posita est. Expende verba illa, ad radicem, non ad ramos sed ad radicem, reliqua omnia, vel inflicta supplicia vel damna, quæ homines pati possunt, quasi hominis, qui arbor dicitur ramos excidunt, iterum pullulatos, vna est pœna, quæ radicitus arborem euellit, omnemque in posterum reuirefcendi spem adimit, damnatorum carcer. Audi Augustinum: modo peniteat cum fructus est penitendi, modo adhibeatur ad radicem arboris cophinus stercoris, id est, cordis luctus, & lachrymarum, ne veniat ventus, & eradicetur. Cum enim eradicaerit iam ignis expectatur, modo enim, & si fracti sint rami possunt rursus inseri. Tunc omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Ignis in conspectu eius exardebit, & in circuitu eius tempestas valida.

August.

30.

Psal. 27.4.

Psal. 98.8.

Tandem Gregorius libro 5. moralium cap. 10. expendit puniendos damnatos, secundum adinventiones eorum, sic enim habes Psalmo 27.4. *Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum.* Et iterum Psalm. 98.8. *& ulciscens in omnes adinventiones ipsorum.* Quæ enim ratione puniendos asserit iuxta adinventiones ipsorum? Nimirum quia aded graues damnati reputant pœnas quas perpetiuntur, quasi Deus nouorum tormentorum genera quotidie excogitet, quorum insolentia inflicta vulnera subinde refriquet: quasi secum damnati hoc modo loquantur. Nos nouas artes, quibus nosmetipsos ad vitia irritaremus exco-

gitauimus, vicem Deus nobis rependit, nouas artes subinde nos puniendi excogitauit. Audi Gregorium, vt sine fine crucietur, viuere sine fine in pœna impellitur, vt cuius vita hac mortua fuit in culpa, illic eius mors viuat in pœna, iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic, & sustinebit, qui enim multa inuenit ad culpam nouis inuentionibus crucietur ad pœnam.

§. IV.

VERUM aliqua subiiciamus argumenta, vt quam comprehendere non possumus inferorum pœnam, quibusdam rationibus inuestigemus, vt supra de beatitudine dicebamus. In primis illud sit, quod omnium malorum molem subeunt damnati. In vnum mente collige quidquid laboris, & ærumnæ apud mortales dispersum est. Vt puta famem, paupertatem, cruciatum, morbos, & reliqua his similia: atque his in vnum collectis, quasi rudi penicillo aliqualem harum pœnarum imaginem adumbrabis. Primam faciem huic rei præferat Augustinus concione 31 in Psalmum 118. *Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis trepidauit cor meum.* Quibus verbis totius Ecclesiæ nomine hunc sensum appingit Augustinus. Multis denuoque excogitatis suppliciis Romanorum Imperatores, alique Tyranni fidem Christianam demoliri conati sunt: ast ego rem vnam supplicium, & malum iudicauit, nempe æternam pœnam. Reliqua omnia suppliciorum vmbra, & vacuam solum imaginem continere reputo. Idem sonat Augustino verbum illud, *gratis.* Principes quidem me persecuti sunt, sed gratis, hoc est, supplicio ad speciem solum. Ided cauit Dominus ne eiusmodi mala timeremus. Sic enim habes apud Matthæum 10.28. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animum autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam.* Ne instar puerorum ad laruas, & fœtas personas expauescat: eum solum timete, qui potest æternam infligere pœnam. Neque enim dixit, minus timete, sed, nolite timere: omnem enim timorem longè abigit, non immoderatum minuit. Verba Augustini subscribo. Ergo terreni reges Christianos gratis persecuti sunt. Sed quod subiecit attende, & à verbis tuis formidauit cor meum. Habuerunt quidem, & illi verba minantia, expello, proscribo, occido, unguis torqueo, ignibus torreo, bestias subigo, membra dilanio: sed tua potius me verba terruerunt: nolite timere eos, qui corpus occidunt, & post hæc non habent amplius quid faciant: sed eum timete, qui habet potestatem, & corpus, & animam perdere in gehennam, ab his verbis tuis formidauit cor meum.

31.

Psal. 118.

Mat. 10.

August.

32.

1. Petri 4.15.

Ex suppliciis, quibus homines iustos Deus afficit grauitatem suppliciorum apud inferos venari possumus. Hæc est mens Augustini in epistolam ad Romanos dum interpretatur verba illa prima Petri 4.15. *Nemo autem vestrum patietur homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem, vt Christianus, glorificet Deum in isto nomine.* In quo quæso nomine, ô, Petre: statim subdit: *quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.* vel vt legit Augustinus: *quia tempus inchoationis iudicij à domo Dei.* Quæ verba si annectamus hunc sensum reddunt. Si quando, ob fidei confessionem ante tribunal tyranni Christianus aliquis sistatur: multique discrucietur suppliciis, gratias agat Deo. Quare? quia eum ab infernis pœnis absoluit, quarum grauitatem ex his, quas patitur, subodorari potest. Quantumuis enim immania experiatur supplicia vmbra tantum sunt, nomen & imago futurorum, & veluti

veluti inchoatio quædam. In eundem prorsus sensum adducit verba illa Pauli 2. ad Thessalonicenses 1.4. Ita, vt nos ipsi in vobis gloriaremur in Ecclesijs Dei pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei. Vim addidit Augustinus illis verbis: In exemplum iusti iudicij Dei. Ac si dicat Apostolus: idè Deus multis miserijs inuoluit iustos apud iniquos degentes: vt aliqualem speciem præferat, futurorum suppliciorum. Nam qui amicorum nec næuum patitur sine pœna, qua quæso tormentorum vi inimicorum maculas eluet? *Petrus quoque Apostolus (ait Augustinus) exhortans fratres ad perseverandas pro Christi nomine passiones, ita loquitur: nemo vestrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut curas alienas agens. Si verò tamquàm Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine: quia tempus inchoationis iudicij, à domo Dei. Si autem initium è vobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio Dei. Et si iustus quidem vix saluus sit, iniustus, & peccator vbi parebunt? manifeste ostendit eandem passiones, quas iusti patiuntur ad iudicium Dei pertinere, quod inchoari dicitur ex domo Dei, vt inde coniciatur, quanta impijs futura seruentur. Vnde etiam idem Apostolus ad Thessalonicenses dicit: ita vt nos ipsi de vobis gloriaremur in Ecclesijs Dei pro vestra patientia, & fide in omnibus persecutionibus, & pressuris, quas sustinistis, in exemplum iusti iudicij Dei. Quod omnino ad illud respicit, quod ait Petrus, tempus esse inchoationis iudicij, à domo Dei: & illud, quod de Propheta interposuit, & si iustus vix saluabitur, peccator, & impius vbi parebunt?*

Ad eandem rem adducit Augustinus verba illa Psalmi 33. *Multa tribulationes iustorum: & de omnibus his liberavit eos Dominus. Hoc est, iusti multa mala patiuntur, scilicet paupertatem, morbos, opprobria, &c. At iniustus vnus tantummodo infligitur malum, quod instar omnium est. Imò omnia simul longè superat, nempe, æternus cruciatus. Multa tribulationes iustorum (ait Augustinus) magis si iniusti sunt pauciores habent tribulationes, aut nullas, illi venient ad tribulationem sempiternam, vnde nunquam non crucientur: iusti autem post multas venient ad pacem sempiternam vbi nihil mali patientur.*

Augustinus in Psalmum 45. à nobis est exponens illa verba Christi Domini Matth. 21. 44. *Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem verò ceciderit conteret eum.* Nimirum lapis iste ipse Deus est, male accipiens homines immittendo nimirum labores, & ærumnas. Cadit autem super hunc lapidem, qui in hoc sæculo laboribus vrgetur, cõminuitur autem lapide, qui æternis cruciatibus in futuro sæculo subest. Longè amplius futura supplicia præsentibus antecellunt, quam solet lædere lapis ex summo decidens & omnia conterens, petra ad quam fortè impingimus. Etenim (ait August.) *Christus verus lapis in hoc sæculo, quasi terræ infixus iacet, in iudicio verò futuro, quasi ex summo veniet, impius conteret. Lapis ille adhuc paruulus erat, paruulum contempserunt, & contemnendo offenderunt, & contemnendo conuassati sunt, restat vt, & conterantur. Hoc enim dictum est de lapide illo. Qui offenderit in lapidem illum conuassabit eum, super quem venerit, conteret eum. Aliud est conuassari, aliud conteri. Conuassari minus est, quam conteri, sed neminem conteret excelsus veniens, nisi quem conuassauerit humilis iactus. Iudæi & offenderunt in illum, & conuassati sunt. Veniet autem postea in iudicio suo clarus, atque altus, magnus, & potens, & non infirmus, vt iudicetur, sed fortis, vt iudicemur, & conteret eos, qui conuassati sunt in eum*

offendendo. *Lapis enim offensionis, & petra scandali.*

Idem Augustinus ad illum versum Psalmi 77. *& cognoscat generatio altera.* Pro nostro instituto adducit illud 1. Corinthiorum 10. *Hæc omnia in figura contingebant illis.* Præmiserat Apostolus varia supplicia ob varia crimina Hebræis immissa; post hæc subdit prædictam sententiam, quasi dicat: hæc quidem quæ per se immania sunt supplicia, si cum infernis pœnis comparentur vmbra solum, & inanem credas imaginem. His verbis Augustinus hanc sententiam exponit; porro si ille interius à serpentibus, & ab exterminatore illa perditio, & glady traditio figure fuerunt, sicut euidenter dicit Apostolus, cum illa cõtingisse manifestum sit, non enim ait, in figura dicebantur, vel in figura scripta sunt, sed in figura contingebant illis, quanto maiori diligentia cauenda sunt pœne, quarum illa figura fuerunt.

Eodem modo exponit Augustinus verba illa Psalmi 7. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit.* Hoc est vagina liberabit. Cum enim quis inimicum non ferire sed fugare intendit, ense percutit in vagina incluso: si tamen vulnerare, & omnino delere in animum inducat, stringit gladium, & euaginat, vulnera infligit, & enecat; sic Deus in hoc sæculo immisissis malis potius terret, quam ferit: at in futuro, *gladium suum vibrabit.* Si ergo Dei iustitia ita in scelestos quosque adhuc viuos debacchatur, & sæuit: dum gladium operculo nudauerit, ad internecionem prorsus delebit; si quando Dios da elgolpe conbaynay todo hierre de tal manera, que sera quando lade sen bayne? Ad eundem sensum adducit alia sacræ Scripturæ testimonia in quibus futurum supplicium nudato gladio fieri dicitur, *Leuitici 26. 33. Euaginato post vos gladium.* Et sæpius apud Ezechielem. Interim Augustinum auscultat. *Potest ipse homo Dominus, gladius Dei intelligibilis acutus, id est, frammea, quam non vibravit primo aduentu. Sed tamquam in vagina humilitatis abscondit. Vibrabit autem in secundo aduentu, veniens iudicare viuos, & mortuos splendore claritatis suæ.*

In eadem sententia est Chrysostomus pertractans verba illa ad Romanos 1. *Reuelatur ira Dei de cælo.* Nunc quidem solum reuelatur, hoc est, vel, sola specie palam fit, vel, solum verbis exponitur. Nondum vindictam exercet. Cum mente volueris omnia quæ in hoc sæculo infliguntur supplicia, ærumnas, labores, &c. vel, solum verborum strepitus, vel sine corpore inanes imagines puta. Illud solum loco supplicij habendum est, quo apud Tartara damnati patiuntur. *Palam enim fit ira Dei de cælo (sic enim ait Chrysostomus.) At qui, & hac quoque in vita id per sepe vsu venit: videlicet dum pestis, dum fames, dum bellum ingruunt. Etenim, & priuatim singuli, & communit er omnes puniuntur, quid igitur noui tunc erit? nempe quod supplicium, & maius, & commune, & propterea non earundem rerum causa. Nunc enim quæ sunt ad corruptionem sunt: tunc autem ad pœnam, id quod Paulus his declarans dixit: erudiatur nunc, vt non cum hoc mundo damnemur.* Verba sunt Pauli 1. Corinthiorum 11. *Circa quæ illud expendo: inflictis nimirum in hoc sæculo pœnis solam, & meram eruditionem dedisse Paulum: totum verò, & integrum supplicium ad futuras pœnas retulisse. Quasi omnia mala, quæ apud viuos sunt nec minimi supplicij loco habenda sint, vel, fortè præsens pœna ad eruditionem dicitur: quia Deus in hoc sæculo similis est parenti, magistro, vel pædagogo qui puerum terreat, vel, leuiter castigat, vt ab otio arceat: in futuro verò sæculo iudicem referat, qui seuerè*

35.
Psal. 77. 6.
1. Cor. 10. 11.

36.
Psal. 7. 13.

Psal. 7. 13.

Leuit. 26. 33.
August.

37.
Rom. 1. 18.

Chryso.

1. Cor. 11. 32.

August.

33.
Psal. 33. 20.

August.

34.
Mat. 21. 44.

August.

fontes punit:dam flagellat, exilio pellit, capite plectit, hæc enim vera sunt supplicia, illa vero tantummodo figuram & personam sustinent.

38. Apprime Chrysofomus homil. 44. in Ioannem pro nobis adducit verba illa dæmonum ad Christum Dominum Matthæi 8. 29. *Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos.* Quibus verbis hæc subest sententia, cum integrum supplicium in futurum sæculum referuaueris, quid, & in præsentem damnas? En tibi dæmonum testimonio, quæcumque aduersa in hoc sæculo accidit nec supplicij quidem nomen mereri: sola illa pœna dicenda est, quam damnati patiuntur. *Venisti huc inquit* (Chrysofomus audis) *ut nos cruciaret ante tempus, qui futurum cruciatum dicunt, & examen, & futurum supplicium intelligunt.*

39. Imperfecti operis author homil. 25. in cap. 10. Matthæi ad illa verba. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Rem apta elucidat similitudine. Vt enim primoribus labris, vel linguæ cuspide cibum prægustamus, vel potum prælibamus; quo saporem discernere possimus; eadem ratione præmissa in hoc sæculo secunda, vel aduersa fortuna, & beatitudinis dulcedinem, & inferorum cruciatus prægustandos, nobis Deus propinat. Ita loquitur Author. *Scis quod bonum est gloriari in terris, per hoc intelligi, quoniam melior est gloriari in caelis. Quanto enim clarius est caelum, quam terra, tanto gloriosior est illa gloria, quam ista, de magnis enim thesauris bonorum, & malorum, quasi modicum dedit in hoc mundo, ut ex modico gustu malorum, vel bonorum, plenitudinem agnoscamus.*

40. Idem author imperfecti homil. 34. in cap. 20. Matthæi exponens verba illa. *Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane, &c.* Tripartitam ponit Dei domum, vel tricameratam, scilicet caelestem, terrestrem, & infernam; in caelesti, sedes sunt beatorum; in inferna, carcer damnatorum, nos autem in mediis locis constituti, quasi in arena decertantes fumus, vt, vel ignavis carcer succedat, vel victoribus corona donetur. Ergo quemadmodum caelum suo splendore, & pulchritudine beatitudinem adumbrat, ita terra horrida, & squalida, nec lucem in se recipiens, inferorum loca protendit. Ad hoc idem, nox diei succedit, vt scilicet nox de tartaro, dies verò de beatitudine nos commonefaciant. Rem his verbis prosequitur imperfectus. *Homo patrifamilias Christus est, cui caeli, & terra quasi una est domus: familia autem quasi caelestium & terrestrium multitudo creaturarum, quasi qui tristegam domum edificauit, id est, inferos, caelum, & terram. Ut super terram habitent certantes, in inferno autem victi, in caelo victores. Ut nos in medio constituti, contendamus ad eos, ascendere, qui sunt in caelo. Et ne forte nescias, quod debeas fugere, aut quid debeas sequi, vtriusque dedit tibi quasi modicum gustum inter lumen, & tenebras habitanti. Noctem de inferno, lumen de caelo. Nox tibi referat de tenebris inferorum, & lux tibi referat de splendore caelesti.*

41. Redeo ad Chrysofomum, qui homil. 25. in Matthæum explicat verba illa Christi Domini Matthæi 7. 27. *Et fuit ruina illius magna.* Vim affectu dictis verbum illud, magna. Quodcumque enim magnum hominibus in præsentem tempore accidat, vix ruinæ nomen habet: sola illa ruina magna est, qua præcipites Deus dabit in tartara omnes damnatos, verba Chrysofomi sunt. *Et idcirco non simpliciter ruit, sed cum magno etiam fragore collabitur. Et facta est, inquit, ruina eius magna. Neque enim exiguarum, leuiumque rerum periculum est, sed de*

anima discrimine, de immortalibus supplicijs sustinentis, de caelestis regni, æternorumque bonorum amissione res agitur.

Idem Chrysofomus homil. 9. in Matthæum, ad illa verba diuitis guttam aquæ a Lazaro deposcentis. *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, &c.* Hoc modo scribit. *Illam vero paupertatem refugiamus, quæ nos constituit in squalore vitiorum, per quam ille diues versus in paupertatem est, qui, ne vnus quidem erat gutta dominus, quam certe summis precibus ambiebat, nec est omnino inter nos quispiam, qui tanta egestate teneatur. Quantumlibet enim aliqui nimia tabescant fame, aqua tamen non gutta sed & copia aequaliter perfruuntur. Ergo inducitur diues nihil præter aquam deposcens: vt nouerimus, quantum illa paupertas æternique cruciatus, vel pauperiorum, & infelicissimorum hominum superet egestatem, & ærumnam. Quis enim eo miseriarum deuenit, cui, vel gutta aqua desit?*

Adest Gregorius lib. 9. moralium cap. 46. qui ad rem nostram inflectit, verba illa Iob 10. 22. *Terram miseria & tenebrarum.* Vocatur enim locus infernus terra miseria & tenebrarum, hoc est, terra in qua felicitas proueniunt miseria & tenebræ, quæ magna abundantia fert labores & ærumnas, ex sententia poetæ Georg. 2.

Sola India nigrum

Fert ebenum, solis est thurea virga sabei.

Terra nostra non fert labores, & miseria, sed tartarea terra. Vt enim mala medica in calidioribus plagis vltro nascuntur, sine vlllo labore, & arte hominum: in aliis verò locis multa etiam industria adhibita, vix se attollunt de terra, nec vquam fructus ad iustam magnitudinem, maturitatemque perducunt: sic apud mortales, sunt quidem miseria, & tenebræ, sed tamquam in aliena regione, & aduerso sydere nata, exigua adeo, vt vim naturam vix seruent, vel nomen mereantur: sed apud inferos tamquam debita sibi temperie perfruuntur. Ideoque sponte proueniunt, pullulant, se attollunt, fructus producant. Indicat Gregorius his verbis. *Quæ adhuc subtilius loca describuntur, cum dicitur terra miseria & tenebrarum. Miseria ad dolorem pertinet, tenebra ad cecitatem. Ea ergo quæ a conspectu districti iudicis explosos tenet, miseria, & tenebrarum terra perhibetur, quia foris dolor cruciat, quos diuisos à vero lumine intus cecitas obumbrat.*

Gregorius 7. moralium capite 3. exponens verba illa Iob. *Et terrores Domini militant contra me.* Hoc est, vt in acie inimicorum prius strepitus auditur, tandem manus conferuntur, cædes passim fiunt, vulnera infliguntur: non aliter Dei iustitia instructa acie homines impios aggreditur. Verum in hoc sæculo quantumcumque sauire videatur, quantumque mala immittente, tantum strepitus auditur: in futuro sæculo, tormenta explodenda signa conferenda, homines prostrandam, lethoque, & neci dandi. Rem confirmat verbis ex Psalmo 87. de sumptis. *In me transferunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.* Iras quæ transeunt ad homines adhuc viuentes: terrores, qui conturbant, ad vita functos refert. Præsentia enim supplicia transeunt, & instar vocis vix autem percullunt, dum euanescent: futura autem grassantur, dissecant, conterunt, delent, nec tamen vquam abeunt. Audi Gregorium. *Unde recte subiungit, & terrores Domini militant contra me. Instorum mens, non solum perpendit, quod tolerat, sed etiam pauet quod restat, vidit qualia in hac vita patitur, metuit, ne post hac grauiora patiat. Iam ergo sententiam tolerat in pœnam: sed minas*

ad huc

adhuc futuri iudicij formidat ex culpa. Hinc Psalmista ait ; in me pertransierunt ira tua, & terrores tui conturbauerunt me. Interni quippe iudicij postquam ira pertransiunt, etiam terrores conturbant : quia iam aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de aeterna damnatione formidamus.

Demum Philo lib. de præmiis & pœnis, ex supplicio Caino inflictio à Deo pœnam hanc optime deducit. Crimine conuictus Cain, credidit capite se pœnas daturum : & id metuens dixit Domino; Ecce eicis me hodie à facie terra, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus super terram: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me; cui Dominus; nequaquam ira erit, sed omnis, qui occiderit Cain septuplum punietur. Ac si dicat Dominus: credis infelix Cain te paricidij commissi meritas pœnas morte daturum? Ast ego mortem neque in pœnæ parte accipio. Aeterna te manet pœna, licet enim mors humanorum malorum sit vltimum, & maximum, verum si hanc cum aeternis componas suppliciis, pœnam & supplicij nomen amittit. Quas igitur dignas pœnas (ait Philo) habere potuit, qui in vno facinore nihil prætermisit impietatis, hac violentia? respondeat forsitan aliquis; si capitali pleteretur supplicio: Verum ista hominum est cogitatio, illud tribunal non respiciens. Homines enim vltimum supplicium mortem existimant, at hæc in diuino iudicio vix est pœnarum indicium.

In eundem sensum exponit Augustinus verba illa Psalmi 59. Dediti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. Tribulationes temporales dediti metuentibus te significationem, ut fugerent à facie ignis aeterni. Hæc Augustinus. vix temporalia supplicia signa sunt futurorum, & veluti contortæ sagittæ ex arcu sonitus.

Basilium in scholiis ita exponit verba illa Psalmi 74. Verumtamen fax eius non est exinanita; grauiorem pœnam facem vocauit. Ego (inquit) quod liquidius erat, bibi: hoc est, liquidioribus malis subiectus fui, ipsam verò facem Babylonij bibent, id est, grauiora patientur mala, quam nobis intulerint. Loquitur David de pœnis à Deo inflictis sub similitudine amarae potionis, quam medici ægrotantibus præscribunt. Partes enim crassiores in fundo vasis resident id verò quod leuius & purius est sursum fertur, & nisi circumferatur, & in circum agatur, prius bibitur. Inflicta à Deo in hac vita supplicia, vicem sanè gerunt amaræ potionis: sed illud quod est magis crassum, amarum, & fæculentum, in fundo vasis residet, hoc est, in futurum sæculum reseruetur bibendum.

Item Basilium in scholiis Psalmi 89. ita exponit versum eiusdem Psalmi; quis nouit potestatem iræ tuæ? Symachus sic; quis nouit robur furoris tui? Et secundum timorem tuum ira tua. Si moderata indignatio tantam nobis correptionem intulit, quis considerare valebit, quanta sit pœna ab ira tua illata? Notat hic sermo, sempiternam pœnam. Ergo ira, quam Deus in homines adhuc viuentes exercet, ira quidem est, sed sine robore, sine viribus. Vna ira est potens, lacertosa, robusta, & valida, quam nempe erga damnatos Deus exercet.

§. V.

Verum quod supra diximus dum de beatitudine sanctorum ageremus nempe bonorum omnium cumulum, merito appellari, hoc idem, de pœnis damnatorum hic dicendum, nempe quamdam esse congeriem, omnium malorum, quæ, vel, communiter, vel, priuatim homines patiuntur. Sic

enim à Deo res instituta est, vt bona, & mala in duas classes diuiferit, & bona omnia sine malorum admixtione beatis adscripserit, & ab inferis omnia bona exulare coegerit. Ad hoc confirmandum adducit Basilium Homil. 5. in Exameron verba illa Psalmi 28. 7. Vox Domini interdicens flammam ignis. Hoc est duas facultates sibi à natura innatas

fortitur ignis: nempe & illuminandi & vrendi vim. Has duas simul exercet ignis ille, qui quotidianis hominum vsibus inferuit. At postquam hinc demigrauerimus has duas ignis facultates omnino Deus diuidet: vt apud beatos solus perfereret splendor, apud damnatos solum vrendi vis. Quod nos præmonet, rubus ardens, & splendens, nec combustus, & fornax succensa apud Babylonem, nec subiecta iuuenum corpora adurens. Hæc habet Basilium. Basil.

Nam & ignis vim vstiuam ab eius splendore tu quidem separare minime vales: Deus autem volens famulum suum illo spectaculo reddere sibi attentiores, in rubo splendore solum agente, otiosam autem vrendi flagrantique facultatem habentem immisit, vt Psalter restatur: vox Domini interdicens flammam ignis. Vnde arcana quedam doctrina nos docet, cum pro his, que in vita gessimus, mercedes nobis retribuuntur naturam ignis, in hæc distributum iri: lux sanè iustis, in perennem, & peramanam fruitionem cedit. E diuerso supplicio afficientis seorsum attribuetur vis vstiuæ. In eundem sensum adducit Gregorius lib. 9. moralium cap. 46. verba illa Iob. 10. 22. vbi umbra mortis. Hic enim, & sæpè

alibi dicitur infernus carcer, umbra mortis, quia licet acri igne inuoluantur damnati nullam tamen flammam excitat, neque lucem præfert ignis ille, sed sola vrendi vi pungit. Vnde Dominus Mat. 22. de seruo illo damnando: Mittite eum in tenebras exteriores. Id est, educite eum, ex loco in quo celebratur conuiuium, vbi lucernæ passim accensæ noctem pellunt & tenebras, & quoquomodo fugant, & mittite eum in tenebras exteriores, hoc est, in infernum carcerem in quo nullus omnino aditus, vel malignæ luci patet. Et nos qui inter viuos degimus, & damnati noctem patimur: sed nostram noctem accensæ passim lucernæ illuminant, illorum verò tenebras nulla lux discutere valet. Ergo à loco conuiuij, id est, ab hoc sæculo in locum tenebrarum, id est, in tartara detruditur. Verba Gregorij

audi: Umbra ergo mortis est obscuritas diuisionis, quia damnatus quisque, cum aeterno igne succenditur ab aeterno lumine tenebratur. Natura vero lucis est vt ex ipso lucem exhibeat, & concremationem: sed transactorum illa flamma vitiorum concremationem habet, sed lumen non habet. Hinc est enim, quod reprobus veritas dicit: discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Quorum rursus omnium corpus in vnica persona significatus dicit. Ligat eum manus, & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Si itaque ignis, qui reprobos cruciat lumen habere potuisset, is qui repellitur nequaquam mitti in tenebras diceretur.

Aliam rationem adducit Gregorius eodem loco ob quam appelletur umbra mortis. Mors sanè dicitur, quia ad eò vehementes patiuntur dolores damnati, vt mortè afferrent, nisi vt diutius patiantur, vita deficiens, resciceretur. Umbra verò appellatur, ob perpetuos timores: vt enim illi qui in umbra, & tenebris degunt, semper timent, & mala suspicantur, ita etiam damnatos perpetuus timor exagitat, ad rem. Virgilius.

Horror vbiq; animos simul ipsa silentia terrent. Huc allusit sacer Vates Ierem. 47. 5. conticuit Aschalon: & Osæ 4. Nocte silere feci matrem tuam. Ergo umbra dicitur, & nox, ob terrorem, & metum, qui

accidere

accidere solet his qui in umbra degunt. *Infernum vero* (Gregorium audis) & *umbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi, & in supplicijs dolorem sentiunt, & in doloris angustia pulsante semper pauore feriuntur, ut & quod timent tolerent, & rursus quod tolerant sine cessatione pertimescant.*

51. Idem Gregorius libro 15. moralium capite 12. exponit verba Sophar apud Iob capite 20. 23. *Et pluet super illum bellum suum.* Non apta videtur allegoria, pluuia & belli. Verum his duobus dissimilitudinibus adeo diffitis congeries malorum, quæ in damnatorum pœnis inueniuntur adumbrat. His verbis rem exponit Gregorius. *Super hunc hypocritam, bellum suum Dominus pluit, cum iudiciorum suorum gladijs eius opera percuit. Bellum namque Deo plueret est, iniqui vitam districtis sententijs desuper ad interitum urgere.* Hæc ille. Ergo bellum magnitudinem malorum: pluuia verò multitudinem eorundem protendit.

52. Chryostomus homil. 5. in Lucam exponit verba illa Euangelistæ de diuite auaro. *Cum esset in tormentis.* In tormentis dicitur, nec tamen in quibus tormentis, vel quæ tormentorum genera pateretur diues ille apud inferos, scilicet ut intelligas, non vnum aut alterum tormentorum genus subiisse, sed singula, & omnia, supplicium enim illud suppliciorum, & pœnarum omnium rationem habet, & veluti ex omnibus tormentis coalescit. Chryostomi verba hæc sunt. *Cum esset in tormentis, non dixit in tormento, sed in tormentis. Diuitia & auaritia talia pramia suscipiunt.*

Lucæ 16. 23.

53. Addendum illud etiam nimirum apud homines inuicem se pellere mala, vim & aculeum sibi inuicem adimere. Verbi gratia, vrit calor, sed frigus recreat, rigescit homo gelu, sed igne soluitur: accenditur febris, sed humorem decoquit. Et eadem ratione in reliquis mutuo sibi mala, ne multum nocere possint obstant. At verò ita ex malis omnibus æterna pœna coalescit, ut, etsi contraria supplicia sint, sed tamen ad torquendum, mutuas sibi vires addant, simulque damnati exuruntur nimio calore, & rigent gelu, nec sibi contraria mala sibi vires minuunt. Philo libro de vita Mosis expendit Ægyptum percussam grandine & igne, adeo ut neque grando ignem extingueret, neque ignis grandinem solueret. In quem sensum adducit verba illa Psalm. 148. 8. *Ignis grando nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Ignis & grando naturali deposita inimicitia in damnatorum perniciem inito foedere conspirant. Et hoc sane malum accidit Ægypto, vbi numquam pluuia, non imber decidens, solum habuit: sed deductis ex Nilo riuulis vniuersa irrigatur regio, scilicet in perniciem malorum omnia naturæ terminos transgrediuntur. Audi Philonem. *In hoc statu regionis vernantis alienis mensibus, quæ circa brumam irroratum paruis variisque guttis dumtaxat in locis maritimis, supra Memphim autem regiam nullas omnino sentit: repente aer nouam sumpsit faciem, ut hybernis regionibus consuetæ tempestates simul ingruerent imbres, grandines, procellæ, atque turbines, collisiones nubium, continua fulgura, & tonitrua prodigiosa specie; grando enim intermixta, neque ista liquebat, neque extinguebat fulmina, sed vno eodemque ferebatur impetu.*

Psalm. 148. 8.

Philo.

54. In hanc sententiam exponit Gregorius libro 4. moralium capite 46. verba illa Iob cap. 10. vbi loquens de tartareo carcere ita loquitur. *Terram miseria, & tenebrarum, vbi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Impium sanè vide-

Gregor.

tur ordinem ab æterno illo carcere atcere, cum summo ordine supplicia pro cuiuscumque crimine deputentur? Sed prædicta verba bonum sensum habent, si iuxta hanc sententiam intelligantur. Nimirum apud nos quæcumque res suos habet præfixos terminos, & cancellos quos præterire non licet, at apud inferos singula supplicia alienos fines inuadunt, ut videlicet, & ignis cum gelu, & calor cum frigore se se immisceant, & corpore exutæ mentes, materialibus supplicijs subiaceant. Id prodit Gregorius his verbis. *Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors eius, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit, quia igitur, & mors punitur, & non extinguitur, & dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat, flamma comburit, sed nequaquam tenebras discutit, quantum per notitiam præsentis vitæ colligitur supplicia ordinem non habent, quæ non suam per omnia qualitatem tenent, quamuis illis ignis, & ad consolationem non lucet, & tamen, ut magis torqueat, & ad aliquid luceat.* Itaque timor malum respicit futurum, præsentis verò malo timor abest, & dolor incipit; id sanè apud nos; apud inferos verò longè aliter nam neque dolor timore, neque timor dolore abigitur; idemque in alijs inferorum malis videre est.

Addit idem Gregorius pro nostro instituto eodem cap. 46. lib. 9. moralium verba illa Psalm. 57. *Supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Ignis enim, & adurit quos reperit, & lumine suo facem præter videntibus; ignis vero ille infernus exuret quidem damnatos, nimioque dolore torquet. Hunc sensum habent verba illa prolata, *super cecidit ignis,* nec tamen lumine suo oculis damnatorum circumstantia corpora videnda obiiciet, sed æterna cæcitate caligabunt, & ipse ignis densiores tenebras offundet. Audi Gregorium hæc verba dicentem. *Hinc etiam Psalmista ait super eos cecidit ignis, & non viderunt solem, ignis enim super impios cadet, sed sol igne cadente non cernitur, quia illos, quos gebenna flamma deuorat à visione veri luminis cacat, ut foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cæcitatatis obscuret.*

54.

Psalm. 57. 9.

Et cap. 48. lib. moralium 9. addit illud Esai. 66. 24. *Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me, vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Simul igitur damnatis Propheta, & ignem minatur, & vermem. Contigit enim lignum, vel vermem rodere, vel ignem exurare, at duo hæc simul esse apud nos nequaquam possunt. Cum ignis ligno subiicitur vermē simul cum ligno in cinerem & fauillam vertit, apud damnatos non item, sed vermis immedijs flammis semper viuens, & corrodens perseuerat. suam sententiam fert Gregorius his verbis. *Infernum verò, & umbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat, quoniam eius ignibus traditi, & in supplicijs, dolorem sentiunt, & in doloribus angustia pulsante semper pauore feriuntur, ut, & quod timent tolerent, & rursus quod tolerant sine cessatione pertimescant. De his enim scriptum est, vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur; & aliquibus interpositis subdit; sic sic videlicet à damnatis sentiri pondus summe equitatis debet, ut qui à voluntate conditoris nequaquam sunt veriti discrepare, dum viuissent, in eorum quandoque interitu ipsa suis qualitatis etiam tormenta discordent, quatenus quo se impugnant cruciatus augeat, & cum variè procedunt multipliciter sentiuntur.*

55.

Esa. 66. 24.

Robur addit huic rei Petrus Chrysologus sermone 122. Euangelista Lucas cap. 16. agens de diuite ad inferos damnato. Hæc ratione loquentem facit cum Abrahamo. *Pater Abraham miserere mei,*

57.

Greg.

Et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam. Mitti rogat Lazarum, neque secum aquam importare, sed, ut intingat digitum in aqua, quasi enim iuxta ipsum diuitem praterlaberentur perennes aquarum riuuli, adeo fugientes, vt ipse capere non posset; similis & illa apud profanos fabula de Tatalo, qui fugietia flumina in cassum ore captabat sitiens, & fame pene enectus pendentia poma frustra iniecta manu capere nitebatur de quo Virgilius 6. Aeneidos.

Lucent genialibus altis.

Aurea fulcra thoris epulaque ante ora parata
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
Exurgitque facem attollens, atque intonat ore.

Aurea Chrysologi verba accipe. Quid est autem quod diues, mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam? Ergo iuxta te est aqua, & si iuxta te est, quare de proximo non sumis? quare? quoniam vineta sunt manus tuae merito diues, quoniam solutis debilitati Lazari manibus subuenire contempsisti.

§. VI.

58. **I**n super torquet, quam suspiciunt beatorum feclicitas, neque aliquid aliud conspiciunt, quam id, quod illis graue, & molestum esse potest. Rem vidit Chrysofostomus Homilia 7. in Lucam ad illa verba Euangelistae Lucæ 16. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius. Cum pene innumerabiles caelesti illi accumberent mensæ, quanam ratione solum Lazarum Abrahami pectori incubantem oculis hausit diues? nimirum quoniam ex nullo alio tantam posset capere molestiam, nullius alterius adeo grauis esse poterat aspectus quam illius, erga quem tam durus extirrit, quem sua enecuit crudelitate. Nihil enim miseri illius, & ad Phlegetontæas triremes damnati, & ad infamia Carontis transtra, nisi lugubre, nisi triste luminibus occurrit. Non propter hoc solum (Chrysofostomus audis) vidit illum, sed vt qua passus fuerat pauper, hac nunc, & diues pateretur, multo grauius. Quemadmodum enim illi molestiorem reddit cruciatum, quod in vestibulo diuitis iacebat, quod videret aliena commoda, sic & hic grauiorem reddit cruciatum, quod in gehenna iaceret, quod Lazari inuideret delitiis, quod non solum natura suppliciorum verum etiam comparatione honoris illius intolerabiliorem haberet cruciatum. Et quemadmodum Adam paradiso eiectum è regione paradisi habitare iussit Deus, vt assiduus conspectus renouans molestiam exactiorem illi praberet sensum expulsiõis è bonis, ita sanè, & hunc è regione Lazari cõstituit, vt videret, quibus bonis seipsum priuasset. Et eadem homilia non immerito expendit Chrysofostomus simul cum Lazaro nullum alium præter Abrahamum vidisse, vt scilicet vir excipiendis hospitibus deditus, diuitis crudelitate argueret, maximaque eo viso tristitia afficeretur. His verbis exponit Chrysofostomus suam sententiam. Opere precium fuerit, & illud considerare: quid tandem? Non apud alium iustum Lazarum, sed in sinu vidit Abraham: hospitalis erat Abraham: vt igitur arguatur diuitis inhospitalitas, propterea Lazarum cum illo videt, ille enim, & prætereuntis venabatur, & in domum pertrahere suam: hic vero etiam intra domum iacentem despicit.

Lucæ 16. 23.

Chrysof.

Chrysof.

59. Lucæ 16. 23.

Expendit etiam pro hac re Augustinus in Psalimum 6. eadem verba relata Lucæ 16. 23. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit Abraham à longè & Lazarum in sinu eius, &c. neque prius diues in tormentis dicitur, neque de inflicis suppliciiis

conquestus, quam viderit Lazarum cum Abrahamo recubentem: scilicet quia bona pars tormentorum diuitis fuit eorum beatitudinem suspicere. Et hac ratione exponit verba illa Christi Domini Matth. 19. *Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israël.* Hoc est vt suspicientes vos damnati magno torqueantur dolore. Audi Augustinum: *Iste eleuatis oculis quamuis immani profundo interposito, potuit tamen videre Lazarum in requie constitutum, ex cuius comparatione ad confessionem coactus est meritorum suorum.*

Matth. 19.

August.

60.

Iob. 6. 20.

Gregor.

Gregor.

61.

Hier. 12. 1.

Gregor.

§. VII.

Duplicem minatur Dominus impiis poenam, scilicet ignem, de quo nonnulla diximus; in super vermem rodentem, hoc est, aculeum conscientie pungentem, de quo hic pauca subiungam. Hac ratione exponit Gregorius lib. 7. moralium cap. 20. illa verba, Iob 6. 20. *Venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperiti sunt.* Nullo alio supplicio dicuntur damnati cooperiti nisi pudore: quia licet alia tormentorum genera damnatos torqueant, solum pudor cooperit, & omnem hominem ambit. *Venerunt, (Gregorium audis) quoque vsque ad me, & pudore cooperiti sunt. Tunc vero, iniquos pudor cooperit, cum eos in conspectu iudicis conscientia addicit. Tunc iudex exterius cernitur, sed accusator exterius toleratur. Tunc omnis ante oculos culpa reducitur, & mens super gehenna incendia suo grauius igne cruciatur.* Subiicit pro hac sententia Gregorius verba illa Esai. 26. 11. *Domine exaltet manus tua, & non videant: videant, & confundantur, zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.* Tunc exaltata dicitur manus Domini, cum pudore afficit damnatos, scilicet ira Dei tunc maxime desauit in damnatos, cum eis pudorem immitit de peccatis commissis, nec tantum ignis; quantum vermis præcordia eorum depalcit. Subdit Gregorius. *De quibus rectè per Prophetam dicitur, Domine exaltet manus tua, ne videant, videant, & confundantur. Intellectum quippe reproborum nunc merita obscurant, sed tunc cogitatio reatus illuminat, vt, & modo sequenda non videant, & tunc ea postquam amiserint, cernant.*

Adde eundem Gregorium lib. 27. moralium capite 18. qui è re nostra adducit verba illa Eliae quæ habentur cap. 37. 6. Iob. *qui precipit niui, vt descendat in terram, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis sua.* Quæ nimirum verba in hunc sensum optime accommodat Gregorius, sub brumam frequentius nubibus cælum est obsitum, ingruit nix, decidit imber: ætatis vero tempore sudum cælum, acr perpetuo, & splendenti fulget lumine. Eadem ratione dum in hoc sæculo commoramur vitia nobis tenebras offundunt, vt eorum sæditatem non videamus, in futuro verò sol veritatis radiat, certius, & clarius, & peccatorum labem videri cogit. Vnde, & impios criminum pudet. In cuius rei probationem aptè exponit verba illa Hierem. 12. *Congrega eos sicut gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.* Ad oculum patet quanam ratione sicut gregem congregat Deus damnatos, scilicet ad victimam, hoc est, feriendos maclandos, æterna poena puniendos. Qua vero ratione eos sanctificet, non item. Qui enim fieri potest, vt quos æternis addicit suppliciis, hos sanctificet? Quæsitio respondet Gregorius: ideo eos sanctificare dicitur Deus, quia efficit vt peccata sua fateantur, & quam iusto iudicio sint damnati, vel inuiti verbis promant. Audi Gregorium. *Hæc nimirum pluuiæ hyemi congruunt,*

congruunt, astate cessabunt, quia cum nunc carnalium oculis vita cœlestis absconditur, necesse est, ut Sanctorum nobis prædicationibus irroretur. Cum vero æterni iudicij æstus incanduerit, nullus verba prædicantium tunc habebit, quia veniente iudice ad cor suum quisque reduciatur, ut sancta iam cum agere non valeat, sentiat. Et rectum, quod sequi debeat ex fortitudinis suæ pœna cognoscat. Unde bene per Prophetam dicitur, congrega eos sicut gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. In die enim occisionis sanctificantur reprobi, quia tunc sancta, quæ debuerat agere consentiunt, cum digna grauitatis suæ supplicia iam declinare non possunt.

62. Augustinus accinit Gregorio in Psalmum 57. ad illum versum, priusquam producat spinæ vestra rhamnum. Ipse paulo aliter. Priusquam producat spinas vestras rhamnus. Putat Augustinus rhamnum flores edere non inuauas: quas in spinarum aculeos acuit, & indurat astatas. Quid proprius de peccato dici possit? Quod instar florum hominum animos oblectat, astate vero, hoc est, iudicij tempore miserè damnatorum animos pungit. Verba Augustini subiicio. Tunc spinæ illius rhamni, id est, dolores omnes, & compunctiones tormentorum producuntur. Quales spinas habituri sunt illi, qui dicturi sunt: hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, spinæ compunctionis pœnitentiæ, sed seræ, sicut spinarum sterilitas. Pœnitentiæ huius temporis dolor medicinalis est, pœnitentiæ, illius temporis dolor pœnalis est. Non vis illas pati spinas hic compungere spinis pœnitentiæ, ut facias, quod dictum est, conuersus sum in ærumna mea dum configitur spinæ.

63. Miserè etiam damnatos cruciabit elapsa temporis occasio, & opportunitas, in qua sententia est Petrus Chrysologus sermone 123. de diuite, cum enim diæ epulo rogasset Abrahamum, vt mitteret Lazarum flammantia ora immisso modico imbre refrigeraturum; nec annuisset. Respondit Abraham. Fili recordare, quod receperisti bona tua in vita tua. Perpetuo exulantes, & in æternum carcerem detrusum, & ab æterna felicitate exclusum hominem cur filium confitetur tantus Patriarcha? Respondet Chrysologus id factum, vt meminerit diues se fuisse genere & fide filium Abrahamæ, & ob amissam, & elapsam occasionem magis torqueatur. Audi Chrysologum loco superius citato. Tu vocas patrem, ego voco filium, vt grauius doleas perdidisse, quod natus es. Audi, voco filium, vt amarior doleas perdidisse, quod tibi gratia dederat, & natura. Quia non habuisse, doleris non est tanti, quanti habita meroris est perdidisse.

§. VIII.

64. EX duratione perpetua eximium accedit his pœnis incrementum. In hunc sensum affert Augustinus verba illa Psalmi 57. 10. Priusquam intelligerent spinæ vestra rhamnum, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. Rhamnus herba, est quæ prius flores germinat non ingratos, tandem in sentes horrescit, & obdurescit. Quascumque mortales ærumnas patimur optimè rosæ, & floribus comparantur, qui caduci maxime, & decidui sunt, est enim rosa & flos symbolum eorum quæ cito defluunt; sic enim ille alius.

Sic rosa vix læti calathi præterdit honorem:

Cum cadit & riuulo: murice pingit humum.

Augustin. At sentes aculei & spinæ præduræ futuris suppliciis comparantur, quæ diu durant, nec molliores redduntur tempore exacto. Quid est rhamnus? (ait Augustinus) spinarum genus est, densissima quædam spinæ esse dicuntur. Primo herba est, & cum herba est nobis, & pulchra est, inde sunt autem spinæ postea processura, modo

delectant peccata, & quasi non compungunt, herba est rhamnus, & modo tamen spina est priusquam producat spinas thamnus. Priusquam miseram delectationem miserarum delectationum, & voluptatum manifesta tormentorum procedant. Interrogent se, qui aliquid amant, & ad id peruenire non possunt, videant, si non crucientur desiderio, & cum peruenierint ad id, quod illicitè desiderant, attendant, si non crucientur timore. Videant hic pœnas suas, antequam veniat illa resurrectio, cum in carne resurgentes immutabuntur: omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur, habebunt quidem corruptionem carnis, in qua doleant, non in qua moriantur, alioquin finientur. Tunc spinæ illius rhamni, id est, dolores, & compunctiones tormentorum producuntur.

Pro hac veritate adducit Chrysoctomus hom. 5. de diuite, verba illa Abraham Lucae 16. Chaos magnum firmatum est. Etenim verbum illud firmatum, ostendit præfixam esse æternis cruciatibus perpetuam durationem, nec fieri posse vt carcer ille confringatur. Rém prodit Chrysoctomus verbis breuioribus. Et in his omnibus inter nos & vos Chaos magnum firmatum est: non potest agitari, & conui. Mire rem hanc quibusdam figmentis inuolutam tradunt Poëtæ, qui Plutonix ciuitati adamantina claustra, aliaque fortissima munimenta adscribunt: ne scilicet aut muros transiliat, aut elabi damnatis liceret, audi Poëtam 6. Aneidos.

*Mœnia lata vides triplici circumdata muro,
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus annis
Tartareus Phlegeton: torquetque sonantia saxa.
Porta aduersa ingens, solidaque adamante colomna,
Vis, vt nulla hominum: non ipsi excidere ferro
Calicole valeant, stat ferrea turris ad auras.
Thysphonæque sedens, palla succincta cruenta,
Vestibulum in somnis seruat noctesque diēsque.*

Insuper Chrysoctomus homilia 37. in cap. 5. Ioannis notat paralyticum illum apud piscinam, quæ erat Ierofolyimis, obseruantem motum aquæ triginta, & octo annos paralyti oppressum. Ideo enim factum dicit, vt via panderetur ad credendum, futuros apud inferos æternos cruciatos. Qui enim in hoc sæculo tam longo immisso languore punit peccata, quid mirum, si in futuro æternitate castiget? Ergo hoc exemplo ductus tanquam victoriam canens contra impios ait Chrysoctomus. Vbi sunt, qui nunc dicunt breui spatio hominem nunc interfici, breui ad ulteriorem committi, ob admissum breui tempore peccatum perpetuas pœnas daturus sum? Ecce hic non tot annis peccauit, quot pœnas dedit. Breui peccatum parauit, morbi tormenta diuturna sunt. Neque enim tempore peccata, sed peccantium animus iudicatur.

Chrysoctomus homil. 11. in verba illa cap. 15. ad Corinth. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Hac ratione loquitur. Nam non quidem omnes obdormiemus, immutabimur verò omnes: & non solum resurrectionem omnes, sed incorruptionem assequuntur, illi quidem ad honorem illi verò ad ingressum, & viaticum supplicij. Ergo illis verbis. Omnes quidem resurgemus, &c. Hanc sententiam præfigit Chrysoctomus. Post iudicium omnes quidem immortales futuri sumus: beati, vt perpetuo fruamur Deo, damnati, vt in æternum crucientur. Expendo verbum illud Chrysoctomi, in viaticum. scilicet incorruptionem damnatorum viaticum appellat ad æternum supplicium: Vt enim, qui viam aggrediuntur, pro itineris breuitate, aut longitudine plus minusue viatici sibi comparant: non aliter Deus perpetuo damnaturus impios, immortalitatem: qua sine fine pati possint, inducit.

In huius supplicij perpetuitatis argumentum adducit

65. Lucae 16.16.

Lucae 16.11. Chrysoct.

66.

Chrysoct.

67.

1. Cor. 15. 51. Chrysoct.

68.

adducit Chrysoſtomus homil. 8. in caput 4. epiſto-
læ ad Theſſalonicenſes , ſupplicium illud contra
Sodomitas cælitus immiſſum , quod habetur Ge-
neſ. 19. Nec enim ſolum eo tempore viuentes ab-
ſumpſit ignis, verum ad hæc vſque tempora regio
illa perpetuo conflagrat incendio, vt de phlegraïs
montibus contra Gigantes fulminibus à Ioue exu-
ſtis confabulati ſunt Poëtæ. Chryſoſtomi verba
ſunt. *Incredulo vero vel iſta fidem facere poterunt. Si
quis gebennam futuram non credit, Sodomam cogitet;
Gomorraha meminerit, ſupplicij recordetur, quod factum
eſt, & adhuc perdurat, id quod iudicium eſt æternum
fore malorum ſupplicium.*

Idem Chryſoſtomus Homilia 11. in Matthæum
pro nobis adducit verba illa Baptiſtæ Matthæi 3.
Palæas vero comburet igni inextinguibili. Ergo huic rei
ex duplici capite fidem facit. Vt enim ſol iſte per-
petuo terram adurit, nec tot exactis temporibus
calorem, vel depoſuit vel minuit. Et veluti rubus
ille Exodi 3. multo igne ardebat, nec tamen aliqua
ex parte conſumebatur, non aliter perpetua dura-
tio igni illi inferno vim haud adimet, haud labefa-
ctabit. Audi Chryſoſtomum. *Si quidem ignis ille ne-
ſcit extingui. Et quomodo inquis inextinguibilis perſeue-
rat? Nonne cernis ſolem iſtum ſemper ardentem, & nun-
quam prorsus extinctum? Non legiſti incenſum rubum,
nec tamen ipſo incendio concrematum?*

Facit ad eandem rem probandam parabola illa
Matth. 18. vbi inducitur rex quidam rationem da-
ti, & accepti à miniſtris exigens; inter hæc oblatus
eſt ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Sanè
in parabolis, non rerum, & perſonarum veritas, ſed
tamen rerum, & perſonarum veriſimilitudo expe-
ctanda eſt. Excedit autem omnem fidem, & veriſi-
militudinem hominem quemdam priuatum tanto
are alieno fuiſſe oppreſſum. Quis enim credat fer-
uum vnum tantam pecuniarum vim exhaustiſſe?
Ergo ait Chryſoſtomus intendiſſe Chriſtum Do-
minū perpetuitatem infernarū pœnarum adſtrue-
re. Sicut enim homo reddendis rationibus obno-
xius, & tanta pecuniarum vi obætatus, iuſtam ſo-
lutionem minimè rependere vnquam poſſet, ſed
perpetua custodia, & carcere foret detinendus: ita
ea eſt lethalis peccati noxa, vt pro ea purus homo
æqualem nequeat vicem ſoluere. Ita animum no-
ſtrum inſicit, vt nulla vis ignis decoquere maculam
illam poſſit. Audi Chryſoſtomum. *Tradidit enim
eum, ait, tortoribus, donec vniuerſum debitum perſoluerit,
id eſt, ad perpetuitatem eum ſupplicij tradidit, nunquam
enim perſolutus eſt.*

Firmat rem Gregorius in 7. Pſalmos pœniten-
tiales vbi pro hac re vrget verba illa Pſalmi 2. *Re-
ges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes
eos.* Non fatis dignam perſonam, & munus affigere
videtur Dauid Chriſto iudici, dum hoc loco tam-
quam figuli vaſa eum conterentem inducit. Magis
eſt re, & ad iudicis dignitatē videretur, ſi eum aurifi-
cem, aut argentarium, vaſaue aurea, aut argentea,
reſingentē aut polientem, induceret? At vaſa lutea
ſemel igni decocta ſi iterum conterantur nequeunt
ad priſtinam normam reformari: aurea verò, vel ar-
gentea igne excoqui, & ſæpius reſingi valent.
Dum viuimus vaſa aurea fumus, vel argentea quæ
purgantur, contextuntur, & denuo aliam, & aliam
formam accipiunt: ſemel ex vita excuſſi, lutea vaſa
referimus, quæ ſemel contrita in integrum reſtitui
nulla vi queunt. *Hinc namque (Gregorium audis)
ipſe pater ad filium ait: poſtula à me, & dabo tibi gentes
hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terra:
reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confrin-*

*ges eos. Vas enim figuli poſtquam ſemel confringitur, nullo
modo poſt modum reparatur. Quid ergo per confractio-
nem vaſorum figuli niſi extrema damnatio deſignatur?
Ibi enim per iudicij ſeueritatem quicumque confringitur
nequaquam per pœnitentiæ remediū reparabitur?*

Gregorius lib. 9. moralium capite 45. aliquando
ait, Tartarus vocatur terra, puta Iob. 10. *terram mi-
ſerie, & tenebrarum.* Aliquando verò lacus, vt puta
Ezechielis 26. 20. *& collocauero te in terra nouiſſima,*
ſicut ſolitudo veteres cum his qui deſcendunt in lacum.
Ergo terra dicitur ob ſtabilitatem, & firmitatem
tormentorum, & eorum perpetuam durationem,
lacus verò aquarum plenus ob metum, quem in-
cutit damnatis, & perpetuam trepidationem, &
vertiginem, quibus, cos diſcruciat, & in orbem cir-
cum agit, quod optimè aquæ inſtabilitate ſigni-
ficatur. *Quæ aliquando tamen (ait Gregorius loquens
de locis infernis) lacu appellatione ſignatur. Propheta
atteſtante, qui ait. Portauerunt ignominiam ſuam cum his,
qui deſcendunt in lacum. Infernus ergo, & terra nomina-
tur, quia ſuſceptos ſtabiliter tenet, & lacus dicitur, quia
hos, quos ſemel ceperit ſemper fluctuantes, & trepidos
tormentis circumſluentibus abſorbet.*

Ad eundem ſenſum adducit Gregorius lib. 4.
moralium cap. 12. lamentabiles illas voces Iob 6. 15. *Iob 6. 15.*
*Fratres mei pertranſierunt ſicut torrens, qui rapim
tranſit in conuallibus.* Sicut enim torrens ex collecti-
tiis aquis confluit, qui ſi pluuias ſuſceperit redun-
danti alueo omnia complet, ſtatim verò, vt ventus,
imbèrque quieuerit in ſiccum vertitur. At flumen
eo quod perennes habeat fontes perpetuis fluentis
decurrit: ita labores, & ærumnæ torrentibus com-
parantur, apud inferos verò fluminis rationem ob-
tinent. In eam ſententiam adducit illud Eccleſia-
ſtes 11. *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus
latatus fuerit, meminiffe debet tenebroſi temporis, & die-
rum multorum, qui cum venerint vanitatis arguentur
præterita.* Expende verbum illud, vanitatis; cum
nondum futura ſæcula attingimus, anni noſtri, &
vita noſtra aliqualem videntur habere duratio-
nem. Cum verò in futuram vitam intulerimus pe-
dem, quam hæc ſint vana patebit. Audi Gregorium:
*raptim itaque ad conualles tranſeunt, quia in longinquam
quidem voluptatum deſideria pertrahunt, ſed ad infer-
ni clauſtra repente perducunt. Quia enim hoc etiam tem-
pus, quod, qualibet longuitate extenſum, & ſine fine clau-
ditur longum non eſt, ex ſine miſeri collegerunt breue fuiſ-
ſe, quod amittendo tenuerunt. Vnde bene per Salomonem
dicitur ſi multis annis vixerit homo, & in his omnibus
latatus fuerit meminiffe debet tenebroſi temporis, & die-
rum multorum, qui cum venerint arguentur præterita,
ſtulta enim mens, cum malum repente inuenit, quod ne-
quaquam præterit æternitatem eius tolerando, intelligit,
quoniam, quod præterire potuit vanum fuit.*

Ad idem propoſitum explicat Gregorius libro 4.
moralium capite 10. verba illa Iob. 3. 5. *Obſcurent
eum tenebra, & umbra mortis, occupet eum caligo, & inuo-
luatur amaritudine.* Verbū enim illud inuoluatur, au-
tumat Gregorius æternitatē protendere, vt enim ea
quæ in gyrum, & in librum circunuoluuntur, & fi-
nem, & principium occultant, ita etiam æternitas,
& fine caret, & principium eſt enim circulus, vel apud
proſanos autores ſymbolum æternitatis. Grego-
rium audi. *Inuoluatur amaritudine. Omne quippe quod
involutum eſt ſinem ſuum quaſi nunquam indicat, quo-
niam ſicut non oſtendit, quo incipiat, ita non deliquit,
quo deſiſtit. Inuolui ergo amaritudine antiquus hoſtis di-
citur, quoniam ſuperbiæ eius ſupplicia non omnimoda, ſed
etiam infinita præparantur.*

Idem Gregorius 8. moralium capite 12. ad eam-
dem

72.
Iob 10. 22.

Ezec. 26. 20.

Gregor.

73.
Iob 6. 15.

Eccleſ. 11. 8.

Greg.

74.
Iob 3. 5.

Greg.

75.

Chryſoſt.

69.
Matth. 3. 12.

Chryſoſt.

70.
Mat. 18. 24.

Chryſoſt.

71.
Pſal. 2. 9.

Gregor.

dem pœnæ æternitatem refert verba illa Iob 7. 7. *memento quod ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus, vt videat bona.* Sine illa enim spe emergendi, in profundum inferorum barathrum demerguntur damnati. Pro eadem re expendit eodem loco Gregorius diuitem illum apud Lucam cap. 16. numquam tormentorum intermissionem neque per somnium cogitasse neque ausum, id ab Abrahamo petere. Petiuit quidem, vt quidam aliquis ad fratres suos adhuc inter viuos degentes mitteretur ex his, qui vita excefferant, vt corruptos eorum mores carperet, & ad meliorem frugem reduceret, se verò à tormentis extrahi, neque petiuit, neque ei in mentem venit. Nam dum viuimus penitendi quidem locus est, eis autem qui vita sunt functi omnis pœnitentiæ aditus obturatur. Ergo desiderare nequiuit, quod fieri non posse iudicauit. His verbis rem prosequitur Gregorius. *Ad videndum bona extincti oculus non reuertitur, quoniam ad exhibenda recta opera exuta carne anima non recurrit. Hinc est quod diues, quem inferni claustra cruciabant, quoniam semetipsum reparare operando non posse agnouerat, nequaquam iam sibi, sed relictis fratribus prodesse satagebat, dicens; rogo te pater Abraham, vt mittas me in domum patris mei, habet enim quinque fratres, vt testetur illis, ne, & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Solet enim mortuum animum spes, vel falsa resouere, sed vt pœnam suam reprobis grauius sentiant spem de venia amittunt. Vnde flammis vltimicibus traditus non sibi, vt diximus, sed opitulari fratribus concupiuit, quoniam nunquam se ignium carere tormentis adiumento desperationis supplicio agnouit. Hinc Salomon ait, quodcumque potest manus tua instanter operare, quia, nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.*

Hæc æternarum pœnarum perpetua duratio quam fuerit breue huius vitæ spatium cogit confiteri damnatos. Etenim, qui dum viuerent ad vltimam vsque senectam & effatâ ætatem peruenturos credebant, quam cito vltimum diem egerint apud inferos confitentur. In hunc sensum exponit Gregorius, verba illa capituli 2. lib. 1. Regum. *In vna die morientur ambo.* Minatur Dominus sacerdoti Eli mortem duorum filiorum eodem die futuram. In his duobus Eli filiis totam damnatorum confusam plebem depictam credit Gregorius, quam dicit eodem die interiisse, ad eò enim breui periodo omnium damnatorum vita concluditur, vt ipsi vna, eademque die de omnibus actum esse credant. *In vna quippe die (ait Gregorius) morientur, quia cum ad terminum huius vitæ perueniunt breue eis omnino esse cernitur, quod vixerunt. Vnde per quendam sapientem dicitur: gaudium hypocrita ad instar puncti, hinc iterum de his mundi amatoribus beatus Iob loquitur, dicens: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Priora verba sunt Eliphaz apud Iob capite 20. 3. posteriora vero eiusdem Iob cap. 21. 13. vrgeo verbum illud; *instar puncti, vel in puncto.* Est enim si Philosophis credas punctus idem, quod *atomos*, sine partibus. Nullam temporis moram traximus, nec minimam temporis partem viximus.

§. X.

Demum alia conferam argumenta, quæ apprimè eandem veritatem euincunt, & vim, & copiam suppliciorum, quæ sunt apud Tartarum ostendunt. In primis illud est, nimirum damnatos nullam posse virtutis actionem, vel mente concipere vel executioni mandare, vel verbis promere. Et, vt cum Theologis loquar, nullum opus adhuc

virtutis moralis possunt elicere. Cum ibi omni Dei auxilio destituantur, sine quo frustra homo ad bonum opus conatur. Liqueat profecto ab omni virtute longius abesse damnatos, quam rem deducit Rupertus libro 3. in Genesim capite 18. ex illis verbis ad serpentem: *super pectus tuum gradieris.* Hoc est semper ad malum eris procliuius, semper gradieris, nunquam quiesces, perpetuo motu ad ad malum disflues: nec vnquam ad virtutem caput exercere valebis. Si ergo homines impios, quorum vita bonis malisque operibus interlucet in hoc sæculo tam malè Deus accipit, quibus afficiet tormentis damnatos, qui semper ad malum feruntur? Verba Ruperti sunt: *Super pectus tuum gradieris, sicut hoc reptile cuius calliditate abusus es, super pectus suum graditur, & seipsum in terram premis. Sicut tu diabole cum sis rationalis spiritus, rationale tuum semper graui fatuitate onerabis, & quocumque te verteris semper intentionem tuam deorsum conferes, & factis premes.*

Accedat pro hac re Gregorius lib. 34. moralium cap. 3. vbi exponit verba illa Dei ad Iob capite 41. 15. describentis Leuiathan, & membrum præcipuum corporis eiusdem nempe cor: in hanc sententiam verba format. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris ineus.* Sensus moralis damnatorum cateruam, quæ cor dæmonis est, apta similitudine cum incude componit, scilicet incus aptum instrumentum est, quo faber ærarius varia ex ferro instrumenta conficit, & pleraque mira arte, & industria elaborat. Incus vero ictus recipit, nec tamen pristinam mutat formam, vel ad meliorem formam refingitur. Haud aliter incussio gehennæ metu, Deus ruentes adhuc homines, ad meliorem frugem reducit: sed tamen nunquam damnati maculam deponunt, neque mentem, aut ingenium mutant, sed semper in eodem sensu perseuerant, & instar incudis meliorem formam non admittunt. Gregorij verba audi: *Rectè ergo leuiathan isti incudi comparatus est, quia nos illo persequente componimur: ipse autem, & semper percutitur, & in vas vile nunquam mutatur.*

Præterea suppliciorum grauitas, peccatorum numero respondebit: si ergo tot ac tantis quotidie nouis se onerant homines peccatis, quantus quæso tormentorum erit cumulus? Vt rem clarius euincat Gregorius lib. 9. moralium capite 46. Obiicit contra eam verba illa Iob cap. 10. 22. Vbi de tartaro verba facit in hanc sententiam. *Terram miseria, & tenebrarum vbi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Ergo nullus ordo in inferorum pœnis asseruatur? Sed verba illa nullus ordo in alium longe sensum detorquet Gregorius: nimirum tormentorum natura proprios limites excedit, verbi gratia, ignis, qui sola corpora adurere solet, ibi etiam, & spiritus incendit: timor malum respicit futurum, atque adeo adueniente dolore, qui præsens malum patitur, excidit: at apud inferos, & timor, & dolor æterno fœdere fotiantur, & alia percurrere licet his similia. Pro nobis verò adducit illud ex Zizaniorum parabola Matth. 13. *Alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Vt similis pœna simili peccato obnoxios maneat. Adducit etiam in hanc sententiam verba illa Ezechielis 32. *Descenderunt in infernum cum armis suis.* Hoc est, cum sui corporis membris, ob id enim cum suis membris ducuntur damnati in infernum: vt in ea corporis parte grauius puniantur, qua veluti instrumento ad malum vsi sunt. Vnde diues ille Luca 16. in ore magis patiebatur, quo epulatus fuerat

Gregor.

l. Reg. 1. 34.

Gregor.

Iob 20. 3.

Iob 21. 13.

77.

Gen. 11.

78.

Iob 41. 15.

79.

Iob 10. 11.

Matth. 13. 30.

Ezec. 32. 27.

Lucæ 16.

fuerat quotidie splendide. Alia multa sunt apud Gregorium in eandem rem quæ lectore potius, quam expositore indigent, ea subiicio: *Quatenus, qui auctori suo corde, & corpore deliquerunt simul corde, & corpore puniantur, & utrobique poenas sentiant, qui dum hic uiuerent prauis suis delectationibus ex utroque sentiebant. Vnde bene per Prophetam dicitur: descenderunt in infernum cum armis suis. Arma quippe patientium sunt membra corporis, quibus peruersa desideria, quæ concipiunt exequentur. Vnde bene per Paulum dicitur, neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Cum armis uero in infernum descendere, est cum ipsis quoque membris, quibus voluptatis desideria expleuerunt aeterni iudicij tormenta tolerari: ut tunc eos dolor undique absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi undique contra iustitiam iuste iudicantis pugnant; mirum uero est ualde quod dicitur, ubi nullus ordo: neque enim omnipotens Deus, qui mala bene punit inordinata esse uollo modo, uel tormenta permittit, quia ipsa quoque supplicia, quæ ex lance iustitiæ prodeunt inferri sine ordine nequaquam possunt. Quomodo namque in supplicijs ordinauerit quæ damnatum quemque iuxta modum criminis retributio sequitur ultionis? Hic quippe scriptum est, potentes potenter tormenta patientur, & fortibus fortis instat cruciatus. Hinc in Babylonis damnatione dicitur: quantum exaltauit se, & in delictis fuit tantum dare illi tormentum, & luctum. Si ergo iuxta modum culpæ poena distinguitur, constat nimirum, quod in supplicijs poena seruatur, & nisi tormentorum summam meritorum acta dirimerent, nequaquam iudex ueniens dicitur se messoribus esse perhiberet: colligite primum Zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Si enim nullus in supplicijs ordo seruatur, cur comburanda Zizania in fasciculos ligantur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare est hos, qui aeterno igni traditi sunt pares paribus sociare, ut quos similis culpa inquinat, par etiam poena constringat. Sicut enim in domo patris mansiones multæ sunt, pro diuersitate uirtutis, sic damnatos diuerso supplicio gehenna ignibus subiicit disparilitas criminis. Quæ uidelicet gehenna, quamuis cunctis una sit, non tamen cunctos una eademque qualitate succedit. Nam sicut uno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo uno ordine omnes astuamus, quia secundum qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatis, & una est poena quæ afficit, & tamen, non una omnes qualitate comburit, quia quod agit dispar uoletudo corporis, hoc illic exhibet dispar causa meritorum. Quomodo nullus ordo supplicijs inesse dicitur, in quibus profecto quisque iuxta modum culpæ percussus? Quæsito autem respondet idem Gregorius subinde cap. 48. his uerbis; sed sanctus uir postquam umbram mortis intulit quanta sit confusio in damnatorum mente subiungit: quia ipsa quoque supplicia quæ ordinata per iustitiam ueniunt, ordinata proculdubio in corde morientium non sunt. Ut enim paulo superius diximus, dum damnatorum quisque foris flamma succenditur, intus caritatis igne denoratur, atque in dolore positus interius, exteriusque confunditur ut sua deterius confusione crucietur. Repulsis ergo ordo in supplicio non erit, quia in eorum morte atrocius ipsa confusio mentis seuit. Quantum mira potentia iudicantis aequitas ordinat, ut poena animam, quæ inordinata confundat, uel certe abesse ordo supplicijs dicitur, quia, quibuslibet rebus in poenam surgentibus propria qualitas non seruatur. Vnde & protinus subinfertur, & sempiternus horror inhabitat. In huius uita tormentis timor dolorem habet, dolor timorem non habet, quia nequaquam mentem metus cruciat, cum iam pati caperit, quod metuebat. Infernum uero, & umbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi, & in supplicijs dolorem sentiunt,*

& in doloris angustia pulsante semper pauore feriuntur, ut, & quod timent tolerant, & rursus quod tolerant sine cessatione pertimescant.

Et libro 18. morali. capite 10. in eandem rem adducit uerba illa diuinit cap. 16. *Ut refrigeret linguam meam.* Quia enim prætiosis ferculis & poculis, se ingurgitando diues peccauerat ore magis ardebat, ibi adhiberi remedium, & refrigerationem exoptauit. Verba Gregorij sunt. *Apprehendet enim, quasi aqua inopia, nocte opprimer eum tempestas; uideamus nunc inopiam ardentis diuitis, cuius tanta abundantia fuit epulantis. Ait enim, pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma, quibus uerbis non hoc innotescit, quia illic in tante ardore una tantum ad sufficientiam refrigerij scintilla requiratur, sed quod is, qui de abundantia peccauerat, illic astuanti nimis cremetur inopia, uideamus enim in uerbis diuitis, & subtilissimo Dei iudicio, quam digna tali culpa poena responderit. Difficilem rationem ad rem similem adduco ex Augustino sermone 128. de tempore, ubi maiores cruciatus sentire diuitem in ore putat, non quia delicatiori edulio, & preciosiori uino usus fuerat: sed quia durius accepterat pauperes elemosynam flagitantes: inde ergo ora grauius patiuntur, quia grauius fuerat oblocutus: ut scilicet crimini ex æquo poena respondeat. Augustini uerba subiicio. *Ideo sine dubio in lingua maiorem sentit ardorem, quia per eam superbe loquendo contempserat pauperem.* Sed ad Gregorium redeo, qui adducit etiam ibi in eiusdem rei confirmationem uerba illa Iob 27. 20. *Apprehendet eum quasi aqua inopia.* Quid enim simile intercedit inter inopiam, & aquam, ut damnatum apprehendat, inopia uelut aqua? Immo uero aqua sæpius in sacris, & profanis literis abundantiam, & rerum copiam significat: & nullibi (quod meminerim) pro inopia usurpatur? Aptè tamen & ad rem Iob hoc loco aquam, & inopiam coniunxit, agit enim eo capite de diuite auaro, & illiberali, huic autem apud inferos inopia pro aqua succedit: quia enim dare elemosynam detrectauit & præceptum Domini de aequali pauperi propinando contempsit, ideo iuxta eius auariciam meritas poenas apud inferos dabit. Ut neque aqua concedatur ei, qui aquam in elemosynam dare contempsit. Ergo addit Gregorius. *Agente namque inopia illic usque ad minima petenda compulsus est, qui hic agente tenacia, usque ad minima neganda peruenit.**

Huic rei lucem affert Chrysostomus homilia de tribus pueris, habes historiam apud Danielem cap. 3. incendi iussit fornacem Babylonius Rex, tres sancti iuuenes in fornacem missi sunt uincti, & colligati, ne ignis vim effugerent. At flamma ab his, quos exceperat, abstinuit, ablambit uero circumstantes ministros Regis, qui fomenta igni subiiciebant. Quod factum apprimè ignem inferni protendit, etenim cum flamma illa, omnes damnatos contineat, non tamen omnes æque adurit, sed pro cuiusque demeritis magis minusque cruciat. Verba Chrysostomi hæc sunt. *Et diffundebarur, inquit, flamma super fornacem cubitis sexaginta, & nouem, o, Dei potentia clarius luce monstrata. Furatur passus alienos incendium. Non consumpsit, quos prope inuenit, quia ieiunat in suis custodiam suam uehementer horrescens, ne iam faciat, uel ipso fumo sanctis, quos tuetur, iniuriam foris tantum ducit uerere.*

Accedat Augustinus quæstione 9. in Iosue. Proposita ab Augustino quæstio est. Abcondit Acham nescio, quæ spolia ex capta ciuitate Hierico iratus Dominus

80. Lucae 16. 24.

Gregor.

August.

Iob 27. 20.

Gregor.

81.

Chrysost.

82.

Iosue 7. 15. Dominus, iussit homini flamma subiici. Sic enim habes Iosue 7. 15. *Et quicumque illo in hoc facinore fuerit deprehensus comburetur igni cum omni substantia sua.* Sed Iosue non videtur à Domino stabilitam

83. Iosue 7. 25. *Lapidauit cum omnis Israël: & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt.* Ecce Iosue omnisque populus, lapidibus obruit eum, cui Dominus flamma subiici imperauerat. Quæstioni respondet Augustinus Dominum illis verbis futurum ignem terribilissimum inferni minatum ei, qui lapidibus traditus est, at obiciat aliquis, ait Augustinus, verba Domini, *comburetur igni cum omni substantia sua.* Quæ vltima verba; scilicet, *cum omni substantia sua*, ad infernum ignem nequaquã possunt referri, licet enim igni inferno tradendus foret, illa quæ possederat tali supplicio mulctari non poterant; quæsto facit satis Augustinus ad anagogem confugiens nostro instituto satis accommodam. Non solum damnatus inferno igni comburendus traditur, sed omnia quæ habet: hoc est iuxta mensuram peccatorum suorum flammis discrucandus. *Nec mouere debet* (ait Augustinus) *quod non ipsum tantum, sed etiam omnia quæ sunt eius igne cremanda Deus prædixerit. Sic enim habet igne cremari, & omnia, quæ sunt eius. Omnia enim, quæ sunt eius opera possunt intelligi, quæ cum illo dicit cremanda.*

Augustin. *Omnia insuper ibi fiunt sine prudentia, & ratione, casu, & fortuna, terrore, & furore percita, omne consilium, & recta rerum agendarum ratio inde exulat. Ad hunc sensum deflectit Gregorius lib. 2. moralium cap. 3. illud ex libro 1. cap. 2.*

1. Reg. 2. 32. *Regum. Et non erit senex in domo tua omnibus diebus.* Quæ maledictio non tam cadit in domum Heli quam in Tartaream domum, in qua nullus futurus est senex. Accipitur autem hic senex, non pro annofo, & longa ætate viro, sed pro prudenti & industrio. Ergo omnis prudentia, sensus, & ratio inde amandatur. Audi Gregorium. *In cuius etiam domo senex non erit. Damnati quippe homines infernus domus est, senectus vera est maturitas sapientia, in domo autem eius senex non erit, quia in inferno, nulla inueniri poterunt consilia salutis.* Hoc de damnatis ipsis intelligit, alioquin multus erit ordo in suppliciorum distributione.

84. Illud etiam apprimè ostendit, huius loci immittia tormenta, videlicet, quia Deus hunc carcerem condidit pro ostentanda diuinæ iustitiæ seueritate. Sicut enim ad ostendam diuinæ maiestatis opulentiam caelestem ciuitatem construxit, ita etiam ad iustitiæ suæ seueritatem carcerem ædificauit infernum. Hunc sensum habent verba illa Dei ad Iob cap. 41. 15. *Cor eius indurabitur, tanquam lapis: & stringetur, quasi malleatoris incus.* Teste Gregorio, lib. 34. moralium cap. 3. Sicut enim faber ærarius incudem figit, vt ibi ferrum exactè elaboratum formet, ictusque crebros excipiat: non aliter Deus Optimus Maximus infernam incendit fornacem, & damnatos tamquam incudem affigit, vt diuinæ iustitiæ ictus excipiant, & tanti furoris sint monumentum. Quod his verbis tradit Gregorius: *Cor eius indurabitur, quasi lapis, & stringetur, quasi malleatoris incus, incudem quippe malleator solis aptam percussione figit, ad hoc namque incus statuitur, vt crebris ictibus feriat. Leuiathan ergo, vt malleatoris incus figitur, quia inferni ictibus eor aptabitur, vt æterni supplicij continua percussione tundatur.* Ni fallor hunc sensum habent verba illa Iacobi 5. 17. *Elias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & men-*

ses sex. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Eliam passibilem appellauit, non tunc cum oratione pluuiam impetrauit, sed cum oratione pluuiam arcuit. Quasi dicat Apostolus Iacobus, si ea ira in peccatores exarsit Elias, vt sui oblitus famem diram orbi inuexerit, & si nouerit se eandem cum aliis subiturum aleam: quantam credimus Dei futuram in damnatos iram, cum ipse extra omnium malorum sortem sit, magisque illi fontes stomachum moueant, & bilem excitent, quam quondam Helia.

85. Eidem rei probandæ deseruit malorum fælicitas, quæ frequentius eis in hac vita affulget. Vnde pœna integra apud inferos referuatur luenda. Multa pro hoc argumento congerit Chrysostronus homilia 3. in Matthæum, quæ referre placuit, discutere per otium non vacat. *Blandiri enim* (ait Chrysostronus) *vt noceat diaboli est, corripere verò, vt prosit Dei; nam semper quidem nos oportet metuere peccantes, præcipue cum nihil triste perpetimur, quando enim per partes ab vnoquoque nostrum Deus pœnas exigit, leuiorem nobis ipsam animaduersionem facit: quamdiu verò patientius nostra videtur dissimulare delicta, ad maximam nos in talibus permanentes pœnam referuat. Quando enim iustis non desit tribulatio, quanto magis illa expectanda est peccatoribus? Perpende igitur quanta Pharao Dei patientia, quamdam potius extremam pro cunctis postea pertulit ultionem. Nabuchodonosor quoque postquam plurima, & magna peccauit, grauius in sine punitus est, & perperatus ille diues, quo magis ex aue nihil sustinuit, hoc ipso infeliciof fuit.* Hæc ille. vltima Chrysostroni verba responsum illud Abrahami apud Lucan c. 16. respicere videntur. *Memento fili quod recepisti bona in vita tua.* Quæsierat diues modicam linguæ refrigerationem: cui Abraham, verba quæ retulimus: ac si dicat ideo tibi, vel modicum refrigerium denegatur, quia nulla dum viueres illata est molestia: vnde integram nunc peccatorum pœnam dabis defunctus, qui viuens nullam perpeffus es molestiam.

86. Accedit etiam rerum opulentia, quam damnati plerique in hac vita adepti sunt, lautam mensam, molliores vestes, plenos cyathos, coronata pocula, amplas domus, numerosam familiam, prodromos, & anteambulones: his omnibus priuati, & in miseriam deuoluti, & contrarium statum gemere, & dolere necesse est. Ad hanc rem probandam adducit Chrysostronus, verba illa Psalm. 68. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Sicut enim oues non ex oneribus importandis, vel laboribus subeundis in macellum mactandæ importantur, sicut boues ex aratro, sed ex pascuis pinguioribus & floridis pratis repente ad necem rapiuntur: ita etiam damnati, quo molestius hanc sortem ferant, ex rerum copia, & abundantia in omnium miserrimum statum subito deuoluuntur. Rem his verbis elucidat Chrysostronus. *Ita coincidentur, ita funditis peribunt, & tam facile deuenient ad inferos, tam breuiter, tam expedite, tam nullo negotio, quam oues quæ mactantur.* Hoc est, mors, imo verò res est morte acerbior. Post talem enim mortem, eos mors immortalis excipit, & ideo nusquam in sinu Abrahæ neque in vllam aliam regionem cernuntur recedere, sed in infernum, hoc pœna, hoc supplicij, hoc summi exitij nomen est. Et hic mors eorum vilis est, & contemnenda, & eorum illis mora est plena supplicij.

87. Mirum sanè quod cum tam multi apud inferos damnati detinerentur, eodem ergastulo inclusi, & catena colligati. Solus ille diues inducatur suppliciorum inducias petere, apud Luc. cap. 16. *Qui prius*

ptius esculentis, & poculentis abundabat: nimirum delicatulum illum magis flamma cruciabat: dictum hoc est, secundum mentem Chryostomi Homil. 13. in Matth. verba annexo. *Et purpuratus ille diues, quo magis graue nihil sustinuit, hoc ipso infelicior fuit. de presenti enim vita delicatus abcessit, dignam pro his omnibus vindictam daturus, certe neque consolationem inuenire potest malorum.*

Accedit rerum subita mutatio: qui enim nunc omnino libidini indulgebat, neque aliquid genio denegabat, subito immutata catastrophe in summam miseriam deuoluitur. Id enim secundum Chryostomum Homilia 5. in Lucam indicauit Euangelista, cum de pauperis, & diuitis mutatis vicibus, hoc modo differit; *Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahae: mortuus est autem diues, & sepultus est in infernum.* En tibi pauper fame enectus in opiparum conuiuium Abrahae delatus: è contra diues ex accubitu in cruciatus inferos deportatus, ut ipsa subita rerum vicissitudo, & gaudium augeat & tormentum. Audi Chryostomum; *Vtrique mortui sunt, illum Angeli; istum poena suscipiunt, ille portatur in humeris Angelorum, iste fertur ad poenas.* Illum Abraham laeto sinu excipit, istum Tartarus vorat, & portatur ab Angelis, tanta poena repente delictis commutantur.

Adde etiam, eiusmodi cruciatus minimè se intra animæ sinus continere, sed etiam ad corpus deriuari; ut quod ad peccandum exitit focus, tormentis quoque simul cum anima subiiciatur. Pro hac re adducit Gregorius lib. 15. moralium cap. 14. verba illa Psalmi 26. *Pones eos, ut libanum ignis; & infra: deuorauit eos ignis, clibanus intus ignem referuat, qui verò igne deuoratur totus flammis circumdatur: ut ergo significet, & intus animam, & foris corpus damnati conflagrare, & clibanum vocat, id est, intus ardere dicit, & deuorari ab igne, id est, extrinsecus etiam flammis vrgeri & circumdari.* Hac est mens Gregorij exponentis verba illa Sophaz, apud Iob 20. 26. *Deuorauit eos ignis, qui non succenditur; quam sic tradit. Deuorabit eos ignis, qui non succendetur, quia ab ipsa mundi origine creauit gehenna ignem, qui in poenam reproborum esse simul inciperet, & ardorem suum, etiam sine lignis nunquam sineret. Sciendum vero est, quod omnes reprobi, quia ex anima simul, & corpore peccauerunt, illi in anima simul, & corpore cruciantur. Vnde per Psalmistam dicitur: Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: in ira sua conturbauit eos & deuorauit eos ignis. Clibanus namque intrinsecus ardet. Is vero qui ab igne deuoratur ab exteriori incipit parte concremari. Ut ergo sacra eloquia ardere interiorius, & exteriorius reprobos demonstrarèt: eos ab igne deuorari, & ut clibanum poni testantur, ut, & per ignem cruciantur in corpore, & per dolorem ardeant in mente. Unde hic quoque, cum de hoc impio diceretur: deuorauit eos ignis, qui non succenditur, protinus de eius spiritu addiit: affligetur relictus in tabernaculo suo. Iniqui enim, tabernaculum, caro est, quia ipsam letus inhabitat, & si sit possibile, optat, ut eam nunquam relinquat. Iusti vero quia gaudium suum in spe caelesti imponunt, eorumque conuersatio in caelis est, cum adhuc in carne sunt, quasi in carne iam non sunt. Ergo verba Iob quæ hic explicat Gregorius in eandem nostram sententiam adducit. Nimirum cum dicitur: deuorauit eos ignis; ad poenam retuli animæ inflictam: cum vero protinus additur: affligetur relictus in tabernaculo suo. De corporis aduisione sermo est. Est enim corpus velut anima tabernaculum.*

Sed quis, vel sermone exponere, vel mente concipere poterit deformitatem & sceditatem corpo-

rum damnatorum? quo penicillo depingam mardentes sulphure capillos, exaratas rugis frontes, caua lumina, nares fatidum fumum exhalantes, hiantis oris rictus, igneos globos eructantes, manus ora lacerantes. Non immerito de his dictum existimat author operis imperfecti homil. 54. in caput 25. Matthæi verba illa iudicis: *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Vulgari similitudine, huic sententiæ faciem præferam. Ut enim homines cum subito alicuius monstri, vel spectri visu tanguntur inuocato nomine Iesu, aut Mariæ concepti metus signa per vocem edunt. *Iesus: valamedios: dios melibre:* non aliter verba illa discedite à me maledicti exhorrescentis animi ad tantam turpitudinem, & corporum deformitatem sensum eliciunt. Et si enim Christus Dominus nullum metum à damnatis concipere possit, verba tamen apprimè quid contuitus ille efficere posset, ostendunt. Audi Imperfectum sub his verbis suam sententiam promentem. *Tunc dicit illis, qui ad sinistram sunt, discedite à me maledicti in ignem æternum, quasi qui non sufferat præsentiam illorum, vel aspicere; sic dicit: discedite à me, nam sicut carnales seculi speciositatem videndo letantur, si qua autem dissipata de forma videamus, quasi vulneratus est aspectus noster: sic Deus qui in sanctitate delectatur peccatrices animas aspiciens, quasi granatus non suffert, tamquam si dicat eis, quasi putredo, & spurcicia estis, nec tandiu vos sistino, quandiu estis in iudicio meo.*

Cruciatus auget breuis, & exigua lætitia, quam ex voluptate hausserunt, cui perpetua, & multiplex succedit tormentorum vis. Conceptam veritatem tradit Chryostomus in Psalmum 33. cum sermo incidisset de diuite illo epulone igne diuexato, his verbis nostræ sententiæ adstriplatur: *quam miserum temporalis vita creauit illi tormentum & poenam sine fine.* Expendo verbum illud, *creauit*, innuit, si propriè sumatur, ut Theologi volunt, alicuius rei ex nihilo productionem. Ergo huius diuitis supplicia creata dicit Chryostomus, quasi nulla voluptas, nulla libido, nulla fercula, non generosa vina, non purpura, non molliores vestes, non denique alia, quibus diues abundauit, peperissent. Hac enim omnia licet diuiti huic adfuerint, si tamen cruciatuum vim expendas nihil profecto dicenda sunt.

Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.

Perfistit laudans sapientiam, ab antiquitate quæ tēpore præcedit creata omnia. Id autem præmittit, ut versu sequenti euincat ipsa sapientia adiutrice, & gubernatrice, hanc rerum vniuersitatem à Deo conditam esse. *Fons sapientia, &c.*

Prior omnium. Qui vt sacrosanctas colunt grammaticæ leges, prima omnibus, vel prima omnium docerent. Nobis vt sensum Scripturæ elucidemus infracta repagula, & angustos carceres quandòque transilire non piget. *Prior omnium.* intendit author contra antiquos Philosophos mundum hunc non casu aut temere conditum, sed consilio, & prudentia, ideo de origine sapientiæ ante rerum aliarum productionem sententiam præmisit.

Creata, qui, de secunda Trinitatis persona, vel de sapientia Dei attributo versum hunc intelligunt, variis modis, verbum *creata*, exponunt. Nobis faciliior exitus, qui de sapientia, vel Dei vel hominum auctorem agere præmissimus. Ergo verbum *creata*, non propriè accipiendum, vt rerum ex nihilo productionem significet, sed, vt cumque sapientiæ præ-existentiam antè mundialem machinam ostendit;

Chryost.

88.

Lucæ 16. 22.

89.

Psal. 20. 10.

Iob 20. 26. Gregor.

Matt. 25. 41.

Imp.

91.

Chryost.

VERS. 4.

1.

2.

90.

siue producta sit per creationem, siue alio quouis modo. Ergo sensus est sapientia ante omnia præexistit, id enim auctori factum est, ut mundum non casu factum subdiceret, potuit enim res omnes ordinare, & dirigere siue hoc, siue illo modo producta præxisterit.

3. *Et intellectus prudentia*, id est, sapientia prudens, & intelligens, si fides Augustino, Platonici inter sapientiam, & prudentiam hoc discrimen statuerunt, ut ratio, vel sapientia nostrum intellectum significet quatenus cōtemplatur summa, prudentiam vero quatenus se inflectit ad ima. Ergo sensus est non solum à Deo habemus, ut summa intueri possimus, verum, & infima cognoscere, vel Deus non solum se intuetur verum, & nos infimamque omnia despicit, contempletur. Hæc ex Paulo de Palatio mutuatus sum, præstat tamen prior expositio.

4. *Ab aeo*. Prius emistichium exponit. Id enim, quod prius dixit *prior omnium*, postea dicit *ab aeo*. Hoc est extitit ante omne tempus. Similem sententiam habes. Prouerbiorum 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio*. Dicitur autem sapientia ab aeo; vel quia hominem rationis participem inter alia animalia condidit, vel quia ex modo, quo cuncta disposuit, & gubernat homo sapientiam, & prudentiam leges didicit.

VERS. 5. Fons sapientiam verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.

1. Cum superioribus ita connecto verbum Dei, & ordinatio, qua à principio cuncta condidit, fons, & origo est totius humanæ sapientiam, & ingressus illius, Græcè *vix*, id est, & rationes à Deo rebus præfixæ quibus omnia constant, & perdurant immobiles sunt & illarum vi cuncta immobilia perseverant.

2. *Fons sapientiam*. Qui de secunda persona Trinitatis versus intelligunt male torquentur, verbum enim fons Patri æterno conuenit non filio, nam pater fons, vel fontalis origo dicitur Trinitatis. Non vacat rem adamussim examinare. Consule summum Theologorum apicem nostrum Vasquez tomo 2. in 1. p. disputatione 19. capite 5. Rabanus verbum Dei, id est, filium æternum, fons sapientiam dicitur, quia & angelicæ prædicationis auctor extitit. Lyra ad legem datam in Sinai locum transfert. Huius enim auctor Deus fuit. Paulus de Palatio hoc modo difficultatem euadere conatur: Gregorius Nazianzenus in Theologia dicit distingui hæc tria, fluuius, fons, oculus fontis. Fluuius manat ex fonte, fons efficitur ex oculo, ex oculo bullit aqua. Verbum Dei vocatur fons ex oculo, id est, ex principio patris emanans. Hæc ille & alia quæ piget transcribere.

3. *Fons sapientiam*. Agit de Dei sapientiam & hominum ducta similitudine à fontibus, qua similitudine ostendit quantum diuina sapientiam humanam præcedat, ut enim fontes, qui in imis locis nascuntur vliginosi, qui vero in supernis, & plures numero sunt & pellucidi, & illimes sunt. Sic diuina sapientiam, quam in excelsis, ait, scaturire perspicua est, hominum vero, utpote in humili loco manans vitris cænosa & exigua est. Huius rei adduco testem Aristotelem & Plinium, hunc quidem lib. 3. cap. 3. accipe verba. *Queritur inter medicos cuius generis aquæ sint utilissima; pigrasque merito damnant, vtiliores quæ fluunt existimantes. Cursu enim percussaque ipso extenuari atque proficere*. Hæc Plinius, & Philosophus lib. 1. Me-

theo. *Similiter autem, & fontes plurimi montibus, & locis altis vicini sunt, in campestribus enim sine fluuijs pauci sunt omnino. Montana autem, & alta loca veluti spongia super suspensa secundum modica quidem, in multis autem locis scaturiunt, & conflant aquam*. Hæc ille. Fortè ad imbres verba auctoris referenda. Horum enim aqua, utpote leuior in aere suspensa præfertur etiam fontalibus aquis. Quæstionem multis hinc inde ascitis argumentis examinat Plinius loco citato ibi consulendus.

Et ingressus illius mandata æterna. Secundum Dei ordinationem cuncta sine mutatione perseverant. Hunc rebus præfixum ordinem laudat David Psal. 118. 91. *Ordinatione tua perseverat dies*; & Psal. 148. 6. *Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi*. Hugo qui de æterno verbo locum intellexit posterius hoc emistichium hac ratione exponit, & ingressus illius, id est, ipse ingrediens in mundum per incarnationem dedit mandata æterna, id est, immobilia, vel æterna, id est, ad æternitatem durantia. Vnde Ioan. 6. *Verba vitæ æterna habes*; vel sic mandata æterna, id est, mandata charitatis quæ nunquam excident 1. Corinth. 13. sunt ingressus illius, id est, introitus ad illa, vnde Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata*.

ETHOLOGIA IX.

Sacris concionibus adesse oportet, attento animo, & dicta recolere.

§. I.

Fons sapientiam verbum Dei in excelsis. Iuxta sensus mysticos verbum Dei referendum est, ad sacras conciones, de quo præsentem Ethologia agendum est. Ergo in primis, quam sit vtile sacris concionibus adesse, & verbum Dei audire subiiciamus. Auctor operis Imperfecti in illa verba Matthæi cap. 7. *Omnis ergo, qui audit verba mea, & facit ea assimilabitur viro sapienti, qui adificauit domum suam supra petram: quis inquit est vir iste sapiens cui similis redditur, ille, qui verbum Dei audit?* Christus hic vir est, qui supra petram ædificauit domum, hoc est, Ecclesiam perpetua firmitate stabiliiuit. Huic assimilabitur, quicumque verbum Dei audiuit. Quia licet non omnino immobilis in virtute perseveret, difficile sanè est quod labatur. Adeo enim, ad omne bonum format hominem verbum Dei, ut Ecclesiæ stabilitati similitudinem referat. Ita loquitur Imperfectus Homil. 20. in Matthæum. *Christus sapiens est vir, qui adificat domum suam super petram*.

Origenes Homil. 25. in Numeros ad hunc sensum exponit verba illa Matth. 23. *Hierusalem Hierusalem, quæ occidisti Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt*. Non multi Prophetæ lapidati, non multi occisi sunt, & tamen Dominus, quasi omnes Prophetas occidissent, & lapidassent de Hierusalem conquæritur. Si secundum Anagogem locum intelligas omnes Prophetæ à ciuibus Hierosolymitanis occisi sunt, quia eius salubria monita non exeperunt, itaque iuxta Originem tantum scelus est dictis concionatoris, vel non adesse, vel non audire, ut quodammodo eos sit occidere & lapidare. *Hierusalem Hierusalem, quæ occidisti Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos sub alis, & renuisti, & ne putes, quod de antiquis tantum dictum est, quod lapidauerint Prophetas: & ego hodie si Prophetæ verba non audio, si monita eius spernam: & in quantum*

in quantum in me est occido cuius scilicet verba non audio tanquam mortui.

3. Quærit Augustinus sermone 26. de verbis Domini cur Maria Magdalene accusata à sorore Martha Lucæ 17. desidia, inurbanitatis, omnino subticuerit, neque à se crimen depulerit, præcipue cum famina tam sint ad propullanda crimina procliues? nè scilicet, respondet Augustinus, dum verba, quibus se crimine exueret, parat, vel filum dicentis, vel audientis attentionem interrumpet. Adeo enim vtile existimauit verbo Dei attentas aures præbere. Maria (ait Augustinus) neque in respondendo voluit laborare: si enim pararet respondendi sermonem remitteret audiendi attentionem.

4. Matthæi 8. 27. Alius autem de discipulis eius, ait illi: permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi: sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quæ verba nisi mysterium continent: non nihil videntur sapere crudele: quid enim iustius, quid humanius, quid magis à Domino commendatum quam parentibus, & viuus, & mortuis debitum cultum exhibere? Respondet Chrysofomus homilia 41. in Matth. ideo parentalia facere cupientem prohibitum, quia nimirum hic homo frequens erat Christi auditor, ergo ne concionum filum abrumpet à parentis funere auulsus est, sic enim Domini calculo verbum Dei audire, pietati erga parentes prælatum est. Hæc est, mens Chrysofomi ibidem cuius & verba dono. Nam si ad sepeliendum patrem, ne consequentia disciplina incidere non permisit abire, quanto minus prædicationem absolui propter aliquam priuata.

5. Ambrosius libro de paradiso cap. 14. ab initio ait, Adamo primo parenti in peccatum lapsa spes veniæ affulsit, nimirum dum Deus Adamum in Paradiso quæreret, Adamus respondit. Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui. Ille enim, qui vocem Dei audit facile ad pœnitentiam adducetur, etiam si in peccati cæno voluatur. Verba Ambrosij sunt. Adhuc in his remedium est, qui audiunt verbum Dei.

6. Idem Ambrosius lib. 6. in Lucam expendit verba illa capitis 9. 11. Quod cum cognouissent turba secuta sunt illum, & excepit illos & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant sanabat. Dies autem cæperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi: dimitte turbas, vt euntes in castella, villasque que circa sunt diuertant, & inueniant escas. En tibi Dominus non pascit, nisi esurientes, neque esuriunt nisi verbum Dei audiant, quia concionibus sacris interesse ad omnem virtutem desiderium acuit. Rem his verbis premit Ambrosius loquens de turba quæ Dominum sequebatur. Dum audire incipit, incipit esurire, incipiunt Apostoli esurientes videre.

7. Post expulso illos, qui tentantes signum de celo quærebant à Christo Domino Matth. 12. 26. requisitus à cognatis: extendens manus in discipulos dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quid quæso in causa fuit, quod Christus Dominus durissime videatur excepisse sibi sanguine iunctos? Vidit rem Chrysofomus homil. 45. in Matthæum, & rationem insinuasse autumat Euangelistam illis verbis: adhuc eo loquente. Eo enim tempore irruerunt Christi cognati, quo ipse concionem habebat ad populum, Ergo, vt ostendat ob domestica negotia non abrumpendum Christiano oratori filum orationis, & quanti verbum Dei faciendum sit, contra morem durius est elocutus. Considera (ait Chrysofomus) igitur tam matris, quam fratrum importunitatem, nam cum debuissent intrare, atque cum turbis simul audire, ambitione quadam, atque ostentatione commoti so-

ras eum in presentia omnium euocauerunt, vt viderentur facile, & cum magna potestate Christo imperare. Hoc enim ipsum oculius significans Euangelista, dicit: adhuc eo loquente ad turbas: ac si diceret, an non erat alia opportunitas? An non poteratis seorsum, atque secretius colloqui? Quid porro alloqui Christum volebant? Si enim dogmatibus veritatis publice, atque in medium cunctis audientibus proponere debebant, Et communiter omnibus fieri vtilitati, sin vero de rebus priuatis, atque suis non decebat tanta festinatione urgere. Hærendum mihi amplius verbis relatis ex Chrysofomo: Cum debuissent intrare, atque cum turbis simul audire, &c. Ac si dicat, si miraris Christum Dominum cognatos non agnouisse, & quodammodo respuisse: id in causa fuit, nimirum, quia concioni non intererant. Ideoque subiungit. Et extendens manus in Discipulos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Ac si diceret: sacris interesse concionibus, & proposita exequi genere & sanguine homines Deo iungit: si vero, vel consanguinei absint, exteri, & alieni iudicantur. Et interim admonendus mihi lector, ne verba Chrysofomi ad Virginem Dei matrem referat, quasi ipsa cum cæteris Christo genere copulatis, filio exiterit importuna. Longè enim à Beata Virgine amandanda hæc labes.

8. Idem Chrysofomus homilia 48. in Matthæum miro eloquentiæ penicillo imaginem virtutis depingit, dum autem ad cor præcipuam humani corporis partem deuenit hæc verba infert. Cor autem magna scripturarum peritia, veri dogmatis conseruatio. Quibus verbis scripturas euoluere, & audita in publicis concionibus memoria tenere virtutis cor appellat. Latus se se mihi aperit campus, vt conciones audire cum corde componā. Multa pro hac allegoria apud Galenum, multa apud Aristotelem, & Plinium dum de corde sermonem instituunt, piget omnia referre, nonnulla tamen in medium adducam. In primis Galenus libro de fœtuum formatione ex Philosophis stoicis refert. Ipsi quidem primum omnium esse formatum, asserentes, dicuntque alia omnia ex corde motum habere. Optime hoc ad verbum Dei refero, est enim veluti primum mobile, ex quo omnes virtutum actus dimanant, & ad cuius motum mouentur. Item Galenus libro de simplicium medicamentorum facultatibus. Neque enim animal ullum interire potest, quin cor ab agendi munere cesserit. Quæ si ad animum transferantur, raro homines præcipites se dant in vitia nisi verbi Dei præpagulo fracto. Item Aristoteles relatus à Galeno lib. 4. de decretis, Hypocratis & Platonis, omnes facultates atque potentiæ, & vires in corde resident. Hinc discimus verbum Dei omnes vires ad virtutes animo subministrare. Idem Galenus lib. de anothomia viuorum in fine. Item in corde fundantur omnes virtutes morales, quod patet per hoc, quod complexionem cordis variatam sequitur variatio virtutum moralium.

In re verò nostra cunctarum virtutum officium ex vno verbo Dei pendet. Et eodem libro de Anothomia viuorum cordi duas affigit auriculas, quarum munera his verbis subindicat. Quæ quidè auricula apparent extra, quasi duo additamenta carnis, per quarum inferiorem subintrat vena deponans sanguinem ab hepate ad nutrimentum cordis, & ad generationem spirituum, & sanguinis vitalis, superiorem verò auriculam subintrat canna pulmonis ad temperationem caloris innati. Quo nihil ad rem aptius dici potuit, nullum aliud præter cor membrum auriculas exerit, hæ nimirum sunt, quas Dominus aures audiendi appellauit, quare verbum Dei ad sinus vsque demittendum est cordis. Insuper officina est omnium spirituum vitalium, & verbum Dei audire ad omnem sensum

senfum virtutis & motum vires præbet. Et lib. 7. de vsurpantium cap. 22. eam ob causam ait circa vbera sanguinem albescere, quia cordis calore secundo decoquitur & in lac fæminæ pro filiis efformatur. Verbum enim Dei auribus exceptum non modo authori vires ad virtutem debet præbere, verum, etiam aliis præcipuè rudioribus in alimentum effluere debet. Verba Galeni subscribo. *Qui* (scilicet sanguis) *cum fertur sursum per cor sanè iter facit, rursumque deorsum tendens occurrit exagiturque semper à motu ipsius thoracis, & in huiusmodi agitationibus incalcescit partim motu perpetuo, prædicta minoratus, que omnia ad perfectam coctionem ipsi conferunt.* Insuper eodem libro addit, cor ali rebus, & substantiis durioribus quia hæc sibi magis sunt naturalia. & in concionibus duriora verba expetenda magis. Etenim mollia verba, concinni, & politi sermones minus vrgere solent homines ad virtutem, at improbos homines mordere vrgere, carpere, exagitare faciliores solent fortiori exitu. Galeni verba subscribo: *Quæ est comparatio fornacis ad ignem eadem est comparatio cordis ad calorem, & spirituum contentorum, signum super hoc est, quod confortatur magis, & remolitionem ex substantiis duris lapideis, quales sunt coralli, Margaritæ, Sapphyri Hyacynthi, & similibus, sicut iuuantur similes à suo simili.* Demum Galenus in inuam Prophetiæ Hypocratis commento 2. *Corde vulneratis promittenda curatio non est, morientur enim, Quodcumque aliud membrum corporis vulneretur curationem, & medelam excipere potest: si verò cor, vel minimum vulnus excipiat nulla arte ad sanitatem restitui potest, nullo alio vitio laborans homo tam difficile ad virtutem reducitur, quam si sacris concionibus aures obturet.* Hæc quidem Galenus. Aristoteles lib. 3. de partibus animalium cap. 7. loquens de corde. *Locum enim adesse aliquem quasi lares focumque oportet, quo natura fomites, & primordia ignis natini contineantur, & conseruentur, eundemque tuum esse, & veluti arcem corporis totius necesse est.* Vt enim focus igni conseruando, & condiendis cibis locus in domo aptus est. Non aliter verbum Dei & innatos virtutis igniculos, conseruat & auget: parandisque spiritualibus animæ eduliis satis aptum est. Oportet autem id in tuto esse loco, ne facile ictibus, aut contrariis qualitatibus pateret: nec facile deferendum studium audiendi conciones.

Chryostomus homil. de Anna hac ratione alloquitur auditores suos. *Neque hic sermonem finiuimus, verum etiam paternam erga eos pietatem exhibuimus, non negligentia pœnas exhibendo, sed obuijs manibus eos excipiendo, & veniam delictorum concedendo, & apertam dono mensuram apponendo, & doctrine stolas amiciendo, ceteramque omnem eis curam adhibendo.* Expendo verba illa, & doctrine stolas amiciendo. Omnia illa dona exhibita filio illi qui patrimonium prodegit refert ad varia dona, quibus Deus Optimus Maximus homines cumulat. Inter hæc stolam primam, ait esse verbi diuini auditionem. Est autem stola prima genus indumenti quam vulgo, camisiam appellamus. Optimè autem hæc ad verbum Dei refertur, est enim prima vestis, qua nudum corpus amicitur, reliquæ autem omnes hac media corpori adaptantur. Non aliter verbum Dei virtutes omnes animo inferit, nec sine hoc facile in animum cadunt.

Multa pro hac re ex Augustino congeffi, pauca subiiciam. In hunc sensum exponit verba illa Psalmi 76. 17. *viderunt te aquæ Deus. Viderunt te aquæ, & timuerunt: & turbata sunt abyssi.* Hoc est, contur-

bati sunt omnes peccatores: & qui in limo delictorum suorum hærebant eruti ad melioris vitæ spem translati sunt. si verò rationem quæras statim subdit. *Multiundo sonitus aquarum vocem dederunt nubes.* Hoc est, verbi Dei præcones, hos animi motus excitauerunt. Audi Augustinum. *Viderunt te aquæ & timuerunt, & conturbatae sunt abyssi. Quæ sunt abyssi? Altitudines aquarum. Quis non turbatur in populis cum conscientia pulsatur? Quæris altitudinem maris? Quid profundius humana conscientia? Ista profunditas turbata est, quando in brachio suo redemit populum suum Deus. Quomodo turbatae sunt abyssi? Quomodo omnes conscientias suas confrendo foderunt? Vocem dederunt nubes. Inde iste sonitus aquarum, inde abyssorum perturbatio, quia voces dederunt nubes. Quæ nubes? prædicatores verbi Dei. Quæ nubes? De quibus minatur cuidam vincta Deus, quæ pro vna fecit spinas. & dicit; mandabo nubibus meis ne pluant, super eam imbrem.*

Roborat Augustinus hanc sententiam tractatu 25. in Ioannem, vbi in primis exponit verba illa Dauid penitentis Psalmo 50. *Et exultabunt ossa humiliata.* Vnde, ô Dauid in tam humili, & abiecto rerum statu in tanta lachrymarum vi tanta lætitiæ præmiserat. *Audi tui meo dabis gaudium, & lætitiæ.* Hoc est, fecisti me quam lubentem facis concionibus aures proferre. Hinc mihi totius lætitiæ fons: hinc deposita peccatorum face in hanc lucem emerfi. Addit ibidem pro eadem re verba illa Baptistæ Ioanni 3. 29. *Amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est, &c.* Verbum illud. *Et audit eum;* gaudii, & lætitiæ Baptistæ reliquorumque iustorum fons, & origo exitit. Omnium enim bonorum origo est attentè auscultare Dei monita. Verba Augustini accipe. *Ideo etenim ille, qui dixit: exultabunt ossa humiliata: prædixit: auditui meo dabis gaudium, & lætitiæ. Quid est auditui meo? Audiendo te felix sum: intus viuendo felix sum. Ideo non cadam, ideo exultabunt ossa humiliata. Ideo amicus sponsi stat, & audit eum. Ideo stat quia audit, de interiori fonte bibit, ideo stat. Illi qui noluerunt de interiori fonte bibere, ideo expulsi sunt, expulsi sunt nec potuerunt stare.* Verba illa. *Ideo expulsi sunt, &c.* Ex Psalm. 35. 12. sumit Augustinus, & ad eos refert, qui non audiendo Dei verbum in crimina multa corruerunt.

Augustinus sermone 19. de diuersis adducit verba illa Psalm. 93. 12. *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Heus Dauid, quod vir iustus emolumentum capiet, ex diuino verbo, ex Domini eruditione, doctrina & lege? Statim subdit. *Ut miriges ei a diebus malis, donec fodiat peccatori fouea,* Verbum illud, *malis,* seu malignis, idem est secundum mentem Augustini ac labile. Sumit ergo metaphoram ex homine à profuente fluminis alueo arrepto: cui cum penè mergeretur scirpus, vel arbutora occurrit, quæ manibus firmiter carpens littora tenet, periculum euadit. Ergo humana omnia fluminis instar præterlabuntur, nosque simul fluctibus obrutos secum deuehunt, ergo aliquid firmum oportet manibus tenere, quo periculum euadamus. Hoc autem est verbum Dei, sub eadem similitudine accipit Augustinus verba illa Esai. 40. 8. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est fœnum, & decidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo vere fœnum est populus, exsiccatum est fœnum, & decidit flos.* Quibus verbis abundè satis, & appositè, rerum humanarum fluxum, & lubricitatem adumbravit. Quod si à Deo quæras: quæ ergo ratione subsistere poterò? Addit subinde. *Verbum autem Domini manet in æternum.*

Hoc

Galen.

Aristotel.

9.
Chryost.10.
Psalm. 76. 17.

Augustin.

11.

Psalm. 50.

Ioan. 3.

Augustin.

Psalm. 35.

12.

Psalm. 93.

Esa. 40.

Hoc est, contra prætereuntes & alambentes aquas corripere verbum Dei, quo innixus stabis. Audi Augustinum; *transferunt præterita, fuerit lingua tua maligna, fueris susurro, fueris criminator, fueris calumniator, fueris maledicus, ista omnia fueris, transeant ista cum diebus malis. Noli transire cum diebus malis, est enim, quo te teneas, ut non transeas: res humana tanquam fluvius currit: maligni dies tanquam fluvius currunt. Tene te ad lignum ne traharis. Ecce fluvius currit, omnis enim caro fenum, & omnis honor carnis tanquam flos feni. Præcipitatur, transit, fenum aruit, flos decidit. Quo me teneam? Verbum Domini manet in æternum.*

Idem August. tractatu 42. in Ioannem à nobis est, dum exponit verba illa Christi Domini ad Iudæos quæ habes apud Ioannem cap. 8. 37. *Scio quia filij Abrahæ estis; sed queritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.* Quæ verba elucidat sumpta metaphora à piscatoribus, qui hamo fallunt pisces. Neque enim eos capere piscator valet, nisi prius hamum esca inclusum deglutiant: eadem ratione non potest verbi Dei concionator rationales pisces ex peccatorum vorticibus extrahere, nisi hamum verbi Dei ore excipiant, deglutiant, in intimis visceribus abstant. Rem apperit his verbis Augustinus. *Scio (inquit) quia filij Abrahæ estis, sed queritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis, agnosco vos, inquit, filij Abrahæ estis, sed queritis me interficere, agnosco carnis originem, non cordis fidem, filij Abrahæ estis, sed secundum carnem. Ideo enim, inquit, queritis me occidere quia sermo meus non capit in vobis, si sermo meus caperetur caperemini: si caperemini intra retia fidei tanquam pisces includeremini: quid est ergo non capit in vobis, non capit cor vestrum, quia non recipitur à corde vestro. Sic enim est sermo Dei, & sic debet esse fidelibus, tanquam pisci hamus, tum capit, cum capitur.*

Concinit Augustinus tractatu 5. in epistolam Ioannis ad illa verba prima Ioannis 3. 9. *Omnis qui est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius, in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Quodnam est hoc semen Dei, ô, Euangelista, quod tanta vi hominem à peccato arceat, ut difficile & vix in peccatum dilabi possit? Respondet Augustinus ex verbis Christi. *Semen est verbum Dei.* Ergo qui frequenter verbum Dei audit ab omni peccato erit immunis, hoc est difficile offendet. *Omnis, qui natus est ex Deo (ait Augustinus) non peccat, quia semen eius in ipso manet. Semen Dei est verbum Dei, unde dicit Apostolus: per Euangelium ego vos genui. Et non potest peccare, qui ex Deo natus est.*

Augustinus sermone 9. de diversis exponit de verbo Dei illam sententiam ex oratione dominica, quam habes apud Lucam 11. 3. *Panem nostrum quotidianum.* Verbum Dei panis est quotidianus. Non solum in quadragesima sumendus, sed quotidie, panis est quotidianus, quia quotidie appetendus. Panis est quotidianus, quia cuiuscumque temporis cuiuscumque stomacho aptatur. Sunt enim cibi, qui verno tempore, alij qui æstate, alij bruma, alij vero autumno expetuntur, sed panis iste omni tempore utilis est. Panis denique est quia dentibus tendendus, in stomachum traiciendus, decoquendusque est. Verba Augustini transcribo. *Et quod vobis tracto, panis vobis quotidianus est, & quod in Ecclesia lectionis, quotidie auditis, panis quotidianus est: & quod hymnos auditis, & dicitis panis quotidianus est.*

§. II.

16. SACRIS interesse concionibus necessarium omnino est eis, qui mores curant componere: nec

hoc satis duco, nisi excipiantur concionatoris verba, patulis auribus memoriæ mandentur, sæpius animo euoluantur. Ergo age quam sit hoc utile paucis aperiamus. Hac ratione exponit Ambrosius verba illa Psalmi 118. *Cantabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee.* Ut enim illic, qui vel laborant, vel viam fallere conantur: quæ memoria tenent, recitant: imo verò sæpius eandem cantilenam reperunt: eadem ratione ait Dauid, tam firmiter memoriæ meæ hærent scita tua & præcepta, ut ea memoriter recitare, & cantare valeam. *Non denique (ait Ambrosius) de memoria thesaurorum, de interioribus nostris ruminandum vobis pabulum spirituale proponamus.*

Huc respexit sponfus ni fallor Canticor. 4. 11. *fauus distillans labia tua sponsa.* Si enim quæras unde tanta dulcedo verbis sponsæ accreuerit: statim subdit: *Mel & lac sub lingua tua;* quia enim audita verba alta mente retinebat, & corde euolebat, ideo tanta verbis inest dulcedo.

Idem Augustinus in Psalmum 35. exponens verba Ioannis 6. nostræ sententiæ fauet. Refert Euangelista post satiata quinque hominum millia, post Domini fugam: iterum eos conuenisse. Hi verò dixerunt ei Rabbi, quando huc venisti? quibus Dominus: *Amen amen dico vobis, queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducafastis ex panibus, & saturati estis.* Quæ verba Augustino teste intulit Dominus, ut ea occasione sermonem inferret de Eucharistia. Huc enim tendunt Domini miracula, huc temporalium rerum largitio, huc potus, huc cibus, ut homines ad Dei verbum audiendum inducat. Insuper Augustinus aliud circa hoc miraculum expendit, nimirum Dominum non exhibuisse mensam sine reliquiis, imo vero superfluisse duodecim cophinos fragmentorum, his, qui manducauerant. Nec frustra panes, & semesos pisces Dominus passus est decidere, pedibus obteri, perire, sed iussit omnia colligi, & asseruari: sic enim subinfert Ioannes. *Ut autem impleri sunt dixit discipulis suis: colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant: collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuervnt his, qui manducauerant.* Etenim ex verbo Dei neque micas neque reiectamenta, aut putamina vult Christus proici: sed omnia dentibus mandi, stomacho mandari, decoqui, distrahi per venas hominem alere desiderat. Verba Augustiniana excipe; & cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: *Rabbi quando huc venisti? Ille post miraculi sacramentum, & sermonem infert, ut si fieri posset, qui pasti sunt pascantur, & quorum satiavit panibus ventres, satiet & sermonibus mentes: quod si capiunt: sed si non capiunt, sumant, quod capiunt nec fragmenta pereant.*

Appositè etiam Augustinus tractatu 5. in Ioannem ad morales sensus deflestit verba illa Christi Domini ad mulierem Samaritanam. Cui, cum à Domino aquam requisisset viam, Dominus aquam daturus verbi Dei, ait: *voca virum tuum.* Anima nostræ vir intellectus est, qui omnia dirigit, ordinat, tractat, & disponit. Hic ergo in concionem adhibendus est. Quid enim iuuat corpore concioni adesse si anima per compita vagatur & triuia: Verba Augustini subinfero. *Ergo fratres mei audiamus, & intelligamus, quod ait Dominus: voca virum tuum, mulieri. Fortè enim, & anima nostra ait: voca virum tuum. Queramus de viro anima. Cur non ipse Iesus vir anima verus est? assit intellectus quoniam, quod dicturi sumus vix capitur, nisi ab intentis. assit ergo intellectus, ut capiat, & ipse intellectus erit fortè assit vir anima. Videns ergo Iesus,*

13. Ioan. 8. 37.

August.

14. Ioan. 3. 9.

Lucæ 8. 11.

August.

15. Lucæ 11. 3.

August.

Psal. 118. 54.

Ambros.

17. Cant. 4. 11.

18.

Cant. 4. 11.

Ioan. 6. 12.

19.

quia mulier non intelligebat, & volens eam intelligere, voca, inquit, virum tuum. Ideo enim nescis, quod dico, quia intellectus tuus non adest. Loquor ego secundum spiritum, tu autem secundum carnem.

20.

Sumit ad nostrum institutum confirmandum aptam satis similitudinem Augustinus serm. 218. de tempore, ex aibus. Vt enim aibus non satis est oua ponere, vt feliciter excludant, sed preterea eisdem incubant, & illa fouent: non aliter de verbo Dei dicendum est: non enim sufficit auribus illud excipere, sed insuper necesse est susceptum mente confouere, & veluti in animam indere. Hanc metaphoram subindicat (si fides Augustino) Christus Dominus Matthæi 24. 12. vbi de tempore in quo accideret illud Dei & hominum odium Antichristus verba faciens ait: & quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum; Vt enim auis, si excepto plumis imbre, nidum adeat, ouis incubet, frige facit & perdit, & abortit, si fas est dicere: sic nos, nisi mente verbum Dei decoquamus, omnino inutile reddimus. In hunc sensum etiam adducit verba

Matt. 24. 21.

illa Pauli Romanorum 12. 11. Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes. Quasi necesse sit spiritus, & charitatis fote verbum Dei excludere. similem sensum habent verba illa Psalmi 83. 4. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi ponat pullos suos. Reponenda enim sunt diuini seminis verba in nido mentis vbi confouere oportet. Subiicio verba Augustiniana. *Animus enim noster, quando donante Deo aliquid poterit de lectione sanctarum Scripturarum concipere, spiritualem nidum in cordibus nostris desiderant inuenire. Et ideo veluti castissima turtures diuina verba sancti Spiritus in nido cordis vestri fouere contendite. Neque permittatis, vt in vobis semem verbi Dei peccatorum frigore congelescat, propter illud quod scriptum est: abundauit iniquitas, refrigescet caritas multorum, estote magis sicut dicit Apostolus, spiritu feruentes. Sicut enim columba, vel turtures postquam genuerint oua si illa permiserint refrigerari perdunt fructum illorum: ita & vos, si conceptum verbum Dei per obliuionem refrigerari permittatis, desiderabilem fructum habere non potestis. Prestate in vobis nidum sermonibus sanctis, secundum quod scriptum est. Turtur inuenit sibi nidum, vbi reponat pullos suos. Hærendum iterum, in illis verbis Augustini: diuina verba Spiritus sancti feruere, &c. & infra, sicut enim columba, &c. Ac si diceret, ex eo enim Spiritus sanctus in columbæ specie apparuit, vt vel hoc modo agnoscas, quanam ratione Spiritus sanctus mente excipiendus est, & veluti excludendus. Sicut enim columbæ ouis inhærendo, & calefaciendo animant, eadem prorsus ratione oportet verbum Dei confouere, mente versare, & tractare, vt vigere possit, & ad optatum vitæ statum perducatur; excludendumque est sicut columba excludit oua sua.*

Rom. 12. 11.

Psal 83. 42.

August.

Componit Augustinus sermone 91. de tempore verbum Dei cum manna. Multa ex illo loco, quia trita, missa facio, illud ad rem nostram transcribo. *Manna ergo interpretatur, quid hoc est? vide si non ipsa nominis virtus ad disentiendum te prouocat, vt cum audieris legem Dei recitari in Ecclesia, semper interroges, vt dicas doctoribus, quid hoc est? Hoc enim est, quod indicat manna. Hæc Augustinus. Igitur optime verbum Dei cum manna componi indicat, vel ipsa nominis interpretatione, manna enim Hebræis, quid est hoc, sonat, vt vel inde noueris non per oscitantiam verbum Dei audiendum. Sed sæpe de illo quærere oportere, frequenter discutere, sæpius voce, & mente versare.*

21.

August.

Pro eadem veritate pugnat Augustinus enarra-

22.

tionem in Psalmum 141. cum aduisset, illud 2. Corinth. 4. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, dilabitur ad illud Prouerb. 21. 20. vbi noster vulgatus habet: Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipauit illa. Augustinus paulo aliter. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus, glutit illum, ex eo enim verbum Dei non efficitur thesaurus in corde stulti, quia scilicet glutit, & quasi integrum deuorat, sapiens autem dentibus terit & ruminat. Audi Augustinum. Hoc est enim thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis: vir autem stultus glutit illum. Breuiter dixi sapiens ruminat, stultus non ruminat. Hoc autem aperit, & Latine, quid est? Sapiens cogitat ea, que audierit, stultus autem audita obliuioni tradit. Inseram ex Philone libro de profugis satis aptam ad nostrum institutum confirmandum, sententiam. Sæpius iussit Dominus ciuitates refugij constitui his qui homicidium commisissent, ad quas tamquam ad asylum possent immunes se recipere. Addit verò. Numer. 35. 26. *Si interfector extra fines urbium, que exulibus deputata sunt, fuerit inuentus, & percussus ab eo, qui vltor est sanguinis: absque noxa erit, qui eum occiderit. debuerat enim profugus usque ad mortem Pontificis in vrbe residere. Postquam autem ille obierit homicida reuertetur in terram suam. Profugus hic, qui à patria exulat homo pius est, qui relicta antiqua conuersatione ad meliorem frugem se recipit. Pontifex vero est verbum Dei, ergo quoties hoc viuum in anima perseuerat, exulat ab auitis, & patris vitis, si vero moriatur statim in pristinam conuersationem dilabitur. Audi Philonem: Hæc autem extra propositum non dixi, sed vt docerem non alienum esse à iure naturali mortem Pontificis præscribi profugis exilij terminum. Nam quandiu hoc sanctissimum verbum viuum superest in anima, non est possibile eam verti, sponte in deterius. Expers est enim peccati omnis, & suo pre ingenio abhorret, & ab eo quod sic moriatur, non quod ipsum pereat, sed disiungatur à nostra anima.**

2. Cor. 4. 7.

August.

Num. 35. 26.

Philo.

23.

Accedat Chrysostomus, qui in homiliis ad populum adducta de more similitudine rem planam facit. Vt enim hi qui haustam ex flumine, vel fonte aquam domum important, id in primis curant, ne vrna decidat, ne aqua diffuset; si enim importatam aquam segniter eurent operam perdunt, nec sitim sedant. Ergo quid interest ex concione tamquam ex fonte multa haurire, si ea vel domum non reportes, vel reportata non serues? *Oleum (vt est in Prouerbio,) & operam perdidisti, sed quod queritur (ait Chrysostomus) hoc est, non vt hic tantum Philosophemur, sed vt pietatem hinc capientes, extra seruemus. Etenim aquantes non tantum apud fontes habent vasa plena, domum autem abeuntes euacuant: sed illic ipsa maxima cum cautela reponunt, ne subuertantur, & labor fiat inanis. Hos autem nos imitemur, & domum profecti, dicta cum studio seruemus.*

24.

Iere. 4. 3.

Chrysostomum in primis lege Homil. 4. ad populum vbi duas Prophetarum sententias, pro nostra congerit. Prior est Ieremiæ 4. *Renouate vobis noualia.* his enim verbis ducit similitudinem ab agro cultoribus, vt enim terræ mandaturus agricola semina, sæpius aratro eam profcindit. Cum vero fuerit iactum semen illud iterum inuerso solo terra occulit, ne aibus pateat: non aliter semen verbi Dei oportet altè corde premere. In eandem metaphoram perducit verba illa Ioëlis 2. *Scindite corda vestra.* Hoc est misum semen verbi, ne cordi superimponatis, sed cor exarate, & in intimis fibris reponite. Propterea, & profundum sulcum ducere necessarium est. Illud enim Propheta admonuit, ita dicens: *renouate*

Ioël. 2. 13.

renouate

renouatè vobis noualia, & nolite feminare in spinis. Quemadmodum enim aratrum infernè terram proruit, tutam seminibus custodiam parans, ne iacta in superficiem remaneant, sed in ipso terra sinu, custodiantur, & in tuto radices figant: sic, & nos facere necessarium est, & tanquam aratro tribulatione vtentes cordis profundum scindere, hoc enim, & alius Propheta admonet dicens, scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.

25. Hoc enim est frequens discrimen, inter eos qui segniter viuunt, & eos qui ad virtutis culmen pertingere anhelant, quod scilicet illi raro concionibus adsunt hi frequentius. Rem hanc notat Ambrosius lib. 6. in Lucam. meminere miraculi illius quando Christus Dominus quinque panibus, & duobus piscibus quinque millia hominum in solitudine satiauit, reliquias verò (ne perirent) iussit asseruari, sic enim scriptum est Ioannis cap. 6. *Vt autem impleri sunt dixit Discipulis suis: colligite, quæ superauerunt fragmenta ne pereant.* Vt quid hoc munus iniunxit Dominus Apostolis, neque enim satis dignum tantis viris videbatur? Hoc sanè ita apparet si corticem respicias, si verò spiritualemente nucleum, apprime hoc in Apostolos quadrat. Est enim cibus iste verbum Dei, quo homines in hac mundi solitudine reficit, alit, satiat Deus, quem turbæ, id est, imperfectiores ledunt, non tamen asseruant, his verò, qui in virtute profecerunt, & per Apostolos significantur, reliquias asseruare iubet Christus, hæc est mens Ambrosij. *Non otiose, quæ turbæ superant ad Discipulis colliguntur, quia ea, quæ diuina sunt apud electos facilius possis, quam apud Discipulos reperire.* Hæc ille.

Ambros.

26. Accinit Augustinus sermone 26. de diuersis ex illo Deuteronomij 14.6. *Omne animal quod in duas partes scindet ungulam, & ruminat comedetis.* Hæc duo, quæ in animalibus mundis lex prærequirit ad moralem sensum pertrahit Augustinus hoc modo. Animalia quæ fissam habent ungulam securius incedunt, vt patet in capreis, ouibus, & bobus quæ fortius figunt pedem, & per præruptas rupes securius incedunt, quam equi, asini, aut muli. Ergo scindere ungulam securitatem protedit. Ruminare autem est audita repetere, & recolere. Ergo hæc duo non oscitanter lex coniunxit, vt nimirum ostendat, eos homines securius & alacrius præruptas virtutis vias terere, qui dicta pro suggestu ruminant, & mente volunt. Verba Augustini subiungo. *Veluti, quod scriptum est eis, et quæ sunt ruminantia, & scissa ungula ipsa manducant, quibus autem utrumque, vel vnum horum defuerit non manducant: homines quidem significantur non pertinentes ad societatem Sanctorum. Scissa enim ungula ad mores, ruminatio ad sapientiam pertinet. Quare ad mores scissa ungula? Quia difficile labitur, lapsus autem peccatum significat, ruminatio autem ad sapientie doctrinam quomodo pertinet? Quia dixit scriptura: thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit illum: qui ergo audit, & negligentia fit obliuiosus, quasi glutit, quod audit, vt iam in ore non sapiat auditionem ipsam, obliuione sepeliens. Qui autem in lege Domini meditatatur die ac nocte, quasi ruminat, & in quodam quasi palato cordis, verbi sapor delectatur.* Duo mihi exponenda restant in his verbis Augustini; prius illud dictum. *Ut iam in ore non sapiat,* &c. Quibus exponit allatam sententiam ex Prouerb. 21. vt enim qui cibum non terit dentibus sed integrum deglutit nullum aut exiguum gustum, aut fructum ex eo percipit, non aliter qui audita verba Dei non voluit & versat memoria, ferè nullam, ex ipsis percipit vtilitatem, deinde ad trutinam reuocanda verba illa Augustini. *Auditio-*

Prou. 21. 20.

nem, ipsa obliuione sepeliens. audita Dei verba dum memoria non repetimus sepelimus. Hoc est, omnino intereunt & memoria excidunt dum non ruminantur, vt enim sepulchrum, & fossa mandata terræ corpora consumunt, & deuorant, inque puluerem redigunt, haud aliter audita Dei verba pereunt insitaque putrescunt dum non agitantur.

§. III.

27. Diximus verbum Dei audiendum, memoriaque tenendum, testat vt, quam opus sit audita exequutioni mandare subiiciamus. Pro hac sententia exponit Augustinus versum illum ex Psalmo 73. *Tu dirupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluuios Erihan.* Verbum Dei quod frequenter aqua dicitur quandoque torrenti, quandoque flumini comparatur: in his enim qui perpetuas habent scaturigines, & perennes fontes optimè fluuius dicitur, & iuxta Prophetam *fluuius Erihan*, illos verò qui collectitias aquas tantum excipiunt, & imbrium vt turgent subito, & intumescunt, statimque sicco alueo hiant torrentes appellat Propheta: cuius mentem his verbis promit Augustinus. *In alijs sit verbum Dei fons aquæ salientis in vitam æternam: alij autem audientes verbum, & non sic habentes, vt bene viuant, tamen non tacentes lingua, torrentes sunt.* Ergo fluentia verbi Dei ex bonis moribus veluti ex perenni fonte dimanant.

27.

August.

Psal. 73. 15.

Adducit etiam Augustinus verba illa Psal. 10.6. *Pluet Dominus super peccatores laqueos ignis, & sulphur spiritus procellarum.* Idem verbum Dei, & pluuiam vocat, & ignem sulphureum, & laqueos appellat: nimirum illis, qui audita exequuntur imber est, quo irrigata anima omnia virtutum germina ex se emittit, his verò, qui dicta obliuiscuntur, ignis est sulphureus, & æternæ penæ veluti prælibatio. Augustiniana verba excipie. *Non enim Propheta tantum, sed omnes verbo Dei animas irrigantes, imbres dici possunt, qui cum male intelliguntur, pluet Dominus super peccatores laqueos, cum autem bene intelliguntur, faciunt pectora.*

28.

Psal. 10.6.

August.

Hunc sensum præferunt verba illa Christi Domini apud Ioannem 14.21. *Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me.* Quæ verba hac ratione accipit Augustinus. *Qui habet in memoria, & seruat in vita, qui habet in sermonibus, & seruat in moribus.* Quid enim prodest vberes fructus excipere, si statim putrescant, nec possint asseruari? Eodem profus modo nihil prodest verba Dei auribus excipere, nec tamen vsque ad componendos mores perducere.

29.

Ioan. 14. 21.

August.

Subtilius idem Augustinus tractatu 33. in Ioanem expendit factum illud Christi Domini, quod habes apud Ioannem cap. 8. Cum enim Iudæi per calumniam, & summum odium de adulterio mulierem coram Christo accusarent. Ipse ne ansam calumniatoribus præberet si dimitteret: ne verò contra mansuetudinem insitam agere videretur, si damnaret. *Digito scribebat in terra;* scilicet verba eadem, quæ ore proferebat. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Eandem sententiam, quam ore promebat, digito in terra scribebat. Nimirum verba sua non vult inani sonitu in auras abire sed fructum ferre, & terræ multiplicanda mandare. Id est, odit eos, quia aure excipiunt, nec opere exequuntur. Vt enim auarus agricola terræ subactæ multo cum fenore reddituræ semina mandat lubens, non item sterili, aut silicibus: non aliter Christus terræ verba mandat sua,

30.

Ioan. 8. 6.

non lapidi, quia fructum quærit, sperat, expetit. Audi Augustinum. *Audistis Iudæi, audistis Pharisei, audistis legis Doctores legis custodem, sed nondum intellexistis legistatorem: quid vobis aliud significat, cum digito scribebat in terra? Digito enim Dei lex scripta est, sed propter duos in lapide scripta est, nunc iam Dominus in terra scribebat, quia fructum quærebat.* Ergo ideo Dominus, ait Augustinus, in lapidem legem scripsit, ut ostenderet in Iudæos iacta semina verbi exiguos admodum habitura prouentus: nunc verò in terra scribit, quia à nobis vberes auditi verbi fructus expetit Christus Dominus.

31. Subtilius adhuc idem Augustinus exponit verba illa Eliphaz quæ habentur Iob 4. 11. *Tygris perijt eo quod non habeat prædam.* Hæc sunt verba apud vulgatum. Augustinus legit. *Myrricoleon perijt, eo quod non habeat escam.* Quam ob causam diabolus dicitur formica, quæsto respondet Augustinus exponens hunc locum, id est, in causa, ut nimirum huius animalis ingenium contra diaboli technas nos muniat, scilicet formica congregatorum sub ætatem granorum & subterraneis locis defossorum ne hyemali imbre putrescant, & in herbam pullulent partem illam seu cuspidem, vel ut loquitur Augustinus oculum, qua germinare solent corrodunt. Hanc formicarum iudustriam tradit Plinius. *Lib. 11. capit. 30. his verbis. semina arenosa condunt ne rursus in fruges exeant de terra.* Has ergo imitatur dæmon, nam semen verbi Dei ne in cor audientium decidens in herbam germinet, in culmum prodeat, & fructus ad maturitatem perducatur, corrodit, unde apprimè formicæ illi nomen inditum est. Nec vacat mysterio, quod non modo formica, sed formicaleo appellatur. Cum enim formicæ ingenium imitatur, tunc leoninas omnino vires induit. Numquam enim acriores vires exierit dæmon quam dum nos diuini verbi fructibus priuat, unde tunc maximè Leo dicitur cum formica est. Verba Augustini profero. *Myrricoleon perijt, eo quod non habeat escam, quia in nouissimo non erunt, quos inducens comedat, separabuntur enim pijs ab impijs. Hic autem errat, quia, ea, quæ de diabolo audierat Propheta de Iob intelligebat. Myrricoleon verò accipiendus est, vel quia utrumque in eo est, cum, & rapit & utrumque prosequitur frumenta, quæ sublato oculo facit non germinare.*

Plin.

Augustin.

32.

August.

33. Matth. 8. 28. Marc. 5. Lucæ 8. 26.

Augustinus lib. 2. questionum Euangelicarum quæst. 33. in hunc sensum pertrahit paræmiam illam de iuvene, qui patrimonium prodegit Lucæ 18. cum enim ille licentiam viuendi captans ad exterarum gentes diuertisset, en tibi fames male suada in totam illam regionem grassabatur, & ipse cum prius rem omnem familiarem dilapidasset, homini cuidam ad pascendum gregem porcorum operas locauit. Fames hæc secundum Augustinum inopia est verbi Dei, quæ si ingruat statim diabolo se locant homines ad sensus voluptates pascendas. Testatur Augustinus his verbis. *Fames autem in illa regione indigentia verbi veritatis. Vnus cuius regionis illius aliquis acrius Princeps ad militiam diaboli pertinens, villa eius modus potestatis eius. porci immundi spiritus, qui sub ipso sunt.*

Peruenit Iesus in regionem Gerasenorum, ut habes apud Matth. 8. 28. Marcum 5. & Lucam 8. 26. & ibi ventriloquum, curauit immisissis dæmonibus in porcorum gregem. Incolæ verò cum ei obuiam venissent, & rei nouitatem mirarentur, rogant eum ut ad alias regiones diuerneret. Nimirum sunt quamplures qui Dei verba mirantur nec tamen iussa faciunt. Ad hanc rem adducit hoc Gerasenorum factum Augustinus lib. 2. questionum in Ge-

nesim quæst. 13. sub his verbis. *Quod Geraseni prouident videre, quod factum est, & inueniunt hominem restitutum, & mente sana sedere ad pedes Iesu, & cognoscere quid factum sit rogant Iesum, ut ab eis discederet magno timore percussus, significat multitudinem vetusta sua vitia delectantem, honorare quidem, sed nolentem pati christianam legem, dum dicunt, quod eam implere non possunt, admirantes tamen fidelem populum à pristina perditâ conuersatione sanatum.*

Vim affert nostræ sententiæ factum illud Domini, quod scribit his verbis Lucas cap. 6. 6. *Factum est autem, & in alio sabbatho, ut intraret synagogam, & docebat, & erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem scriba, & Pharisei si in sabbatho curaret, ut inuenirent, unde accusarent eum: ipse autem sciebat cogitationes eorum, & ait homini, qui habebat manum aridam: surge, & sta in medium, & surgens stetit, ait autem ad illos Iesus. Interrogo vos: si licet sabbatho benefacere an male: animam saluam facere an perdere? Illud miror quod cum de sananda manu agatur ipse tamen interroget, an liceat animam saluam facere, cum de manu, & corpore potius, quam de anima quærendum videretur? Verba, autem Domini id protendunt, scilicet, quod si manus hoc est hominis opera sanitati restituantur, simul, & animam sanitate donari, sæpius Christus Dominus oculis, sæpius aures sanauerat, nec vnquam horum morborum curationem animæ sanitatem appellauit; cum verò de manus curatione sermo incidit, animam saluare asseuerat: quia salus animæ, non in cognoscendo aut audiendo verbum Dei, sed in exequendo sita est. Hanc rationem tradit Augustinus libro 2. quæstionum. Euangelicarum quæst. 7. sub his verbis. *Quod dicit Dominus Iudæis de eo qui habebat manum dexteram aridam, interrogo vos si liceat sabbatho benefacere an male, animam saluam facere, an perdere? Queritur cum corpus curauit, quare sic interrogauit, si liceat animam saluam facere an perdere? Vel dixit hoc, quia illa miracula propter fidem faciebat, ubi salus est anima, vel quod ipsa sanatio manus dextera salutem anime significabat, quæ à bonis operibus cessans, aridam quodammodo dexteram, habere videbatur.**

Aprè ad hanc rem exponit etiam sanctus Augustinus sermone 115. de diuersis verba illa Matthæi 11. 17. *Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.* Velut habet Lucas 7. 32. *Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis.* Loquitur autem de sua, & de Ioannis, imò de cuiusvis verbi Dei prædicatoris concionibus. Vocat autem præcones verbi Dei tibicines ad quorum modulos, & vocum flexus corpus mouent, qui saltant. Ut enim in choreis accidit, ut aliquis citharam, vel lyram plestro pulset ad cuius numeros reliqui corpora contorquent: eodem pacto auditores, ad concionantis verba se ipsos moresque suos componant: ne de illis sicut de Iudæis his verbis Dominus conqueratur. *Hac dico, & laudatis* (ad suos auditores de suis concionibus verba faciens, ait Augustinus) *& clamatis, & amatis.* Respondeo tibi non ego sed sapientia: lauda viuendo, non sonando: sed consonando: Dominus dicit in Euangelio: *cantauimus vobis, & non saltastis, quando hoc dicerem si non legerem. Irridet me vanitas, sed inuauit auctoritas, si non præmisi illam, quis hoc diceret, quis vestrum me ferret hoc dicentem, cantauimus vobis, & non saltastis? Quid est saltare nisi motu membrorum cantico resonare? Non id à te exigit Dominus, ut cantanti, hoc est, rectè monenti prædicatori vocem associes, & canenti concinas: sed ut saltet, hoc est, motu corporis vocis eius imiteris, id est, operibus imperata prosequaris.*

Prouer

August.

34. Lucæ 6. 6.

35. Matth. 11. 17.

Lucæ 7. 32.

Augustin.

36.

Prouerbiorum 31. depingit Salomon ad viuum mulierem sedulam, & industriam in primis ait: *Quaeruit linum, & lanam, & operata est consilio manuum suarum.* Linum ad animam pertinet, lana ad corpus, nam illud magis quam haec corpori adheret proximè. Ergo in facris concionibus composita, & concinna verba velut lana sunt, nucleus autem velut lini rationem obtinet. Haec duo inquit mulier sedula, hoc est, anima virtutis studiosa, sed audi quod sequitur, & *operata est consilio manuum suarum*; non quaeruit solum, sed operata est, quia verbi Dei auditor non modo concionantibus adesse, & quaerere debet, sed sine mora imperata facere. Hanc loci explicationem inuenies apud Augustinum sermone 45. de diuersis sub haec verba. *Quaeritur autem à nobis quid sit lana quid sit linum, lana carnale, aliquid puto, linum spirituale. Haec conytere audeo ex ordine vestimentorum nostrorum. interiora sunt enim linea vestimenta, lanca autem exteriora quidquid carne operamur in promptu est, quodquod spiritu in secreto (& infra) docenda sunt quidem & dicenda spiritualia carnalibus, sed illi qui accipiunt debent. & tenere spiritualia, & non carnaliter operari carnalia; inuenit hoc mulier lanam, & linum, & fecit utile manibus suis, lana ista, & linum hoc in Scripturis sanctis est. Multi inueniunt, sed nolunt facere aliquid utile manibus suis, inuenit, & fecit, cum auditis inuenitis, cum bene viuitis facitis; inueniens lanam, & linum fecit aliquid utile manibus suis.*

August.

37.

Erod. 3.

Idem Augustinus sermone 17. de diuersis huius rei signum fuisse rubum illum ait, flammis oblitum, & à flammatum iniuria immunem Exod. 3. tam enim est mirandum contra verbi Dei vim peccata persistere quam in mediis flammis rubum non conflagrare. Augustini verba audi. *Aduertite itaque soluta quaestione etiam istud in cuius rei signum videtur factum, quod in rubo apparuit, & rubus non comburebatur, non incendebatur. Et apparebat tamquam ignis, & non incendebat rubum. Putamus rubum bonum aliquid significare cum sint spinae? si enim consumpsisset ignis spinas, significaret, quia verbum Domini, quod dictum est Iudaeis consumpsisset peccata illorum. Si enim sic ignis in rubo quomodo lex in Iudaeis, sic sunt spinae rubi quomodo peccata Iudaeorum. Sic enim non cremavit spinas quomodo lex non cremat peccata.*

38.

Psal. 143. 9.

Adde eundem Augustinum sermone 32. de diuersis dum tractat verba illa Psalmi *Deus Canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decem chordarum psallam tibi.* Decem chordae istius psalterij, decem profecto legis praecepta sonant. Ergo ad harum chordarum numerum sanctus Dauid non modo canit sed & salit. Non enim solum ait *Deus canticum nouum cantabo tibi*, sed insuper; *in psalterio decem chordarum psallam tibi.* Sunt qui ad harum chordarum concentum cantent, sunt qui salent. Qui enim verba Dei ore tantum repetunt & labiis versant ij canunt, qui verò etiam operibus complent hi salutare dicuntur. Verba Augustini transfero. *Nam timor ille seruilis in veteri homine constitutus potest quidem habere psalterium decem chordarum, quoniam, & Iudaeis carnalibus data est lex ipsa decem praeceptorum, sed cantare in illa non potest canticum nouum, sub rege est enim, & implere non potest legem. Organum ipsam portat non tractat, & oneratur psalterio, non ornatur. Qui autem sub gratia est, non sub lege ipse implet legem, quia non est ei pondus sed decus, nec timentum tormentum est, sed amanti ornamentum, spiritu enim dilectionis accensus iam in psalterio decem chordarum cantat canticum nouum. Expende verba illa Augustini, & oneratur psalterio, &c. id est, illi qui concionibus adstant, nec exe-*

August.

quantur, similes sunt puerulis, vel seruulis muscorum, qui instrumenta musica important, nec tamen pulsant.

Adde eundem Augustinum sermone 91. de tempore expendens, quod colligentibus manna accidit vt refertur Exodi 16. 20. *Dixit itaque Moyses ad eos nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt enim, sed diuiserunt quidam ex eis vsque mane, & scatere cepit vermibus.* Manna quod digne sumentibus, in omnem saporem, & gustum vertebatur, indigne asseruantibus in vermes computruit, verbum Dei refert, quod si digne audiatur, & vsque in opus quae iubet pertrahantur, mira replet homines dulcedine. Si verò indigne tractetur neque executioni quae iubet mandentur instar vermum perfodit, & corrodit conscientiam. Augustinum audi. *Sed dicit aliquis si manna verbum Dei esse dicis, quomodo vermes facit? Verum est fratres non aliunde sunt vermes in nobis nisi ex verbo Dei. Sic enim ait, nisi venissem, & locutus es fuissem peccatum non haberent. Post susceptum autem verbum Dei, qui peccat, efficitur ei ipsum verbum, vermibus, qui eius semper conscientiam perfodiat, & arcana pectoris rodant.*

39.

Exod. 16. 20.

August.

40.

Psal. 118. 66.

Ad rem nostram adducit Augustinus verba illa Psalmi 118. *Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me.* Ac si dicat, si solum doceas, nec animum ad virtutem promoueas, vt mandata compleam, quid praclarum feceris? Cum itaque (ait Augustinus) alia sunt quae ideo dicimus, vt tantummodo sciamus, hic vero, vt etiam faciamus, quando Deus ea docet, sic docet, vt ea scienda faciamus, aperiendo veritatem sic docet, vt facienda faciamus, imprimendo suauitatem. *Nec enim frustra ei dicitur, doce me, vt faciam voluntatem tuam: sic, inquit, doce me, vt faciam, non tantummodo, vt sciam. Ipsa quippe recte facta fructus est noster, quem reddimus agricolae nostro; sed Scriptura docet: Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Duo addit Augustinus in verbis praedictis pro nostro instituto, in primis versum illum ex Psalmo 142. 10. *Doce me facere voluntatem tuam.* Non enim dixit, doce me voluntatem tuam: hoc enim ad speculationem referendum videretur: sed doce me facere, quod praxim respicit. Scire enim bonum nisi executioni mandetur potius hominem damnat. Addit Augustinus versum alium ex Psalmo 84. *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Hoc est, me Dominus docebit, quae ad virtutem instruant, ego autem, cordi, vt subacta terrae verbum mandabo multo cum fauore fructus virtutis reddituro.

Componit Augustinus concione 29. in Psalmum 118. verba illa Christi Domini. Matth. cap. 7. *Quaerite, & inuenietis; cum illis, Prouerbiorum 1. Quaerent me, & non inuenient.* Si enim solum verborum vim inspiciamus pugnare secum videntur; si verò ea rimemur penitius lucem sibi mutuo afferunt. Illi enim qui sapientiam quaerunt, vt solum eius dulcedine delectentur, & verbis ad speciem compositis aures demulceant; hi sanè non inueniunt: eis vero, qui quaerunt, vt colla eius mandatis subiiciant, statim, & in limine occurrit. Verba Augustini subscribo. *Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine. Cui autem rursus, suus clamor proficiat, adiunxit: iustificationes tuas requiram. Ad hoc ergo clamant in toto corde suo, & hoc sibi desiderant à Domino exaudiente praestari, vt iustificationes eius exquirat: proinde quod, vt faciamus, iubetur, vt exquiramus, oratur. Quam longè est adhuc à faciente, qui exquirat? non enim est consequens, vt qui exquirat inueniat, aut qui inuenit faciat: non autem potest, nisi inuenierit facere, & nisi quaesierit, inuenire,*

41.

Matth. 7. 7.

Prou. 7. 28.

August.

inuenire, sed magnam spem Dominus Iesus dedit dicendo: *quarite, & inuenietis. Rursus autem dicit sapientia (qua, quid est nisi ipse?) quarent me mali, & non inuenient. Non enim malis, sed bonis dictum est. Quarite & inuenietis. Imò vero eis dictum est, quibus paulo post. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris. Quomodo ergo malis dicitur, quarite, & inuenietis: cum rursus dicatur, quarent me mali, & non inuenient? An aliud eos Dominus, quam sapientiam quærere volebat, quando eos inuenturos, si quærerent, promittebat? In ea quippe sunt omnia, qua ab eis, qui beati esse cupiunt, inquirenda sunt. Illi ergo sunt, & iustificationes Dei: quapropter restat, vt intelligamus non omnes malos inuenire sapientiam, si quaesierint, sed eos, qui in tantum sunt mali, vt oderint eam: sic enim dixit, quarent me mali, & non inuenient. Oderunt enim sapientiam, ideo ergo non inueniunt, quia oderunt, sed rursus, si oderunt, quomodo quarent, nisi quia, non eam quarent propter ipsam, sed propter aliquid, quod mali amant, & ad hoc facilius se putant peruenturos per ipsam. Multi sunt enim qui dicta sapientium studiosissime inquirunt. Eamque in doctrina, non in vita volunt habere, vt non per mores, quos inuet sapientia, perueniant ad Dei lucem qua est ipsa sapientia, sed per sermones, quos habet sapientia, perueniant ad laudes hominum, quod est vana gloria: non ergo sapientiam quarent, & quando eam quarent, non quarent ipsam, alioquin viuere secundum ipsam: alioquin volunt verbis eius inflari, & quanto magis inflantur, tanto magis afficiuntur extra ipsam.*

42. Psal. 118. 33. *Psalmo 118. Legem pone mihi Domine: viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Quibus verbis, ait Augustinus concione in Psalmum 118. alluisse Dauid ad tabulas illas lapideas, in quibus Hebræorum populus digito diuino scriptas tabulas legis accepit; qui lapis, si fides Hebræis lapis erat Hiacynthus, ergo in lapideis tabulis lex Dei inscribitur ob diuersos effectus quos efficit, nimirum eis, qui legem Dei audiunt, nec implent, lapis est, quo obruuntur, & opprimuntur: eis autem, qui iussa exequuntur, lapis est praeiosus, quo ornantur. Fortè huc respexit Dominus illis verbis Matthæi*

Matth. 18. 6. *18. Expedi ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: Etenim lex diuina, nisi compleatur, lapis est ad collum alligatus, quo homines in profundum maris demerguntur. Verba Augustini audi. Quibus autem iniustus, & non subditis lex in lapideis tabulis ponitur, preuaricationis reos, non promissionis, efficit filios, sed ille, qui eius meminit, neque eam diligit, eo modo reus est. Quia memoria eius lapis ille quodammodo scriptus, non quoad ornatur, sed quo prematur, pondus oneris, non titulus honoris.*

43. *De his omnibus, qui concionibus adstantes facris, neque fructus ex eis percipiunt, dictum putat Augustinus in Psalmum 48. verba illa Prouerbio- rum 10. Et dentes eorum obstupescunt. Sicut enim illis, qui acidum aliquem, aut inimitem fructum dentibus prefferunt, dentes obstupescunt: adeo, vt fame etiam laborantes, cibos quidem expetant, antè oculos positos, laudent, nec tamen ob dolorem attingere audeant: ita isti Dei verba auribus excipiunt laudant, admirantur: nec tamen iussis obtemperant. Quando videbas ipsum panem laudabas, (ait Augustinus) capisti manducare, & dolent dentes. Solum quando audiebas sermonem Dei laudabas, quando tibi dicitur, fac hoc, blasphemias. Noli sic velle. Hoc die, bonus est panis sed ego non possum illum manducare. Nunc autem si oculis videris, laudas, si oaperis dentibus premere, dicis: malus est panis.*

44. *Augustinus in Psalm. 36. exponit pro nobis ver-*

ba illa quæ in eodem Psalmo habentur; *Os iusti meditabitur sapientiam. Hoc est, legem Dei libenter auribus, & oculis excipiet. Quid inde, numquid satis est audire, satis est legere: minimè sanè: Et lingua eius loquetur iudicium. Hoc est semel audita, sapius voce & memoria reuoluet. Nec hoc satis, nisi efficiat, quod adiungit; & non supplantabuntur gressus eius. Hoc est audita etiam ad componendos mores pertrahet. Audi Augustinum: *Os iusti meditabitur sapientiam. Ecce ille est panis. Videte, quam libenter manducet iustus iste, quomodo verset in ore suo sapientiam. Ne fortè non putares, eum in ore habere, quod in corde non habebat, ne fortè computares eum, cum eo, de quibus dictum est: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me, & lingua eius loquetur iudicium, lex Dei eius in corde ipsius; & quid illi prodest? Et non supplantabuntur gressus eius. Liberat à laqueo verbum Dei in corde, liberat à lapsu verbum Dei in ore.**

In hunc sensum pertrahit Ambrosius illud ex Psal. 36. *Mutnabitur peccator, & non soluet, iustus autem miseretur & retribuet. Vt enim ille, qui pecunias accipit, mutuas, cogi solet, vt fenus pro eis reddat: eadem ratione, verba Dei, veluti pecunia ex auro, & argento sunt iuxta eundem Psalmistam, quæ si audis, & aure excipis, oportet, vt fenus reddas, hoc est, vt exequaris iussa. Alioquin alienam furripis pecuniam, & fenus contra ius detines. Vide nunc pauperem mysticum (ait Ambrosius,) id est, simplicem, & ismentem Dei nomen, audientem verbum de castitate, & soluentem, audientem de placiditate, & non irascentem: diuitem vero illum arrogantem, & superbium, audientem quidem, sed post reuertentem sermones Dei; audientem de condemnatione luxuria, & magis luxuriantem.*

§. IV.

46. **P**AUCIS in calce huius Ethologiæ agendum mihi est, contra quorundam hominum ingenium, qui sacris adstant concionibus, non quidem vt inde ad mores suos componendos, vel minimam capiant vtilitatem, sed, vt id, quod auditum, dictumve fuerit alienis vitijs accommodent, & pro alijs dicta garriant. Contra hos iaculatur Ambrosius, verba illa Psal. 50. *Et peccatum meum contra me est semper. Hoc est, de alienis peccatis, nec minima cura mihi est, propria vero semper ob oculos obuersantur, quidquid dictum, lectum, auditumue est, mores meos carperè existimo, & perpetuo terrore concutior, nec vnumquam ad aliena crimina deriuo. Audi verba Ambrosij. *At sapiens aduersum se esse existimat delictum suum, & tanquam hostiles acies, & lapsus culparum suarum aduersantium modo sibi arbitratur obistere, quidquid insonuerit, quidquid increpauerit culpa propria ei semper occurrit. Quidquid dictum, aut lectum in se dictum putat, quidquid intenderit, se nutu se oculis, signari se putat.**

Hac ratione expono verba illa Christi Domini Matthæi 10. *Et quod in aure auditis predicare super tecta. Christus Dominus hortatus est discipulos suos publica habita concione, vt rudes homines ad omnem virtutem instruerent, neque in aurem singulis doctrinam suam instillabat: sed vt dixi publicam habebat orationem, qua omnes in communi ad virtutem hortabatur. Quare ergo ad discipulos publicas, quas habuit conciones, in aure audita, appellat Dominus? Nimirum vt doceat Apostolos auditores suos, vt licet omnia in commune dicantur, singuli tamen arripiant: & vnus quisque quasi pro se solo dicta, & veluti ad nullum alium pertinerent*

nerent verba excipiat, teneat, meditetur, exequatur. Cum aliquem in hominum circo consistentem, rem quam, ad aliorum aures nolumus peruenire, commoneere volumus, in aure submissa voce loquimur, ad aurem miffitam: non aliter quisquis concionibus ades, in magna etiam hominum frequentia in aure tibi dictum puta, quidquid in commune audisti, & ad te vnum puta pertinere. Hoc enim iniunxit Dominus Apostolis, per quos, & nos docere voluit. Rem forte subodoratus est Augustinus sermone 17. de verbis Apostoli sub hac sententia. *Quid est in aure auditis? in secreto auditis.*

48. Bernardus serm. 36. in Cantica apta similitudine rem explicat: vt enim ille qui nimio cibo stomachum onerat, nec calore decoquit, non modo, nullum ex iniecto stomacho alimento emolumentum capit, sed agritudinem, & mortem sibi accersit, non aliter, qui audita verba Dei non exequitur, spiritualibus languoribus & morti obnoxius redditur. Hunc sensum habent ex mente Bernardi verba illa Iacobi 4. *Scienti bonum, & non facienti peccatum est ei.* Hoc est, qui audita Dei iussa implere detrectat, peccati morbum sibi accersit, addit insuper verba illa Lucæ 12. *Seruus sciens voluntatem domini sui, &c.* Et illud Ieremiæ 4. *Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo, &c.* Cibus enim incoctus, dolores stomacho frequenter excitare solet: & Dei sermo, dum executioni non mandatur, pungit mentem, & lachrymas ciet. Explicat rem Propheta dum subdit. *Sapientes sunt vt faciant mala.* Hoc est, virtutis doctrinam hauserunt, neque executioni mandarent, quid mirum si eorum animus pungatur, & doleat. Audi Bernardum. *Reliqui omnes audiant, scienti bonum, & non facienti peccatum est ei, ac si per similitudinem dicat: sumenti cibum, & non digerenti perniciosum est ei.* Et cum hanc allegoriam longè prosequutus sit Bernardus, subdit. *An non responsum mortis, & damnationis, toties in se habet, quoties in mentem venerit sermo, quem dixit Deus: quia seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens digna, plagis vapulabit multis. Et vide ne in persona talis anima Propheta plangeret, dicens; ventrem meum doleo, ventrem meum doleo.*

49. Finem huic rei imponat Chrysofostomus homil. 81. in Matthæum. Exceptus est conuiuio Dominus à Simone leproso, vt habes apud Matth. 26. 7. Marcum 14. 3. Ioannem 12. 3. Quem mensæ accumbentem fideli vnguento ex nardi spicis confecto vnxit Maria Magdalene. Iuda detractionis duce factum carpebant Apostoli, sub pietatis specie, verbis à Matthæo expressis. *Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes, vt quid perditio hac? Porrit enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus.* Quisnam hoc loco mentem hanc de danda elemosyna Apostolis indidit? Quam ob causam porrigenda elemosyna Apostolorum memoriam subiiit? quia nimirum ait Chrysofostomus proximis concionibus multa de subueniendo pauperibus Dominus fuerat eloquutus: quam rem alte memoria defixam retinebant. Expofuerat enim Dominus paramiam illam de fatuis virginibus, quas nuptiis interesse non est passus sponfus ob misericordiæ olei defectum, de illo insuper qui talentum pauperibus cum scœnore reddituris non dedit: de extremo iudicio in quo damnandi sunt homines pecuniarum tenaces, & alia, quæ innuunt Euangelistæ proximis concionibus à Domino dicta. Ergo laudandi Apostoli, quod magistri dicta mente continebant, dum autem audita non ad se referunt, & ad mores proprios componendos aptant: sed, vt aliena vitia

carpent, aliena facta maledictis proscindant, non item. His ergo similes sunt illi quorum animis insident quidem pro suggestu dicta, non ad deponenda tamen propria vitia, sed vt habeant, quæ in alios iaciant diæteria, & scommata multo cum aculeo. Audi Chrysofostomum. *Vnde Discipulis hac cogitatio suborta est? audierant sanè dicentem magistrum, misericordiam volo, & non sacrificium.*

Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? VERS. 6.

1. Qui locum de verbo sapientia æterna intelligunt, vt par est, huius radicem vocant æternum patrem, qui est fons & origo Trinitatis. Hic autem nulli reuelatur, quia Deus omnium hominum captum excedit. At nobis qui de sapientia qua Deus, vel homines sapientes sumus, sententiam interpretamur aliter incedendum est. Ergo radix sapientiæ, cui reuelata est, id est, quis omnino comprehendit sapientiæ originem, causas, & effectus.

2. Dionysius Carthusianus *Profunditas quoque sua infinita pietatis, & communicabilitatis: qua propter nos homines, & propter nostram salutem incarnari in terris que conuersari, & occidi dignatus est, comprehendi non potest.* Sensus moralis, vel de maximo Dei erga homines amore, vel de eximia erga eundem liberalitate locum exponit.

3. Radix. Nonnulli etiam eorum qui locum nobiscum de sapientia in genere exponunt per radicem Deum intelligunt, à quo omnis sapientia originem trahit. Ego per radium facilius originem, vel principium, vel fontem intelligo, ac si dicat. Nullus omnino est, qui sapientiæ originem intelligat. Si vero nomen sapientiæ ad rectam rerum agendarum rationem transferas, vt videntur innuere quæ sequuntur, scilicet. *Et astutias illius quis agnouit?* Sensus à nobis traditus lucem accipit. Oportet scire eum, qui negotium transfigit rationes, quibus ad aliquid agendum permouetur, celare, & longè alias ostendere, vt de Tiberio saepe Tacitus. *Radix sapientiæ cui reuelata est?* Phrasi sacre scripturæ vsitata, id est, omnino, & penitus cognoscere; hoc enim est, radicem alicuius reuelari, id est, omnino patere, etiam ea, quæ abdita esse oporteret instar radicis in arbore.

4. Radix. Aliquibus idem est, quod virgultum iuxta illud Esai. 33. *Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiens.* Quæ ex sapientia, veluti ex radice pullulent, quasue vtilitates sapientia hominibus afferat, nulli profusus patent. Ego verò, non de stirpe quæ ex radice nascitur, sed de ipsa radice ex qua oritur sapientia, locum intelligi malo. Nam de his quæ ex sapientia proueniunt, statim subdit. *Et astutias illius quis agnouit?*

5. Astutias. Græcè Πανουργματα Panurgumata. Quod saepe noster vulgatus transfert peritiam, exercitationem, & cautionem. Ego propriè dicere: quam sit erga omnia versata. Vix enim sapientia, vel prudentia haberi potest, nisi quis in multis rebus sit versatus. Vnde prudentiam illius, laudans Poëta.

Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes. Addo Hippo. lib. de flatibus. *Nam videlicet ad mouere manum operi est optimus magister docendi.* Columellan libro 1. de re rustica. *Vsus, & experientia dominantur in artibus.* Ergo vix ille in sapientium hominum numerum venire potest, qui exterorum regiones non peragrauit, aut saltem exterorum mores ab aliis literis mandatos oculis non hauserit.

August.

48.

Iacob. 4. 17.

Lucæ 12. 47.

Bernard.

49.

Matth. 26. 3.

Ioan. 12. 13.

Marc. 14. 3.

Chrysof.

VERS. 6.

1.

2.

3.

4.

5.

Hippo.

Columell.

6. *Quis agnouit?* Difficultatem indicat adhibita interrogatione, non quod omnino sapientem, & astutum hominem quandoque expectorare non contingat.

7. *Et astutias illius.* Dionysius Carthusianus, *Id est, industrias, prudentia illius, quibus nouit, suis intentionibus subuenire: aereas potestates prosternere, humanum genus per viam iustitiae, & misericordiae liberare, imò ex malis elicere bona.* Lyra, *& astutias illius, id est, subtilitates contra mala. Quis agnouit? Quasi dicat nullus. Tanta enim est, quod de malis elicit bona, ut dicit Augustinus in Enchiridion.* Etiam à nobis commissa peccata in nostram transfert utilitatem, & omnia nobis iuxta Apostolum cooperantur in bonum.

VERS. 7.

Disciplina sapientiae, cui reuelata est, & manifestata, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?

1. Versum hunc quia in Graecis exemplaribus non habeatur, & facile ad superiorem sententiam aptari possit, nonnulli credunt, ad explicationem praecedentis additum margini, tandem in textum irrepisse, crederem, nisi codex vulgatus maiorem haberet auctoritatem, quam Graeca exemplaria quae modo circumferuntur, vel nihil omnino ad sensum auctoris nouum, hic versus importaret. Ergo sensus est: quantum proficiant hi qui huic sapientiae auscultant, difficile omnino est, vel dicere, vel capere.

2. *Disciplina.* Verbum hoc triplicem potest habere intellectum. Primus, ut idem sit quod sapientia. Et iuxta hunc, versus cum superiori recidit, & quod prior versus vocauit sapientiam, posterior hoc idem dixerit disciplinam. Quod non probo. Secundus, ut disciplina idem sit, quod notitia, quae à discipulo habetur: ita ut sapientia vel doctrina sit id quod à magistro docetur: disciplina quod à discipulo discitur. Tertius, tandem disciplina eadem est, ac correctio. Quia enim discipuli praecipue pueruli, vix ad eruditionem animum applicant, nisi à magistro tundantur, ideo disciplina in sacris literis pro supplicio sumitur, praecipue Hebraeorum 12. Hierem. 31. Iob. 9. & saepe alibi, secundus huic loco melius aptatur, dixerat enim superiori versu, *radix sapientiae*, &c. Id est, quis omnino callere potest ea omnia, quae ad sapientiam, quae nobis docetur, pertinent, addit. *Disciplina sapientiae*, &c. Vel quis noscere potest quantas utilitates inde capiant, qui sapientiae animum, vel aures praebent. Ita ut prior versus ad docentem, posterior ad discentem pertineat.

3. *Disciplina.* Paulus de Palatio: iam quis nisi spiritu reuelante doctus intelligat, quibus rationibus sapientia, & spiritus Dei animam moueant, instigent, & inspirent ad mala cauenda, bona cogitanda, amanda, exequenda? addit Palatio. *Huic alludit quod sequitur, multiplicationem ingressus eius, quis intellexit? Id est, quis nouit, quam multipliciter, & quam variè in sapientiam hominis ingrediatur.* Nam in quosdam ingreditur per se ipsam, pellicens, & vocans, ut in Paulum. In quosdam per Angelica ministeria, ut in Heliam: in quosdam per hominum vocem, ut in Eunuchum Candacis, in quosdam per hostes, ut in Iudeos. Hæc ille, *Disciplina.* Dionysius Carthusianus. *Disciplina interdum vocatur correctio: ut cum ait Apostolus: omnis disciplina in presenti quidem non videtur esse gaudij, sed morosis.* Hæc quidem ad sensus morales.

4. *Et multiplicationem ingressus illius, quis intellexit?* Id est, varias & sibi oppositas mutuo rationes, qui-

bus in optatum finem rem perducit, difficile est haurire. Pertinet ad prudentem hominem non semper omnino eadem ingredi via, sed modo illam modo aliam perquirere. Ut eandem rem ad finem optatum perducatur variis sibi que contrariis modis vitur.

Quis intellexit. Dionysius Carthusianus, his verbis probat nullum de sua salute certum esse posse: aut de alienis factis, unde optat, vel mentem, & iudicium cohibere, multo magis linguam à carpendo aliena facta. Eius verba infero, quis intellexit. *Plenariè & certius? nullus undique neque in seipso neque in alijs. Quia nescit homo an amore sit dignus, id est, an habeat charitatem. Et quid agatur in proximis ignoramus dicente Apostolo: quid agatur in homine nemo scit nisi spiritus hominis.*

Et multiplicationem. Dionysius Carthusianus, & multiplicationem ingressus illius quis inuestigauit? *Quorum vnus est ingressus in vterum Beate Virginis per Incarnationem, secundus in mundum per apparitionem: tertius in infernum ob captiuorum liberationem, quartus in caelum per ascensionem, quintus est in hominis mentem per gratia infusionem, per illuminationem, per inspirationem.* Hæc, quia ut cumque ad sensus morales deferuire possunt, retuli.

ETHOLOGIA X.

Laborum tolerantia virtutem parit.

Disciplina sapientiae cui reuelata est? Retulimus quorundam expositionem, qui per disciplinam correctionem intelligunt, non insolenti sacrae scripturae phrasi. Ergo iuxta hanc allegoriam hunc sensum congruè habent hæc verba ad mores satis aptum. Quantum in virtute proficiant ij, qui à Deo corripuntur, & castigantur, difficile satis est exhaurire. Res hæc passim occurrit in hoc libro, & apud patres satis est frequens, unde non omnia quae pro illa collegimus huc transtulimus, sed nonnulla, quae ex vno Origene decerpimus, referemus, reliqua in alia loca asseruabimus. In primis duo nobis ex Origene homil. 1. in Genesim huc transcribenda. Prius illud sit, ex eadem aqua, & pisces, & aues Deus condidit, ex his quaedam hominibus aduersantur, ut puta angues, caete, reptilia multa, quaedam illis satis commoda sunt, ut puta aues quas in delitijs habent. Quae ergo ratione in hominum bonum illa condita dicit, quae illis non paraam afferunt perniciem? Imò hæc ratio ad omnia ferè creata trãsferri potest; cum enim omnia in hominum vsum facta sint, & bona Deus censuerit, quare adeo nociua, hominibus sunt? Huic dubio responderet Origenes non minus vtilia esse hæc, quam illa, quia non minus vtilis sunt hominibus labores, & ærumnæ, quam ridens fortuna. Hoc item colligit ex historia sancti Iob, cui adeo non nocuit inflatum malum, ut eius diuitias in duplum auxerit, ergo ex laboribus commodum multiplex nobis accrescit. *Sed quæret (ait Origenes) aliquis quomodo caete magni, & reptilia in malo accipiuntur, & volatilia in bono? Vnde omnibus semel dictum est, & vidit Deus quod bona sunt? Ipsis sanctis bona sunt ea, quae ipsis aduersantur, quia vincere ea possunt, & cum ea vicerint maioris glorie efficiuntur apud Deum. Denique cum diabolo petiisset, ut sibi potestas daretur aduersum Iob, impugnasse aduersarium, causa ei exitit duplicis glorie post victoriam; quod ostenditur ex eo, quia quae in presenti perdidit in duplum receperat. Ideo Dominus Iobo non modo, quae amisit, sed duplicata tradidit,*

tradidit, vt ostendat, viros iustos non modo nihil mali pati ex laboribus, sed magnam inde capere vtilitatem.

Post interfectos Dathan & Abiron conspirauit Hebræa plebs contra Moysen & Aaron duces eorum Numeror. 16. 4. *Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysen, & Aaron, dicens, vos interfecistis populum Domini. Cùmque oriretur seditio, & tumultus increceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt operuit nubes, & apparuit gloria Domini.* Sæpius ingressi fuerant populi duces Moyses & Aaron tabernaculum, nec vquam nubes obtexisset dicitur eos: nunc primum nubes descendit & tabernaculum operit. Scilicet annotante Origene Homil. 9. in Numeros, aliàs quidem ingressi fuerant tabernaculum mirante, & suspiciente populo, multo cum honore plausu, & maiestate: at nunc tamquam ad asylum confugiunt, instante eodem populo diris imprecationibus, pugnis, fustibus, & lapidibus. Ergo nunc adest nubes protegens, dum ipsi metu percussus vix concitati populi publicas iras euaserunt: ergo illustres magis reddit homines ærumna quam gloria. *Et murmurauerunt filij Israël aduersus Moysen, & Aaron, & impetu fugerunt in tabernaculum testimonij, dicentes: vos occidistis populum Domini. Et factum est cum irrueret synagoga aduersus Moysen, & Aaron impetu fugerunt in tabernaculum testimonij. Illud autem obtexit nubes, & apparuit maiestas Domini. Et introiuit Moyses, & Aaron ad faciem tabernaculi testimonij. Non legimus autè, quia obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maiestas Domini, & receperit intra nubem Moysen, & Aaron, nisi nunc, cum insurrexit in eos populus, & lapidare eos voluit. Discamus ex his, quanta sit vtilitas in persecutionibus christianis, quantum gratia conferatur, quomodo propugnator eis fiat Deus, quomodo abundanter Spiritus sanctorum infundatur.*

Origenes Homilia 26. in Numeros ad sensus morales adducit mentiones illas Hebræi populi de quibus fit mentio in Numerorum libro. Agens autem de illa mansionem quæ dicitur. *Resaa*, hæc verba scribit. *Post hac mansio fit in resaa, quod apud nos dici potest visibilis, siue laudabilis tentatio. Quid est hoc? quod quamuis grandes habeat anima profectus, tamen tentationes ab ea non auferuntur. Vnde apparet quod veluti custodia quedam, & munimen ei tentationes adhibentur. Sicut enim caro, si sale non aspergatur, quamuis sit magna & præcipua corrumpitur. Ita, & anima nisi tentationibus assiduis quodammodo salietur, continuo resoluitur, ac relaxatur vnde constat propter hoc dictum esse, quod omne sacrificium sale condicitur. Inde est etiam, quod Paulus dicebat, ex sublimitate reuelationum, ne extollar, datus est mihi stimulus carnis mee Angelus sathana, qui me colaphizat. Hæc est ergo visibilis, atque laudabilis tentatio.* Reliquis omissis, quæ ex his Origenis verbis, pro nostro instituto adduci possunt, hanc laborum cum sale collationem prosequar. Nec tamen omnia colligam, sed quæ minus præ manibus haberi, & magis ad rem præsentem apta existimauerim. In primis sal symbolum est æternitatis Genesis, 19. de vxore Loti, *versa est in statuam salis.* Id est, in simulacrum sempiternum. Ergo virtus, & pietas cuiuscumque licet maxima videatur nisi sale laborum firmetur, stabilis non est. Ex hac salis significatione ad firmanda fœdera adhiberi solebat, vnde fœdus salis. Id est, fœdus firmum. Hoc etiam adhibito inita nobiscum fœdera Deus sancit. Si enim nobis labores immittat, promissiones spiritualium, & cælestium bonorum firmæ sunt. Petrus Chrysologus:

Omniū quidem ciborum sal, salubre est condimentum. Et Plinius libro 31. cap. 7. Conditur etiam odoribus additis, & pulmentarij vicem implet, excitans auiditatem, inuitansque in omnibus cibis: ita, vt sit peculiaris ex eo intellectus, inter innumera condimenta. Non adeo sunt amari labores, vt quidam existimant, imò adeo multas dulces sunt, vt saporem etiam aliis rebus insipidis præbeant. Plinius lib. 31. capite 7. *Omnis locus in quo reperitur sal sterilis est, nihilque gignit. & vbi cùmque labor est, vitium omne tabescit, quod aspirante felicitate luxuriat.* Addit insuper ididem Plinius: *A Cappadocia vero, qui in laterculis affertur, cutis nitorem dicitur facere.* Certè labores patienter tolerati animum dealbati, quo nitenti sale sponsa, de qua accinebant sociæ: *Quæ est ista quæ ascendit sic ut dealbara?* Addit Plinius ibidem: *Agrigentinus ignium patiens ex aqua exilit.* Sanè hæc natura piorum hominum, vt labores patienter ferant prospera extimescant. Testis adest magnus ille Indorum Apostolus, nouum antiquæ sanctitatis portentum Franciscus Xauius, qui cum illapsa cælitus dulcedine potiretur, dicebat: *sat est Domine, sat est.* Cum verò laborum quos passurus erat, imago obuerteretur: *Amplius Domine, amplius Domine.* Nouerat vir sanctissimus instar salis Agrigentini, & ex aquarum dulcedine resillire, ignem verò tribulationum patienter ferre. Accipe ex eodem Plinio ibidem. *Circa Gelam in eadem Sicilia tanti splendoris, vt imaginem recipiat. Speculi instar sunt aduersa, quæque hominibus immissa, in quibus seipso suaque omnia valent intueri, ordinare, & dirigere.* Subdit ibidem Plinius: *Quin & pecudes, armenta que, & iumenta sale maxime sollicitantur ad pastum, multo largiore lacte, multoque gratiore, etiam in caseo dote.* Ad esum irritantur pecudes sale adhibito, & ad bona, & pia opera alliciuntur homines, satius dicerem, trahuntur per miserias, & calamitates. *Largiore lacte, &c. etiam si aduersa pati omnibus vtile sit, præcipue tamen eis, qui populos docent, qui lactis copia & doctrinæ dulcedine populum reficiunt.* Vnde Christus Dominus de his Matthæi 5. *Vos estis sal terra.* Non sale conditi, & aspersi vtrumque, sed quibus sal ipse domi nascitur, imo vos estis ipse sal: *Nos lamente serens trabajados mas serens los mismos trabajos.* Infero etiam ex eodem Plinio ibidem. Ergo *Hercule vira humanior sine sale nequit degere.* Vix etiam vita spiritualis sine miseris subsistit. Annecto ex eodem loco: *Adeoque necessarium elementum est, vt transfuerit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur, omnisque vitæ lepos, & summa hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo cõstat.* Sanè, quod magis mirare, pij homines aduersæ fortunæ fluctus caros habent, eisque maxime delectantur. aptè satis ad rem hanc addit Plinius: *Honoribus etiam, militæque interponitur salarijs inde dictis. Quæ famulis dabatur sportula, & militibus stipendium, salarij nomen accepit. Ergo ad rem moralem, earum habe, si quid Deus graue tibi inflixerit, & bonorum operum, si qua fecisti, te salarium accepisse crede. Iterum sal stuporū dentium medetur, huius rationem reddit Aristoteles sectione 1. Problemate 38. *Sal vero macerat, liquefacitque, atque ita acarem quoque extrahit. Stupefcentem ad bona opera hominem acuit miseriarum tolerantia.* Item Aristoteles sectione 11. Problemate 26. *Cur sal igni ingestus mouere crepitum soleat? an quia sal parum humoris intra se continet, quod mox à calore ignis conuerso in spiritum violentoque exiliens impetu sale mumpit? Omne autem quod rumpitur mouere crepitum solet.* Hinc rationem affigno, cur nonnulli in tribulationum ignem à*

2.
Num. 16. 4.

Orig.

3.

Orig.

Gen. 19. 26.

Petr. Chrysologus.

Plinius.

Plinius.

Plinius.

Plinius.

Plin.

Plinius.

Plinius.

Plinius.

Plin.

Aristotel.

Aristotel.

Deo immiffi, crepent, grauitè ferant, vociferentur, quitententur, homines, deòsque inclament. Nempe molliter diffluunt, non nihil adhuc vitiorum intra fe continent, vnde obftrepere neceffe eft, dum igne tribulationis luxurians humor extrahitur. Qui verò nihil vitiofum, nihil fluidum intra fe continent, omnia patienter ferunt. In igne Deum laudantes deambulanti, vt de tribus illis pueris in ignem iniectis refert Daniel. Author etiam eft Aristot. fectione 9. Problemate 1. Salem inflammationes tollere. Quid aptius ad myfticum fenfum? Nimirum quid Deus intendit, cum aduerfa fortuna fluctibus hominè immergit, vt fcilicet ab eo fuperbiæ inflationem propulset. Aristotelis verba tranfcribo. *Etiã, qui ex fale, acetore perfricandum cenfent, inflammationem tollere volunt.* Homerus Odyffæ. 1. Indicat ante bellum Troianum multis falem incognitum. Et afflictionum vis & pretium ante bellum à Christo Domino cum dæmone inuitum ferè omnibus inuifum, & inauditum fuit, nunc vero eorum vis certo dignofcitur, & colitur ab omnibus, vt ipfe Dominus indicat illis verbis: *A diebus Ioannis Baptifta regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Id eft, iam post euulgatum Euangelium homines didicerunt per miferias, & labores vim cœlo inferre. Item lucernæ melius ardent fale oleo admixto, vt author eft Macrobius 7. Saturnalium. Aristoteles fectione 23. Problematum. Plutarchus, quæftione 9. Primo Symposij. Rationem huius reddit Plinius libro 31. capite 7. *Eft etiam in fale pinguedo, quod miremur.* Sed quid inde ad fenfus morales decerpimus? Illos nimirum, qui inftar lucis aliis præfulgent, & facem præferunt, multam vtilitatem ex laboribus, quos patiuntur capere. Vnde Christus Dominus Matthei 5. vtrūque coniunxit: *Vos eftis fal terre, vos eftis lux mundi,* id eft, fi malorum incendio & laborum igne flagret, qui præft, vel docet, multam lucem aliis afferet. Multa alia prætereo, quæ huic metaphora deferuire poterant, vt ad Origenem in eisdem mansionibus demorantem redeam.

Origenes eadem homilia 26. agens de eisdem mansionibus hæc verba fcribit. *Inde etiam venit indibongat: quod fignificare fertur apiarium tentationum, apis laudabile animal in Scripturis pofitum eft, ex cuius labore reges, & mediocres, ad fanitatem abuntur. Quod rectè de verbis prophetarum atque Apoftolorum, & reliquorum, qui sacra volumina conſcripferunt, accipitur. O, miram diuine providentiæ cautelam, ecce iam viator hic itinèris caleſtis ſūma perfectioni proximus fit ſucceſſione virtutum, & tamen ei tentamenta nō defunt, ſed noui generis audio tentamenta, apiarium inquit tentationum.* Apte fatiſ comparat tribulationes à Deo immiſſas cum melle, non modo ob eximiam dulcedinem, quam percipiunt ex laboribus, qui rectè ſapiunt: ſed, vt vtilitatem, quæ ex ipſis percipitur, adumbret. Etenim hoc multis medicamentis miſceretur, tunc, vt ingratum ſaporem aliquo modo occultet, tum quia ipſum non parum ad fanitatem iuuat. Pro mellis cum ærumnis compoſitione nō duo mihi adſcribenda ex Plinio, alterum habet libro 11. capite 12. vbi præſtantiam, & naturam mellis extollens, hæc addit: *Sine illa eſt cœli ſudor, ſine quadam ſyderum ſalina, ſine purgantis ſe aeris ſuccus.* Ergo vocat mel cœli ſudorem, ſyderum ſaliuam, aeris purgationem. Refert enim quodammodo ſua dulcedine neſcio quid cœleſte, vnde de melle tractationem hæc ratione aggreſſus eſt Bucolicus.

*Protinus æry mellis caleſtia dona
Execquar.*

Et patienter toleratæ miſeriæ neſcio quid cœleſte ſapiunt. Alterum habet eodem libro capite 26. *Oculis & vcleribus aptiſſimum exiſtimatur; innuit hoc ærumnas, & miſerias, quas, Deus immittit mentis noſtræ aciem maximè acuerè, & ſpiritualibus morbis aptiſſimum eſſe remedium.*

Hunc ſenſum habent verba illa Ieremiæ 12. vbi poſtquam Propheta conqueſtus eſt de impiorum proſpera fortuna, ſubdit: *Et tu Domine noſti me, vidisti me, & probaſti cor meum tecum. congrega eos, quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis,* id eſt, expoſitorè Origene Homilia 8. in Ieremiam, immiſſis tribulationibus eos erue de peccatorum fæce, & ſanctitatis luce perfunde. *Quid faciam,* (Verba ſunt Origenis), *vt hoc exponant tormenta ſanctificationem vocat, eorum, qui torquentur. Sanctifica quippe eos, ait, in die interfectionis eorum; id eſt, per hoc quod interficis eos ſanctifica eos. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Sumpta metaphorà a pecudibus, quas maſtadati gratia in templum inferebant, eaſque maſtando ſanctificabant, non aliter Deus ſanctos reddit homines, quos caſtigat.*

Palmo 79. *Domine Deus virtutum quo uſque irasceris ſuper orationem ſerui tui?* id eſt, quofque durifcule mecum ages? Nunquam ne malorum me expertem eſſe ſines? Reſpondet verſu ſequenti: *Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis in lachrymis in menſura.* Sed quid, ô, amens ſubire immiſſas tribulationes detrecto, quæ quidem mihi ſunt pro potu, & cibo. Sicut enim vita hæc quam ducimus, cibo & potu ſtomacho immiſſis protenditur, eadem ratione vita ſpiritualis, niſi immiſſis laborum, & ærumnarum cibo, & potu ſubſiſtere difficile poteſt. Hunc ſenſum elicit ex prædicto verſu Palmi Origenes Homilia 1. in Ezechielem, qui multis hanc rem confirmat; *Quid ſi dubitas* (ait Origenes) *audi voces, tormenta patientium, quomodo ſacram, & in tormentis ſuis clementiæ Dei eloquatur. Cibabis nos pane lachrymarum, & potabis nos in lachrymis in menſura. Miſericordia quippe Dei in pondere. Si non eſſet vtile, conuerſioni peccantium adhibere tormentum peccantibus, numquam miſericors, & benignus Deus ſcelera puniret.* Ergo expendit Origenes verbum illud, in menſura, vt enim medicamenta, vt vtilitatem afferant ægrotantibus ſub quadam menſura exhibentur à medicis, non aliter Deus tanquam humanorum malorum medicamenta diſpenſat labores.

Pal. 6. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.* En tibi qua ratione, poſterius hemiſtichium illud quod præceſſit exponit. *Domine ne in furore tuo arguas me,* id eſt, ne in me ira infurgas, ſed quid Deus intendit, cum tibi irascur, ô. Propheta: *Neque in ira tua corripas me.* Scilicet me à malis detertere, & quaſi iniecto frano in ſcelera corruentem tenere. Hac ratione exponit hunc verſum Origenes. Homilia 1. in Ezechielem, audi: *Sed ſi forſitan aliquis, qui ipſo nomine ira offenſus, eam criminetur in Deo. Cui reſpondebimus non tam iram eſſe iram Dei, quam neceſſariam diſpenſationem. Audi quod ſit opus ira Dei, quod arguat, quod corripiat, quod emendet. Domine ne in ira tua arguas me. Neque in furore tuo corripas me. Qui hæc loquitur furorem Dei non eſſe inutilem ad fanitatem, ſed hoc adhiberi, vt curet ægrotantes.*

Origenes Homilia 1. in Ezechielem duo pro noſtra ſententia adducit ex primo capite Prophe-tæ. Hebræorum, qui Babylone detinebantur, malis conpunctus, & extra ſe actus Propheta admirandam illam quadrigam vidit, in qua vehebatur Dei gloria, & maietas. Scilicet ad tantarum rerum contem

Aristotel.

Aristotel.

Mat. 11. 12.

Orig. 4.

Plinius.

Virgil.

Plinias.

5. Iere. 11.

Orig.

6. Pſal. 79.

Orig.

7.

8.

contemplationem hominem euexit miser ille, & feruilis status, & multorum malorum fluctus; vidit in super inuectum quadrigæ Deum quem his verbis describit Propheta. *Et vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius desuper, & à lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.* Ergo partim igneus, partim electricus Deus curru vehitur, sed electrum superiorem partem tenet, inferiorem vero ignis. Inferior enim pars peccatores significat, quos immisso tribulationis igne Deus purgat, & puros reddit, scilicet hæc est natura tribulationis, ut eos, qui peccatorum scoriam contraxerunt, decoquat. *Igitur in ciuitate constitutus est* (de Ezechiele loquitur Origenes) *Propheta, & cerne quæ videat, ne dolores sentiat captiuitatis, deorsum videt labores, sed sursum oculos eleuans apertos suscipit caelos, sentit sibi reserata caelestia, videt similitudinem gloriae Dei, videt quatuor animalia, de quibus multus sermo, & difficilis interpretatio est. Cernit aurigam quatuor animalium, cernit rotas, se inuicem continentes. Auriga quatuor animalium, non totus est igneus, sed pube tenuis à pedibus, & exinde usque ad summum electri fulgore rutilat: non solum tormenta habet Deus, sunt in eo refrigeria, punit peccatores, sed per ea ministeria, quæ deorsum sunt, neque enim Propheta ignem vidit in capite, neque in his membris, quæ à lumborum confinio ad superiora surgunt. Ignis est Dominus sed à renibus usque ad pedes, ut demonstret, eos, qui in generatione versantur igno indigere.* Ergo superior pars aurigæ beatos homines significat in cælo consistentes, hi nimio fulgore coruscant, inferior vero pars in hac vita degentes, qui nisi iniecto igne tribulationis ad fulgorem peruenire non possunt.

Deuteronomio 4.14. ait Moyses. *Dominus Deus tuus ignis consumens est.* Quæ verba transtulit Paulus Hebræorum 12. 29. *Etenim Deus noster ignis consumens est.* Si rationem desideras ob quam Deus ignis consumens appellatur, quare apud Origenem homilia 1. in Ezechielem. Nempe, merito consumens dicitur, quia peccatores in ignem tribulationum immittit, quo igne eorum crimina decoquit, & consumit, viliores materiam extrahit, puros ac splendidos reddit. Vnde merito consumens appellatur, non quia deuastet, & demoliat, sed quia peccatores puros reddit. Verba Origenis infero. *Ignis iste consumit & non est appositum quid consumat. Deus noster ignis consumens est, quid consumit ignis iste? non ligna quæ cernimus, non sensibile fœnum, non stipulam quæ videtur: sed si super adificaueris fundamentum Iesu Christi opera peccati ligna, opera peccati fœnum.*

Psalmo 30. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Quid est quod dulcedinem suam non aliis, quam timentibus eum asseruat? Respondet Origenes homil. 1. in Ezechielem, quia nimirum illi dicuntur Deum timere, qui ab eo castigantur, & durius accipiuntur, Ergo his asseruatur diuina dulcedo, qui præ ærumnis, & laboribus, quos perpeffi sunt ex malorum memoria, vel dolore trepidant & discruciantur. Audi Origenem. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus nomen tuum Domine. Legis, & Prophetarum Deus abscondit multitudinem bonitatis non diligentibus, sed timentibus eum. Paruuli quippe sunt, nec possunt cum emolumento suo dicere, quod amentur à patre, ne dissoluantur, ne despiciant bonitatem Dei.* Ergo iuxta Origenem timentes Deum illi dicuntur, qui multis ærumnis discruciantur: diligentes autem iusti illi, quibus prospera

cuncta accidunt, iuxta quem sensum non diligentibus sed timentibus Deus bonitatis suæ dulcedinem ostendere dicitur, id est, suauior, & dulcior Deus apparet timentibus, hoc est, eis, qui multo labore vrgentur, quam diligentibus, id est, eis, quibus prospera cuncta eueniunt.

Origenes tractatu 35. in Matthæum expendit verba illa Christi Domini ad Patrem dum morti proximus, tristitia doloribus maximè vrgeretur. *Pater transfert calicem hunc à me.* Verbum illud à me appriue pro nobis facit. Transfer calicem hunc à me. Id est, tormenta, & labores qui per calicem significantur amoue, non ab hominibus sed à me. Cum enim homines multa purgatione, & purificatione indigeant, bibant, exhauriant hanc miseriarum potionem: at ego, quem nulla criminum labes inficit, ut quid calicem istum bibam? Verba Origenes infero: *Existimo enim quod calix ille passionis omnium quidem ab Iesu fuerat transiturus, sed eum differentia: ut si quidem biberet eum, & ab ipso transiret, post modum, & ab vniverso genere hominum. Si autem non biberet eum, & ab ipso quidem forsitan transiret, ab hominibus autem non transiret, sed maneret apud eos, donec perficeret eos.*

Hunc sensum præferunt verba illa Domini ad Hieremiam cap. 25. *Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mitto te.* Et infra: *bibite, & inebriamini, & vomite.* Quæ verba exponit Origenes tractatu 35. in Matthæum ducta metaphora à medicis, ij si agrotum viderint stomachi angustia vrgeri aquam tepidam propinant, qua ad vomitum propellunt, ut stomachus leuetur, & humorem quo afflictaur abiciat. Ergo magnus ille animarum medicus Deus si quemquam viderit criminibus agrotare, laborum potionem protendit, qua hausta peccata omnia euomat. De quo calice (ait Origenes) dixit Hieremias, *dixit Dominus Israël ad me: accipe calicem vini meri huius de manu mea, & potabis omnes gentes, ad quas ego mitto te: & bibent, & euonent, & insanire desistent.* Expende ex Origene verba illa. *Et insanire desistent.* Quæ tractam similitudinem continent ab eis, qui insania laborant. Quibus, ut est in veteri prouerbio, elleboro opus est. Ergo iubente medico potionem ex elleboro, vel antimonio confectam exhauriunt, qua potione furoris causam abiciunt, ad pristinam sanitatem, & mentem reuocantur. Ellebori vice Deus vtitur laboribus, ut planè lymphatos, & furentes peccatores ad mentem reducat.

Matthæi 4.1. *Ductus est Iesus ab spiritu in desertum, ut tentaretur à diabolo.* Hac ratione ingredientem deserti horrorem pericula, & tentationes Matthæus depinxit Iesum, sed quo penicillo eum depingat Lucas, de lucta, & periculis redeuntem, accipe ex capite 4. 14. *Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galileam.* Qui in spiritu aggressus est pugnam, & tentamenta: non simpliciter in spiritu, sed in virtute spiritus, ab stadio discedit, scilicet notante Origene homilia 32. in Lucam, labores, ærumnæ, & tentamenta hominis spiritui vires addunt, mentem roborant, hominem confirmant. Christus quidem Dominus per vnionem quam ad Deum habuit infinitè sanctus semper extitit, spiritus plenitudine semper feruebat, at superatis laboribus, & tentationibus maioris virtutis, & roboris specimen edidit, ut quid in nobis superati miseriarum fluctus efficiant, ostendat. *Primum quidem Iesus* (ait Origenes) *plenus spiritu sancto reuersus est à Iordane, & agebatur ab spiritu in desertum diebus quadraginta.*

Ezech. 1. 27.

Origen.

Deuter. 4. 14.
Hebr. 12. 29.

Origen.

10.
Psal. 30. 20.

Origen.

Matt. 26. 39.

Origen.

12.
Hier. 25. 19.

Origen.

13.

Origen.

Cum tentaretur à diabolo, qui adhuc vi certaturus erat aduersus eum, & semel & bis, non cum additamento aliquo spiritus nititur. Quando verò tres tentationes, quas scriptura commemorat, pugnando superauit, quid de spiritu caute, signanterque ponatur, ait; & reuersus est Iesus in virtute spiritus. Virtus addita est, quia concuauerat draconem, & tentatorem, cominus vicerat.

14. Aliud item pro nobis adducit Origenes tomo 1. in Ioannem, scilicet illud Ioannis 13. 13. Vos vocatis me magister, & Domine: & benedicitis, sum etenim. Si ergo laui pedes vestros, Dominus, & magister. Optime vocat Christum, qui eum Dominum, & magistrum appellat, nimirum hæc duo nomina, & hoc ordine iungenda sunt. Dominus, & magister. Dominus timorem incutit, ociantem seruam aut male operantem flagris accipit; magister verò mentem instruit, ignorantia tenebras depellit, docet, erudit. Ergo dico hæc nomina sibi in Christo maxime coherent, scilicet magister, & Dominus, quia corripiendo; & durius accipiendo hominem instruit. Dominus seruorum illorum (Origenes loquitur) qui spiritum seruitutis habent ad timorem, qui, si proficiant, & ad sapientiam summo studio contendant, etiam hac digni habentur, quia seruus nescit, quid velit Dominus ipsius: nec amplius autem permanet Dominus factus illorum amicus, id, quod ipse docet. Cum auditores ipsius seruiuerant, dicens, vos vocatis me magistrum, & Dominum, & benedicitis, sum etenim, alibi verò post hæc non dicam vos seruos, quia seruus nescit, qua sit voluntas Domini sui: sed dico vos amicos, quia permansistis mecum in omnibus tribulationibus meis. Expendenda insuper nobis vltima illa verba quæ desumpit ex Luca capite 22. 28. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tribulationibus meis. Id est, vos estis qui mei exemplo commoti illatos labores patienter tolerastis, sed quod inde præmium statim subiungit. Et Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum. Id est, sicut ego ad tantam gloriam per mortem, & passionem cuectus sum, ita etiam vos multas tolerando ærumnas ad summum virtutis apicem deducemini.

VERS. 8. Vnus est altissimus creator omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, & sedens super thronum illius, & dominans Deus.

VERS. 9. Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est.

1. Qui de secunda persona Trinitatis versum interpretantur multi sunt in hoc loco, nec facile se expediunt. Nam verbum illud. Creauit eam in Spiritu sancto difficile ad Theologos canones aptare possunt. Non vacat refellere, nos qui de sapientia quauis locum intelleximus aliter, & facile. Dixerat superius nulli vique hominum huius sapientia perfectam cognitionem contigisse: restat vt dicat, vni Deo hanc competere. Ergo vnus est altissimus, &c. Id est, soli Deo contigit hanc sapientiam penitus haurire, callere, igitur Deus, à quo omnia originem trahunt, qui omnia potest, qui regia potestate omnia gubernat, quem omnia reuerentur, qui sedet super thronum suum: hic inquam, non ex alio acceptam, sed intra seipsum natam habet ex suamet natura. Hic vnus & solus eam penitus ebibit, modisque omnibus hauit.

2. Vnus est altissimus, &c. Cum Deo attribuit perfectam sapientia cognitionem, eum vocat altissimum omnium creatorem, &c. Sed quare his nominibus hoc loco Deum compellat? Fortè quia si

hæc ad homines transferas, non parum sapientia studium, vel omnino impediunt, vel remorantur. Quis enim altissimus, vel rex potens, vel in aula educatus labores exanthlauit, quos in eruendo sapientia nucleo, deuorari necesse est. Sed potius egestas omnium rerum magistra aciem mentis acuit, ad perferendos labores durat. Ergo licet Deus altissimus sit, & rex potens, &c. Est tamen sapientissimus, quæ duo raro in hominibus coniunguntur.

3. Sedens super thronum illius. Quod ad literam attinet relatiuum, illius, quidam ad sapientiam referunt hac ratione: quasi dicat, sedens super thronum sapientia, sed incepte, inconsultoque exemplari Græco, ex quo patet referendum ad ipsum Deum. Ergo iuxta Grammaticorum regulas diceret: sedens super thronum suum, sed quam ob causam super thronum suum sedentem inducit Deum, cum ei sapientiam attribuit? Si coniectura vti licet exponit, quod statim addit, scilicet creauit illam, ac si dicat, homines, vt sapientiam venientur longas inuent peregrinationes, diuersas peragant regiones, at Deo non est necesse: sed sedenti illi, & omnino quiescenti, omnis sapientia aduenit, & Dei nature indita est, vel per thronum suggestum intelligit, ex quo diuersarum scientiarum professores discipulos suos docent. Ergo sensus est: ipse quidem sapiens est, nec vni sibi reseruat, sed facile aliis communicat, & omnem hominem docet.

4. Creauit. Non proprie, id est, ex nihilo produxit. Quid enim ad rem? sed creauit, id est, non ex alio accepit, non eum alius docuit sed de suo habet, & domi natam. Ac sic dicat, ab æterno, nullo ei suggerente, omnia nouit, præcipue rationes secundum quas erat mundum creaturus, de his enim, vt supra dixi, præcipue sermo est. Græcè intus. Id est, possedit, non ab alio hauit.

5. In Spiritu sancto, hæc verba in Græcis exemplaribus desiderantur. Et in nonnullis Latinis propositio in; tantum enim habent Spiritu sancto. Quidquid sit, certè verbum Spiritus sanctus non significat tertiam Trinitatis personam, sed Spiritu sancto, intra suamet naturam, & diuinitatem habere sapientiam, qua omnia disponat, significat. Vocat autem diuinitatem suam sanctam, vel vt ostendat sanctitatem ipsam, qua Deus pollet, vel etiam rationem, qua Deus omnia facere disposuit, omni carere vitio ostendit: quo probet, omnia opera quæ inde prodierunt, esse irreprehensibilia.

6. Et vidit, & dinumerauit, & mensus est. Vidit: diligenter attendit, introspectit. His verbis omnimodam Dei cognitionem significauit. Ex his enim, quæ cognoscimus alia sub oculorum aciem veniunt, alia numeramus, alia metimur. Ergo vt ostendat omnem cognitionem erga sapientiam Deo competere tribus his verbis omnem cognitionis modum complexus est. His autem tribus verbis omnem quam hominibus cognitionem negauerat, Deo attribuit. Nam dixerat prius. Quis inuestigauit? Et cui reuelata est? Hac interrogatione hominibus negauit sapientia inuestigationem. Hanc autem Deo concedit, illo verbo, vidit, illi verbo, quis dinumerauit? respondet verbum, numerauit. Dixerat etiam, quis dimensus est? Huic responderet; & mensus est.

7. Et dinumerauit. Loquitur de Dei sapientia, quatenus mundum condidit, atque de illa sermonem instituit, quasi de Architecto, ideo his verbis vtitur, dinumerauit, & mensus est, quæ maxime ad Architectum spectant, iuxta illud Psalmi 12.

Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi.

8. *Et mensus est.* Hæc verba, in Græco exemplari non extant.

9. *Et metuendus.* Paulus de Palacio, quo magis Deo appropinquamus, eo magis tremendus apparet. Vnde tremunt potestates, id est, illæ supernæ mentes, quæ potestates vocantur ex maxima potestate, quam erga res obtinent, quo potentiores sunt, & Deo maximè appropinquant, eo magis timent. Et Apocalypsis 5. seniores, qui magis propinqui erant agno, magis timebant: & procidentes agnum adorabant, deponentes coronas suas. Carthusianus: metuendus nimis, quia horrendum est incidere in manus Dei viventis: de quo unigenitus filius loquitur: eum timete, qui habet potestatem corpus, & animam perdere in gebenam ignis. Hæc ad sensus morales dicta sint.

10. Hugo Cardinalis: *Sedens super thronum illius, & dominans Deus.* Quod tunc maximè apparebit, quando malos male perdet. Id est, tunc maximè Deus dominans apparebit, quando sederit super thronum iudicans.

ETHOLOGIA XI.

Quo maiorem quis de Deo adeptus est notitiam, eo minus se cognoscere fatetur.

1. **V**NUS est altissimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus, & sedens super thronum illius, & dominans Dominus. Altissimus, & metuendus Dominus dicitur, vt in expositione annotauimus, quia quo plus quis diuina secreta rimatur, eo se minus nosse fatetur. Ergo rem nonnullis testimoniis confirmemus. Hunc sensum habent

verba illa Ieremiæ 10. 14. *Sultus factus est homo à scientia; ipsa scientia stultum eum reddidit, quia quo plus in scientia profecit, eo se magis à recta rerum cognitione distare cognoscit.* Hæc ratione exponit hunc locum Origenes Homilia 3. in Ieremiam eundem sensum assignat ibidem illis verbis Pauli 2. Corinthiorum 12. 4. *Audiuisti arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Id est, ipso rerum pondere pressus nec loqui, nec musitare audeo, noui enim quot mihi, ac quanta cognoscenda penetrandaque restent. Insuper adducit idem Origenes verba illa ex Ecclesiaste 7. 24. *Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius recessit à me;* id est, dum me propius sapientiæ adiunxi, eo ipsam longius à me recessisse cognoui.

2. *Stultus (ait Origenes) factus est omnis homo à scientia. Comparationem peccatorum Hierusalem Sodomorum peccatum iustitia est, ait Sodoma ex te. Quo modo ergo non habent Sodomorum peccata iustitiam per se, sed ad collationem maiorum scelerum iustificantur: sic è contrario scientia Pauli ad illam celestem scientiam, ad illum consummatum lætionis intellectum, stultitia reputatur: ideo infatuatus est homo à scientia. Tale quiddam arbitror Ecclesiastes deprehendens effatus est: dixi, sapiens efficiar, & ipsa elongauit se à me, longius quam erat.*

3. *Ad hunc sensum morale deducit Origenes factum illud Christi Domini, qui assensurus Hierosolymam, vt sua morte omnium crimina deleteret, afino infedit: est autem hoc animal insipientiæ symbolum; Christus autem verè Dei sapientia. Ergo ille, cui Dei sapientia assidet verè stultum se cognoscit. Quem sensum habere videntur verba illa ex Psalmo 72. *Vt iumentum factus sum apud te.* Expende verbum illud; apud te, id est, qui mihi met ipsi sapiens videbar, cum propius ad te accessi, & mysteria diuina prælibabam tanquam omnino in-*

4. *insipientem me ipsum despexi. Si ergo (ait Origenes) Orig. asina, & pullus eius illi sunt, quos diximus supra, super quos verbum ascendit, non tibi videatur sermo insulsus, quod fideles homines animalibus comparentur. Forfitam enim tale aliquid intelligens, & Propheta dicit: se factum tanquam iumentum, non simpliciter iumentum, sed tanquam iumentum apud Deum, vel apud Christum eius; secundum quod ait: vt iumentum factus sum apud te. Nam quantum ad Deum, iumenta sunt, non solum nos, sed multo nobis prudentiores, sic etiam, quantum ad Pastorem Christum, etiam oues eius sumus, quoniam tanta distantia est inter eum, & nos, quanta inter hominem, & qualecumque iumentum. Ergo pro nobis etiam expendit Origenes, quod sapius Christus se pastorem appellat, nos autem oues. Scilicet oues simplicitatis hieroglyphicum præferunt, ergo vt noueris homines etiam doctissimos, si propius ad Dei sapientiam accesserint, protinus se insipientes, & idiotas fateri. Idè nos appellat oues, se autem pastorem.*

5. *Matthæi 15. 22. mulier illa Chananaea, quæ magnis clamoribus Christi vestigiis insistens salutem filia exiebat, à finibus Tyri, & Sidonis egressa tanquam canis, micis mensæ Christi contenta fuit. Sic enim loquitur Matthæus. Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananaea à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: miserere mei fili David, & infra. Qui respondens, ait: non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit; etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Iuxta anagogem pro nobis rem exponit Ambrosius in Psalmo 47. egressa erat de finibus gentium, id est, pristinam ignorantiam, & erroris nebulas discusserat, vnde non integrum panem querit, sed micas, & frustra panis de mensa Domini exposcit. Est autem panis, & Domini mensa conuiuium illud, quod sapientia parauit. Ergo sensus: qui ignorantia tenebras quoquo modo depulerit, quantum à sapientia distet cognoscet, & si semel ab ignorantia Tyri & Sidonis fuerit egressa non integrum sapientiæ panem sed micas desiderabit. Et ideo (ait Ambrosius) diligenter oportet intendi quid expresserit, qui cum dixisset: non licet accipere panem filiorum, & mittere catulis, respondit Chananaea, quia, & catuli canum edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Studium eius, humilitatemque laudauit, quæ non sibi profundum sapientia à primordio vendicauit, quamuis de finibus Tyri, & Sidonis, iam esset egressa: sed micas quasdam verbi salutaris, quæ de mensa Dominorum suorum caderent, crederet intelligendas. Qui enim diligenter, & subtiliter Scriptura verba rimatur, is ad altitudinem mysteriorum peruenire consuevit, vnde, & huic hic dicitur, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Hoc est aperiat tibi ostium verbi, & resurget vita aeterna salubre mysterium.*

6. *Adducenda verba illa Psalms 118. 75. Cognoui Domine, quia aqritas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me. Id est, dum multarum rerum cognitionem mihi indidisti in humilitatis virtute firmius hæsi. Nam obortus splendor ex rebus quas hausi, quam longa mihi restaret via ad sapientiam aperuit. Hunc sensum elicio ex his verbis, insistens Ambrosij vestigiis in hunc locum: In eo igitur Propheta David laudandus, quia cum ista agnosceret, humiliabatur.*

7. *Psalmo 118. 27. Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Verbum Græcum, pro quo noster vulgatus transtulit exercebor ἀδελχίζω: quod propriè Latine transferri potest hallucinabor. Verbum Latinum hallucinor significat, vt quibusdam placet, dubitando*

8. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

9. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

10. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

11. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

12. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

13. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

14. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

15. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

16. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

17. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

18. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

19. *Psalmo 118. 22. Lapis iste, quem reiecerunt aedificantes, factus est in caput anguli.*

tando inquiri. Ergo sensus est: *Viam iustificationum instrue me*, id est, doce me occulta, & abdita mysteria. Quid inde? Et hallucinabor in mirabilibus tuis, id est, quod si docueris vel de his, quæ iam noueram, dubitabo: hæc est natura cognitionis quam Deus indit, vt nos doceat, quam multa ignoremus, fortè hunc sensum innuit verbum Latino exercebor, id est, inquisitione adhibita exquiram, exponens hunc locum Ambrosius alium sensum affigit Græco verbo ἀδολοχῆσαι & Latino hallucinabor. Id est, vsque ad fastidium loquor, ergo ex sententia Ambrosij hunc sensum habent verba illa; *viam iustificationum tuarum instrue me*; id est, erudi me arcana mysteria. Et hallucinabor in mirabilibus tuis, & vsque ad multum tempus te docentem patulis auribus excipiam, te vel multa loquentem libenter audiam. Hæc enim est natura doctrinæ, vt quo plus auditur, eo magis sui desiderium accendat. Hunc sensum etiam innuit verbum illud exercebor. Sicut enim ille, qui aliquam artem discit, quo plus in ea se exercet, eo se magisabilem ad opera reddit, eadem ratione, quo maiori, quisque sapientia instruitur eo magis scire desiderat. Hæc omnia ex Ambrosio in hunc locum transcribo. Græcus ἀδολοχῆσαι posuit: quod & Latino hallucinabor. In quo videtur esse aliqua sermonis offensio secundum vulgarem consuetudinem, quia ἀδολοχῆσαι, vulgo estimatur, vel hallucinari, plusquam oportet aliquid dicere, & superfluum loqui, quod audienti fastidio sit. Ideo David, quasi bonus sui index atque arbiter, prope vsque ad fastidium vult doceri. Et manuit superfluo immorari tempore, quam necessariū ordinem præterire. ἀδολοχῆσαι enim vel hallucinatio videtur, quedam esse meditatio, & morosa quedam mentis intentio, à quo non longe abest exercitium, vel animi vel corporis. Nam, vt ille qui exercet membra sua palestras, diutius exercet, vt roboret, ita, qui exercet mentem suam in Scripturis diuinis, vel in consilijs, diutius exerceri debet.

6.

Stella illa, quæ nato Domino Magis apparuit, non recta via eos Bethleem ad Christum perduxit, sed Hierosolymam, vt ibi de oppidulo docerentur vltorius. Nimirum, si quando cælestis lux humanis oculis oboritur, ad vltiorem lucem, & veritatis doctrinam viam parat, sui statim sitim acuit. Innuit Chrysofostomus Homilia 7. in Matthæum his verbis: *Considera hoc loco etiam, quam improvisa, quam miranda proueniant, quandoquidem, & vicissim docent, & mutuo a se aliquid addiscunt Iudæi, & Persæ, nam Iudæi quidem à Magis audiunt, quod stella, cum in regione Persidis prædicarunt: Magi vero à Iudæis discunt, quod ipsum Iesum, quem stella monstrauerat, etiam Propheta ante prædicarunt, quæ certe interrogationis occasio sit diligentioris, & manifestatoris demonstratio doctrinæ.* Et hac ratione exponit inferius verba illa Matthæi. *Et ecce stella, quam viderant in Oriente.* Scilicet stellam, quam in Oriente viderant, & itineris ducem habuerant, Hierosolymis amiserant. Sed quare stella se occultauit, prius quàm ad puerum perduceret Magos? Chrysofostomus, quia lumen cælestis disciplinæ non modo hominibus lucem præbet, sed eis, quos docet, vltioris inquisitionis cupidinem subiicit. Ipsa stella dum se ostendit iubar suum explicando viam monstrauit, cum vero disparuit coegit Magos à Iudæis de puero interrogare. *Et ecce stella,* (ait Chrysofostomus) *quam viderant in Oriente præcedebat eos.* Propterea enim aliquando fuerat, abscondita, vt amitterentes sui itineris fiduciam interrogare Iudæos de puero cogerentur.

Chrysof.

7.

Psalmo 77.7. *Ut ponat in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei: & mandata eius exquirant, quemquam mouere potest, quod præmiserat:*

Quanta audiimus, & cognouimus ea & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filijs eorū in generatione altera, narrantes laudes Domini, &c. Si nouerant, si à parentibus acceperant, si non fuerant occultata, si passim narrabant, quid vltorius exquirere iubentur? Respondet Augustinus in hunc locum: imo ideo quia didicerant, vltorius exquirere dicuntur, extendit enim hominem rerum cognitio in vltiorem cupiditatem. Accipe verba: *Et mandata eius exquirant. Cum ea didicerint, quomodo exquirant? quanta enim, inquit, mandauit patribus nostris nota face-re ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera. Quid cognoscat? utique mandata, quæ mandauit, quomodo ergo adhuc exquirant, nisi quia ponendo in Deo spem suam, tunc mandata eius exquirant.*

August.

Qui sedes super Cherubin moueatur terra. Postquam Augustinus in hunc locum expositionem nominis Cherubin, qui plenitudo scientiæ interpretatur in medium adduxit: expendit illud, *super*, si Cherubin plenitudo scientiæ est, & omnem in se cognitionem continet, qua ratione supra se Deum habet? imo vero ob hoc, quia plenitudo scientiæ est super se, Deum agnoscit, & reueretur, quia quo maior est rerum cognitio, eo magis nos suspicere docet diuinarum rerum mysteria. Vnde ait Augustinus; *Sit in te plenitudo scientiæ. Et eris tu sedes Dei.* Id est, quo plenus Deum hauseris, eo siti maiori sciendi flagrabis.

8.

August.

Esaiæ 7.9. *Si non credideriti, non permanebitis.* Augustinus sermone 51. de verbis Domini secundum Ioannem legit; *si non credideritis non intelligetis.* Cum credere sit intelligere, quid sibi vult hæc sententia; *si non credideritis, non intelligetis?* Augustinus, idem est ac si dicat, si non intellexeritis, non intelligetis, id est; nisi intelligere incipiatis, vt ipsa rerum cognitio ad vltiorem cognitionem vos pungat, non intelligetis: numquam in rerum cognitione profectum aliquem facietis; *sic accipite* (ait Augustinus) *sic credite, vt mereamini intelligere. Fides enim debet præcedere intellectum, vt sit intellectus fidei premium. Propheta enim apertissime dixit: nisi credideritis non intelligetis. quod ergo simpliciter prædicatur credendum est, quod subtiliter disputatur intelligendum est.*

9:

Esa. 7.9.

August.

Psalmo 115. *Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax; proiectus sum à facie oculorum tuorum.* Id est, dum me reputabam per infirmarum rerum cognitionem, me aliquid scire persuasum habebam: cum verò hanc cognitionem excessi, & ad diuinorum mysteriorum intelligentiam euectus sum: tunc quidem dixi: *Omnis homo mendax.* Quam longè à veritate distant, qui sapientiam venditant, qui inflatis buccis concepant, qui aliquid se scire putant, proiectus sum à facie oculorum tuorum, id est, qui me propius tibi affare credideram, quam me longè proiectum inueni? Et quo ad te propius accedebam per contemplationem: eo me longius distare consexi? modo prædicto hunc versum exponit Augustinus sermone 63. de verbis Domini secundum Ioannem; *At ubi quodammodo à Deo, ad hominem reuocatus est, ait: ego dixi in excessu meo, quod diu ferre non potui, & redditus mortalibus membris, & multis mortalium cogitationibus à corpore, quod aggrauat animam, dixi. Quid? proiectus sum à facie oculorum tuorum, longe sursum es, longe deorsum sum, quid enim dicamus fratres de Deo? si enim, quod vis dicere, se cepisti, non est Deus, si comprehendere potuisti illud pro Deo non comprehendisti.*

10.

Psal. 115.

August.

Ioannis 3. *Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?* I. I. verba illa, *tu es magister*, subsequen-tium rationem continent,

I. I.

Ioan. 3. 10

continent,

continent, id est, quia tu es magister hæc ignoras. nisi enim multum versatus esses, in scripturis sanctis, & multum in spiritualium rerum cognitione profecisses, te ignorare non fatereris: at quia ad multarum rerum cognitionem euectus es, te multa nescire proferis palam.

12. Exodi 19. 19. *Moyſes loquebatur, & Deus respon-*
 Exod. 19. 19. *debat ei.* Id est Moyſes interrogabat à Deo, & Deus Moyſi respondebat. Interrogare addiſcentium est, & ignorantium: respondere autem magistrorum, & docentium. Ergo quo plus Deus docebat Moyſem, eo Moyſes magis se ignorare fatebatur, magisque inquirebat, scilicet hæc efficit cœlitus immiſſa doctrina, & scientia, vt nos fateri cogat nostram insipientiam. Hunc sensum elicit ex prædicto loco Philo Iudaus libro. *Quis rerum diuinorum hæres, his verbis, adhuc hic parum vocalis, & lingua tardus, ac penè mutus, alicubi non loqui solum inuenitur, sed, & clamans introducitur rursus alibi loquens indesinenter, & eodem fluxu sermonem concitans.* Moyſes, inquit, loquebatur, & Deus, ei voce sua respondebat, non docens eum per certas orationis periodos, sed semper, & continenter ei respondens. Vbi autem responsio, ibi vitique interrogatio. Rogat autem quisque quod ignorat cupiens addiscere: nam discensibus nihil est tam vile, & proprium quam quarere, rogare, sciscitari, non videri sibi, vel scire aliquid, vel percepisse solide.

13. Exodi 4. 10. *Ait Moyſes, obsecro Domine non sum*
 Philo. *eloquens ab heri, & nudius tertius: ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris lingue sum.* Expendit Philo lib. 1. de vita Moyſis verbum illud, ab heri, & nudius tertius. Cum vitium illud, & lingue tarditatem à puero Moyſes contraxisset, imò ei hoc à natura inditum fuisset, quid est quod ab heri, & nudius tertius se lingue tarditatem habere dicit? Nimirum ait Philo, num primum cum Deum loquentem audiuit se impeditioris lingue vitio laborare cognouit, quia Dei loquentis facundia propriam tarditatem edocuit. Et Dei doctrina ignorantiam qua laborabat, ostendit. Notat Philo his verbis. *Nihilominus deprecabatur hanc functionem, causatus exilitatem vocis, & lingue tarditatem, negansque sibi adesse facundiam præsertim postquam Deum loquentem audierat. Rarus enim mutam esse humanam eloquentiam, cum veritate collatam, & verè mundo ingenio prædius, subtraheret se grauiori, quam pro viribus, vt putabat, oneri. Rogabatque vt alius eligeretur ad exequenda mandata magis idoneus.* Philoni astipulatur Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 28. his verbis. *Claret ex isto, quia cuncta hæc non vno die facta, vel dicta sunt ex eo videlicet, quod ait, ab heri & nudius tertius idem est, ac si dicas, nunc dies est tertius: ex quo, inquit, locutus es ad seruum tuum. Ac si diceret antequam loquereris ad seruum tuum, videbar mihi eloquens, & velocis lingue, nunc autem, ex quo loqui capisti, & occultæ sapientia tua manifestare mihi, hoc de me didici, ac sensi, quod eloquens non sum, nec tam expeditæ lingue, vt ea, que nunc agenda intelligo, digne valeam coram hominibus eloqui.*

14. Nonnulla congerit Basilius ad nostrum institutum homil. 15. in primis verba illa Abrahæ Genes. 18. 27. *Respondensque Abraham, ait; quia semel capi loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis.* Vir sanctus, & qui humanæ conditionis fragilitatem iam diu perfectam habebat, tunc demum se puluerem fateatur, cum Deum loquentem audiuit, scilicet, qui Deo proximus est, eo in cognitione propria proficit, quo magis Deo appropinquat. Addit insuper Basilius, quod iam supra ex Philone retulimus, nimirum tarditatem lingue Moysem fuisse

confessum, cum Deum secum loquentem audiuit. Tandem adducit illud Ecclesiastes 1. 8. *Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.* Rationem huius dicti Salomonis adducit Basilius hoc loco: nec oculus videndo, nec auris audiendo impleri potest, quia quo plus videt, eo plus videre desiderat, & eo plura videnda, audiendaque sibi restare conspicit. Vnde impossibile est, visu audituque oculos, aut aures implere, cum noua rerum cognitio ad vteriore rem cognitionem animum excitet, verba Basilius subinfero. *Nemo enim ita demens aut tanta mentis cecitate est, vt ad summam Dei comprehensionem se se peruenisse existimet, sed quanto magis ad ipsius notitiam accedere videbitur, tanto maiorem sentiet infirmitatem. Talis erat Abraham, talis Moyſes, quando enim Deum videre, quantum fas erat homini, potuerunt, tunc maximè vterque se humilem, tenuemque putauit, Abraham se terram ac cinerem nominans, Moyſes vero, se lingua balbum, ac sermone tardum appellans. Videbat enim se rerum cognitarum magnitudine, nequaquam se lingua debilitati posse respondere. Sed postquam omnium aures ad Theologiae auditionem sunt aperte: nec ulla satietas, aut ullus finis in Ecclesiasticorum acromatum, Ecclesiastici verum sermonem faciunt dicentis, non impletur auris ab auditione, &c.*

Diuina sapientia humanis inuoluta membris cum iubar diuinitatis explicare voluisset non docendo, sed audiendo, & interrogando suæ doctrinæ specimen dedit. His verbis rem exponit Lucas cap. 2. 46. *Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Rationem reddit Basilius homilia 22. de humilitate nempe quia cum sapientia in sui ipsius desiderium sapientem excitet, ille sapientior erit, qui maiori sciendi desiderio flagrat. Cum ergo interrogare, & respondere cupientis, & optantis sapientiam animi indicium sint, respondendo & interrogando suam sapientiam apprimè ostentat. Audi Basilius. *Deinde in domicilio fabri, & matris paupercule enutritur, subditus matri, & illius sponso. Docetur audiens, quorum non egebat, interrogans autem, & interrogatus admirabilem declarabat sapientiam.*

Hoc idem in Esaia notat Basilius in capite 6. Esaia, qui postquam multa maiestate verendum, & multa luce circumfusum Deum videt, subdit eodem capite num. 8. *Vae mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi, polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* Id est, tunc me polluta, & fordida labia habere conspexi, nec firmam linguam ad proferendum sermonem, cum Deum oculis conspexi. Tantarum rerum cognitione penè obrutus, & angelica hymnodia edoctus insipientiam meam, & populi palam confiteor. Vnde subdit. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Munditiam labiorum exposcit Esaia, annuit Deus, & seraphico ministro vsus oris immunditiam depellit. Certè nisi mundatione indigeret Propheta frustra Angelus carbone ignito eius labia mundaret. Ergo qui sibi mundus satis videbatur antequam Deum alloqueretur, post maiestatis tantæ allocutionem se despicit & elinguem fatetur, & balbutire puerorum in morem conqueritur. Audi Basilius. *Dixit autem illud, ô me miserum, perspicue subsistet eius intelligentiam regni Dei sedentis super solium excelsum, & eleuatum, quique adimplet vastum hunc mundum gloriæ suæ. Non enim*

Ecclesi. 1. 8.

Basil.

15.

Lucæ 2. 46.

Basilius.

16.

Esaia 6. 8.

Basil.

Basil.

dixisse videtur hoc, *ô me miserum, antequam intellexisset Dominum, sacris quippe literis proditum est, quia Abraham, quo tempore se illi exhibuit conspicuum, dixerit hoc, ego autem sum terra, & cinis.* Hæc Basilius quod de Abraham in calce retuli, iam supra expendi cum eodem Basilio.

17. Hunc sensum præferunt, exponente Basilio in caput 8. Esaiaë verba illa nostri authoris cap. 18. Eccles. 18.6. *Cum consumauerit homo tunc incipiet.* Id est, cum maiorem adeptus fuerit rerum cognitionem, tunc se cæpisse fatebitur. Quia rerum cognitio ad vltiorem cognitionem eius appetitum exulcerat. verba Basiliij scribo. *Ait enim scriptura, cum consumauerit homo tunc incipiet: & cum quieuerit tunc indigebit. Vtique nemo nouit, quanta exuperet suam ipsius cognitionem, nisi gustum qualemcumque superet scientia, præterquam, quod bonus ipse Dominus, eis pollicetur, multo commodiora.*

18. Coronidem imponat Bernardus sermone 85. in Cantica expones verba illa Seruatoris Matthæi 11. *Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Id est, ex eo sapientes se esse credebant, quod nullam de Deo cognitionem habebant: illi verò, quibus aliqualem rerum diuinorum cognitionem impertitus es, statim se stultos & paruulos confessi sunt. *Magna fratres (ait Bernardus) & sublimis virtus humilitas, quæ promeretur, quæ non docetur: digna adipisci, quod non valet addisci: digna à verbo, & de verbo concipere, quod suis ipsa verbis explicare non potest.*

VERS. 10. Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se.

1. Dixerat vni Deo sapientiam competere, ne verò eum, aut auarum, aut inuidam depingat, qui sibi, quam habet sapientiam referuet, addit, & effudit illam, &c. Id est, largè omnibus communicauit: scilicet creaturis omnibus: hoc significat illud. *Super omnia opera sua.* Sed peculiariter super omnia animantia. Hoc indicant verba illa. *Et super omnem carnem.* Ac demum speciabilissimè communicauit diligentibus se.

2. *Et effudit eam super omnia opera sua.* Græci hanc sententiæ partem cum superiori coniungunt, vt omnes sententiæ bimembres efficiant: vt prima sententia sit. *Ipse creauit eam, & vidit, & dinumerauit. Et effudit eam super omnia opera sua.* Postea verò bimembrem etiam sententiæ subiungunt, nimirum. *Cum omni carne secundum datum suum. Et præbuit illam diligentibus se.* Sed multo melius latinus vulgatus codex, cum subsequenti copulauit. Hac enim ratione diuersum modum, quo Deus diuersis creaturis suam communicat sapientiam dilucidius apparet. *Effudit.* Largè dedisse significat, melius: indiscretè omnibus. Distinguit tripliciter ea, quibus Deus sapientiam attribuit. Primo generaliter omnibus, & tunc ait effudisse. *Effudit illam super omnia opera sua.* Id est, indiscretè omnibus communicauit. Cum verò addit specialius eam dedisse omni carni, & diligentibus se, abstinent à verbo effudit: quia peculiaris hæc sapientiæ communicatio, quæ vel omni carni, vel Deum diligentibus facta est, non omnibus conuenit. Nonnulli distinguunt, inter effundere, & præbere, nimirum: vt effundere sit sine merito accipientis dare, præbere verò ex merito, & operæ pretio: vnde effusam ait operibus suis, & omni carni, datam verò solummodo diligentibus se. Verum obseruationem

hanc magis ad mores, quam ad mentem authoris pertinere arbitror.

Super omnia opera sua. Id est, communiter omnibus attribuit, omnia enim tanquam sapiens architectus disposuit. Et eas facultates attribuit, quæ singulis ad suam vtilitatem, & conseruationem necessariæ sunt. Quæ omnia tam pleno ductu sequuntur vt simul, & rationem, & mentem eis Deus indidisse videatur.

Et super omnem carnem. Quidam intelligunt super omnia animantia, quidam super omnes homines. Vterque exponendi modus in scripturæ phrasi fundamentum habet, secundum quam quandoque cuncta animantia, quandoque solus homo appellatur caro. Si verò ad omnia animalia referas, siue ad solum hominem, merito ab aliis, author distinguit, peculiariter enim in his diuinæ sapientiæ splendor enitet. Siue sentiendi facultatem in animalibus, siue intelligendi in hominibus contempleris vim. Si autem per omnem carnem cuncta animantia intelligas, quæri potest, cur in hoc ordine non recenseatur homo, qui supra animalia vim habet intelligendi, nec tamen semper Deum diligit? Aptè ad mores respondeo ideo factum esse, vt nouerimus eum inter homines non esse referendum qui Deum non diligit, verè vel inter bestias numerandus est, si peccatum commiserit, vel Deum non diligit.

Secundum datum suum. Quidam cum subsequenti iungunt sententia hoc modo. *Secundum datum suum præbet illam diligentibus se.* Sed immeritò. Ego verò cum omnibus tribus modis iungendum existimo, hoc modo. Et effudit eam super omnia opera sua secundum datum suum, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbet illam diligentibus se secundum datum suum. Quid verò significet, *Secundum datum suum.* Non omnibus idem intelligendi modus; quidam ad creaturas, quæ huiusmodi sapientiam accipiunt, referunt. *Secundum datum suum,* id est, pro modulo suo, & capacitate. Prout sapientiæ capaces eos reperit, sapientiam suam eis infundit. Alij prohibito suo. Non probo, melius, pro sua munificentia, largè, effusè, vt Deum dantem decet.

Præbet illam diligentibus se. Non quia naturæ viribus ad gratiam homo se disponat, sed etiam illam ansulam, quam Deo tribuit & dispositionem, vt hominem diligit, & gratum sibi reddat, hoc etiam ex munere Dei habeat & per gratiam amplius ad vltiorem gratiamabilem se reddat.

ETHOLOGIA XII.

Deus liberaliter largitur hominibus.

VERBUM illud *effundit*, exponente Dionysio Deum liberalem & in dando effusum ostendit, quod nos etiam cogit, vt aliquid de Dei erga homines profusa liberalitate eloquamur; multis aliis in propria loca omissis, nam huius rei tractatio sapius, & passim occurret. Petrus Chrysologus in memoriam reuocat verba illa Matth. 8. 14. *Et cum venisset Dominus in domum Petri vidit sororẽ eius iacentem, & febricitantem.* Multa quidem erant quæ Christi oculos rapere poterant, scilicet, vel effusa turba, vel crispantes maris fluctus, vel vernantes rosæ, vel longè latèque se fundentes campi, &c. Nihil tamen horum Christi aspectum ad se traxit præter effata ætate femina febribus æstuans: nempe nihil aliud diuinorum oculorum aciem ad se allicit

allicit quam hominum miseria, & ærumna, quas patitur. *Cum venisset Iesus, ait Chryfologus, in domum Petri vidit socrum eius iacentem, & febricitantem, ingressus in domum Petri Christus, ad quod venerat, vidit, non salutantium pompam, non familia concursum, certè neque preparationis ornatum, sed inspexit gemitum languentis, febricitantis attendit incendium, vidit periculum desperata. Nec ante ad humana discubuit Christus, quam mulier, quæ iacebat, conserget ad diuina.* Non silentio prætereunda verba illa, nec ante Christus, &c. Premebatur fame Christus, inuitabant mensæ appositæ cibi, verum prius quam corpus curaret, iacentem animum curauit, quia hinc maior animi voluptas.

Petr. Chryf.

2. Ioannis 11. *Et lacrymatus est Iesus, lacrymas effudit Christus cum ad suscitandum Lazarum procedebat.* Harum lacrymarum causas diligenter inuestigat Petrus Chryfologus serm. 64. Nonnullas reddit, quæ ad nostrum institutum faciunt. In primis hanc rem his verbis aggreditur Chryfologus. *Fratres habet hoc natura corporis humani, vt producat lacrymas vis gaudij, vis mæroris. Quoties enim viscera, aut lætitia, aut tristitia nimis ardentur impulsu, oculi in lacrymas mox erumpunt. Hinc est quod Christus non dolore mortis: sed illius lætitia recordatione lacrymauit, qui voce sua, vocæ vna, omnes est mortuos perpetuam suscitaturus ad vitam. Fremit spiritu, & tota se viscerum commotione conturbat, quia adhuc solum Lazarum, & non iam omnes mortuos suscitabat.* Ergo hoc loco effusas à Christo lacrymas tam in lætitiâ, quam in mærorem reiecit. In mærorem quia tam ardentem hominum bonum desiderabat, vt quia ex Dei dispensatione, non omnes, sed vnum tantum à morte reuocabat, lacrymæ profusierint. Optarat sanè omnes vita functos in communes auras reducere, sed quia hoc in futurum tempus differebatur, tanto mærore premebatur Christus, vt hoc illi lacrymas extraxerit. Ergo hoc significat vox illa, *Lazare veni foras*, id est, vellem quidem omnes mortuos ex monumentis extrahere, sed quandoquidem hoc in aliud tempus distraho, ploro, te vnum voco: *Lazare veni foras.* Hanc rationem innuit Chryfologus illis verbis. *Fremit spiritu, & tota viscerum, &c.* reducit etiam Chryfologus has lacrymas in gaudium, & lætitiâ, nempe illius diei recordatione, quando ex eius iussu, omnes homines ad vitam euocandi sunt. Tanto enim gaudio afficitur hominis bonum præuidens, vt ex nimia lætitiâ lacrymæ oboriantur. Hanc rationem firmat Chryfologus his verbis. *Quis ergo ex humana infirmitate existimet fleuisse Christum cum caelestis Pater luxuriosum filium, non quando abiit, sed quando recipit, tunc ploret. Christus recipiens Lazarum fleuit, non amittens.* His verbis probat Chryfologus potius ex lætitiâ, quam ex tristitiâ lacrymas Christi ortum ducere. Nam Pater ille Lucæ 15. 20. non deplorauit exeuntem domo filium sed postquam patrimonium dilapidauit, & decoxit, domum paternam repetentem lacrymis est profectus: scilicet ob lætitiâ magnitudinem lacrymæ obortæ sunt. Non gaudet Pater de filij misero statu, sed gaudio perfunditur quia filij egestas eum ad dandum adigit. Tam enim est ad benefaciendum Deus proliuis, vt tunc maximè lætetur cum hominum egestas dandi occasionem Deo subministret. Et eadem ratione, cum Lazarus mortuus est non deplorat à Christo, verum, quando eum suscitare aggreditur lacrymis venientem ad vitam excipit.

Petr. Chryf.

Petr. Chryf.

Petr. Chryf.

Ioan. 11. 34.

3. Expendit Petrus Chryfologus serm. 64. verba illa Ioannis 11. *Et dixit vbi posuistis eum?* Dicunt ei Domine veni, & vide, & lacrymatus est Iesus.

Non per oscitantiam verba illa coniunxit Euangelista scilicet. Domine veni, & vide, & lacrymatus est Iesus. Hæc adstantium verba ex Christi oculis lacrymas extraxerunt. Nempe indoluit Christus adstantes aduersa opinione teneri de sua erga homines cura. Nempe Christum indigere, vt admoneretur de loco vbi miseri iacent. Vnde postquam de Christi erga homines sollicitudine minus securi dixerunt: *Domine veni, & vide*, lacrymatus est Iesus. Mirum sanè quod neque Lazari ægritudo, aut mors neque sororum eiulatus, neque adstantium gemitus lacrymas Christum profundere coegerint: sed verba illa, quæ minus securum animum de Christi beneficentia protendebant. Hæc inquam lacrymas Christo excusserint: scilicet nihil est quod Christus æquè moleste ferat, ac si homines de sua erga eos cura minus fidentes viderit, eius verba addo. *Denique non quando plorantes vidit, tunc plorat Christus, sed quando interrogat. Et in respondentibus videt nihil fidei manere.* Dixerat vbi posuistis eum: & illi responderunt, *Domine veni, & vide*: Putauerunt enim nescire vbi positus fuerat in terra. Hæc Chryfologus.

4. Matth. 6. 9. Orationis formulam præscripturus Dominus his verbis orsus est: *Pater noster.* E vestigio nos Deum Patrem vocare iubet, scilicet notante Petro Chryfologo sermone 67. intendit Christus nobis animos ad petendum facere. Ergo præmisit *Pater noster*, vt iure quodam se teneri ostenderet ad concedendum postulata. Scilicet, Pater, filiis necessaria præbere iure paternitatis obstringitur. Habetur in iure canonico c. *Cum haberet.* De eo qui duxit in matrimonium, vbi Innocentius, Panormitanus. n. 5. Bartol. l. *Si quis à liberis.* §. 2. ff. de liber. agnosc. leg. vlt. num. 7. ff. de iis quibus vt ind. & plerique alij quos referunt, & sequuntur Gama decif. 11. n. vlt. Couarru. in epit. p. 2. cap. 8. §. 6. n. 1. & 9. Antonius Gomez ad leges tabulæ n. 37. & in nostro regno leg. 10. Tauri: quæ est octaua tituli 8. libro 5. nouæ collectionis. Quod sanè verum est, etiam si filij nati sint ex damnato concubitu, vel incestuosis nuptiis, vt ibi tradit Baldus, & Antonius Gomez sup. cit. Hoc si ad animum transferas indicat non modo Deum curat agere piorum hominum verum etiam peccatorum, qui veluti spurij filij Dei dicuntur. Ergo magna cum fiducia, quod liberit à Deo petite, ipse enim patrio iure ad dandum adigitur. Verba Chryfolog. infero. *Panem nostram quotidianum: qui Patrem se nobis dedit, qui sibi nos adoptauit in filios, qui verum nos fecit heredes, vt panem quotidianum postulemus, addixit.*

5. Matth. 6. 7. *Orantes nolite multum loqui.* Quid est quod longius nos protendere orationem prohibet Christus? Scilicet tanto desiderio dandi hominibus postulata ardet Deus, vt prohibeat multum tempus in vna eademque re quærenda insumere, quod ad multa, diuersaque petenda posset sufficere. Ergo idem est, ac si dicat breui tempore orationem vestram concludite, ne ad multa alia petenda sufficiens tempus effluat. Breuiter hanc rationem innuit Petrus Chryfologus serm. 67. *Christus breuiter orare docuit, qui cito vult postulata præstare.*

5. Matth. 6. 7.

Petr. Chryf.

6. Lucæ 7. 36. *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod accubisset in domum Pharisæi attulit alabastrum, &c.* Expendo cum Petro Chryfologo serm. 93. verbum illud Euangelistæ, vt cognouit quod accubisset, quod hospitio exceperit Dominum Pharisæus, mulierem impulit vt in conuiuium irrueret, & à Christo peccatorum veniam exigeret, sed quid quæso lætissimis epulis cū lacrymis communc

6.

munere? Quid coronata pocula cum femineis singulibus, &c. Scilicet multo magis ad dandū quam ad accipiendū Dominus procliuus est. Ergo qui alienas epulas non fuerat dedignatus accipere, misericordiam impertiri nō grauibitur. Grator enim est, iuxta Chryfologum Deo, qui ab eo aliquid exigit, quam qui donat. Ergo qui alienæ menſæ accumbere non grauitur, ad dandum parator erit, hæc cum mulier animo voluerit, coniuuij tempus ad petendum elegit. Neque spes fefellit, prætulit enim Dominus officium mulieris lautiffimo coniuuij. *Ut cognouit (ait Chryfologus) quod accumberet in domum Phariſæi. Inclinem ad misericordiam supernam didicit maiestatem. Et ideo credidit, quod eſſet ad veniam ſibi promptus, qui Phariſæi, venerat tam promptus ad menſam.*

Petr. Chryf.

7.

Sabbati obſervationem tanta religione quondam, ſuſceptā Chriſtus aboleuit, & in diem Dominiſam tranſtulit, non ſine magna populi inuidia Iudaici. Hoc factum nos inſtruit, quantum humane ſaluti Deus inuigilet. Sabbato ab operibus Deus requieuit naſcentis orbis exordio, die vero Dominica mundialis machina formationem aggreſſus eſt. Ergo hæc dies præ illa colatur, ne quis exiſtimet Deum à beneficiando homini ceſſaſſe, ſed nunc denuo antiquis noua beneficia annectere, ne quis credat ceſſationem Deum colere, ſed beneficiis in homines collatis maximè delectari. Hæc eſt mens Petri Chryſologi ſermone 77. Exponentis verba illa Matth. 28. 1. *Veſpere autem ſabbati, &c. Eum loquentem auſcultare. Sabbatum ſecundarium ſe letatur effectum, quod inſuſione legis torpebat in orio, & diei dominica primatum in diuina virtutis opera mirabiliter excitatur. Quod Iudaica obſervationis inertia à virtute ſalutari reddebat extraneum, dicente Domino non licet ſabbatis agris curam, afflictis opem, cæcis viſum, vitam mortuis condonare? & interpretando valiter à Deo diem ſabbati ſanctæ legis ſtudijs deputatum miſere tantum ventris addixerat ſeruituti.*

Matth. 28. 1.
Petr. Chryf.

8.

Gen. 23.

Genef. 23. Angelus ille qui cum Iacob luſtatus eſt, dum Iacobo benedixit neruum fæmoris ficcauit: ſcilicet tunc Deus vincit cum beneficia confert: Vincitur autem cum nulla ei occaſio beneficia conferendi ſe ſe offert. Hoc eloquutus eſt Petrus Chryſologus ſermone 131. his verbis. *Sic Iacob vianti conuiator occurrit, & ita ſe humano collegio ſocij præbet, vt prouocanti homini Deus potius, in luſtam inferatur, & tunc videbatur neruis, ac lacertis vincere, quando victor celeftia dat dona, munera dat diuina.*

Petr. Chryf.

9.

Extollit Petrus Chryſologus quendam beneficiendi modum, quo nonnulli pudorem, qui ex accipiendo oritur, vitare ſolent: vt ille, ſcilicet qui accipit, pudore abiecto facilis ad petendum ſe ingerat. Nempe ipſi priùs aliquid expetunt ab eis, quos ad petendum laceſſunt, vt iam, non indebitum querere, ſed debitum exigere videantur. Hoc laudat in Epifcopo Adelpho ſerm. 136. Hoc & in Deo prædicat, & ad hunc ſenſum adducit actum illud Eliæ 3. Reg. 17. 13. *Ad quam Elias ait. Noli timere, ſed vade & fac ſicut dixiſti; veruntamen mihi primum fac de ipſa farinula ſubinericum panem paruulum, & offer ad me: Tibi autem & filio tuo facies poſtea. Hac autem dicit Dominus Deus Iſraël: Hydria farina non deficiet, neque lecythus olei minuetur, uſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ. O Beate Propheta penes cuius arbitrium Deus pluuias, & imbres ſtatuit, vt quid aquam petis: qui olei, & farinae indeficientes producis fontes, vt quid priùs buccellam panis expoſcis: Ob rationem, quam ſupra retulimus, quia Deum imitatur, qui*

3. Reg. 17. 13.

adeo largus eſt in beneficiis exhibendis, vt priùs aliquid ab eis petat, quos intendit beneficiis cumulare, vt impulſato pudore, tanquam ad rem debitam ad petendum accurrant. Ergo de Adelpho verba faciens hac ratione loquitur. *Beatus plane iſte animus, & ab omni morbo arrogantia remotus, qui ad hoc pauperis diuerſorium primus intravit, & ante humanitatis debitor, quam largitor exiſteret. Imitari Deum euidenter iſte geſtiuit, qui ante humana in corpore ſuſcepit obſequia, quam beneficia homini diuina concederet. Quod Pontificem Dei ſummi præſentem Adelphum feciſſe conſpicimus, qui cum ſit verbo diues, ſcientia copioſus, magnus ingenio, loſo primus, egeni ſenſus, & mediocriſ eloquij noſtri audientiam concupiuit, illius Propheta inſtar, qui illius viduæ victum eſuriuit extremum, & paruulorum eius ſua fame vexauit anguſtias: nouum differens ſua petitione miniſterium, repetendo tribueret, eſuriendo ſatiaret, & exhauriendo deficientibus horreum diuina largitate cumulauit.*

Petr. Ch.

Lucæ 1. *Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, hic erit magnus, & Filius Altiffimi vocabitur, & dabit illi Dominus ſedem David Patris eius. His Angeli verbis Chriſtus Dominus, & Filius Dei, & Filius David dicitur, ſed inter hæc duo optime diſcrimen obſeruauit Petrus Chryſologus ſerm. 144. Quod cum Ieſus dicitur, & daturum hominibus ſalutem iuxta nominis ethimologiam promittit Angelus Dei Filius appellatur illis verbis: *Et vocabis nomen eius Ieſum: hic erit magnus, & Filius Altiffimi vocabitur.* Cum verò non dare ſed accipere ſubdit Angelus, non Dei Filium, ſed David vocitat. Nam Chriſti diuinitas non accipiendo, ſed dando hominibus oſtenditur, nihil enim ad Deum ita accedit, nihil tam proprium eſt diuinæ bonitatis quam hominibus largiri, & petentibus concedere. Ipſe Chryſologus mentem ſuam his verbis promat: *Dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ſui, vides, quia quando accipit David Filius dicitur, quando dat Dei Filius nuncupatur.**

10.
Lucæ 1.

Petr. Ch.

Hoc idem expendit Petrus Chryſolog. ſer. 163. Eſurienti populo in deſerto Manna immiſit Deus, cibum ſcilicet, qui omnium eduliorum ſaporem, vnus continebat. Hoc factō intendit Deus ſuæ largitatis ſpecimen præbere, qui terreſtres, ærios, & marinos cibos in vno ferculo concludit, vt hominis cupiditati inferuiret, hinc etiam eſurienti Petro omnium beſtiarum carnes ſub vno ferculo obiecit. Mira antiquorum hominum in coniuuijs parandis luxuries, vnam antiquis temporibus concluſa ad noſtra uſque non perueniſſet, ſed quod vnquam tam opiparum lautumque fuit coniuuium, quod cum iſto poſſit comparari? *Si te legalis cibi Petrus Chryſologus) ſingularitas & parcitas terret: inuiter, & prouocet Euangelici coniuuij celeftis effuſio, qua in vno Petro māducatur totius apponit genera creaturæ.*

11.

Petr. Ch.

Lucæ 15. *Et diuiſit illis ſubſtantiam.* Duos filios habuit Pater hic Euangelicus, minor natu partem patrimonij ſibi dari petiuit, at Pater vtrique portionem elargitus eſt. *Et diuiſit illis ſubſtantiam.* Scilicet Deus non laborat auaritia, neque inuito Domino facultates apud ſe continet: imò largius eas diſtribuit, quam exiguntur, ſiquidem vno petente filio duobus patrimonium diuiſit. *Petente vno, (ait Chryſologus,) ambobus totam ſubſtantiam mox diuiſit, vt ſcirent filij, quod ante tenebat Pater non fuiſſe auaritia, ſed amoris, prouidentia, non inuidentia dediſſe.*

12.
Lucæ 15.

Petr. Ch.

Poſt Petrum Chryſolog. nonnulla ex Origene ſubiiciam in primis hom. 3. in Leuiticum: dum agit

13.

de

Leuit. 24. 5.

de panibus propositionis, de quibus iubet lex Leuitici 24. 5. *Accipies quoque simlam, & coques ex ea duodecim panes, qui singulos habebunt duas decimas: quorum senos altrinssecus super mensam purissimam coram Domino statues.* Duodecim panes fieri iubet legislator, si fides Origeni, vt per eos significet totidem tribus filiorum Israël, quos statui coram se imperat, vt eorum presentia memoriam Dei sollicitet ad benefaciendum populo. Vnde sub figura panum duodecim tribus vult habere coram se perpetuò, vt omnia ad vitam necessaria petant & exigant. *Secundum ea* (ait Origenes) *que scripta sunt in duodecim panibus duodecim tribuum filiorum Israël commemoratio ante Dominum fieri, & praeceptum dari, vt sine cessatione isti duodecim panes in conspectu Domini ponantur, vt, & memoria duodecim tribuum ante eum semper habeatur, quo veluti exoratio quaedam, & supplicatio per hac pro singulis fieri videatur.*

Orig.

14. Leuit. 26. 9.

Leuitici 26. 9. *Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum.* Verba hæc exponit Origenes homil. 16. in Leuiticum ducta similitudine à sole, qui radiis & aspectu suo cuncta calefacit, & germinare facit. Longe melius Deus aspectu suo benigno, auget, & ad maturitatem cuncta perducit. Eum loquentem audi. *Respiciam, inquit, ergo vos: & augebo vos, tamquam si sol respiciat segetem, & afferat fructus, quam vtrique si non respexisset infructuosam mansisset.*

Orig.

15.

Ægrè tulit populus Israël Aaronem electum in sacerdotem, & quasi fraterno potius amore, quam Dei nutu factum esset, conquestus est. Ergo vt querimonias à se depelleret Deus, Numero. 17. *Et loquutus est Dominus ad Moysen dicens, loquere filiis Israël, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis Principibus populi virgas duodecim, & vnusquisque nomen super sribat virga sue. Nomen autem Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas seorsum familias continebit: Ponesque eas in tabernaculo fœderis testimonio, vbi loquar ad te, quem ex his elegero germinabit virga eius.* Ergo hoc signum delecti sacerdotis promittit Deus se daturum, scilicet si virga in qua scriptum esset eius nomen germinaret. Post qua subdit Moyses. *Sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis erumpebant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas dilatati sunt.* Frondes tantummodo Deus promissit, at non modo frondes erumpere fecit, sed & flores turgescere, explicare folia, & fructus maturos producere, quia annotante Origene homil. 9. in Num. Deus multo plura largitur, quam vel ipse promiserit, vel homines exegerint. Ipsum audi. *Et produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nuces. Promissionem suam Deus in quadruplum dedit, & multo plura & pretiosa largitus est, quam promissit.* Hæc Origenes. *Qui in hunc modum exponit verba illa.* 1. Corinthiorum 2. *Oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, que preparauit Deus diligentibus se.* Id est, dum Deus postulata concedit multo plura largitur quam homo desiderio, aut cogitatione sua concipere potuit. Vnde subdit hæc verba idem Origenes. *Etenim videbitur hac ratione, quod promissionum bona maiori modo quam promissa sunt, dantur.*

Orig.

1. Cor. 2. 9.

Orig.

16.

Dei largitatem expendit Origenes hom. vltima in Lucam in medium adducta parabola illa Lucæ 19. 3. *Commisrarum pecuniarum rationem exegit homo ille Euangelicus à seruis suis.* Non quidem vt pecunias ab eis extorqueret, & auferret, sed vt cumulatius traderet, & nouas superadderet, patet ex Num. 24. *Et astantibus dixit: auferre ab illo mnam, &*

Lucæ 19. 3.

Lucæ 19. 24.

date illi, qui decem mnas habet, & dixerunt ei, Domine habet decem mnas, dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit. En tibi quomodo rationes exigit ab eo, decem mnas habebat, non quidem, vt aliquam ab eo auferat, sed vt nouam super addat. Hac nimirum ratione frequentius Deus à nobis petit multa, non quidem vt auferat, sed vt largiatur. Nam ipsa eadem quæ à nobis Deus petit, ipsa eadem nobis donat. *Postulat igitur* (ait Origenes) *à nobis Deus, & deprecatur, non quia necessarium habet aliquid, vt ei tribuamus, postulat, vt postquam ei dederimus, id ipsum tribuat in salutem, quod vt manifestius fiat, ponam parabolam mnarum, qui vniam acceperat mnam, & fecerat decem, & obrulit Domino, à quo credita sibi mna fuerat, accepit, & aliam, quam ante non habebat. Illius enim mna, qui non multiplicauerat quod accepit, iubet Dominus auferri, & dari ei, qui alias habet. Tollite, inquit, ei mnam, & date ei, qui habet decem mnas, atque in hunc modum, qua dederimus Deo nobis ea ipsa restituet cum ijs, qua ante non habueramus, exigit, & postulat à nobis Deus, vt habeat occasionem donandi, vt ipsi tribuat, qui erogauit.*

ETHOLOGIA XIII.

Qui peccat, humanam naturam exiit, ferinam induit.

ET effudit illam super omnia opera sua. In huius versus expositione eo sensum illius deduximus quod eam vim habere peccatum præmiserimus, vt homines in bestias transferat. Concinatoriè rem dictam accipe, alioqui, quantumcumque homo peccet, gratiæ quidem ornatum perdit, humanam autem naturam non exiit: quo nihil amplius volunt Patres infra citandi. Res hæc nonnullis sacre scripturæ testimonijs, & Sanctorum Patrum dictis elucidanda. Fusè prosequitur Origenes homil. 3. in Ezechielem. sæpius scriptura, duplicat vocem homo, vt hominem significet. Psalm. 86. 5. *Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea.* Ezechielis 14. 7. *Homo homo de filijs Israël.* Quid ergo sibi vult hæc eiusdem vocis geminatio? In primis Origenes, nonnulli sunt homines, qui naturam humanam abiecerunt, & quorundam brutorum mores imitati sunt. Ergo homo pius, homo homo dicitur, quia homo re, & nomine est, vnde duplicato nomine significatur. At peccator est homo brutum quia nomine, & specie tenus est homo, moribus verò, & ingenio bruta refert. Audi loquentem Origenem. *Homo homo de domo Israël, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis sue statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me. Ego Dominus respondebo ei, omnes homines nati sumus homines, sicut sapiissime notaui, quod in Leuitico scriptum est, homo homo filiorum Israël, aut aduenarum, qui positi sunt in nobis. Estote homines, homines scilicet, quia non omnes homines homines sunt. Ostendamus de scripturis quomodo quidam homines non sint homines. Homo in honore positus est, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Iste non est homo homo, sed homo iumentum: generatio viperarum, quis vos demonstrauit fugere à ventura ira. Talis non est homo homo, sed serpens homo. Et qui in feminas inhiabentes facti sunt vnusquisque ad uxorem proximi sui inhiabant, iste non est homo homo, sed homo equus. Absit nobis vt tales simus, vt mereamur audire non esse nos homines homines, sed aliud quid præter homines. Si enim boni & mansueti sumus duplicamus hominis nomen, vt sit in nobis non simpliciter homo, sed homo homo.*

I.

Psal. 86. 5.

Ezec. 14. 7.

Origen.

considera

hidera an inuenire valeamus, quid sit illud, quo hominis nomen duplites. Quando iste homo, qui est exterior homo fuerit, eo, qui est interior, hoc serpente existente non est in nobis homo homo: sed tantum homo. Quando vero interior homo iuxta imaginem perseverauerit conditoris, tunc nascitur homo, & sit istius modi secundum interiorum, & exteriorum hominem, sit homo homo. Perro si quis in hoc vocatus, ut fiat homo homo, posuerit cogitationes suas in corde suo, & penam suam ante faciem suam, & venerit ad Prophetam. Ego Dominus respondebo eis. Huc vsque Origenes. Ergo omnes quidem homines, homines sumus, sed non omnes homines duplicato vocabulo homines homines sumus. Omnes quidem homines, homines sumus qui specie, & exterioris corporis lineamentis, & figura homines sumus, non tamen omnes sumus homines homines, quia non omnes animo naturæ humanæ debitam similitudinem referimus, sed ille in ea bruta transit, cuius mores imitatur. Scilicet iracundus est quidem specie tenus homo, animo vero leo, libidini indulgens est quidem homo, si corpus respicias, sin vero mentem equum, & caprum refert, & sic de aliis.

2. In hunc sensum exponit Gregorius lib. 24. moral. cap. 8. verba illa Iob 33. 27. *Respiciet homines & dicet peccavi.* Quæ verba exponit Gregorius hoc modo. *Et notandum quod præmittitur, respiciet homines, & tunc deinde dicit: peccavi. Ideo enim nonnulli peccasse se nesciunt, quia homines non attendunt. Nam si considerarent homines, citius agnoscerent quantum peccando infra homines cecidissent.* Expende verba illa Gregorii. *Quantum peccando infra homines cecidissent.* Ac si dicat, nonnulli sunt, qui peccando se extra hominum consortium, & naturam extraxerunt. Hi nimirum ad meliorem mentem transire per se non possunt, quia mentem humanam exuerunt, & nisi Dei gratia, ad id, quod perdididerunt redeant, humanæ naturæ propria opera exercere non valent. Exponit insuper Gregorius in eundem sensum verba Ezechielis 34. Quæ expendere non est necesse, cum ipse Gregor. dilucidè satis exponat. Audi. *Quibus per Prophetam Dominus dicit: vos autem oves pascua mea homines estis, quia illos nimirum Dominus pascit, quos voluptas carnis inuentorum more non affecit. At contra id, qui carnali affectioni succumbunt, non iam homines, sed iumenta nominantur: sicut è quibusdam, qui in peccato suo moriuntur per Prophetam dicitur: computruerunt iumenta in stercore suo.*

3. Hunc sensum habent verba Baptistæ Matth. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Id est, potens est Deus, eos, qui cultum exhibendo lapidibus, lapides facti sunt, iterum in naturam hominum, quam abiecerant, reuocare. Hanc expositionem affero ex Gregorio homil. 20. in Ezechielem his verbis. *Nec immerito lapidum nomine gentiles significati sunt, qui lapides coluerunt.* Hæc Gregor. ergo vnusquisque in naturam eius transit, quod colit, cui adheret, quod suspicit, quod veneratur.

4. Iob. 1. *Et erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Chrysostr. hom. 2. in Iob ex 70. paulo aliter legit, nempe. *Et erat vir ille irreprehensibilis.* Verba autem quæ retulimus hominis definitionem continent ex sententia Chrysostr. Nam iuxta regulas Dialecticorum prius rem, de qua acturi sumus, pressa oratione circumscribere oportet, quam definitionem vocant. Ergo multa acturus Deus de Iobo prius hominem definit. Ergo quid est homo? dicendum credebas, animal rationale. Verùm hæc definitio iuxta diuinos canones multa peccat. Audi veram hominis definitionem, simplex, ac rectus, ac timens Deum, & recedens à

malo. En tibi veram hominis definitionem, nam qui virtuti non studet, & Dei mandata labefactat, hic ab hominis natura longè exulat. Chrysostr. verba refero. *Quid est homo? Homo est, inquam, animal rationale mortale, de his Philosophorum termini consulantur, scriptura autem, non eosdem dat terminos. Sed quid? Homo est irreprehensibilis, iustus, verax, & recedens ab omni opere malo. Adeo ut qui talium perfectorum officiorum testimonio non fuerit comprobatus homo non sit. Etenim talis, quamuis natura characterem ferat, hunc tamen malitia propositum deformat. Audi à Prophetâ. Homo cum in honore esset non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Imò vero si eam, quam Philosophi tradunt hominis descriptionem expectes, scilicet: animal rationale, impiis hominibus aptari non posse vult Chrysostr. homil. 3. in cap. 5. primæ ad Timotheum, quo exponit verba illa, de ea quæ delitiis perfluit. 1. Timoth. 5. 6. *Nam que in delitiis est, viuens mortua est.* Ille enim qui delitiis indulget, & luxuriosè viuunt, mentem tenebris habet oblitam, vnde vix quidquam subtile aut dicere, aut capere valet: meritoque eum rationis expertem dixeris, atque ideo ab hominis definitione longè abest. Chrysostr. verba ibidem addo. *Quo enim pacto cum nihil ex eis cura sit que hominem faciunt, neque enim possunt delicia atque sobrietas in eodem habitare domicilio, hæc enim se inuicem perimunt, sicut iam externa sapientia auctores dicunt. Nam venter pinguis non gignit mentem tenuem.*

Omnes declinauerunt, inutiles facti sunt. Psalm. 13. de impiis hominibus loquitur Regius vates. Expendo eum Chrysostr. ibidem vtrumque emistichium. *Omnes declinauerunt.* Id est à generosa hominum natura in brutorum mores descuerunt, hoc enim est humanam naturam exuere. *Inutiles facti sunt.* Nimirum quia ad id, ad quod conditi, & eformati sunt inutiles seipso reddiderunt. Hispanam redolet phr sim, qua cultrum, si aciem habeat obtusam non cultrum sed malum appellamus. *Estenoes cubillo, sino es malo.* Ita homo cum profusus ad virtutem natus sit, si ad vitia deflectat, non hominem, sed brutum appellamus. *Cum autem dixit (ait Chrysostr.) declinauerunt, ostendit, eos didicisse à natura rectè ingredi sed ex mala electione in errorem declinasse. Quemadmodum scriptum est in Ecclesiaste, qui fecit hominem rectum, & ipse sibi inuenit multas cogitationes. Omnes declinauerunt, sicut vituli, qui feruntur in voragine, & simul inutiles facti sunt, ut dolia & ut res persufuentes, & ad id, ad quod nati sunt, non amplius viles.*

Chrysostr. oratione in illud Phphetæ. *Noli timere, cum diues factus fuerit homo, leonem qui mansue fieri non potest, tamen cicurem facis, & te magis ferum, quam lupus est præstas? id quod eo grauius est, quod vnaqueque bellua conditione prædita est? Veluti lupus ad rapinam natus est, anguis ad dolum, aspis ad venenum dandum. In homine autem improbo hoc non inest. Non enim vna varietas nature sæpe inest in homine, sed simul, & rapax est, & dolo agit, & virus spargit, vitiaque bestiarum in animum suum concludit.* Id est, bruta, quodammodo irrationalem naturam exuunt, & ad humanos mores accedunt, homo vero propriam naturam exiit, & brutorum induit. Insuper è sententia Chrysostr. singulari brutorum genera, singulari vitia imitantur, hoc vium, aliud verò aliud, vnus verò est homo, qui omnium brutorum vitia in se transferat: vt quondam de Hippocentauro, & Chimera Poëtæ sinxerunt. Eius figuram accipe ex Ouidio 6. Metamorphoseos.

Quoque Chimera ingo medys in partibus hircum, Peetus, & ora lea, caudam serpentis habebat.

7.
Lucæ 15. 9.

Lucæ 15. 9. *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, non ne accendit lucernam, & euerit domum, & quarit diligenter donec inueniat? Ibi quidem erat drachma sed tenebris, & ruderibus delitescbat, adeo vt, & accendere lucernam, & euertere domum necesse fuerit huic mulieri, vt eam inueniret. Drachma vt placet Chrysofomo Homil. 4. in Lucam Regis effigiem impressam habebat. Quam si ad mores transferas, hominis natura est iuxta Chrysofostomum, cui diuina imago impressa est: hæc autem drachma inter peccatorum sordes, & tenebras delitescit, & absconditur adeo, vt vix quidquam appareat, quod hominis naturam referat. Et nisi magna cura, & diligentia adhibita vix vestigiū vllum humanitatis inueniatur. Chrysofostomi verba transfero. *Quem hominem, & drachmam nominat propter monetam, & Regis similitudinem figurat in drachma, quod pecunia genus est, hominem significat, quod illi tanquam nummo imago, & super scriptio Regis celestis insculpta sit. Querit ergo drachmam accensa lucerna mulier, & mundata domo inuenit; hoc est homo illuminatus verbo, & misericordia Dei, gloriam naturæ suæ in quam ad imaginem, & similitudinem creatoris sui creatus est, quam obscuratam peccatis in domo cordis tenebris erroris amiserat, emundatis sensibus reperit.**

Chrysof.

8.
Chrysof.

Expendenda verba Chrysofostom. Homil. 59. in caput 10. Ioan. *Difficile est purum hominem inuenire. Quasi omnes homines hoc ipso quod peccant, nescio quid ex aliis animantibus contraxerint, vt de Harpiis, Faunis, Satyris, Syluanis, Hippocentauris, & Syrenibus finxerunt Poëtæ. Quæ dimidia ex parte humanam naturam, dimidia altera variam animantium, & ferarum referebant naturam. Vt exteros auctores taceam inferenda mihi verba. Hieronymi in vita Pauli. Qui ait. *Quærenti Paulum Antonio in eremo eiusmodi monstrum occurrisse. Vidit homunculum ad uncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarum pedes desinebat. Et præmisso signo crucis, cum quidam esset interrogasset Antonius respondisse fertur. Mortalis ego sum vnus ex accolis eremi: quos vano errore delusa gentilitas faunos, satyrusque, & incubos appellat. Hæc ille. Ergo adeo vitium apud homines adoleuit, vt vix quicquam inueniri possit, qui aliqua ex parte ferarum speciem non referat aliquam, ob innatum vitium.**

Hieronym.

9.
Eccl. 12. 3.

Hanc veritatem quasi epilogum suæ doctrinæ præfixit Ecclesiastes cap. 12. 3. *Finem loquendi pariter audiamus, Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Id est, hac breui oratione naturam hominis circumscribes, & definies: Time Deum, & mandata eius obserua. Id est, Deum cole, & dicta eius exequutioni manda, hoc est enim homo, in hoc enim hominum natura, ratioque consistit. Hoc modo exponit hunc locum Chrysofostomus Hom. 1. de incomprehensibili Dei natura his verbis. *Deum enim metuo, inquit, & mandata eius custodi, quoniam hoc homo quæque est: quod si homo nihil aliud sit quam Deum timere. Timor autem Dei ipse non nisi ex scientia, scientia autem destruetur, vt Paulus testis est, aliquando omnia nostra amittemus, & scientia priuati omnino peribimus, & nulla ex parte melius imo multis ex rebus vilius, quam alia bruta euademus. Expende verba illa Chrysofostomi. Scientia item destruetur. Quæ sumpsit ex Paulo 1. Corinthiorum 13. 8. *Siue scientia destruetur: Quæ ad nostrum sensum perducit Chrysofostomus. An apta, an extorta expositione non disputo. Ergo sensus est verborum Pauli, vt Chrysofostomo placet, siue***

Chrysof.

1. Cor. 13. 8.

scientia destruetur, id est, siue homo innatum rationis lumen exuerit, & in brutorum abierit stoliditatem.

Eundem sensum elicit Ambros. lib. de Isa. cap. 1. ex illis verbis Canticorum 1. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, id est, nisi te tuæ naturæ subeat memoria, & iuxta humanos canones, & regulas opereris, velis que potius in brutorum abire stupiditatem: Egredere, &c. Pullulâtia vitia ad viuū refeca, & intra fines virtutis te coërce. Ambros. verba transcribo. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. Nisi cognoscas te decora inter mulieres, quæreris, quod derelicta sis, nisi te cognoscas, nisi te pœniteat lapsus tui, nisi intentionem deuotionis approbes, nisi fides tua, & sinceritas augeatur, quærela nihil proderit. Ac sic nisi cognoscas te, quia decora es, nisi pulchritudinem naturæ tuæ serues, & corporis te illecebra non demergant, nec impedimenta detineant, nihil tibi natura melioris natiuitas suffragabitur.**

10.
Cant. 1. 7.

Ambros.

Sed ad Chrysofostomum redeamus, qui Homil. 23. in Genesim pro nobis exponit verba illa Gen. 6. 9. *He sunt generationes Noë: Noë vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Præmisit Moyses se velle literis mandare generationem Noë, scilicet auos atauos, & proauos, & eius genus ab Adam vsque Noë protrahere, sed eius, quod promiserat velut immemor ad Noë animum, & virtutem recurrit, scilicet: *Noë vir iustus, atque perfectus, &c. Huius rei rationem reddit Chrysofostomus, nempe quia ille tantum hominis nomen meretur, qui pius, & iustus est. Rem confirmat ex Esaia cap. 50. 2. *Quia venit, & non erat vir: scilicet, omnes ob peccatum in belluas, & feras transferant. Annectit verba illa Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Id est, fingamus ex luto hominem, ad imaginem, & similitudinem nostram: Quod dixerat exposuit quasi aliquis quæreret: sed quæ est eius hominis, quem condere statuis, natura? Cui respondetur: *ad imaginem, & similitudinem nostram. Scilicet vt sit iuxta imaginem, & similitudinem nostram, hoc est, vt moribus diuinas virtutes referat, nam qui ab eis abest, à natura prorsus humana desciuit. *Ista sunt generationes Noë (ait Chrysofostomus.) Noë homo iustus, perfectus in generatione sua, ideo placuit Noë. Rarus & alienus genealogia modus. Nã vt Scriptura dixit: *He sunt generationes Noë, & aures nostras spe quadam impleuit, quasi genealogiam illius narratura, & quis eius Pater fuerit, & vnde genus duxerit, & quomodo in hanc vitam editus, & alia, quæ nos est genealogiam narrantibus, recensere: Relictis autem illis omnibus, & etiam superiore consuetudine, inquit, Noë homo iustus in generatione sua, ideo placuit: *vidisti admirabilem genealogiam? nam ceteri ob carnales voluptates, quibus immergi erant amiserant esse homines. Iste, inquit, in tanto populo imaginem hominis reseruauit. Tunc enim homo est, quando virtutem colit. Audi etiam Prophetam clamantem, & dicentem in media Hierosolymorum Metropoli, *ubi tot millia hominum, & tot multitudines innumera: *veni, & non erat vir, vocauit, & non erat qui audiret, non dicit quia non aderant, sed quia presentes nihil meliores erant, quam si non essent presentes. Et alio quidem loco, *discurrite, & videte si est vnus qui faciat iudicium. Hunc nostrum Prophetam imitatus est apud exteros ille Philosophus, qui accepta meride lucerna per plateas, compita, & vicos hominem in magna hominum, frequentia quærabat. Quasi omnes, qui aderant in brutorum naturam abiissent. Subdit Chrysofostomus: *Hæc de causa genealogiam iusti promittens diuina Scriptura: dicit Noë homo, hic enim************

11.
Gen. 6. 9.

Esa. 50. 2.

Gen. 1. 26.

Chrysof.

solus homo. Ceteri autē non homines, sed humanā gerentes formam, & ex hominibus in bestias mutati malitia generositate nature amiserant. Quocirca ab initio cū vidisset Deus factum à se dicebat: faciamus hominem ad imaginē nostram, & similitudinem, hoc est, ut imperet, & visibilibus omnibus, & passionibus suis, imperet, non ferat imperium. Itaque amissa dignitate magis subditus est, & imperium fert potius, quam imperet, amisit, & nomen, quod sit homo, & brutorum in se nomina transtulit. Non prætereunda obiter verba illa Chrysofomi. Hoc est ut imperet, &c. Quibus interpretatus est vers. 26. Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsint piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, uniuersaque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Id est, faciamus hominem rationis capacitam, qua nostram naturam referat & exprimat, ait Deus. Sed in quo hæc ratio, humanaque natura sita est? Subdit: Et præsint piscibus maris, &c. Chrysofomus per pisces, volucres, & bestias terræ altiori sensu intelligit varios animi motus, quibus homo imperaturus est. Ergo si quæ ras in quoniam naturæ humana ratio sita est, qua homo, & Deum imitatur, & reliquis animantibus antecedit. Id tibi præsens locus subiicit, scilicet ut sibi suisque affectibus imperet.

Gen. 1. 26.

12.
Psal. 48. 13.

Item Chrysofom. nobis arma ministrat ex illis verbis Psalm. 48. *Et homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Scilicet homo cum ad imperandum bestiis conditus esset, vltro hunc honorem à se abiecit, & se bestiarum vitiis immergens, earum etiam naturam induit. Imò addit Chrysofomus multo illis deterior, & inutilior redditus est, quia brutorum mores in hominum vtilitatem inflectimus, at hominum vitia sibi aliisque hominibus multum nocent. Et homo cum in honore esset (ait Chrysof.) non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hinc mihi videtur Propheta deplorare, & quod animal rationis particeps, cui fuit traditum regnum in terris, eo declinauit, ut esset minus vtile, & abiectum, quam bruta, dum in rebus vanis laborat, & ea quæ sunt suæ salutis contraria molitur. Expendit insuper Chrysof. verba illa. Et similis factus est illis. Id est bestiis, & iumentis, non vni bestiarum, & iumentorum generi, sed multis, vel omnibus. Vnus homo variis belluarum generibus similis factus est, cum animalia inter se differant, natura, & viribus, nec alterum alterius naturæ se inferat, sed vnunquodque intra cancellos proprii generis se contineat: at idem homo lupus factus est, dum lupi rapinam imitatur, & vulpes dum dolo annectit, & equus dum veneri indulget, &c. Ergo subdit Chrysofom. Sed hi, qui de futuris nihil sciunt sunt brutis deteriores, neque hi solum, sed etiam hi qui sceleratam, & perditam vitam agunt, vtpote, qui fiunt serpentes, scorpij, & lupi propter improbitatem, & oves, & boues propter ignorantiam, & canes propter impudentiam. Et ideo vocat eum brutum Propheta, quoniam cum ignorantiam se iugo submisserit bruto deterius dicitur. Illud enim est vtile, & aptum ad agriculturam: hic autem qui se subiicit ignorantiam, illo etiam in hoc factus est, deterior.*

13.
Esaï. 1.

Esaïæ 1. *Visio Isaïæ filij Amos, quam vidit super Iudam, & Ierusalem in diebus Ozia Iosathan, Achaz, & Ezechie Regum Iuda. Audite cæli, & auribus percipe terra. Mirum quod ad Iudam, & Ierusalem initio orationem dirigat, & postea cælos, ac terram alloquitur, insensibiles scilicet creaturas, & rationis expertes. Huic dubio respondet Chrysof. Homil. 3. de pœnitentia, scilicet quod homines mentem & sensum abiecerant, & in bruta transferant, vnde eos terram appellat. Visio (ait Chrysof.) quam vidit*

Esaïas super Ierusalem & Iudam. Dic visionem, quam vidit? Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus est. Alia premisisti, & alia dicis. Quæ alia præmisi? Præmisisti dicens; visio super Iudam, & Ierusalem. Cælum alloqueris, atque in terram sermonem declinas, dimittens rationales homines irrationabilibus cum elementis disputas. Ita, inquit, quia irrationabiliores facti sunt rationales.

Genes. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsint piscibus maris, & volatibus cæli, & bestiis, uniuersaque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Rationem, ob quam hoc dominium homini sit elargitus Deus, assignat Chrysof. Homil. 1. in Genes. scilicet ut, Dominum pudeat imitari mores, & studia seruorum. Non aliter, ac deceat Regem seruorum habitum induere, & propriæ maiestatis insigne abicere. Factus es Dominus (ait Chrysof.) bestiarum, noli seruorum mores imitari, non quod mala sint bruta animalia. Nihil enim mali à bono creatū est. Quemadmodū enim si vir quispiam illustris, & nobilis seruili toga sit indutus, aut amictus, probro afficitur, & ignominia notatur, non quod vestis illa sit vilis, aut sordida, sed quod seruo quidem deceat, libero vero non conueniat. Ita si scorpij lupique mores induas non brutorum accusatur natura, sed conditio tua probro afficitur, quæ Dei sortem cum naeta sit, ea, quæ sunt seruilia sectetur.*

14.
Gen. 1. 26.

Chrysof.

Psalm. 82. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Hoc discrimen est inter sonitum, & verba, quod sonitus ad inanimata referatur, voces vero râtummodo hominibus conueniant. Nam ut habet communis Philosphorum schola: Vox est aëris ictus, in his, quæ sunt ad vocalem arteriam, cum intentione ad aliquid. Quæ vocis definitio hominibus tantum aptari potest. Ergo fatius Propheta diceret, quoniam ecce inimici tui magis loquuti sunt; quam sonuerunt. August. exponens hunc locum ex verbo illo, inimici tui, rationem reddit, nimirum qui cum Deo inimicitias gerunt ab humana natura longè absunt, & idè voces in verba formare non possunt, sed veluti animantia rationis expertia sonitum tantummodo edere valent. Audi August. Quoniam ecce inimici tui, &c. Nouissimos dies significare videtur, quando hæc, quæ nunc metu comprimuntur in liberam vocem eruptura sunt, sed planè irrationabilem, ut sonitus magis quam loquutio, vel sermo dicendus sit, non itaque tunc odisse incipient, sed qui oderunt te, tum leuabunt caput. & infra. Venite disperdamus eos de gente, ipse est ille sonus quem sonuerunt magis, quam loquuti sunt, quoniam inaniter inania strepuerunt.*

15.
Psal. 82.

August.

Adde Bernardum sermone 3. in Psalm. *Qui habitabat. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium.* Diabolum aucupi comparat Dauid, qui retia tendit, & vilco aues fallit: nempe, quia homo relicta natura humana, & moribus in accipitris, & rapacis aquilæ naturam transiuit. Vnde contra peccatorem non acies instruendæ, non manus conferendæ, sed retia paranda, & viscus. Verba Bernardi accipe. Ergo ipse liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Ergone bestia sumus nos? bestia prorsus. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Expende verba illa iumentis insipientibus, iumenta stupiditatem quidem habent, sed multam vtilitatem hominibus afferunt: at peccator, & stolidus redditur, & sibi pariter, & omnibus inutilis.

16.
Psal. 90.

Bernard.

Item Bernardus sermone 30. ex paruis hoc idem deducit ex illis verbis Psalm. 23. *Qui non accepit in vano animam suam.* Anima utique rationalis idè hominibus datur, ut ad opera multa cum ratione facta

17.
Psal. 23.

facta hominem instruat, qui ergo in brutorum insipientiam abiit, in vano animam rationalem accipit, si quidem irrationabilibus operibus eam immergit. Et veluti emissa anima rationali belluinam induit. His verbis suam mentem promit Bernardus.

Bernardus.

De catero ne in vanum acceperimus animas nostras rationales, exerceamus nos in operibus bonis, & consilio rationis utamur. Quomodo ergo non frustra humanam accipit homo animam, qui tamquam unus ex irrationabilibus animantibus incubans corporeis voluptatibus solum sequitur carnis appetitum. Eundem sensum habent teste Bernardo ferm. 25. in Cática verba illa Cantorum 1. *Si ignoras te à pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.* Priora verba superius cum Ambrosio exposuimus ad rem propositam, nunc verò ad eandem cum Bernardo posteriora quoque exponamus, nempe, Abi post vestigia gregum tuorum, id est, nisi tibi imperaneris, si fræna voluptatibus laxaueris, ibis post vestigia gregum tuorum, id est, similibus omnino brutis animantibus efficiaris, & in eorum naturam quodammodo abibis. Bernardum loquentem excipe.

Cant. 1. 7.

Merito igitur eo ipso censetur homo egredi, & post ire gregalibus animantibus quod solum hoc animal conuersatione degeneri iura nature transgrediens, rationis compos expertia rationis moribus, & affectibus imitetur. Ergo sententia Bernardi non præcedere, sed subsequi dicitur peccator brutorum animantium greges, quia multo illis peior est, nam vitia quæ illis natura sunt insita homo sponte imitatur.

Bernardus.

r 8.

Sed ex humanioribus literis subsidium aliquod pro hac re petamus. Quæ inanium fabularum velaminibus rem hanc obtulerunt. Nam Circeam illam sole natam quibusdam herbis, poculis, & præcantationibus homines amentasse dixerunt, & in varias animantium figuras traduxisse. Hoc cecinit Virgilius 7. Æneidos his carminibus.

*Proxima circea raduntur littora terra,
Dines inaccesos ubi solis filia lucos
Assiduo resonat cantu: rectisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tentus percurrens pectine relas,
Hinc exaudiri gemitus, ireque leonum
Vincla recusantum, & fera sub nocte rudentum.
Setigerique sues, atque in præsepibus vrsi
Sauris, ac forma magnorum vlnulare luporum:
Quos hominum ex facie dea saua potentibus herbis
Indurat Circe in vultus, ac terga ferarum.*

Si huius fabulæ nucleum eruere velis fuit Circe famosa meretrix ob pulchritudinem solis filia dicta, quæ facie venustate, cantusque suavitate, plusquam Gaditana saltatione homines in suam libidinem pellicebat: vnde in varias eos transmutasse figuras dicitur, id verò apertè tradit. Horatius epistol. 2. his verbis.

*Syrenum voces, & Circe pocula nostri,
Quæ si cum socijs stultus, cupidusque bibisset.
Sub domina meretrice fuisset turpis, & excoors.
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.*

VERS. II.

Timor Domini, gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exaltationis.

I. En tibi quo sapientiæ laudatio, quam præmiserat, tendat. Laudat sapientiam vt ad eius amorem homines pertrahat. Cum verò eos eiusdem sapientiæ amore flagrantem vidit, subdit. *Et effudit illam, &c.* Id est, vnum Deum hanc sapientiam hominibus communicare diligentibus se, vt hac ratione homines ad Dei amorem, & reuerentiam paulatim

pertrahat. Ergo timor Dei, id est, cultus, & religio erga Deum animique submissio celebrem hominem facit, lætitia perfundit animum, & corona, quæ in rebus lætissimis gestari solet, præcingit.

2.

Timor Domini. Non vt propriè fugam à malo futuro significet, sed potius animum erga Deum submissum, religiosum, & reuerentem.

3.

Gloria, Alij ad Deum referunt: quasi cum homines Deum reuerentur, eum gloriosum reddant, & veluti corona ornent. Sed absque dubio referendum est ad ipsum Dei cultorem. Gloria, id est, addit magnum honorem, & decorem, & claram opinionem.

4.

Gloriatio, id est, animos facit, vt quis se possit erga homines extollere, & gloriari, sed in Domino.

5.

Et corona exultationis. Vtebantur corona Reges, & nonnulli sacerdotes, item qui triumphum agebant. Insuper in rebus lætissimis, & lautis conuiujs. Ergo vt de his coronis agi significaret, addit exultationis, id est, illa corona ornabit cultores suos, qua in lætitia effusa homines vti solent.

6.

Paulus de Palacio. 1. Gloria, id est, ius ad beatitudinem 2. Gloriatio, celebrem hominem facit apud homines. 3. Lætitia animum exhilarat, & firmat conscientiam. 4. Corona exultationis, id est, triumphum agit de tentationibus, vel, velut Rex animum suum moderatur.

7.

Hugo, Gloria, conscientia munditia iuxta illud 2. Corinthiorum 1. *Gloria nostra hac est testimonium conscientia nostra.* 2. Gloriatio, humilitas, nam cum quis gloriam Dei cognoscit humilis redditur, iuxta illud Psalm. 113. *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* 3. Lætitia, spes de futuro bono. 4. Corona, beatitudinem intelligit.

8.

Lyra, Integrum locum de beatitudine exponit, ad quam per Dei timorem peruenitur. 1. Gloria, id est, habitus gloriæ. 2. Gloriatio, id est, actus gloriæ. 3. Lætitia pro dotibus ad corpus pertinentibus. 4. Corona, qua perfectè de inimicis triumphum agimus. Sed hæc cum sensu historico nihil commune habent.

ETHOLOGIA XIV.

Varia, quas affert Dei timor utilitates varijs nominibus significantur.

I.

Timor Domini, gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Multa nomina, congerit author, quibus varias timoris utilitates ostendat, quem nos sequentes multa item in hac Ethologia conglobabimus, quibus varia item commoda eiusdem virtutis aperiamus. In primis hoc nomine iusti à reliquis hominibus discernuntur. Est enim timor Dei velut peculiare quoddam iustorum hominum nomen, vt quondam Israëlita nomine proprio dicebantur, qui timent Deum, hoc significant verba illa Psalm. 117. *Dicant nunc qui timent Dominum, quoniam in seculum misericordia eius.* His verbis exponit quod præmiserat: *dicat nunc Israël. Quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.* Ac si dicat, si quæras quo nomine hi Israëlita vocentur. Respondeo propria appellatione vocari, qui timent Deum, aut timentes Deum. Quo item nomine eos appellauit. Actor. 13. *Viri Israëlita, & qui timeris Deum.* Id est, qui propria appellatione vocamini, qui timeris Deum. Non modo Deum colentes à timore nomen acceperunt, verum ipse Deus timor dicitur exponente Ruperto lib. 7. de

Psalm. 117. 4.

Act. 13. 17.

Gen. 31. 53. Trinitate cap. 47. verba illa ex Genes. 31. 53. *Iuravit ergo Iacob per timorem Patris sui Isaac.* Id est, iuravit Iacob per Deum Patris sui Isaac, quem timorem appellat. Ergo colentes Deum timentes appellantur ab ipso Deo qui timor dicitur. Ruper. verba transcribo. *Bene ergo dictum est quia iuravit Iacob per timorem, id est, per Deum Patris sui Isaac, Deus enim à timore nuncupatur. Quod Græcè Θεός dicitur.*

2. Item timor Dei est humana vitæ legislator, qui vtilis, & salubres leges fert, quibus tota humana vita componitur. Potiori iure, quam draco ille, aut Lycurgus Atheniensium Legislatores: vel Plato, aut Aristot. qui de legibus multa scripserunt. Hoc innuit David Psal. 9. *Constituè Domine Legislatorem super eos.* Paraphrasis Chaldaica: *Incutè eis timorem.*

3. Item Basilius. *Timor Dei est frater anima.* vt enim frano equum quoquo volumus circumferimus, & in quamlibet partem versamus: ita si animæ nostræ timorem iniiciamus eam ducimus, & reduci-mus, quo recta ratio, velut fessor insidens decernit.

4. Habet etiam inter alias virtutes timor Dei ius maioratus, ex nostro authore cap. 10. 24. *In medio fratrum rector illorum in honore, & qui timent Dominum, erunt in oculis illius.* Vt enim frater maior natu reliquis præfertur, & facultatibus, & honore; ita Dei timor reliquis virtutibus tempore antecedit, & quodammodo eis alimenta ministrat. Vt in eis qui iure primogenij patrimonio potiuntur, reliquis fratribus annuos redditus donant, quibus vitam transfigere possint. Vide de hac re part. 2. titulo 5. leg. 2.

5. Gregorius homil. 4. in Ezechielem exponens verba illa cap. 1. *Dua penna eorum iungebantur, & dua tegebant corpora eorum.* Duas alas, quæ sursum erant, duas virtutes esse ait, nempe amorem, & spem. Duas verò inferiores timorem & pœnitentiam, vt enim illi qui nauigio vehuntur, quo securius incedere queant, & vela ex antenna, maloque suspēdunt superius, quibus venti flatus excipiant: & immisso inferius pondere nauem saburrant, ne ventorum vi quoquo versus circumferatur. Ergo timor in anima veluti saburra est, quo mentem aduersus contrarios flatus stabilimus. Audi Gregorium. *Si enim vigilanter aspiciamus quatuor esse virtutes inuenimus, quæ à terrenis actibus omne pennatum animal leuant: in futuris scilicet amor, & spes, de præteritis autem timor, & pœnitentia.* Et infra: *Quatuor itaque pennis sancta animalia vtuntur, quia per amorem, & spem ad caelestia euolant, & per timorem, & pœnitentiam facta in se illicita deplorant.*

6. Isaia 8. *Dominum exercituum sanctificate, ipse fauor vester, ipse terror vester* Pagninus transtulit. *Erit vobis in palatium.* Dei enim timor domus planè regia, & Imperatoria est, quæ amplam satis illi exhibet habitationem. Reliquæ virtutes veluti priuatæ domus, vel tuguriola sunt, in quibus Deus angustam habet domum, verum timor regium planè exhibet illi palatium. Alij transtulerunt. *Erit vobis in asyllum.* Est enim asyllum locus ipsa religione tutus, quæ neque expilare victa, & capta ciuitate licebat, vel auellere ad illud confugientes etiam fontes homines. Ergo timor locus est inuiolabilis, & iure sacer, ad quem confugientes neque extrahere licet, neque eo ad profanos vsus vti. Dum enim peccator æternæ damnationis reus ad timorem confugit, sanctitate, & religione loci tutus est à Dei iustitia. Tribuimus autem hic, & alibi sæpe Dei timori à peccatis liberare. Non quia Dei timor absque charitate hominem à peccato mundet: sed quia initium iustificationis meritò à Patribus dici-

tur, & quia per se sanctus, & laudabilis est.

Exodi 1. Cum præcepisset Pharaon obstetricibus Ægyptiis masculinos fetus Hebræorum interimere, famineos verò asseruare subdit Moyses. *Timuerunt obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum Regis Ægypti: sed conseruabant mares.* Et infra. *Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusque est nimis. Et quia timuerunt obstetrices Deum, adificauit eis domos.* Sed quas quæso obstetricibus domus ob timorem Dei ipse adificauit: Philo Iudæus de migratione Abrahæ adificauit eis domos tutissimas, & fortes, quibus se à Pharaonis ira, apud quæ offenderant, tutarentur. Apprimè fortissimæ arces ad tutelam, in præmium timoris obstetricibus adificantur: est enim timor turris fortissima, arx munitissima, ad quam homines ira Dei perculsi confugiunt, & se ipsos tutantur. *Quando ego quæ- que mihi domum (ait Philo) faciam? Quando contemptis sensibus, & sensibilibus mentem, & cogitationem versabo cum rebus ratione contemplandis. Sicut perquisitores rerum obscurarum anima, quæ obstetrices solent nominari, nam hæc faciunt propria tecta, & promptuarium studiosis virtutis animabus: sed nullum munitius adificium, quam timor Dei qui habitantibus eum pro arce est inexpugnabili. Quoniam, inquit, timebant obstetrices Deum fecerunt sibi ipsis domos.*

Basilius in cap. 1. Eliaæ. *Exquirite iudicium.* Vocat timorem Dei animæ Pædagogum. Vt enim pueris ne in vitia deflectant honestis moribus vir quæritur, qui eum assiduè comiteretur, lateri adhaereat, gressus dirigat, motusque omnes corporis, & animæ ordinet, atque componat; eadem prorsus ratione Deus Optimus Maximus nobis timorem præfecit, qui pueriles motus coerceat, hominem in officio contineat. Basilij verba accipe. *Exquirite iudicium Christi videlicet secundum quod de nobis fert sententiam singulis quibusque nostrorum pro meritum qualitate rependens mercedem. Quod quidem nisi obseruemus, nisi præ oculis habeamus: ne possimus quidem persistere in illo opere bono, attentæ enim cogitatione arcanorum, nobisque formidabilium, quæ in tremendo iudicio se offerunt, Pædagogus est, & ad perficiendam pietatem.* Multa huc ex Clemente Alexand. lib. de Pædagoگو transferri possunt. Chironem Achilli puero Pædagogum antiqui præfecerunt, qui inflatis flagellis eum ad tantam virtutem efformauit. Ob quod munus optimè præstitum inter sydera relatus est. Longa rerum series huic loco inferi potest, vt timorem Dei cum Pædagoگو componamus, præcipuè ex nostris legibus part. 20. titul. 7. l. 4. vbi sic habes. *Ergo tanto quere decir en lenguaxe de España como home que es dado para nudrir mozo eade auer todo su entendimiento para mostrarle como haça bien.* Et infra. *Onde por todas estas razones deuen los Reyes querer guardar bien sus fijos, e escozer tales ayos que sean omes de buen linaxe, e bien acostumbrados, e sin mala saña, e sano, e de buen seso.* Quibus verbis breuiter pressit ea quæ in Pædagoگو exquiri debent, quæ omnia ad Dei timorem aptari possunt. Basilio ad stipulatur Ambrosius hom. 42. in cap. 19. *Actorum. Et quasi Pædagogus quidam metus assistit ad omnia quæ oportet illum componens.*

Exodi 20. 18. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinae, montemque fumantem.* Perfectis quidem Deus est flamma ignis, quos illuminat, & accendit: imperfectis verò fumus quia per timorem conturbat. Est enim timor fumus, quia lacrymas elicit, & flammam antecedit, vnde Moyses in rubo non fumum, sed flammam iubar explicantem vidit: hic verò populus, qui incipientes refert,

refert, fumantem montem suspexit. hoc ex Ruper-
to transcribo lib. 3. ex cap. 53. *Cunctus autem pop-
ulus videbat voces, & lampades, & sonitum buccina,
montemque fumantem. Videbat voces, id est, intelligebat:
sed eum, qui voces formidabat, Deum non videbat: quia
videlicet non erat in omnibus integritas fides, vel perfe-
ctio timoris Domini, qua Moyses perfectus fuit. Et iccir-
co flammam sine fumo in rubo vidit: & perterriti, & pa-
uore concussi, steterunt procul, & dixerunt ad Moysen:
loquere tu nobis, & audiemus.* De fumo accipe Proble-
ma 50. ex sectione 10. Arist. *Cur animantium homo,
maximè fumo accipi possit? An quod homo maximè lac-
rymam emittit: fumatio autem non nisi cum lacryma est?*
Vni homini ex omnibus animantibus fumus nocet,
quia ab eo vno lacrymas elicit. Timor autem
dolorem, & lacrymas pœnitentiæ extorquet ab eis,
qui humaniores sunt, non verò ab illis qui duro
sunt corde. Huc etiam addendum Problema 22. ex
sect. 31. *Cur fumus oculos potius infestat? An quia infir-
missimi sunt? Ergo timor magis peccatores sollicitat,
& vrget, quia infirmiores.*

Gregorius lib. 6. moralium cap. 27. *Sed inter hæc
sciendum, quia sapè ut pigras mentes amor Dei ad opus
excitat, & inquietas in contemplatione timor reseruat.
Anchora enim est pondus timoris.* Ut enim ipsa an-
chora nauigium figimus, ne vi ventorum circumferatur,
aut ad scopulos, & scyrtas allidatur, eadem prorsus
ratione, immisso timore Deus hominum mentes
contra insurgentes tempestates figit. Accinit Chryso-
stomus Homil. 4. in cap. 1. ad Romanos. *Ut ne
igitur hoc eueniat Dei exactum timorem ante oculos ha-
beamus. Nihil enim ita hominem perdit, quam si illum
contingat ab hac anchora excidere, quemadmodum ni-
hil contra, ita illum seruat, quam continuus in illum
aspectus.*

Idem Gregorius lib. 29. mor. cap. 5. in hunc sen-
sum adducit verba illa Iob 38. 13. *Numquid tenuisti
concutiens extrema terra, aut excussisti impios ex ea?*
Quæ verba hac ratione exponit Gregor. *Subandis,
ut ego? qui in suis ultimis sapè peccatores territando, con-
cutiendo teneo, & ab eorum cordibus impios cogitationum
motus euello.* Ergo timor est veluti genus quoddam
instrumenti, quo Deus homines à peccatis abducit.
Ut enim omnes artes instrumentis quibusdã vtun-
tur ad opera sibi propria, eadem prorsus ratione ad
vitium pellendum, virtutemque inserendam Deus
timore vtitur, veluti proprio, aptoque instru-
mento.

Item vocatur à Paulo thesaurus, quia magnam
utilitatem Deo parit. Dum enim incusso timore
peccatorem Deus territat, eum à fece peccatorum
extrahit. Romano. 2. 5. *Secundum autem duritiam
tuam; & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in
die iræ.*

Vocatur insuper animæ perspicilia, quæ oculis
animæ aciem mentis acuant. Hac ratione exponit
Chrysostomus verba Psalm. 117. *Dicant nunc qui timent
Dominum, quoniam bonus; quoniam in seculum misericor-
dia eius.* Non omnes dicunt hunc hymnum Deo;
sed qui timent Deum, nam reliqui cæcutiunt, &
quasi in mediis tenebris palpant; hi vero, qui Deum
timent clarissimo lumine cuncta vident. Chryso-
stomus verba offero. *Dicant omnes qui timent Dominum, quod
bonus, quod in seculum misericordia eius: Hi enim sunt,
qui maximè videre possunt eius benignitatem, & clemen-
tiam, & per omnia discere bonitatem. Sunt enim quedam
affectiones, quæ stultis sapè tenebras offundunt.*

Idem Chrysostomus exponens verbum. Psalm. 127.
Beati omnes qui timent Dominum. Timorem compa-
rat cum armis, quibus milites ad pugnam muniun-

tur, & ad bellum armantur. Antiquorum fabula
ferunt quorundam arma ea arte, & æris temperie
fuisse excussa, vt nulla hominum vi diripi possent,
facileque ictus etiam fortissimos eludere vale-
rent, vt de Achilles armis apud Homerum, quem
imitatus est Virgilius lib. 8. de armis Æneæ.

*Ille Dea donis, & tanto latus honore
Expleri nequit, atque oculos per singula voluit,
Miraturque, interque manus, & brachia versat.
Terribilem cristis galeam, flammâsque vomentem,
Fatiferumque ense, lorica ex ære rigentem
Sanguineam, ingentem: qualis cum cœnula nubes
Solis inardescit radijs, longèque resulget.
Tum leues ocreas electro, auròque recocto,
Hastamque & clypei, non enarrabile textum.*

Hæc quidem hominum deliramenta protendunt
tamen Dei timorem ad eum esse inexpugnabilem, vt
ad nullos dæmonis ictus cedat, sed facile omnes
patiatur, toleret, illudat. *Nullum est enim malum (ait
Chrysostomus) quod non extinguat Dei metus. Nam quem-
admodum ignis, quodcumque ferrum caperit contortum,
vel rubigine confectum, id clarum reddit, & pulchrum,
rubiginem abstergens, & quod in eo erat peruersum, &
inflexum perfectissime corrigit. Ita etiam Dei metus vel
exiguo tempore facit omnia, & eos, qui eo contempti sunt
nulla re humana frangi sinit.*

Dicitur etiam Dei timor medicamentum, seu po-
tio, qua hausta anima purgat vitia. Ut enim medici
postquam humorem decoxerint amaris frequentius
potionibus humorem extrahunt, ita etiam Dei timor,
omnia hæc vitia purgat. Hæc est mens Chry-
sostomus Homil. 1. in Acta. *Quærit ibi cur non statim
post Christi Domini in cœlum ascensum Spiritus
sanctus diffusus sit in Apostolos? Respondet, vt
paulatim timore purgati futuram sanitatem felicius
exciperent. Hoc idem & in Paulo notat Chry-
sostomus, qui Christi voce ab equo excussus triduo cæcus
permanit, priusquam Ananias ad eum mitteretur
Christi mandata perferens, & hominem instruens:
scilicet metu prius purgandus, quam Dei
verbum disseminandum aggredere. Sic & Paulo
(ait Chrysostomus) non statim data est gratia, sed triduum
intercessit, quo fuit cæcus, atque interim metu purgatur, &
preparatur. Etenim quemadmodum illi, qui purpuram
tingunt, prius quibusdã alijs coloribus preparant, id
quod tincturam accipiet, ne flos dilutus, & enanidus fiat,
& iidem, & hic prior animi sollicitudinem Deus prepara-
uit, ac deinde infundit gratiam, eandem ob causam, nec
spiritum illis commisit, sed die quinquagesimo. Hæc
Chrysostomus expende etiam similitudinem illam de
eo, qui ad excipiendam purpuram præparat lanam,
nec enim vacat singula persequi.*

Item Chrysostomus Homil. 3. in cap. 3. ad Gal. Timorem
quem lex incutiebatur murum vocat, quo homines
continebantur, & insurgentes hostes arcebant.
Hoc enim circumdari, facile dæmonis incursum re-
tundimus. *Lex enim (ait Chrysostomus) timore velut muro
quodam continens illos, ac secundum ipsam mundi necessi-
tatem constringens, reseruabat illos fidei.*

Item Chrysostomus Homil. 6. in caput 2. ad Philip. timorem
comparat incudi, & malleo, quo æra in vasa vtilia
formantur. Cum enim sapius Chrysostomus auditoribus
suis metum incuteret, nec vnquam lætam, & suauem
orationem inferret, magistri seueritatem ægrè ferentibus
his verbis responderet: *Ne sitis igitur ad istorum verborum
grauitatem difficiles, nam ista verborum grauitas
occasionem animabus vestris à peccato fugiendi parit. Nam ferrum
grauè est, & malleus grauis, verù vasa vtilia, & argentea,
& distorta dirigunt, ita vt nisi graua, & distorta essent,
distortam materiam*

materiam utique dirigere non possent. Ad hunc ergo modum potest noster gravis sermo animum componere, ne fugiamus igitur verborum gravitatem, neque illorum verbera.

17. Cum fessore equi componit Dei timorem Chryso-
st. homil. 2. in caput 1. 2. ad Thesalō. Ut enim qui
equo insidet, cum quo vult versat, nunc adhibitis
calcaribus ad cursum impellit, nunc subsistere cogit,
nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum, nunc recta
equum pertrahit, eadem prorsus ratione quoquo
vult animum nostrum adigit, *animus enim* (ait Chry-
sof.) *ab ineunte etate hac futurorum expectatione, ac demissione induitus, non statim hunc metum excutit, sed quasi quidam obsequens equus veluti fessorem habens gehenne cogitationem composito ingrediatur, & qua vitia sunt, loquitur, ac dicit.*

Chrysof.

18. Armis item similem facit Dei timorem Chry-
sof. homil. 14. ad populum. Qui domi pecunias
asseruant instructi sunt armis, ut ab irruentibus la-
tronibus, & furibus tutentur, alioquin facile pa-
tent insidiis: eadem ratione animæ nostræ thesau-
rum munite oportet Dei timore, ut à dæmonum
incurfibus tutemur. *Quid gehenna gravius?* (ait
Chrysof.) *Sed huius metu nihil utilius, gehenna nam-
que timor regni nobis affert coronam. Vbi timor est liuor
non est: vbi timor est, pecuniarum amor non vexat: vbi
timor est, extinctus furor est, cupiditas improba correpta,
omnis irrationabilis passio exterminata. Et sicut in domo
stante milite semper armato non latro, non fur, non alius
quis talia mala patrauntium, apparere prorsus audebit: sic
& metu animas nostras detinente, illiberalium nobis nul-
la passionum subrepat, sed omnes fugiunt, expelluntur ti-
moris imperio undique exatæ.*

Chrysof.

19. Item timor dicitur clavis, quo animus noster
contra aduersos casus, & corruentes res humanas
figitur. Hac ratione exponit Chrysofostomus verba
illa Psal. 118. *Confige timore tuo carnes meas, à iudi-
cys enim tuis timui.* Verba Chrysofostomi transcribo.
*Anima mea, inquit, timorem tuum gerit, atque corpus
aduersus eam impetum facit: iccirco ipsius quoque mem-
bra hoc timore tanquam clavis quibusdam configas qua-
sò, quo ipsa peccatorum mortua, & extincta animæ du-
ctum sequantur. Hæc ille, voluuntur perpetuo, & in
gyrum versantur humana omnia, ut de fortuna
commenti sunt antiqui, huius rota clavis figenda
est, nempe Dei timore.*

Psal. 118. 20.

Chrysof.

VERS. 12. Timor Domini delectabit cor, & dabit
lætitiā, & gaudium, & longitudinem
dierum.

1. Timor Domini animum recreabit, & delecta-
tione implebit, lætitiæque ac gaudij materiam
abunde ministrabit: & vitam diuturnam conci-
liabit.

2. *Dabit lætitiā, & gaudium, id est, præbebit res læ-
tissimas largiter, Phrasi Hebræa:*

3. *Et longitudinem dierum.* Carthusianus, & Paulus
de Palacio transferunt *in longitudinem dierum*, sed
non iuxta Græca exemplaria. Melius vulgatus: &
longitudinem dierum.

ETHOLOGIA XV.

Timor Dei lætitiā homines perfundit.

1. **T**imor Dei delectabit cor, dabit lætitiā, & gau-
dium, forè quis Dei timorem exosum habeat,
quod ipsum nubilum, ac tristem suspicetur, ille hic
mihi monendus, nempe Dei timorem, nihil aspe-

rum & immite præ se ferre, imò verò læta omnia, &
suavia. Psal. 12. 7. *Beati omnes qui timent Dominum, Psal. 12. 7.*
qui ambulant in vis eius. Timori Dei beatitudinem
adscribit, ut quantam ex eo lætitiæ vim decerpant
homines, exponat. Dicitur autem huius vitæ beati-
tudo. Sicut enim futura gloria in Dei visione sita
est, sic præsens in Dei timore. Futura beatitas om-
nes humanos sinus gaudio explet, non aliter Dei
timor inenarrabili gaudio Deum timentes perfundit.
Hac ratione exponit hunc locum Bernardus.
Serm. 5. in festo omnium sanctorum. Loquentem
audi. *Vbi tot pugna intus non debebant foris deesse timo- Bernard.*
*res: ut merito his dicatur. Timete Dominum omnes san-
cti eius. Tota interim beatitudo nostra est timere Deum
dicente Scriptura: Beatus homo qui semper est pauidus:
& item Psalmista ait: Beati omnes qui timent Dominum.*
Notanda verba illa Bernardi: *Vbi tot pugna intus,
non debebant foris deesse timores.* Quæ desumpsit ex
Paulo 2. Corinthiorum 7. 5. *Nam & cum venissem 2. Cor. 7. 5.*
*in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed
omnem tribulationem passus sumus: foris pugna, intus timo-
res.* Paulinæ sententiæ hunc sensum affigit Bernardus,
foris quidem irruentes aduersarios sustinui:
sed contra hæc mala intus existens Dei timor me
muniuit. Itaque cum addit Paulus *intus timores* non
recenset nouum genus malorum, & tribulatio-
num, imò verò antidotum, & remedium, quo con-
tra ingruentes tempestates Apostolus fulciebatur.
Foris quidem, ac si dicat, malorum fluctus me ob-
ruunt: sed his tanquam inconcussam rupem Dei ti-
morem obicio, intusque asseruo, quo tutus euado.

In hunc sensum adducit Ambrosius illud Psal. 118. 2.
Labor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia Psal. 118. 2.
multa. Abundo gaudio, ait Dauid, non aliter, ac dum
de inimicis deuictis multa spolia deportarem. Sed
vnde tibi o Dauid tantus lætitiæ cumulus accre-
uit? Causam præmiserat illis verbis. *A verbis tuis
trepidauit cor meum.* En tibi lætitiæ originem; nem-
pe quia timor Dei cum ad maximum gaudium eue-
xit. *Bona trepidatio* (ait Ambros.) *Si exultationem gene- Ambros.*
*rat, qui enim trepidat à verbis Dei, postea exultat a ver-
bis Dei.*

Eundem sensum elicit Augustinus ex illo Psal. 85. 3.
Lætetur cor meum ut timeat nomen tuum. Ergo ipse Psal. 85. 3.
timor Dei gaudiū affert. Ad eò ut nulla vera exul-
tatio, & lætitiā esse possit, nisi ex timore originem
ducat *Iocundetur* (ait August.) *cor meum, ut timeat no- August.*
men tuum. Ergo timor in iocunditate est, & quomodo iu-
cunditas si timor? Nonne timor amarus esse solet? Erat
ergo aliquando iocunditas sine timore, modo iocunditas
cum timore, nondum est enim plena securitas. Si nulla iu-
cunditas deficiamus, si plena securitas malè exultamus, &
infra. *Ita iocundetur cor nostrum, ut timeat nomen Do-
mini, ne aliunde iocundetur, aliunde feriat.*

Timenti Deum bene erit in extremis, & VERS. 13
in die defunctionis suæ benedicetur.

1. Qui Dominum veneratur, ac colit, cum in ex-
tremo vitæ discrimine versabitur lælix erit, se-
curus ager in grauissimo periculo. Quando vi-
tam cum morte commutauerit, gaudio cumu-
labitur.

2. In extremis. Quidam hominum nouissima signi-
ficari credunt, scilicet benè erit in morte, quam
patienter feret: in peculiari iudicio à quo absolu-
tus discedet: in igne Purgatorio, quia cum ipso mi-
tius agetur. Denique in beatitudine, qua perfrue-
tur; alij autem verbum in extremis intelligunt in
senectute, quæ pars iam effatæ vitæ grauissima
hominibus

hominibus esse solet. Mala senectutis, patienter tolerabit. Ego verò imminentis mortis tempus multò melius intelligi crediderim. Id est, cum aduentantis mortis nuntios exceperint, qui tristissimi hominibus esse solent, & magnos doloris fluctus pariter & timores excitare, ipse tranquillus & pacatus ager.

In die defunctionis sua benedicetur. Nonnulli ex Græco inueniet gratiam. Frequentius in Græcis exemplaribus habetur iuxta lectionem vulgaram.

Benedicetur. Quidam ad homines referunt, scilicet ab hominibus benedicetur. Melius ad Deum referendum existimo. A Deo benedicetur, id est, bonis omnibus cumulabitur. Hoc enim iuxta Hebræam phrasim, significat verbum benedicere, id est, bonis omnibus cumulare, bona omnia largiri.

ETHOLOGIA XVI.

Timor Dei securum hominem reddit.

Timenti Deum bene erit in extremis. Bene quidem erit in extremis, quia de sua salute erit securus. Nulli sane omnimoda securitas contingit, quia omnes dum viuimus sub alea sumus, & sorte; verum si quis est, qui propius ad securitatem accedat, ille est, quem Dei timor perculit. Hunc sensum habet ille versus Psalm. 50. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Rationem continent hæc verba eius quod dixerat. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Sed quam causam ô Dauid pro tam facili venia tantorum criminum obuertis? Subdit. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c.* Id est, quia peccatum meum semper menti obuertatur, nec unquam memoria excidit, ideo, misericordiae tuæ remedium securus peto. Hunc sensum affero ex Chrysofom. ibid. *Vidisti Prophetam dicentem. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Nec enim post a te acceptam veniam, inquit, peccatum meum obliuione contriui, velut malorum, & flagellorum perpetrati simulacrum sine ulla intermissione contemplor, atque noctu, & interdum eius species mentis mea oculis se se obiicit.* O generosam animam, adeo peccatum obliuioni minimè mandauit, ut etiam ipsum tametsi condonatum literis prodiderit. *Si quidem in conscientia non secus ac in pictura mulierem eam, quam in adulterio subdiderat singulis diebus prospiciebat, singulis, inquam diebus saniem suam cernebat, & peccatum meum contra me est semper.*

Imò verò tum maximè Deus ad dandam veniam proximus est, cum hominem territat. Hoc deducit Chrysofom. ex illis verbis Psalm. 7. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum.* Gladium quidem suum strinxit, sed non percussit peccatorem, tantummodo aërem verberauit. Arcum suum tetendit, non tamen sagittas iaculatus est, sed tantum parauit illum. Cum Deus arma parat, & metu peccatorem percipit, tunc maximè à vulnere abest. Ergo tu quicumque timore Dei trepidas, tibi tunc maximè securitatem promitto. *Arcum suum tetendit.* (ait Chrysofom. ibid.) *Gladium suum vibrauit. Quod si hæc essent furoris, & excaecentiae, non prædixisset eis, quos est inuasurus. Ita enim non hoc facit, sed contrarium, & maximè quando ad summum peruenit, & supplicio, ac supplicij apparatus minuit. Hostes enim, & qui volunt supplicium infligere non modo id non dicunt, sed etiam id celantes inuadunt, ne qui sunt puniendi, si rescuerint,*

caueant. At non sic Deus, sed è contrario, & prædicat, & differt, & verbis terret, & nihil non facit, ut qua minatur, non asserat, milites quidem ea de causa armantur, ut puniant, Deus autem non sic, sed ut cum reddiderit metu modestiores, abstineat manum à supplicio. Ne ergo conturbemur, est enim terror verborum maxima clementia, & quo dicit intolerabiliora, eo ea dicit ex maiori mansuetudine.

Genes. 28. *Cumque vigilasset de somno, ait, verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, Pauesque, quam terribilis est, inquit, locus iste.* Verba hæc paulò aliter legit Chrysofomus homil. 54. in Genesim. Mirum sanè, ait Chrysofomus, quod cum scalam conspexisset Iacob, & Angelos ascendentes, & descendentes insuper & Deum, qui pauentem confortauit illis verbis. *Et benedicuntur in te, & in semine tuo omnes tribus terre, & ero custos tuus, quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc, cum Deum vidisset.* Nihilominus cum è somno surrexit timore maximo perculsus est, tunc cum maximè Dei verbis, & diuina visione confirmandus videbatur? Imò verò quia Deum viderat, quia Angelorum societate vsus fuerat, timuit, nempe sapius dum familiaris cum Deo agimus, eo magis eius maiestatem extimescimus. *Euigilauit Iacob, (ait Chrysofom.) de somno suo, & dixit, Dominus est in loco isto: & ego nesciui, & timuit, & dixit, quam terribilis est locus iste. Stupescens iustus propter magnam Dei misericordiam timuit, & dixit. Non est hoc nisi domus Dei, & ista est porta caeli.*

Matthæi 7. *Arcta est via, que ducit ad vitam.* Sed quænam causa, ut via qua itur in patriam arcta vocetur. Chrysofom. homil. 1. de resurrectione huius rei rationem assignat, scilicet quia absque timore hanc viam peragere non licet. Ut enim is, qui difficilem viam agit, & multis salebris, & rupibus impeditam magno cum timore pedem figit, ne in præcipitia hinc, inde inania ruat: & tunc magis securus carpit iter, cum maiore timore, & animi consideratione graditur. Eadem profus ratione, qui maiore timore perculsus cælestem viam aggreditur, ille magis securus de æterna felicitate esse potest. *Propterea Christus (ait Chrysofom.) strictam, & angustam eam vocauit. Neque enim viuere licenter, & absque metu fas est.*

Vterque latro, qui à dextris, & à sinistris cum Christo fuerat crucibus affixus probris Dominum impetebat: sed alter repente mutatus socium repressit illis verbis Lucæ 23. 40. *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus. Hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine memento me, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi hodie, hodie mecum eris in paradiso.* Quænam causa tam subitæ mutationis, ut qui paulò ante scommata in Christum iaciebat, subito, & eum ab inimicis defenderet, & tanquam Deum, cui ius erat Paradisi, veneraretur? Profecto ille ipse latro ad timorem rerulit illis verbis: *Neque tu times Deum.* O magna timoris virtus, qui absque mora longius errantem ouiculam ad caulam Dominicam reduxit. Author est huius expositionis Chrysofomus in Psalmum 127. his verbis. *Quid fuit larvæ miserius? Sed repente euasit omnium beatissimus: mille mortes fecerat, & erat mortis supplicio damnatus, totum tempus fuerat consumptum, & vita transacta erat in scelere: sed quoniam exiguo tempore, et oportuit Christum timuit, Beatus factus est dicente eo: neque tu times Deum: nullum enim est malum, quod non extinguat Dei metus.* Inpauidum, & infractum animum Christi Do-

3.

4.

6.

3.

Gen. 28. 16.

Chrysof.

4.

Matt. 7. 14.

Chrysof.

5.

Lucæ 23. 40.

Chrysof.

6.

Psalm. 50. 5.

Chrysof.

2.

Psalm. 7. 13.

mini in cruce pendentis miratur Chrysoſt. Adeo enim inimicis, & tormentis non ceſſit, vt illis omnibus ſuperior cuncta moderaretur arbitrio ſuo. Matrem diſcipulo commendauit, Prophetias impleuit, mortem pauentem nutu acceſſiuit, latronem regno donauit. Hæc omnia refert Chryſoſtomus homil. 84. in Ioannem ad timorem, & metum, qui Chriſtum, dum ad hortum oraret inuaſit, ſcilicet æquum erat, vt is qui ad mortis nuncios expauerat, magnam ſuam potentiam oſtenderet & petentem latronem paradifo donaret. O magnam timoris vim, qui adeo non hominem à pietate, cœleſtiſque patria abducit, vt potius ad virtutem promoueat, & citius viam, qua ad cœlum itur percurrere faciat. *Tu autem considera* (ait Chryſoſtom.) *quomodo omnia ſine aliqua perturbatione tranſegit, matrem diſcipulo commendauit, Prophetias impleuit, latroni ſpem bonam dedit, qui antequam cruciſigeretur ſudauit, turbatus eſt, timuit.* Hæc Chryſoſtom. Æquum enim erat vt qui ante mortem metu, timorêque pauebat, in morte omnino ſecurus perſiſteret, quo oſtenderet timorem ſecuritatem parere.

Chryſoſt.

7.
Exod. 14. 10.

Exodi 14. 10. *Cumque appropinquafſet Pharaos, leuantes filij Iſraël oculos viderunt Egyptios poſt ſe: & timuerunt valde.* Cum primum ductum Angeli igneæ columnæ inſidentis ſequi cœperunt Iſraëlita, & relictis Egyptiorum tenebris, cœleſtis patriæ imaginem quærere cœperunt, tunc primum timore perculſi ſunt: ſcilicet, notante Ruperto, lib. 2. in Exod. cap. 3. 2. Is qui timore concutitur, planè oſtendit Egypto relictâ, patriæ cœleſtis iter iam eſſe aggreſſam. Eius verba infero. *Cumque appropinquafſet Pharaos leuantes filij Iſraël oculos ſuos, viderunt Egyptios poſt ſe, & timuerunt valde.* Iuxta hiftoriam parua quidem eſt, nec dignis profectibus erudita ſecundum quod viderant opera Dei illorum fides dicentium ad Moylem. *Forſitam non erant ſepulchra in Egypto, ideo tuliftis nos, vt moreremur in ſolitudine.* Porro iuxta altiorem ſenſum, tunc leuantes filij Iſraël oculos ſuos viderunt Egyptios poſt ſe, quando auditores Euangelij præcedentis columnæ iam illuminatos oculos cordis habentes reſpiciunt præteritos errores, in quibus fuerunt, & conferentes veritati, quam nouo nuntio audierunt, valde mirati ſunt, & conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos, ibi dolores vt parturientis, id eſt, dolores non vani, ſed fructum afferentes gaudij ſempiterni. *Quemadmodum parturiens, poſtquam peperit dolorem, vel præſura ſua iam non meminit propter gaudium nati hominis.* Hæc ille, optimè comparat Rupertus parturientem mulierem cum eo qui timet. Vt enim cruciatus, & dolores proximè antecedit futurum, & opratum fatum, ita etiam, cum quis Dei timore percellitur planè oſtendit, ſe in vtero mentis virtutem concepiſſe, nec longius parturitionem abeſſe. Hunc ſenſum præfigit Rupertus relatis verbis Pfalm. 48. 21. Ibi dolores vt parturientis, &c.

Rupert.

Pſal. 48. 21.

8.

Huc etiam adducenda loca quæ ſpem cum timore coniungunt, vt noueris ſpem cum timore non pugnare, imò potiùs illum comitari. Hunc ſenſum in primis habent verba illa Canticorum 4. *Surge Aquilo veni Auſter perſa hortum meum.* Aponius per Aquilonem intelligit metum, per Auſtrum verò ſpem. Hi venti licet oppoſita è regione perſent miſum in modum conſpirant, hortum ſponſæ vt ventilent, ſuaueolentiamque flores exhalare faciant, longèque diffundere.

VERS. 14.

Dilectio Dei honorabilis ſapientia.

1.

Hunc verſum, & ſequentem Græca exemplaria

non habent. Addita verò videntur ad expoſitionem illius ſententiæ. *Et præbuit illam diligentibus ſe.* Nempe ſapientiam: itaque ſapientiam dedit eis diligentibus ſe. Vnde addit. *Dilectio Dei honorabilis ſapientia.* Dilectio ſapientia eſt, quia ſapientiam in animum inducit, adeo certum eſt, quod Deus ſapientiam præbeat diligentibus ſe, vt ipſa Dei dilectio ſapientia videatur: & hoc nomine iure ſit appellanda.

Honorabilis. Nam illa ſapientia, quæ Dei dilectionem non comitatur vix nomen meretur ſapientie, nec honore aliquo digna eſt. Quidam hanc ſententiam ſubſequenti poſtponunt, ſed minus aptè.

Hugo Cardinalis: honorabilis ſapientia, id eſt, cauſa honorabilis ſapientie, qua ſapiunt res, ſine virtute res aliter ſapiunt, & apparent, quam ſunt.

Quibus autem apparuerit in viſu diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum.

Adeò Auguſta ſpecie ſe videndam præbet ſapientia, vt ad ſolum aſpectum omnes qui eam viderint amore eius exardeſcant, nullusque eam non amet, niſi ille cui videre non contigit.

Quibus autem apparuerit in viſu. Qui de Dei ſapientia increata, id eſt, de verbo ſecunda Trinitatis perſona locum intelligunt, ſententiam referunt ad apparitiones in veteri teſtamento per verbum factas per quas homines erudierat. Sed longè petita expoſitio eſt. Melius ſanè de ſapientia, quæ humana, diuinæque communis eſt, cui per Proſopopœiam perſonam attribuit author. Quibus autem apparuerit in viſu, id eſt, quibus ſe conſpiciendam offeret.

In viſu. Per viſum non ſolum oculorum proſpectum intelligas, ſed quamlibet etiam interioris ſenſus cogitationem, qua præcipuè, & pulchritudini, & operibus ſapientie intendimus.

Et in agnitione magnalium ſuorum. Id eſt. Qui operum ſuorum mirabilia conſpiciunt. Sine mōra eius amore flagrabunt. Ergo qui eius pulchritudinem & miranda opera contemplantur, non poteſt non eam amare.

Hugo Cardinal. *Quibus autem apparuerit ſapientia in viſu, id eſt, per fidem, quæ videt per ſpeculum in enigmate.* Diligunt eam in viſione aperta, quia videbunt eam facie ad faciem. Hæc ille, id eſt, fieri non poteſt, vt qui mente verſat, ea quæ per fidem nobis obii-ciuntur, ſtatim non flagret beatitudinis amore.

Dionyſius Carthuſianus per hunc ſapientie viſum Dei ſanctam vocationem, & inſpirationem intelligit. Ergo ſenſus eſt. Qui Dei vocatione ad bonum aliquod ducitur, nulla interpoſita mora vocanti ſtatim reſpondeat.

ETHOLOGIA XVII.

Timor cum dilectione eſt ſpe utilis.

Dilectio Dei honorabilis ſapientia. Hæc verba inſerta diximus tractationi de timore, vt vtramque hanc virtutem componat author. Quod nos cogit, vt quam ſit utilis Dei timor, ſi cum ſpe, & dilectione coniungatur, diſſeramus. In primis id euinco ex Pfalm. 90. vbi dum de custodia Angelorum verba inſerit Propheta duas manus illis attribuit. *In manibus portabunt te: ne vniquam offendas ad lapidem pedem tuum.* Cum Angeli corporeæ molis omnino

Pſal. 90.

omnino sint expertes: nec membrorum diuersitate distinguantur, qua ratione duas manus ad hominū custodiam exercere dicuntur? Bernardus ser. 12. in Psal. *Qui habitat.* Duas has manus timorem, & amorem esse dicit: Tunc enim maximè Angeli qui custodiae hominum inuigilant se effecisse putant, cum simul, & timore teritant, & spe erigunt pupillos suos. Tum eos in tuto habere putant, in sinu, in manibus, in gremio. *Vultis scire* (ait Bernardus) *quas intelligam duas manus, duplicem vtiq; demonstrationem: dum scilicet hinc tribulationum breuitas, inde aeternitas tribulationis ostenditur.*

2. Sapius in Scripturis coniunguntur hæc duo nomina, videlicet iustitia & iudicium: & in his omnibus locis iustitia refertur ad præmium: iudicium verò ad supplicium. Hinc lucem affero illis verbis Psal. 88. *Iustitia, & iudicium preparatio sedis tuae.* Id est: si timor incussum, & spes præmij affulgent, sunt præparatio sedis Dei; hoc est sedis Dei basis. Hinc nostræ iustificationis principium, hinc exordium fumit pietas.

3. Deuteron. 24. 6. *Non accipies loco pignoris superiorem, & inferiorem molam.* Si fides Gregorio superior mola est spes futurorum, inferior verò timor futurorum malorum, has molas loco pignoris vetat legislator extrahi: quia absque his duabus alimentum spirituale, vel molere, vel ad cibum aptare non possumus.

4. Postquam pietatem meretricis Magdalena à detractoribus discipulis Christus defendit, & officium quod in se contulerat laudauit, subdit Matthæus cap. 26. 14. *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes ad Principes Sacerdotum: & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Expendit Chrysof. hom. de prodicione Iudæ verbum illud *tunc.* Tunc, scilicet cum scemina quondam infame ciuitatis prostibulum ad meliorem frugem conuersa, nullum pietatis officium, quo suam erga Christum pietatem testaretur, relinquebat: tunc, inquam, Apostolus Christo charus in tantum peccatorum Barathrum merfus est: scilicet frequenter & timorem, & spem Deus coniungit. Quibus homines à peccatorum fæce eruat. Timorem sanè ex ruina Iudæ, & spem ex Magdalena conuersione nobis facit. Ergo vtrūque hoc exemplum coniungit, vt malo Iudæ terreat, bono Magdalena in spem erigat. Vtriusque coniunctionem significat verbum illud. *Tunc.* Chrysof. verba infero. *Quid ergo tunc est? ante prodicionis tempus, ante traditionis horam, accessit meretrix alabastrum manibus portans, & vnguentum Domini super caput effudit. Et quando prostituta lupanar exiuit, discipulus gehennam intrauit. Ideo dixit tunc, vt non magistrum in infirmitate accuses, quando discipulum reperis proditorem. Magis enim virtutem Doctores ostendit: qui & meretricem ad obediendum conuolare fecit. Non ergo videndo meretricem, de tua liberatione desperes: sed & Iudam cogitando non debes esse securus. Vtrūque enim periculosum est, & confidentia, & desperatio. Iterum ad examen adducenda verba illa Chrysof. *Magis enim, &c.* Vnum erat quod posset magistri imbecillitatem arguere, scilicet ruina discipuli, alterum quod posset eius vires probare nempe meretricis conuersio, ait ergo Chrysof. tantam esse luxuriæ vim, tamque tenaci visco hominem tenere, vt Magdalena à libidine liberasse, Christum magis ab imbecillitate vindicet, quam ruina discipuli, eius robur, & virtutem posset labefactare.*

5. *Deducit ad inferos, & reducit* 1. Reg. 2. vbi Gregorius. *Deducit ad inferos quando terrorem incutit pecca-*

tori mortis aeternæ, reducit autem quando petenti spem vitæ perennis præbet. Vtrūque opus Dei est maximè necessarium ad iustificationem peccatoris, & vix ad superna volare datur quam non prius in inferna demerferit loca.

6. Vtramque hanc virtutem scilicet timorem, & spem nobis Deus indidit in ipsa hominis formatione. Nempe notante Chrysof. hom. de humilitate. Animam condidit spirituales, & Angelis affinem, quæ nos in spem erigeret cælestis patrie. Corpus verò bestiis non dissimile, quod nos ad ima traheret, & timorem incuteret, vt scilicet inter superna infernaque suspensū, & spe agitaremur, & timore. Vtraque virtus satis hominibus necessaria. *Propterea* (ait Chrysof.) *namque ex duabus substantijs nos Deus condidit, vt cum superbia quidem elatus fueris reprimat te carnalis vilitas: cum autem degener quid, & indignum dato tibi diuinitus honore cogitaaueris, animi nobilitas ad cælestium virtutum emulationem subleuet.*

7. Vtraque virtus Dei cælestis ianua vocatur Pf. 23. *Attolite portas Principes vestras, & eleuamini portæ aeternales.* Hoc versu exponente August. ibid. monet Dauid eos, qui præsumunt, vt duas cæli ianuas hominibus adaperiant: ne scilicet tanto timore homines pungant, vt spei aditum eis occidant: Ne verò tanta spe, extollant, vt eos in præsumptionem euehant. Vtramque portam simul necesse est aperire, quia altera siue alia satis non est introeuntibus. *Tollite portas* (ait August.) *Principes vestras. Quicumque principatum in hominibus queritis, auferte ne impediant aditus, quos vos stauistis, cupiditatis, & timoris.* Hac ratione exponit August. in Psal. 141. verba illa Christi Domini Matth. 6. 6. *Tu autem cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.* Hoc ostium duas habet valuas, scilicet timorem, & amorem, harum vtramque Deo aperire necesse est: diabolo claudere. Vtramque autè si referes, seu apertam relinquis diabolo ingrediendi, siue dum nimio timore pulsatur, siue spe in præsumptionem conuersa decipit. Augustinum loquentem audi. *Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum, & claudes ostium, & deprecare Deum tuum, ne tentator ingrediarur. Tentator non cessat pulsare, vt irrumperet, si clausum inuenerit, transit, ita Apostolus, quia in nostra potestate est ostium claudere, neque detis, inquit, locum diabolo: etenim si intrauerit, & possidet. Attende quia cum tu negligenter clausisti, aut claudere neglexisti. Quid est autem claudere ostium? Hoc ostium tanquam duas habet valuas cupiditatis, & timoris. Aut cupis aliquid terrenum, & hac intrat, aut times aliquid terrenum, & hac intrat. Timoris ergo, & cupiditatis ianuam claudes contra diabolum, aperi ad Christum. Quomodo ipsas valuas aperis ad Christum? Cupiendo regnum cælorum, timendo ignem gehennarum. Per cupiditatem sæculi diabolus intrat, per desiderium vitæ aeternæ Christus intrat. Per timorem pœnarum temporalium diabolus intrat, per timorem ignis aeterni Deus intrat. Et infra videamus si timoris valuam Christo aperuerunt, quam diabolo clauderunt. Vno eodemque loco Dominus monet hoc vt & diabolo claudatur, & sibi aperiarur: nolite, inquit timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. *Monuit vt timoris valua in faciem diabolo claudatur, ergo nihil est timendum? Non ergo aperitur aditus timoris Christo, qui clausus est diabolo? statim subiicit, tanquam dicens, exclusisti illum, aperi mihi: sed Deum time, inquit, qui habet potestatem, & corpus, & animam perdere in gehennam ignis.**

8. Ducta similitudine ab agricultura, quam hæc duo sint necessaria præmittit Dauid Psal. 79. *cum enim*

Bernardus.

Psal. 88. 15.

Deuter. 24. 6.

Matth. 6. 14.

Chrysof.

1. Reg. 2. 6. Gregor.

Chrysof.

Psal. 23. 7.

August.

Matth. 6. 6.

August.

enim de populo Deo charo loqueretur sub imagine vineæ inserit. *Vista vineam istam: & perfice eam, quam plantauit dextera tua. Et super filium hominis, quem confirmasti tibi incensa igni, & suffossa.* Expende duo illa nomina, *incensa, & suffossa.* Vt enim agricola dum squalens solum purgat, & multis vepribus, carduis, & tribulis implexum prius ignem subiicit, quo infelicitum herbarum sylua conflagret: & postea immisso vomere terram vertit, vt tandem subacta femina committat. Non aliter qui animam peccatorum sentibus horridam ad excipiendum diuini verbi semen præparat, oportet vt immisso igni cælestis amoris, dumeta peccatorum exurat: ac tandem doloris, & pœnitentiæ immisso vomere inuertat. Vtrûmque necessarium, & ignis amoris, & spei, & vomer doloris tristitiæ, & timoris. Non mea est hæc sententia, sed Augustini in hunc locum Psalmi, quam tradit his verbis. *Quæ sunt peccata succensa igne, & effossa? Quid fecerat amor malus? tanquam ignis succenderat. Quid fecerat timor malus? tanquam effoderat. Amor quippe inflammat, timor humiliat. Ideo peccata mali amoris igne succensa sunt, peccata mali timoris effossa sunt. Humiliat & bonus timor, accendit, & bonus amor: sed aliter, atque aliter, nam est colonus intercedens pro arbore, &c.* Hæc Augustinus. Qui pro nobis expendit parabolam illam Lucæ 13. 6. Deficit infructuosa. *Quam, & circumfodit colonus, & stercora immisit radicibus, vt stercoris calore, & fossionis beneficio excoleretur. Calor stercoris amorem significat, & circumfossio timorem. Vtrûmque necessarium, vt ficus fructum faciat. Subdit Augustin. De igne autem boni amoris Dominus dicit, ignem veni mittere in terram, quo igne exardescant spiritu feruentes, & Dei ac proximi charitate flagrantes. Ac per hoc sicut omnia bona opera iusto timore, & bono amore fiunt: sic malo amore, & malo timore omnia peccata committuntur. Ergo succensus ignis, & effossa omnia, scilicet peccata ab increpatione vultus tui peribunt.*

VERS. 16. Initium sapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, cum electis scæminis graditur, & cum iustis, ac fidelibus agnoscitur.

1. Cum sapientia quemquam suis donis exornare vult ante omnia Deum reuereri docet, & à puero eum sancto timore imbuit. Quod & in tenellis puellis efficit. Se autem manifestat, per opera facta ab eis, quibus inest.

2. Græca exemplaria, vbi nos habemus: & cum electis scæminis graditur. Et cum iustis, & fidelibus agnoscitur. Habent: *Cum hominibus fundamentum sæculi nidificauit: & cum semine eorum firmiter persistet.* Sæpius enim 70. verbum Græcum per nidificare exponunt. Nempe Psal. 103. *Illic passeris nidificabunt.* Ergo nidificasse, ait, id est, omnia quæ sunt in mundo fouisse, veluti aues in nidis pullos excludunt. Habet enim orbis hic quandam cum nido similitudinem. Vel nidificasse, id est, totum orbem construxisse, veluti aues nidos ædificant. Hac autem similitudine indicat diuturnam cum hominibus cominorationem, veluti aues in nidis diu persistunt.

3. *Initium sapientiæ timor Domini.* Non quasi nulla rerum cognitio timorem Dei præcedat: cum & ipse timor, vtpote actus voluntatis, & fuga mali, necessario cognitionem intellectus supponat: sed quia frequentius homo ad pietatem mouetur ex timore. Ita Diuus Thomas quæst. 19. artic. 7. & Concilium Trident. sess. 6. Ergo sensus est frequentius homines

ad virtutem alliciuntur per Dei timorem, id est, per ipsius reuerentiam. *Initium sapientiæ timor Domini.* Id est, id quod prius sapientia docet est timere Deum, nam cum quis pieratis amore mouetur, id prius in animum inducit, vt Deum reuereatur. *Initium sapientiæ timor Domini.* Id est. Primitiæ sapientium timor Domini. Primitiæ autem dicuntur, quod præcipuum est in aliqua re. Ergo præcipuum quod in pietate requiritur est Deum reuereri, & religiosum erga illum se præbere. Igitur hac ratione nos monet author: ô, librorum helluo, qui in euoluendis libris, & multarum rerum cognitione captanda totum insumis tempus, vis ne scire vnde præcipue venari debeas sapientiam? Scilicet ex Dei reuerentia, & religione. *Initium sapientiæ timor Domini.* Hoc hemistichium hausit hic author ex cap. 1. Prouerbiorum, & Salomon qui illum librum scripsit ex Dauide Psal. 110.

Initium. Alij radix, alij primitiæ, seu quod præcipuum est, vt diximus, caput, fundamentum, summa.

Sapientia. Non eam tantum, quæ includit cognitionem Dei rectamque rerum agendarum rationem, sed etiam eam, quæ secum habet erga Deum affectionem.

Timor. Alij de timore seruii, alij de perfecto timore. Melius autem per timorem erga Deum. Reuerentiam, & animi submissionem intelligunt.

Et cum fidelibus. Id est, cum eis qui credunt Deo, & diæti eius fidem habent.

In vulua. Phrasi Scripturæ perinde est, atque ab incunabulis fideles Deum timere incipiunt. Est enim Hyperbole, eo spectans, vt doceat oportere à pueris virtutem edificare, vt eam in ætate matura exerceant. Scilicet, quales futuri sunt in virili ætate, à teneris vnguiculis dignoscitur, iuxta illud Prouerb. 20. 11. *Ex studijs suis intelligitur puer, si munda, & recta sint opera eius.* Vel, plerique à Deo ab ipso vtero ad pietatem formantur. Non quod aliqui naturalis sit virtus, sed quia quosdam ad pietatem igniculos Deus subiicit, quibus natura duce videantur virtuti incumbere. Est enim nonnullis ingenium facile, mores suauis, quibus ad omnem virtutem efformantur. Iuxta illud Tob 31. *Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris egressa est mecum.* E contra verò alij ingenio sunt difficiles, & morosi, de quibus Psal. 57. *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero.* Alij, secundum æternam Dei prædestinationem accipiunt iuxta illud ad Galatas 1. 15. *Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ.* Simul ac fidelis quisque efficitur, & creatur, & timor, in eodem vtero gignitur, simul cum alijs virtutibus enascitur. Hoc est si Deus, velit ex peccatore iustum effingere in eius animam, velut in vuluam, semen verbi, diuini proiicit. Anima verò semine suscepto, credit vera esse quæ audit: tum maximè pœnam mereri peccatorem, Deo non esse dignum, quem ita offendit, timet statim anima, Deumque reueretur. fit in homine iustitia & pietas, simul autem, & timor. Prima expositio magis placet: A teneris eos timor Dei comitatur.

Concreatus est. Scilicet timor. Alij ad sapientiam referunt: Concreata est: magisque iuxta Græca, in quibus non habetur nomen timor, sed infinitiuium timere, vnde melius ad sapientiam, quam ad infinitiuium referendum.

Et cum electis scæminis graditur. Per electas scæminas tenellas, & ætate florentes significat, iuxta illud Zachariæ 7. 17. *Fruentum electorum.* Id est, iuuenum, & robore præstantium. Peculiariter autem, fit

Psal. 79. 15.

August.

Lucæ 13. 6.

VERS. 16.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Prou. 10.

Iob 31.

Psal. 57.

Gal. 1. 15.

9.

10.

fit mentio de fœminis, quibus magis naturalis est timor, & reuerentia.

11. *Et cum iustis ac fidelibus agnoscitur.* Id est, ex operibus, quæ vel timor Dei, vel sapientia infidelibus & iustis operatur, illic se habitare perspicuè docet. Alij, timor Dei pietatem excitat, nec vnquam homines fideles, iustos, & pios deserit, semper comitatur.

12. Hugo Cardinalis. *Et cum fidelibus in vulua, id est, in Baptismo.* Hæc ille, ergo, ait, in Baptismo, qui quodammodo est Ecclesiæ vulua, virtutes baptizato infunduntur. Quod iuxta canones Theologorum intellige. Idem Hugo, & *cum electis fœminis graditur, id est, Sanctorum animabus secundis bonis operibus in futuro saculo sociabitur.* Addit Hugo, *vel cum electis fœminis, id est, cum alijs virtutibus tamquam custos earum.*

13. Lyræ. *Potest etiam accipi ad litteram de sanctificatione in utero matris. Et cum electis fœminis graditur.* Non finit eas quiescere, & cum iustis fidelibus agnoscitur, nunquam eos deserit.

14. Dionysius Carthusianus, spiritualiter autem per vuluam potest intelligi remedium desuper datum contra originale peccatum in lege naturæ, legè que scripta, & in lege Euangelica, in quo vtero fiebat emundatio ab originali culpa, non sine infusione gratiæ, & virtutum, & cum iustis, ac fidelibus agnoscitur, id est, probabiliter scitur esse in eis per hoc quod conspiciuntur esse solliciti ad vitanda peccata, ad fugiendam leuitatem, & superfluitatem verborum, dissolutionemque, & visum, & negligentiam operum virtuosorum. Nempe, qui timet Deum nihil negligit.

ETHOLOGIA XVIII.

Timor Dei ad virtutes viam sternit: ad vitia occludit.

§. I.

1. **I**Nnitium sapientiæ timor Domini. Cogit nos hic verus vt differamus, quod nulli dubium est, & passim occurrit in Patrum scriptis, nempe Dei timorem ad omnes virtutes animæ viam sternere. Et prius quomodo Dei timor aditum ad vitium obferet, eloquar, postea quomodo ad virtutes viam paret: ac tandem qua ratione in amorem transeat. Ad primum nobis aditum aperiat Bernard. serm. 5. in festo omnium sanctorum ad illa verba 2. Corinthiorum 7. 5. *Foris pugne intus timores.* Pugnæ quæ foris sunt, tentamenta in quibus versabatur Apostolus dicuntur à Bernardo. *Intus timores.* Secundum eundem timor Dei est, qui intus Apostolum premebat. Tentationes igitur, & pericula, in quibus Apostolus versabatur remedium capiebant ex Dei timore, quo vrgebatur. Ergo sensus est: ad tentamenta quæ sustineo Dei timor vires præbet. Iuxta quem sensum, subdit, *intus timores,* non quasi nouum malum commemorat Apostolus, sed tanquam eorum malorum, quæ patiebatur, remedium. Audi Bernardum. *Vbi tot pugne intus, non debent foris desse timores, vt merito dicatur: timete Dominum omnes Sancti eius.* His verbis Psalmi hunc sensum affert Bernardus, ô pij viri, & Sancti contra imminentes tentationes vos Dei timore armate.

2. Quartus Chrysostronus homil. 9. in Genesim rationem ob quam Deus in penam peccati abstulerit ab homine imperium, & principatum, quem in alia animantia gerebat. Volueritque eum, & leo-

num rugitibus, & luporum vultatibus terri, &c. Satis pro præsentem instituto aptè respondet Chrysostronus: nempe vt timore, quem ex animantium sæuitia, & dolis conceperat, hominem præpararet ad pœnitentiam. Nihil enim est, quod æquè hominem ad peccatorum dolorem, & odium trahat, quam timor. Ergo vt de commisso peccato doleat securitatem imperij abstrahit, timore conclusit.

Quod autem, (ait Chrysostronus) postea subit timor, etiam hoc diuina misericordia maximum argumentum est: nam si postquam homo prauaricatus est integer illius mansisset honor, & immobilis, haud facillè à lapsu destitisset.

Chrysof.

Expressam imaginem futuri iudicij nobis ob oculos proponit Christus Dominus. Matth. 25. cum verò seipsum æterna supplicia inferentem, & perpetua felicitate donantem scribit, prius quidem infert supplicia damnandis, postea cœlesti beatitudine cumulat beatos, illis verbis num. 46. *Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Vidit hanc rem, & notauit Origenes tractatu 35. in Matthæum, & ad nostrum institutum deducit. Nempe, quia hoc futuro iudicio in medium adducto nos à peccatis exturbare contendit Christus Dominus, id autem fit, si prius metum futurarum incutiat pœnarum. Ergo prius de futuro iudicio sermonem infert, quam de beatitudine loquatur, hinc enim peccatorum fuga frequenter originem capit. Audi Origenem. *Et hoc attende, quia cum prius dixisset, venite benedicti, deinde discedite à me maledicti. Quia proprium Dei est prius recordari benefacta bonorum, quam malefacta malorum, postea in exitu utrorumque prius nominat pœnam malorum, deinde vitam bonorum dicens. Et ibunt illi in pœnam æternam: iusti verò in vitam æternam, vt prius que timoris sunt euitemus mala, deinde qua honoris sunt appetamus bona.* Hæc Origenes. Ergo cum Deus factorum rationem exigit, prius benefacta laudat, postea malefacta vituperat, quia Deus iuxta suam bonitatem magis ad misericordiam, quam ad iustitiam procliuius est: cum verò de supplicio inferendo, & de præmio dando infert sermonem, prius propòsita pœna territat, postea in medium adducto præmio animos facit, nam timor pœnæ maiorem vim habet, vt hominem à peccato extrahat.

Matth. 25. 46.

Hunc sensum habent verba illa ex Augustino in Psalm. 123. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Facilius versum caperem: si hac ratione dixisset Dauid. Anima nostra capta est sicut passer. Quis enim retia tendit, quis laqueos parat, vt passer liberetur? Sed omnes retia occludunt, vt fallant. Quid ergo sibi vult dictum Dauid. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium?* Rem apta similitudine exponit Augustinus in hunc locum. Finge tibi pastorem muscipulam parasse vt lupum capiat, is si videat circa muscipulam oberare canem venaticum, aut pecoris custodem, hunc, ne incidat in laqueum, territat, lapidibus impetit si verò hominem eidem periculo proximum viderit. O fugè, inlclamat, & à pedica, quæ pro capiendis lupis parata est longius discede. Et qui visco aues fallit, si quam velit à periculo esse innoxiam, vocibus abigit, cogitque longius abire. Hac prorsus ratione ne in retia quæ diabolus hominibus parauit, incidamus, incussio timore terret Deus: & ne in gehennam ruamus, terrore ipsius gehennæ cogit nos longius discedere. Hoc ergo sibi vult propositus locus Psalm. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Terretur passer ne inciscius in laqueum incidat, & terretur peccator inferorum

Origen.

4. Psal. 123. 7.

1. Cor. 7. 5.

Psal. 32. 10.

August.

ferorum suppliciorum timore, ne in Barathrum corruat. *O passer instabilis*, ait Augustin. *fige potius fidei pedes in petram, noli ire in muscipulam, capieris, consumeris, contereris. Sit in te Dominus, & de maiore vis minis euerit de muscipula venantium. Quomodo si videas avem veluti cadere in muscipulam, facis maiorem strepitum, & volat de muscipula. Sic & Martyrum iam forte aliqui ipsorum intendebant chorum in dulcedinem huius vite, Dominus qui erat in illis fecit strepitum gehennarum, & erutus est passer de muscipula venantium, anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

5.

Galat. 5. 24.

Nec minus aptè idem Augustinus in eandem rem adducit verba illa ad Galatas 5. 24. *Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt, cum vitijs & concupiscentijs.* Id est, se ipsos compresserunt, & stare fecerunt, ne fluerent post vitia, & carnis pruritus, vt enim ille, qui clavis stipiti affixus est non potest inde se mouere, neque à ligno se auellere: eadem profus ratione nos ipsos clavis crucifigamus ne post mundi concupiscentiam abeamus. Sed quis hos nobis clauos dare poterit, ô Beate Apostole, quibus fixi à virtute ne dimoueamur? Consule Dauidem Psal. 118. 120. *Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.* Timor enim est instar clauorum, qui nos in bonis stabiles facit, neque ad illicita disfluere patitur. *Crucifixerunt autem* (ait Augustinus) *carnem suam cum passionibus, & concupiscentijs, sicut consequenter dicit qui sunt in Christo Iesu. Unde autem crucifixerunt, nisi timore, illo casto permanente in seculum facili, quo cauemus offendere illum, quem toto corde, tota anima, tota mente diligimus? Et infra. De quo timore crucifigi se orat Propheta, cum dicit: confige clavis à timore tuo carnes meas. Ista crux est, de qua Dominus dicit: tollat crucem suam, & sequatur me.* Hæc Augustinus. Ergo timor est crux illa, quam nos iubet Christus Dominus Matth. 16. tollere, vt ipsum sequamur, nam nisi hanc crucem baiulemus, vestigijs insequi Christi non possumus; & huius sæculi voluptatibus nuntium remittere. Cum timorem Augustinus clauos appellat, quibus quis cruce affixus auelli non potest, difficultatem inducit, non verò negat id fieri non posse. Quod & de similibus loquendi modis à nobis allatis intellige.

Psal. 118. 120.

August.

Mart. 16. 24.

De animalibus, quæ gloriæ Dei currum vehabant, ait Ezechiel cap. 1. *Due penna eorum iungebantur, & dua tegebant corpora eorum.* Has quatuor alas ita distinguit Gregorius homil. 4. in Ezech. *In futuris scilicet amor, & spes, de præteritis autem timor, & penitentia.* Ergo duas supremas alas amorem & spem appellat Gregorius, inferiores verò timorem, & penitentiam. Sed de his inferioribus alis, quid Propheta addat, audi. *Due tegebant corpora eorum.* Ergo timore nuda corporis obtegimus: quia dum eo percessimur, peccati turpitudinem velamus. In quem sensum adducit verba illa Psalm. 31. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Gregorij verba accipe. *Due autem penna tegunt corpora, quando eorum mala præterita à conspectu æterni iudicis timor, & penitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminere, quia pertimescunt, & desunt, quid aliud quam corpus cooperiunt. Quia facta carnalis per superducta bona opera à districto examine abscondunt, scriptum quippe est: Beati quorum remissa sunt iniquitates, &c. Ergo ex sententia Gregorij amor, & spes ad ornatum capitis valent. Timor verò, & penitentia corporis nuditatem, & malorum scditatem obteguunt.*

Ezech. 1. 11.

Gregor.

Psal. 31. 1.

ferorum suppliciorum timore, ne in Barathrum corruat. *O passer instabilis*, ait Augustin. *fige potius fidei pedes in petram, noli ire in muscipulam, capieris, consumeris, contereris. Sit in te Dominus, & de maiore vis minis euerit de muscipula venantium. Quomodo si videas avem veluti cadere in muscipulam, facis maiorem strepitum, & volat de muscipula. Sic & Martyrum iam forte aliqui ipsorum intendebant chorum in dulcedinem huius vite, Dominus qui erat in illis fecit strepitum gehennarum, & erutus est passer de muscipula venantium, anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

Nunc verò qua ratione Dei timor ad omnes virtutes animum præparet, exponamus. In primis Basilius ad hunc sensum adducit verba Psal. 33. *Timete Dominum omnes Sancti eius.* Id est, vt Sancti sitis, & virtutem stabilem faciatis, timete Deum, Nulla enim ratione virtus, nisi ex Dei timore firmitatem accipit. Insuper exponit verba Psal. 118. 120. *Confige timore tuo carnes meas.* Vt enim trabs si trabi affigatur clavis, firma redditur, & nos si firmitatem virtutibus nostris afferre velimus, timore eas affigamus. *Timete Dominum* (ait Basilius) *omnes Sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Nisi timor instituenda vita nostra fundamenta iaciat, impossibile fuerit castitatem sanctimoniamque legitime obseruari. Confige, inquit, timore tuo carnes meas. Nam quemadmodum, qui corporis membra habent clavis transfixa ad actionem quamlibet immobilia, ea retinent: sic hi, quorum animam occupauit Dei timor, omnem prorsus importunam peccati, & obstreperam occasionem vitant. Timenti itaque non est inopia, hoc est, nulla ad contemplandam virtutem desit facultas, cum per timorem ab indecora omni, & absurda actione remoueat, & impediatur, sed perfectus est nullo bonorum, quod humana natura conueniat destitutus. Eadem verba Psalmi subtilius exponit idem Basilius homil. 12. in principium Proverbiorum. Scilicet vt is qui vulnere aliquo, seu dolore pungitur, timet prorsum corporis illam partem mouere quæ illo afficitur, & præ dolore magna cura vitat, si quid nocere possit, ne propius accedat; non aliter ille, qui timore Dei configitur ad omne pauet periculum peccandi, & terretur, si quid vel eminus emineat. Quem sensum firmare intendit illo versu Proverb.*

Initium sapientie timor Domini, quem huc noster author transtulit. Quamobrem (ait Basilius) *Initium sapientie timor Domini dicitur, anima vero purgatio Domini timor secundum Prophetæ preces, ac desiderium dicentis: confige timore tuo carnes meas: quia sic, ubi timor habitat, ibi omnis anima resideat mundities, omnis iniqua, noxiæque actio fugetur, membris corporis ad enormes actus moueri (quod timore, quasi quibusdam clavis confixa sint) nequentibus. Sicut enim, qui clauos corpori affixos habet, doloribus pressus non facile quidquam agere potest, sed Dei timore confectus, non oculo vti præter decorem, non manu ad nefarias mouere actiones, non denique aliud, aut paruum, aut magnum, circa officium agere poterit, quasi tristitia quadam minarum, ac suppliciorum vinculis, expectatione atque pressus. Obicit sibi Basilius, si vera sunt quæ de timore diximus, & quantum ad virtutem valeat, qua ergo ratione iusti omnes ore Prophetæ clamant Psalm. 6. 2. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Huic dubio respondet Basilius his verbis. *Idcirco admiratione dignæ sunt iustorum voces dicentium. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me? non enim disciplinam detrectant, sed iram. Hoc enim simile illi videtur, castiga nos Domine præterquam in iudicio, & ira. Itemque illi: disciplina Domini aperit aures meas, quemadmodum enim parui pueri doctrinam desipientes, ob ferulas flagellæque, quæ magistris, & Pedagogi adhibere solent attentius dicta suscipiunt: & ipse sermo ante plagas non auditur, post verbera doloresque, veluti statim apertis auribus, & auditu excipitur oratio, & memoria custoditur.**

Accedat Ambrosius exponens verba illa Psalm. 118. *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* Sumpta scilicet similitudine à simulachris, quæ super

7-

Psal. 33. 11.

Psal. 118. 120.

Basilius.

Basil.

Psal. 6.

Basil.

8.

Psal. 118.

super

super bases imposita maiorem inde accipiunt firmitatem, & pulchritudinem: ita virtus si timori super imponatur, maiorem inde captat firmamentum, & venustatem. Hunc sensum ex Ambrosij sententia præferunt verba illa: *Initium sapientia timor Domini*. Id est, basis, vel fulcrum virtutis, quo ipsa sustentatur, est timor Dei: simile quid sonant dicta sponsæ Cantic. 5. *Crura eius columnæ marmorea super bases argenteas*. Si enim nostrarum virtutum opera sancto Dei timori imponantur columnæ firmitatem accipiunt. Tandem vim affert Ambrosius, & robur suæ sententiæ ex illis verbis Esaia 11. *Qui Spiritus sancti dona commemorans, ultimo loco timorem imposuit*. Tanquam si huic vni tanquam basi reliquorum omnium moles imponenda sit. Verba Ambrosij accipe: *Initium esse sapientia timorem Domini dicit Propheta. Quid est autem initium sapientia, nisi seculo renunciare? quia sapere secularia stultitia est. Etenim vera sapientia a timore Dei incipit, nec est sapientia spiritualis sine timore Dei: Ita timor sine sapientia esse non debet. Basis enim quadam verbi est timor sanctus. Sicut enim simulacrum aliquod in basi statuitur, & tunc maiorem habet gratiam, cum in basi statua fuerit collocata, standique accipit firmitatem, ita Dei verbum in timore sancto melius statuitur. Et paulo inferius. Et quia basim verbi timorem diximus, ne aliquid alienum ab scripturis posuisse nos aliquis puet, accipiat lectum de verbo in Canticis Canticorum: crura eius columnæ marmorea fundata, super bases aureas: significans columnas esse Christi Apostolos, qui fundati sunt in timore sancto. In timore ergo sapientia Apostolica predicatio tanquam super basim auream columna firmatur. Christo igitur eloquio, & Apostolico sermone tribunal est timor iusti, & basis aurea plena sapientia. Simulacrum autem bonum tanquam effigies veritatis sermo sanctorum. Et vide tanquam basim auream esse sanctorum timorem: lege Esaia, vide quantis subiecerit timorem, ut faceret irreprehensibilem, & bonum timorem. Spiritus, inquit, sapientia, & intellectus, spiritus consilij, atque virtutis, spiritus cognitionis, atque pietatis. Spiritus timoris Domini. Quamvis timorem subiecit, ut haberet quod sequi posset? Informatur per sapientiam, instruitur per intellectum, & ideo tanquam super basim bonam, dicit: statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.*

Lucæ 18. Tertia pars feminis terræ concredita, peritit à volueribus direpta. Si causam ex agrorum satione quaras ea est, quia terræ superficiæ hæsit, neque glebis opertum fuit. Oportebat enim iactum semen, iterum vertendo solum terra occludere, ne auium insidiis rostrisque pateret. Sed quis est, qui terram inuertit, & grana occulit? Consule Ambrosij in Psal. 118. Timor sanè est, qui creditum terræ semen, virtutum & sanctorum cogitationum occultat ne à dæmonibus discerpatur. Hunc nisi virtutibus summiseris dæmonum incurfibus planè patebit. Audi Ambrosij. *Verbum Dei in timore sancto melius statuitur, fortius radicatur in pectore timentis Dominum, ne labatur verbum de corde viri ne veniant volucres, & auferant illud de incuriosi, & dissimulantis affectu*. Subdit Ambrosius. *Timor quadam statio verbi, verbum timoris est disciplina*. Prius quam hinc abeo, expendendum verbum illud *statio*. Statio enim locus est fidus, & portus tutus, cui nauæ nauigantes credunt: hic neque flatus ventorum defæuiunt, neque fluctus maris conturbant, æquora tuta silent, hic statio fidissima nautis. Ergo ex his verbis patet, timorem Dei esse stationem fidissimam, & portum securum, quo confugere possimus tempore ingruentis tentationis. Quicumque extra hunc portum virtutum gazas deducit, periculo

exponit, hic in tuto sunt.

Psal. 118. *Latabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa*. Sed vnde tibi ò Dauid tantæ exultationis materia? Præmiserat causam: *Et à verbis tuis trepidauit cor meum*. Timor ipse & trepidatio magnam mihi lætitiæ spiritualis, & virtutum omnium segetem ministrat. Hæc est mens Ambrosij in hunc locum. Audi: *Bona trepidatio à verbis Dei, exultationem generat, qui enim trepidat à verbis Dei, postea exultat à verbis Dei*.

Ambrosius exponens versum illum Psalms 118. *Adhesit pavimento anima mea*, adducit significationem litteræ Daleth, quæ est quarta apud Hebræos. Ergo Daleth iuxta Ambrosij duo significat, scilicet timorem, vel natiuitatem. Hoc si ad naturalem natiuitatem referas certè humani generis imbecillitatem significat, quæ à timore incipit, vnde recens natus plorat, trepidat. Si verò ad spirituales ortum referas altiorem, & magis arcanum habet sensum. Etenim qui relictis peccati angustiis in latitudinem gratiæ procedit à timore initium capit, & natiuitatem. Audi Ambrosij. *Quarta littera secundum Hebræos Daleth, significat timorem (vel ut alibi inuenimus) natiuitatem. Sed vtrumque potest congruere, & conuenire sensui. Natiuitas enim eorum est, quæ generantur in hoc seculo. Per quam intelligimus corporalia, & materialia, quæ sunt caduca, & ideo à timore non distant. Ex corporalibus enim, & materialibus nascitur timor. Quid enim est terrena natiuitas nisi timor? Denique inde capit versus: Adhesit pavimento anima mea*. Hæc ille, item natiuitas significat stellarum influxum sub quo quisque nascitur, & qui humanæ vitæ varios casus protendit. Ergo ex timore dignoscitur, quem quisque in vita spirituali habiturus sit exitum. *Et timor de Dios sonlas Ephemerides ponde de se hade alcar figura al que entra en la vida espiitual*.

Extollit Dominus loquens ad Iobum piscem illum eximie magnitudinis Leuiatham cap. 40. 24. *Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Concident eum amici, diuident eum negociatores*. Eos, qui piscantur Leuiatham, triplici nomine distinguit: in primis vocat ancillas, subinde, appellat amicos, tandem dicit negociatores. Scilicet ancillas ob timorem, inde enim totius profectus spiritualis initium, secundo, amicos ob charitatem, nam timor ad amorem viam parat, 3. negociatores, quia alios ad vitam, virtutemque lucrantur. Hanc sententiam hausi ex Gregorio lib. 33. Moral. cap. 22. Refero: *Sancti enim predicatorum prius ancilla sunt per formidinem, post amici per fidem, ad extremum negociatores sunt per actionem*.

Quis est Pater pluuia, & quis genuit stillas rosas? Iob 38. 28. Gregorius lib. 29. moralium, cap. 23. comparans conceptum hominis naturalem, & mysticum, hac ratione loquitur: *Mentes namque hominum omnipotens Deus dum in suo timore format, quasi concipit, easque ad perfectas virtutes, dum prouebit, gignit: sed si de acceptis virtutibus extolluntur, relinquit*. Hæc ille. Sicut enim frigore & siccitate materia ex qua homo efformatur, disponitur, & induratur in vtero Matris, vt hac ratione animam rationalem, & figuram corporis humani excipiat; simili ratione animus hominis Dei timore ad excipiendum Spiritum sanctum præparatur. Fauet Galenus lib. de compage membrorum. Loquens de hac fætuum formatione. *Habent autem septem Planete aliquid in compositione embrionis speciale. Saturnus quidem frigidus, & siccus sua frigiditate primo mense spermati grauedinem, & sua siccitate compaginem parat*. Hæc Galenus. Prius igitur materia humani corporis Saturno subiaceret,

Psal. 110. 10.

Cant. 5. 15.

Esaia 11.

Ambrosij

9. Lucæ 18. 9.

Ambrosij

10. Psal. 118. 162.

Ambrosij

11. Psal. 118. 25.

Ambrosij

12. Iob 40. 24.

Gregorij

13. Iob 38. 28.

Gregorij

Galenus

subiacet, qui siccitate, & frigidityte sua ad excipiendam humanam mentem, figuramque apter, & conceptus spiritualis prius timore formandus est.

14. *Primo Regum 1.3. De Elcana Patre Samuelis. Et ascendebat vir ille de civitate sua statutis diebus, ut adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo.* Expende cum Gregorio in hunc locum. Prius adorat, postea immolat. Adorat per timorem, immolat verò per bonorum operum exercitium. Ergo antequam ad alia procedat, qui pietatis viam aggreditur, timore concutitur. Verba Gregorij accipe: *Vt temeritas humana audacia comprimatur, prius adorare dicitur, postea immolare. Ordinatus quippe contemplantis ascensus est, si à timore incipiat. Timor autem ipse quid est aliud quam electa mentis ad diuinam gloriam specularandam transiens preordinata purgatio.*

15. *Difficile quis stabilimentum virtutis habere potest nisi virtute fulciatur. Hunc sensum habent iuxta Chrysoft. verba Psalmi 118. Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* Expende verbum illud *statue*, id est, firmum reddere, stabilem fac. Nam nisi virtus timore fulciatur fluxa omnino est, euanida, & friabilis. *Statue seruo tuo* (ait Chrysoft.) *eloquium tuum in timore tuo: Hoc est firmum, ac stabilem in tuis sermonibus me reddere, nimirum per metum nominis tui, sic me custodiens, ut nulla vi resupinari queam.*

16. *Mariae Magdalenæ lacrymis, quæ ex timore ortum ducebant tribuit Chrysoftomus in Psalm. 126.* quod subito tantorum peccatorum veniam sit adepta. Timor enim citissime hominem à peccato ad pietatem transfert. Vnde optime illum componit cum igne. Hoc enim proprium habet ignis, vt iniectum sibi ferrum molliat ad excipiendam ex arte formam, & rubigine absterfa purum, lucidumque reddat. Et quod vix, aut numquam multa vi fieri posset hoc ignis nulla mora interposita conficit. Igni profecto timorem comparare licet, qui induratum multa malitia animam facile soluat, molliat, liquefaciat. *Ita etiam meretrix* (ait Chrysoft. postquam de latrone verba intulit) *licet sui corporis formam pretio vendidderat, exposita esset contumelia, & ideo esset omnium miserima. Beata contuiti quando Deum, vt oportuit, timuit. Nullum est enim malum, quod non extinguat Dei metus. Nam quemadmodum ignis quodcumque ferrum ceperit contortum, vel rubigine confectum, id clarum reddit, ac pulchrum, rubiginem abstergens, & quod in eo erat peruersum, & inflexum, perfectissime corrigit, ita etiam Dei metus nullo, vel exiguo tempore facit omnia, & eos qui eo tincti sunt, nulla re humana frangi sinit.*

17. *Matth. 13. zizaniorum parabolam proponit Dominus, quam exponens Chrysoft. homil. 47. pulchre pro nobis expendit seruos illos, qui ad euellenda zizania separabant, repressos à Domino, illis verbis* *Matth. 13. 30. v. 30. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* Si Agricolæ artem expectes non satis apte videbitur Dominus respondisse. Nam si semel zizania creuissent, & succum è terra extraxissent, multum profecto tritico nocuissent. Quid igitur si iam maturis segetibus euellantur ad fomentum ignis: Ergo satius multo esset herbescente adhuc segete farrere fata, & infelices herbas extrahere, vt semina felicius prouenire possent; si verò ad spiritualem agriculturam mentem traducas apte satis respondit. Scilicet exponente Chrysoft. ibidem verba illa: *Alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Id est gehennæ timorem incutite: Hunc autem timorem futurum satis existimauit, vt spirituales illæ fruges ad optatum culmen, maturitatemque

perducantur, etiam si mixtæ zizaniis, & infelici lolio perseuerarent: imò verò vt ipsa zizania deposita sterilitatem in triticum transirent, hoc est vt peccatores fructum ferrent. Ea enim est timoris vis, vt si cui incutiatur, etiam si multis malis, & tentamentis obsideatur, infra se tamen, & illæsus perseueret. *Duabus ergo* (ait Chrysoftomus) *rationibus prohibuit; altera, quia frumentis parum nocerent, altera quia nisi sanarentur, extrema supplicia non euaderent.*

Actorum 10. cum diuina mysteria Petrus Cornelium edoceret, & Christianæ fidei fundamenta apud Gentiles poneret, hac ratione loquutus est. *Hic est, qui profinitus est à Deo index viuorum, ac mortuorum.* Chrysoft. hom. 23. in Acta. *Non dixit hic est Filius Dei, sed quod maxime illos terrebat: Hic est profinitus à Deo, index viuorum, & mortuorum.* Hæc Chrysoft. Ergo notat appellasse Christum verum hominem, non consubstantialem Patri Deum, non dixisse qua ratione ex virgine ortum traxerit, non crucifixum non mortuum, &c. Licet hæc mysteria inter præcipua capita connumerentur: tantum verò appellauit iudicem viuorum, & mortuorum, nempe, quia hoc maxime homines terrere posset: virtus timore frequentius à timore initium sumit.

Paulus c. 2. ad Philippenses. *Cum timore, & tremore vestram salutem operamini.* Expendit Chrysoftomus hom. 8. verbum illud operamini, quod ducta similitudine ab artificibus exponit. Vt enim, qui aliquam artem agreditur, vix quidquam sine timore conficit: opus est vt magister discipulum terret, pungat, flagellet: eadem prorsus ratione qui artem artium, scilicet pietatem, discit, necesse habet, vt timore vrgatur. Hanc vim habet apud Chrysoftomum vox illa operamini. Audi loquentem: *Quid vis? non vt me audiatis, sed vt cum timore, & tremore vestram ipsorum salutem operemini. Nequit enim, vt qui sine timore vinit generosum quid & celebre designet. Et non simpliciter dixit cum timore, sed addidit, & cum tremore, qui quidem actio quedam est timoris. Talem timorem habebat Paulus, quapropter, & dixit: metuo, ne quo pacto, cum alijs pradicauerim, ipse reperbus efficiar. Si enim temporalia sine timore comparari, & disponi nequeunt, quanto magis spiritualia? Dic mihi quis literas absque timore didicit, quis artis cuiusquam peritus factus est absque timore. Si verò ubi nihil insidiatur diabolus, & sola socordia inter turbat, tanto nobis timore opus est, vt solum naturalem desideria vincamus; ubi tantum bellum est, tanta imprudentia, quomodo fieri poterit, vt nunquam sine timore saluemur?*

E re proposita faciunt verba illa Psalm. 118. 120. *Confige timore tuo carnes meas.* Quæ verba exponit Chrysoftomus hom. 5. in cap. 2. 2. ad Timoth. ducta similitudine ab statera, dum mutant bilances, & huc, illucque distrahuntur, modo in altum eleuantur, modo ad ima deprimentur, secum etiam, & examen pertrahunt, nec certo dignosci potest, vtra ex bilancibus pondere alteram superet: si vero certo loco consistere facias, bilances subito de iusto pondere te certum faciunt: non aliter donec animus noster in incertum distrahitur, vix inter fas, & nefas valet dignoscere, si verò iniecto timoris clauo quietus consistat, statim virtutis splendor affulget, & in illius amorè rapitur animus. *Sicut etiam stare- ra.* (Verba sunt Chrysoftomi) *si lancem loco motam habeat, pondera iusta non indicat, ita & anima, nisi habeat rationis lancem stabilem, ac firmiter vi diuini timoris affixam, res sincere iudicare non valet: sed circumfertur iugiter, atque deprimitur.*

Augustinus tractatu 9. in epistolam Ioannis in nostrum sensum perducit verba illa Cantico. 2. 2. *Sicut*

18.

Act. 13.

Chrysoft.

19.

Philipp.

Chrysoft.

20.

Ps. 118.

Chrysoft.

21.

Cant. 2. 2.

Sicut

*Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Vt enim rosa spinis septa est, vt hac ratione eam munit, & ab eis qui eam decerpere tentant, defendat: non aliter ne animus noster de dæmonibus & ingruentibus tentationibus fædatur, timore tanquam spinis obsidetur, & defenditur. Post multa quæ ibi de timore intulit, subdit Augustinus. *Novi qualis es vt secura expectes aduentum meum. Novi quia molestia est tibi: sed magis expectata, tolera: veni, & cito veni. Sed amanti tardum est. Audi eam canentem: tanquam lilium in medio spinarum. Audi ipsam dicentem: Psalmam, & intelligam quando venies ad me.**

Iterum ad examen redeant, verba illa Psal. 118. *Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.* Si iam David timuerat, vt ipse testatur illis verbis. *A iudicijs enim tuis timui.* Quid timorem, quem habet, desiderat illis. *Confige timore tuo carnes meas?* Augustinus exponens hunc locum hac ratione respondet. Timor semper quidem animum ad virtutem promouet, & contra vitia arma ministrat. Si verò fumat vires, & in mensuram perfectam crescat, non vtcumque vires auget, sed quodammodo ad omnia tela inimicorum impenetrabilem, in bono firmum, stabilemque facit. Ergo iam quidem timui à iudicijs tuis, sed quia non satis mihi esse hunc timorem putavi, addi vltius timorem peto, quo contra mala omnia munitus, & veluti quibusdam clavis in bono fixus perseuerare possim. *Confige timore tuo carnes meas.* Audi Augustinum. *sed quid sibi vult, quod cum dixisset, Confige clavis, à timore tuo carnes meas, addit à iudicijs enim tuis timui. Quid est confige timore tuo, timui enim? Si enim iam timuerat, vel timebat, quid adhuc, vt, à timore suo Deus crucifigeret carnes suas, orabat? An addi sibi volebat timorem quantum sufficeret crucifigendis suis carnibus, id est, concupiscentijs, affectibusque carnalibus tanquam si diceret. Perfice in me timorem tuum timui enim à iudicijs tuis.*

§. III.

IAm verò qua ratione timor in amorem, desinat eloquamur. Conquæsti sunt Iudæi Ioann. 8. 34. quod eos seruos appellasset Dominus. Calumniam depulit Christus dum nomen seruus ad spiritualem sensum pertraxit, est enim omnis qui peccat seruus peccati. *Respondet eis Iesus. Amen amen dico vobis: quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in æternum.* Vltima verba huius sententiæ exponit Augustinus tractatu 88. in Ioannem hac ratione: seruus, id est, timor, non manet in domo in æternum, sed potius in amorem transit, in filium charissimum hic seruus meticulosus abit. *Manifestum est ergo (ait Augustinus) illum seruum, qui non manet in domo in æternum, illum pertinentem ad timorem, quem foras charitas mittit, esse intelligendum, vt dictum est; iam non dicam vos seruos. Hic autem ubi dicitur, non est seruus maior Domino suo, si nos persequuntur, & vos persequentur: illum significari seruum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in sæculum sæculi. Hic enim seruus est auditurus: enge serue bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui.* Prius quam hinc discedam exponenda mihi illa verba Augustini. *Qui permanet in sæculum sæculi.* Quæ verba sumpsit ex Psalm. 18. *Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi.* Quasi duplicem distinguat timorem, alterum sanctum qui semper durat, quem Theologi filialem timorem vocat, & est verè amor, alterum verò sanctum quidem, sed non adeo perfectum, qui quidem in priorem transit.

Augustinus tractatu 9. in Ioannem dum versat

locum illum. *Timor non est in charitate sed perfecta charitas foras mittit timorem.* Vt mentem Ioannis illucidet adducit verba illa Psalm. 29. *Conuertisti luctum meum in gaudium mihi, confidisti saccum meum.* Et circumdediti me lætitia. Id est, eximias tibi gratias ago ô Deus: qui in gaudium, & eximiam dulcedinem conuertisti, luctum illum timorem, & tristitiam, qua premebar. Et quid inde? *Et non compungar.* Id est, timor ille quo pungebar iam in charitatem, & amorem abiit. Et adeo non compungit vt maxima me lætitia afficiat. *Timor enim (ait Augustinus) est in dilectione sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor tormentum habet, torquetur conscientia peccatorum, nondum facta est iustificatio. Est tibi quod irillet, quod pungat. Ideo in Psalm. de ipsa perfectione iustitia quid dicit? Conuertisti luctum meum in gaudium mihi, confidisti saccum meum, & cinxisti me lætitia vt cantem tibi gloria mea, & non compungar. Quid est non compungar? non est quod stimulet conscientiam meam. stimulet timor sed noli timere, intrat charitas qua sanat, quod vulnerat timor. Timor Dei sic vulnerat, quemadmodum ferramentum medici putredinem tollit, & quasi videtur vulnus augeri.*

Quærit Augustinus sermon. 24. de tempore, an quandoque vile sit timore carere? Respondet: Quandoque vile esse timorem abieciisse, sed hoc vile est, quando charitas timorem expulit, alias verò valde nocuum. Rem probat apta similitudine: fame non premi bonum est, si tamen fames sumpto alimento sedata sit: si verò præ morbo fastidiat ad cibum stomachus morbi genus est periculosi. Loquentem audi August. *Vt enim dicit Ioannes timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Dixit sanè, & veraciter dixit. Si ergo habere non vis timorem, prius vide vtrem perfectam iam habeas charitatem, que foras mittit timorem. Si verò ante istam perfectionem virtus excluditur, superbia inflat, non charitas adificat. Nam sicut in bona valetudine, fames non fastidio, sed cibo perit: ita in bona mente, timor non vanitate, sed charitate pellendus:*

Similem sensum habent verba Pauli Romanorum 12. *Rationabile obsequium vestrum, ad sacrificia, quæ secundum legem fiebant, referenda verba. Etenim oues, & arietes natura timidi in honorem Dei exurebantur igne altaris: non leones, non tygrides; & lupi, qui natura impauidi sunt. Ergo tu si vis charitatis igne flagrare, ne sis tygris aut leo impauidus, sed agnus multo timore percussus, hoc enim genus animantium sibi in sacrificia, & holocausta gratissima selegit Deus. Hunc sensum ex Augustino desumpsi ferm. 150. de tempore, quem his verbis ipse adducit. *Et primum quidem velut oues Pascue Domini in ara cordis igne charitatis assari nosmetipsos offeramus, hostiam viuentem, sanctam Deo placentem.**

Commisurus Christus Dominus Petro oues suas, quas ante promiserat, prius de charitate, & amore hominem discutit. Ioannis 13. scilicet, vt placet Augustino sermon. 149. de tempore medicinam adhibet morbo quo periculose laborauerat Petrus, scilicet timori. Timore enim actus & perterritus Magistrum negauerat: ergo huic timori antidotum præbet, scilicet amorem, & charitatem. Ac si dicat, ne deinceps timore perterreatis, & mortem quam tibi prædico obuuiis manibus amplectaris, ama, perfecta enim charitas foras mittit timorem. Hæc est mens eiusdem Augustini ferm. 149. de tempore. Augustini verba dono. *Sicut idem Ioannes in Epistola sua ait: sicut pro nobis Christus animam suam posuit: sic & nos debemus pro fratribus animas ponere.*

1. Ioan. 4. 18.

Psal. 29. 12.

August.

25.

Augustin.

26.

Rom. 12. 1.

August.

27.

Ioan. 13.

August.

August.

22. Psal. 118. 110.

August.

23. Ioan. 8. 34.

August.

Psal. 18. 10.

24.

ponere. Responderat ergo Dominus Petro per superbam presumptionem: quando ei dixerat animam meam ponam pro te. Nondum vires acceperat quibus impleter promissum, modo ut hoc possit implere charitate impletur. Hæc Augustinus. Ergo prius Petro obfuit omnem timorem exuissè, quando absque timore se Dominum insequiturum promissit. Ideo enim dignus fuit qui tuere permitteretur, quia omni pulso timore impauda præsumptione protulit. Etiam si oportuerit me coramori tibi non te negabo, & etiam si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Valde enim periculosum est omnem profus timorem abiicere quando hunc præsumptio, non charitas depellit. At verò nunc ter de charitate interrogatur, & amore confirmatur, quo fultus mortem vltro optetere possit. Ergo dum Petrus supercilio, fastu, & superbia actus nihil timet: de trina negatione admonetur: dum verò multa charitate feruens omnem timorem exuerat, audit. Cum esses iunior cingebas te, &c. Ioan. 21. 18. quia scilicet dum timor præsumptione pellitur, periculum manet: si verò ipsum charitas abigat, tuta sunt omnia.

Ioan. 21. 18.

28.

Rom. 8. 15.

Idem Augustinus sermon. 10. de verbis Apostoli apta similitudine lucem affert verbis Pauli. Roman. 8. 15. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Ducta metaphora à seruis locum aperit qui viam facienti Domino præcedunt, vt hospitium ei parent. Prius enim quam Dominus perueniat secretiora domus hospitalis percurrunt, & lustrant: cum verò Dominus succedit, & domum ingressus interiora hospitij occupat, neque pedem inferre audent, sed foris omnino continentur. Ergo timor ante charitatem domum humani pectoris perambulat, in anima hominis hospitium parat, eam ad domum ducit, comitatur: discedit verò cum Domina nempe charitas fuerit ingressa. Qui enim (ait Augustinus) adhuc Deo bene agit, quia penam timet, Deum non amat, nondum est inter filios. Vt nam tamen vel penam timeat. Timor seruus est, charitas libera est. Et vt sic dicamus timor seruus est charitatis. Ne possideat diabolus cor tuum præcedat seruus in corde tuo, & seruet Domina ventura locum, fac, fac, vel timore pena. si nondum potes amore iustitie. Veniat Domina, & seruus abscedet, quia consumata charitas foras mittit timorem, non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore nouum testamentum est, non vetus. Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Hæc Augustinus. serui qui Dominum in via præcedunt, quos nos Aposentadores vocamus, id in primis efficiunt ne quis eorum, qui viam agunt venturo Domino hospitium præripiant: sed domum cum omni supellectili aduentanti Domino referuant: ita timor, qui veluti antebuldo est charitatis, animæ hospitium venturæ charitati tanquam Domina custodit neque alienum hospitem admittit, aut ingredi patitur. Est ergo vtilis, valde timor.

29.

Psa. 118. 120.

Hunc sensum habent expositore August. dicta Dauid Psalm. 118. 120. Confige timore tuo carnes meas à iudicijs enim tuis timui. Si iam se timorem habere testatur, illis verbis. A iudicijs enim tuis timui. Quid est quod adhuc timorem quærit illis. Confige timore tuo carnes meas? Quis id, quod habet quærit, & desiderat? Quæstioni hoc modo respondet Augustinus, in hunc locum scilicet duplicem esse timorem, alterum, quem Theologi vocant filialem, alterum quem seruilem appellant. Ergo timor timori succedit: filialis seruili, ita ergo ordinanda verba Psalm. Confige timore tuo carnes meas, id est, immisso timore filiali, qui charitatem continet, me firmum contra insurgentes tentationes redde: huius si ra-

tionem quæras. A iudicijs enim tuis timui, id est, nempe prius perculsus fui timore seruili, vnde dignus sum, cui timorem vltiorem, id est, filialem dones. Confige ergo (ait Augustinus) timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Hoc est da mihi castum timorem ad quem petendum me tanquam Pedagogy timor ille legis perduxit, quo timore à iudicijs tuis timui.

Actorum 2. Cum completerentur dies Pentecostes erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Inquit Augustinus in Psalm. 90. quam ob causam Spiritus sanctus venit in Discipulos die Pentecostes, scilicet ipso die quo data est lex? Responso verò nostrum institutum firmat. Nempe vt manifestum faciat timori amorem succedere, & scriptæ legi Euangelium: metumque in amorem abire. Digo ergo (ait Augustinus) scripta lex data est die quinquagesimo ab occisione Agni: & Spiritus sanctus venit die quinquagesimo à passione Domini nostri Iesu Christi. Occisus est agnus, factum est Pascha, impleti sunt quinquaginta dies, data est lex: sed data est lex illa ad timorem, non ad amorem. Vt autem timor conuerteretur in amorem occisus est agnus, iam in veritate, cuius typus erat ille agnus, quem occidebant Iudæi.

Petrus Chrysologus sermon. 158. Expendit verba illa Psalm. 113. Et tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum. Inducit Propheta Iordanem fluium terga dantem Hebræorum exercitui, scilicet cum Sacerdotes portarent arcam Domini. Cum verò ipse Dominus à Ioanne baptizandus Iordanis fluentia tetigit minime fugit. Nempè in arca (ait Chrysologus) figura tantum Christi erat, vnde timuit eam Iordanis, accedente verò Christo timorem expulit, charitate exarsit. Hæc est enim natura virtutis, vt quo quis magis virtutem colit, & Deum proximior habet eo magis timorem abiiciat. Ergo Iordanis, qui ad ingressum arcæ expauit, Dominum ipsum lubens excepit. Loquentem audi Chrysologum. Quid est quod Iordanis, qui fugit ad presentiam legalis arcæ ad totius Trinitatis presentiam non refugit? Quid est? Quia obsequitur, incipit non esse timori: hic Trinitas exercet gratiam totam, totam secum loquitur charitatem, ibi elementa corripit, vt seruilos instituat ad timorem.

Ioannis 2. Vini penuria laborabant conuiuæ, occurrit virgo, quæ mensæ accumbebat, rogat filium, vt indigentibus succurrat. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. An nisi ex aqua vinum efficere non vales bone Iesu? Quid opus aquam haurire? hydrias implere? Qui ex nihilo omnia creatis, non vales etiam ex nihilo vinum condere? Sanè non effatæ Domini vires, verum si fides Bernardo sermon. in Domini. infr. octa. Epiphan. Christi factum nostrum institutum probat. Nimirum aqua timorem adumbrat, vinum amorem, charitatemque significat: ergo non ex nihilo, sed ex aqua vinum facit, vt timoris in amorem conuersionem protendat. Nisi hydrias aqua impleueris vini penuria laborarent conuiuæ: & nisi timor præcesserit charitas non subsequetur. Hæc sunt hydria (ait Bernardus) posita in purificationem nostram, quæ vacua sunt & plena vento, si pro inani gloria obseruantur. Aqua replendo, si timore Dei custodiantur: sed diuina virtute aqua mutatur in vinum quando perfecta charitas foras mittit timorem. Hæc Bernardus. Ergo dum plenæ vento hydriæ sunt, vino non replentur, cum verò aqua, vinum excipiunt. Quia si legem obserues ob vanam gloriam, quam ventus significat, longius abes à charitate: si verò id facias timore Dei perculsus hic timor tandem in charitatem transit,

30. Acto.

31. Psa. 113.

Petr. C.

32.

Ioan. 2.

Bernardus

transit libabit vinum Princeps conuiuij, & his verbis affatus est sponsum: *Omnis homo prius bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc; Scilicet exponente eodem Bernard. serm. 13. ex paruis. Omnis homo: Hoc est hominum ingenium, vt eis quos venari cupiunt, multa signa beneuolentiæ ostendant: si verò quod optant ab eis adepti fuerint tunc durius cum illis agunt. Tu vero Deus seruasti bonum vinum vsque adhuc, id est, prius timorem incutis, cum vero timore animum dolaueris, & ad excipiendam charitatem paraueris, tunc tandem spiritum charitatis, & amoris infundis. Et nisi à te propinatum deterius vinum prius homines ebiberint, nequaquam bonum, quod ex aqua factum est degustabunt. Omnis homo (ait Bernardus) prius bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Consuetudinis est secularium hominum, vt cum aliquem honorem adipisci desiderant, ceteros sibi potius per amorem acquirant. Cum vero adepti fuerint, elati potestate, eos ipsos per timorem sibi post modum subiiciunt. Quibus prius priuati non timorem, sed amorem exhibuerant. Ipsi ponunt prius bonum vinum, id est, amorem, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est, id est, timorem. E contrario facit sponsus noster. Semper enim seruat ad vltimum bonum vinum: Quod vero in eius comparatione deterius est ante propinat, dicens: sibi accedens ad seruitutem, sta in timore. Si ex timore te feceris ipsius seruum, faciet te ex charitate amicum suum. Et sic aqua timoris commutabitur in vinum dilectionis. Ad hoc enim purificaris illis sex hydrijs, aquis timoris. Ad hoc enim accedis ad ipsum in timore tanquam seruus, at tanquam seruus à Domino vt de seruo proueharis in filium. Duo mihi obseruanda in his Bernardi verbis. In primis illud. Ad hoc enim purificaris illis sex hydrijs. Notat enim Euangelista Ioannes sex illas hydrias, quarum aquam in vinum vertit Dominus, positas esse pro purificandis Iudæis. Præcipua enim in conuiujs iuxta ritum Patrium, & auitas traditiones lauabantur, & purificabantur, aquam ergo in huius vsum purificationis asseruatam Christus Dominus in vinum commutat, quia per timorem animam lauat, puramque reddit, ex quo eam transire facit ad amorem. Insuper expendo verba illa eiusdem Bernardi: Ad hoc enim accedis ad ipsum in timore, &c. Quibus exponit verba nostri auctoris cap. 2. num. 1. Filii accedens ad seruitutem Dei sta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Filij inuocat, eum qui habet timorem non Dei sed suum, quia timor seruum facit, non filium. Ergo o tu discipule, qui filius meus es per disciplinam, si ad Dei filiationem accedere concupiscis, sta in timore. Sumpta metaphora ab eis, qui scalas conscendunt. Prius enim tenere oportet priores gradus, & per illos ad vltiores ascendere. Ergo prius tenendus tibi gradus timoris, vt ad amorem te ipsum perducas. Tandem hanc assignat inter Deum, & homines differentiam, quod homines ab amore ad timorem ruunt, at Deus prius timorem incutit, vt tandem nos ad amorem manu ducat. Homines prius bonum vinum ponunt, homo id quod deterius est.*

Notat pulchre August. in Psalm. 90. factum illud Christi Domini Ioan. 21. Ter Christus Petrum de amore discuit illis verbis: *Petre amas me?* Donec vocem illam extorsit: *Domine tu scis quia amo te.* Nec nisi adhibita trina interrogatione quieuit Dominus, & ab interrogando destitit. Nempe vt vult Augustinus timorem in charitatem conuertit Christus: & trina negationi, quam timor extorserat, tri-

na dilectionis confessio succedit, quam amor profert. Audi August. *Timore Petrus ter negauerat, non enim acceperat Spiritum sanctum. Accepto postea Spiritu sancto cum fiducia capit predicare, confessus est, quem negauerat: non mirum quia Dominus ipsum trinum timorem trino amore dissoluit. Resurgens enim à mortuis, ait Petro: Petre amas me? non dixit times me? Nam si adhuc timeret offenderet ad lapidem pedem suum. & ille: Amo, sufficiebat semel. Forte mihi sufficeret, qui cor non video. Quanto magis Domino, qui videbat, quibus medullis cordis dicebat Petrus: Amo. Non sufficit semel, Domino respondere. Interrogat iterum, & ille respondit: Amo. Interrogat tertio, & iam tadio affectus Petrus, quasi dubitaret Dominus non de affectu ipsius: Domine, tu, inquit, scis omnia, tu scis qui amo te. Sed Dominus cum illo sic egit, quasi diceret: Ter me negasti timendo, ter me confitere amando.*

Verum licet hæc ita sint, & frequentius à timore amor sumat initium, quandoque verò amor sine timore in animo nascitur. Testem adduco Gregorium in caput 1. lib. 1. Reg. vir ille iustus Eleana Pater Samuelis, quotannis ad templum ascendebar: Et ascendebar vir ille à ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Ordinem superius annotauimus: vt adoraret, scilicet per timorem, & sacrificaret: scilicet per ignem charitatis, & amoris. & post pauca: *Venit ergo dies, & immolauit Eleana.* Duo facturus venerat, scilicet adoraturus, & sacrificaturus: nec tamen dicitur quod adoraret, sed immolauit, quia teste Gregorio quandoque prius cor amore exhilaratur, quam timore pauescat. Addit in eundem sensum verba illa, à quibus Canticum Canticorum sumit exordium: *Osculetur me osculo oris sui.* Oscula infigere summi amoris, & beneuolentiæ signum est. Continet hoc poemata totius vitæ spiritualis profectum sub personis, & colloquio sponsi, & sponsæ: ergo oportebat à timore initium sumere, non ab amore. Sanè frequentius ita accidit. Sed quandoque tanta vi Deus hominem ad se impellit vt amore exardescat subito, nihil de supplicio cogitans, sed totus in Dei amorem actus. *Venit ergo (ait Gregorius) & immolauit Eleana: & non dixit adorauit, & immolauit: nisi quia vt superius dixi, sic sæpe diuina dignatione ad videndum gloriam diuine dignationis exollitur, vt nulla tunc de admixta iudiciorum consideratione turbemur. Et quamquam sine magna consideratione omnipotenti Deo elata anima numquam assistat, tamen velut immolat, & non adorat, dum sic illa felicitate summi gaudij, fruimur, vt deiectione timoris nulla quatiatur. In hunc quoque affectum venerat, quæ dicebat, osculetur me osculo oris sui.*

Timor Domini scientiæ religiositas.

Quasi dicat, timor Dei, non est ipsa scientia, & cognitio Dei, sed pietas, quæ ex ipsa cognitione sequitur, & scientiam comitatur. Alij, timor Dei efficit, vt quam de Deo habemus, scientiam, pietatem & cultum erga ipsum pariat, neque intra claustra solius speculationis se contineat, sed ad actionem etiam mouet. Alij, timor Dei mentem religat, vt circa Deum versetur, neque ad curiosa defluere sinat. Sed prima expositione germanam habes.

Timor Domini. Cum sapiens vtatur hic author hac voce timor, ostendit tandem, quid per timorem significet. Id est, si nosse vis quid tandem per timorem intelligam. Timor est Dei cultus, ex ipsius Dei cognitione obortus. Ergo hanc culturam, & reuerentiam, ait, non esse scientiam, sed religionem, & pietatem erga Deum, quæ huic scientiæ annexa est.

Bernard.

Ecccl. 1.1.

33.

Ioan. 21. 17.

Augu.

1. Reg. 1. 3.

Cant. 1. 1.

Gregor.

VERS. 17.

1.

2.

3. *Scientia Religioſitas.* Hoc eſt, cultus Dei prudens. Scientia, & cognitio Dei niſi cum pietate ſit coniuncta, nihil valet. Cultus etiam Dei, niſi prudens ſit, & verum numen colat ſuperſtitio eſt? Ergo ſit cultus veri numinis cum pietate coniunctus. Hoc enim ſignificat ſcientiæ religioſitas.

Hic verſus apud Græcos non eſt, nec aliis huius authoris ſententiis diſſimilem ſenſum continet, vnde ex margine intextum irrepſiſſe videtur.

VERS. 18. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor; iocunditatem atque gaudium dabit.

1. Hic Dei timor, hoc eſt, cultus prudens erga verum Deum animum à peccato ſeruat, quod ſi homo deliquerit ad amiſſam iuſtitiam reuocat, gaudióque mentem perfundit.

2. *Cuſtodiet, & iuſtificabit.* Cuſtodiet, id eſt, tuebitur, ne in mala incidat, iuſtificabit, reuocabit à lapſu. Hos duos effectus habet Dei timor.

3. *Iuſtificabit.* Dionyſius, *uiuificabit.* Hugo Cardinalis hac ratione ſe explicat. *Et iuſtificabit cor in bono, vt faciat, alij quod ſibi vellet fieri.* Matth. 7. *Et nõ faciet, alij, quod ſibi nollit fieri.* Sed melius pro iuſtificatione tranſitum ex peccato ad iuſtitiam expoſuimus.

4. *Iucunditatem, atque gaudium.* Nonnulli inter hæc nomina diſtinguunt. Dionyſius iocunditatem refert ad viam, gaudium ad patriam. Iucunditatem ad proſpera, gaudium ad aduerſa. Iocunditatem ad appetitum ſuperiorem refert, gaudium ad inferiorem. Hugo Card. alio modo diſtinguit. Nempe iocunditatem ex declinatione mali, gaudium ex operibus bonis. Iocunditatem quoad animæ beatitudinem, gaudium ad corporis dotes. Sed hæc, & alia quæ congeri poſſunt non ad historicum, ſed ad moralem ſenſum habe. Ego vtrúmque nomen idem proſus ſignificare arbitror. Sed quid alij ſenſerint iam eloquor.

5. Hugo Card. *Timor Domini ſcientiæ religioſitas, id eſt, cauſa ſcientiæ religioſæ, qua religat animum ne effluat in peccatum, & facit hominem circumſpectum.* Vnde Eccleſiaſt. 7. *Qui timet Dominum nihil negligit. Et iuſtificabit cor in bono, vt alij faciat, quod ſibi vellet fieri. Et non faciat alij quod ſibi nollit fieri.* Iucunditatem ſper in præſenti, atque gaudium rei in futuro.

6. Lyra. iucunditatem in præſenti ex puritate conſcientiæ, atque gaudium in futuro per adeptionem gloriæ.

7. Dionyſius Carthuſianus. *Religioſitas cuſtodiet, & viuificabit cor.* Religio quippe dicitur à religando, quoniam religat, & ſeparat mentem à vanitatibus mundi, & ligat eam cum Deo, ſaciſque eam frequenter relegere, ſiue recollere, qua dicta ſunt, & ſalutis, ac per hoc cuſtodit hominem a multis periculis, & peccatis: *Viuiſicat quoque eam viſa gratia per ſpiritualem proſectum, hinc ſcriptum eſt, Religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem, hæc eſt viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.*

VERS. 19. Timenti Deum benè erit, & in diebus conſumationis illius benedicetur.

1. Hic verſus ſicut, & præcedens in Græcis non eſt. Vnde nonnulli exiſtimant hunc verſum additum margini ad explicationem præcedentis. Habet enim ſimilem ſenſum, nec verba valde diuerſa, ex margine autem intextum adſcritum; nec certa nec omnino vana coniectura. Similem enim ſententiam habet cum illo. *Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die deſunctionis ſua benedicetur.* Nec verba

valde diſcrepant. Quidquid ſit, ſenſus eſt. Ei qui Deo reuerentiam exhibet cuncta proſpera ſuccedunt. Et ſub mortis tempus ſummis laudibus ab hominibus extolletur. Hic eſt germanus ſenſus. Alij exiſtimant hunc verſum nouam continere ſententiam à verſu relato ſcilicet. *Timenti Deum, &c.* Vt prior verſus de morte agat, hic verò poſterior de glorificatione, vt ſenſus ſit. *Et in diebus conſumationis illius benedicetur.* Omnes cum incredibili lætitia laudabunt, eique fauſta precabuntur. Verbum autem conſumationis, pro glorificatione accipiunt. Sententiam fulciunt Paulina Phraſi ad Hebræos 2. 10. *Decebat autem eum propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſſionem conſumere.* Verbum conſumere exiſtimat apud Paulum poſitum pro glorificare. Fateor locum Pauli hunc habere ſenſum. At magis iuxta mentem noſtri authoris conſumationem pro morte accipio. Nec vitio tribuendum eſt Eccleſiaſtico, quod eadem repetat, quia in doctrina ad motes pertinenti eadem repetere frequens eſt, vt altius animo inſideant.

Conſumationis: Quidam transferunt conſolationis, ſed immerito.

Benedicetur. Hugo Card. benedicetur benedictione dexteræ. *Euge ſerue bone, & fidelis* Matth. 25.

ETHOLOGIA XIX.

Dei timor humanum timorem longè ſuperat.

ET in diebus conſumationis illius benedicetur. Poſt ad mortem, & ad ingruentes miſeriarum procellas locus detorqueri. Idem ergo eſt, ac ſi dicat: Dei timor humanum timorem longe ſuperat. Quam ſententiam Patrum testimoniis fulciamus. Huius rei teſtis accedit Bernardus ſermone 13. in Pſal. *Qui habitat.* Vbi pro hac re adducit verba Domini Lucae 12. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus animam autem non poſſunt occidere.* Id eſt, excutite humanum timorem, eorum ſcilicet, quibus tantummodo poſteſtas eſt in corpora. Sed docet nos cæleſtis Magiſter modum quo facile hunc timorem abicere poſſimus? *Sed potius eum timete, quò poteſt, & corpus, & animam perdere in gehennâ.* Hoc eſt, tunc ſane hominum timorem abicias, cum Dei timorem in animum induxeris. Bernardus loquitur: *Sic nimirum ſolet amor amorem expugnare, ſolet timor timore expelli. Noli timere eos, qui corpus occidunt, anime autem non habent quid faciant. Et conſeſtim, oſtendam autem vobis, quem timeatis: Timeate autem eum, qui poteſtatem habet mittere in gehennam: ita dico vobis hunc timeate, Ac ſi manifeſtius dicat, hunc timeate, ne illos timeatis. Repleat vos ſpiritus timoris Dei, & timor alienus locum non habeat in vobis.* Hæc Bernard. Expende illa verba. *Repleat vos, &c.* quæ ſumpſit ex Eſaiæ cap. 11. 2. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini: ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris Domini.* Reliqua quidem ſpiritus dona ſuper hominem requieſcunt, at ſpiritus timoris ita hominem occupat vt totum repleat. Nihil omnino vacuum relinquat. Vnde de nullo alio ait Propheta repleuit niſi de ſpiritu timoris. Quia timor Dei ita latos hominis ſinus explet, vt nullum omnino locum humano timori relinquat.

Primo Reg. 1. 11. enixe petens Anna à Domino prolem hoc voto ſe obligauit: *Domine exercituum ſi reſpiciens*

Hebr. 2.

2.

3. Matth. 25.

1.

Lucae 12. Matth. 10.

Bernardus

Eſaiæ 11.

2.

1. Reg. 1. 11.

respicies videris afflictionem famule tue, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancilla tua, dederisque famula tua sexum virilem, dabo eum Domino cunctis diebus vita mea, & nouacula non ascendet super cap. eius. Vltima verba hac ratione chaldeus Paraphraustes. Et terror non ascendet super caput eius. Oportet enim vt ille, qui Dei familiaritate vsurus est, nihil omnino homines timeat, nec timor hominum verticem supremam hominis partem quoquo modo attingat.

Cantic. 4. 4. Sicut turris Dauid collum tuum, qua edificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium. In collo, vel elatus animus, vel pauidus ostenditur: frequenter enim qui timent, incuruato capite, & deflexo collo incedunt, ergo collum tuum sicut turris Dauid, id est, si animum tuum verus Dauid Christus ædificet, & timore suo expleat fortitudinem accipies instar turris, imo verò non solum tibi fortitudinem accipies, sed, & vires aliis ministrabis. Mille clypei pendent ex ea, &c. Hunc sensum desumpsit ex Ambrosio ad illa verba Psalm. 118. *Adhæsit pavimento anima mea. Audi loquentem. Bonum est ergo adherere Deo, neque inflexam cervicem habere ad mundum, ideoque Ecclesia vel forti anima dicit sapientia: sicut turris Dauid cervix tua, qua edificata est in Talphoth, mille clypei pendent ex ea, omnia arma potentium. Erecta enim apud Deum cervix, & ingo Christi habilis, qua nulla internarum illecebrarum incursione turbatur: sicut turris regalis est, turris cui ingum Nabuchodonosor non potuit imponere. Condidit enim turrim illam Dauid, ille manu fortis, & supra murorum edificauit excelsa, vt subsidio pariter, & decori sit.*

Psalm. 13. Illic trepidauerunt timore. vbi ô Dauid? vbi non erat timor. Quia si ibi timor esset, timor abesset. Id est, si timore Dei percuterentur, timore hominum propulsassent. Ita Basilii in scholiis huius loci. Illic trepidauerunt timore, instar leonum audentes fuerunt, & more leporum timuerunt, cum enim Deum non timerent hominem timuerunt.

Psalm. 40. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus. Vocem illam, in die mala, hac ratione expendit Chrysostomus ad illa verba Psalm. 48. Cur timebo in die mala? Quæ duo loca sibi ipsis mutuo lucem afferunt. Ergo Chrysostomus exponit sumpta metaphora ab eis, qui in obscuro loco positi tenebris, & caligine premuntur, spectra vbique sibi videre vident, & phantasmata, lemures, & malos manes suspicantur, simulachrisque terrentur. Ergo in hac die mala positos, & in hac luce maligna collocatos, quis extrahere potest? In die mala liberabit eum Dominus. Dominus ex hoc tremore, ex hac trepidatione iniecto sancto timore eruit, quia dum Deum timere docet, docet hæc terramenta non timere, scilicet homines. Apta similitudine rem firmat Chrysostomus. Pueri neque ignis vim, neque gladij aciem timent, timent verò si quis personatus occurrat, laruam timet, qui ad vera pericula non expaueat. Dum verò affulgente rationis lumine discunt laruatos, & personatos non timere, discunt etiam ignem & vera pericula cauere. Chrysostom. verba, etsi longiuscula infero. Sed si videtur prius intelligamus, quemnam dicit malum diem. Quemnam malum diem solet vocare scriptura? Diem calamitatum, diem suppliciorum diem ærumnarum, quod etiam dicit alibi. Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus: talis est autem dies futurus peccatoribus ille terribilis, & intolerabilis. Vidiisti secundum decretum suprema sapientia, & quomodo tibi definiat oratio, quam sit di-

gna metu, & quam condonatione. Nisi quis enim optime definiat, atque distinguat, & tamquam in profundis tenebris, rerumque confusione, huc, & illuc circumlatus, exitum non inueniet. Nisi enim sit nobis definitum, & constitutum, quamnam quidem timere quamnam verò execrari oporteat, magnus in vita error, & magnum periculum, est enim extrema amentia timere ea, quæ non sunt timenda. In hoc enim homines à pueris differunt, vt vt hi quidem, quorum non sit adhuc perfecta intelligentia personas timent, hominesque saccis indutos: Patrem autem, aut matrem contumelia afficere nihil existimant. Et in ignem quidem, & lucernas ardentes insiliunt, strepitus autem quosdam nihil timendos expauescunt. Viri autem nihil horum curant.

Psalm. 48. Cur timebo in die mala? Quam causa iusti timoris hominibus subest? Quid est illud, quod malum diem facere potest, tetrum, nubilum, nigròque numerandum lapillo? Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Si quo modo apud Deum offendisti, hoc vnum time cætera irride. Imò verò hic vnus timor reliqua non timere te faciet. In hunc sensum exponit hunc versum Chrysost. ibidem, audi loquentem. In his ergo iudicijs (scilicet humanis) multa timent homines, & vim opum, & potentiam, & iniuriam, & fraudem, illic autem, nihil est eiusmodi, sed peccatum solum est terribile, quod vndique circuit eos, qui capiuntur, quouis exercitu grauius, sunt ergo omnia agenda, vt non ab ipso circumdemur, postquam autem viderimus id nos velle comprehendere oportet eius manus fugere, vt faciunt egegyi milites.

Dei iussu patens Moyses relicta foceri domo in Ægyptum petiit. Cumque esset in itinere (verba habes Exodi 4. 24.) Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Si rationem huius rei quæras non facile occurrit, cum Moyses diuinis præceptis inseruiens mandata capefferet, tunc Angelus occurrit, mortemque minatur: cum potius eo tempore magno præmio dignus esset. Theodoretus relatus apud lipomanum in catena ibid. rationem reddit his verbis. Quia magnus Moses Pharaonem formidabat, ac sepe numero formidinem declarauerat, dicendo. Quis ego sum mitte alium. Idcirco illi Angelus supplicium comminatur timore timorem expellens, itemque maiore minore. Ac si dicat: timorem incutit Deus Moyse, stricto gladio mortem minitans, vt incussus timor diuinus humanum timorem excuteret, scilicet sapius Moyses imperium Dominicum detrectauerat, variisque causas obtenderat, ne legatione apud Pharaonem fungereur, vnde, & alium mitti rogat, & linguæ tarditatem causatur, territis scilicet periculo. Ergo vt hunc timorem Deus depellat, timore percellit, nullo enim alio timor expellitur hominum, nisi timore Dei.

Sed cum hæc ita sint sapius homines Dei timorem parum curant, alios verò homines valde extimescunt. Vix Dei metu percussis, vel à committendis criminibus terrentur, vel à commissis resiliunt, humano verò metu quasi iniecto fræno retardantur, & carcere inclusi tenentur. Hoc in Pilato iniquissimo iudice, & Dominicæ mortis auctore notauit Augustinus tractatu 116. in Ioannem. Nempè Iudæi hominem terruerant, in primis Dei timore, quem læsisse Christum magnis vocibus clamabant, illis scilicet. Nos legem habemus & secundum legem nostram debet mori, quia filium Dei se fecit. Id est, diuina lege statutum est, vt qui in Deum blasphemauerit morte damnetur, ergo in cum, qui se Dei filium esse mentitus est, mortis sententiam iuxta legem Dei fer. At Pilatus nihil legem Dei veritus publicæ iræ parere recusabat. Vbi verò nihil

3. Cant. 4. 4.

Ambros.

4. Psalm. 13. 6.

Basil.

5. Psalm. 40. 1.

Psalm. 48. 6.

Chrysost.

6. Psalm. 48. 6.

7. Exod. 4. 24.

8.

nihil se profectis viderunt hac via, humanum timorem incutiunt. *Si hunc dimittis, non es amicus Casari.* Hac mole timoris humani pressus succubuit Pilatus, Dominum contra fas, iusque cruci affigi iussit. An vides quantum pondus habeat timor humanus, & quantum diuino homines anteferant? Loquentem audi Augustinum. *Iudæi autem clamabant, dicentes: si hunc dimittis non eris amicus Casari, omnis enim qui se Regem facit contradicit Casari, maiorem timorem se ingerere putauerunt Pilato, terrendo de Casare ut occideret Christum, quam superius ubi dixerunt. Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori quia filium Dei se fecit.*

Augustin.

2.

Imò verò cum ex Augusta Domini specie, & sapientibus verbis internam quoque latentis diuinitatis maiestatem venatus esset, nec tamen tanto timore percussus est iudex vt à ferendo sententiam contra Christum abstineret, quin interlucentis maiestatis Augustissimam speciem, quam subodoratus fuerat timore percitus Pilatus damnauit, vnde subdit Augustinus tractatu 118. in Ioann. post relata superius verba. *Illorum quippe legem ille non timuit, vt occideret, sed magis filium Dei timuit ne occideret. Nunc verò non sic potuit contemnere Casarem authorem potestatis sua, quemadmodum legem gentis aliena. Adhuc autem Euangelista sequitur, & dicit: Pilatus autem cum audisset hos sermones adduxit Iesum foras, & sedit pro tribunali in loco, qui dicitur litostrotos, &c. En tibi quantum homines diuinum timorem humano post habeant.*

Augustin.

10.

In calce huius Ethologiae addo Dei timorem non modo humanum superare, verum etiam illum, qui Dei timore pungitur daemones etiam despice-re, & illorum vires nihili ducere. Optimè Bernard. sermon. 13. in Psal. *Qui habitat*, ad illa verba. *Et conculcabis leonem & draconem.* adducit dictum illud Prouerb. 30. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* Prælibat etiam more suo verba illa Christi Domini Matth. 10. 16. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luparum.* Idem daemon qui à sapienter dicitur leo, lupus à Christo vocatur. Sed cum leo, bestias, & effera animalia territare, & discernere dicitur: cum verò lupus in medio ouium appellatur, nihil officere potest. Si causam quæras non in daemonem referenda est, qui semper discernere paratus est, sed in eos qui eius insidiis patent. Nempe illi, qui instar bestiarum desæuiunt, & efferi sunt moribus, nec timent, ij inquam, dentibus daemoneis comminuuntur, lacerantur, discernuntur, scilicet. *Leo fortissimus bestiarum, fortissimus bestiarum, &c. Qui verò pauidi, & multo timore, territi instar ouicula sunt, hi, inquam, daemonem abigunt, & eius territamenta, & vanos strepitus despiciunt. Nempe. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, &c. Timet enim diabolus timentem Deum. Ergo si vis daemonem terrere, time Deum, instar ouis animalis scilicet pauidi. Ne fias bestia, & efferum animal, alioquin ad daemoneis pauebis occursum.* Verba Bernardi affero. *Aduersarius vester tamquam leo rugiens ait Petrus gratias magno illi leoni de tribu Iuda, rugire iste potest, sentire non potest. Rugiat quantum vult, tantum ne fugiat ouis Christi. Quanta minatur, quanta exaggerat, quanta intentat. Non sinus bestia, vt nos prosternat vacuus ille rugitus. Sic enim perhibent, qui talia curiosus vestigauerunt, ad rugitum leonis nullam bestiam stare posse, neque eam quidem, quæ aduersus eius ictum tota animositate repugnat, & plerumque superat ferientem, quæ non sustinet rugientem. Verè bestia, verè rationis expertus, qui tam pusillanimis est, vt solo terrare cedat, qui sola futuri exaggeratio-*

Bernardus.

ne laboris victus ante confictum non ictu sed tuba prosternitur.

ETHOLOGIA XX.

Qui solo hominum timore à malo arcetur ruina proximus est.

Quantum Dei timor humanum excellat superior euicit Ethologia. Præsens verò quam sit casui proximus qui solo humano nititur, eloquitur, corripiebat insanum Regem Harodem Baptista: at ille libidinis æstu percitus sanctum Prophetam misit in carcerem, & volens eum occidere (ait Matthæus) timuit populum. Insanus Rex non Deum timuit sed populum, ideo facile in crimen prolapsus est. Quia ille qui tantum humani timoris claustris concluditur, facile ruptis repagulis in præceps fertur. Huius rei author est Chrysothomus hom. 16. ex variis in Matth. Loquentem audi. *Volens (inquit) occidere eum timuit populum: facile deniat à iustitia, qui in causis non Deum, sed hominem formidat. Hinc peccandi differt facultatem, non aufert voluntatem, vnde etiam quos suspendit à crimine, audiores reddit ad crimen, & æstuat animo, quoad usque perficiat quod cogitat malum. Solus enim Dei est timor, qui nocentes corrigit, fugat crimina, innocentem seruat, perpetuam tribuit facultatem.*

Chrysoth.

2. Gen. 3. 10.

Genes. 3. *Et timui eo quod nudus essem.* Causam huius timoris expendit Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 14. Scilicet, *eo quod nudus essem.* Non timuit eo quod Deum offendisset, non quia Deum se corripientem vereretur, sed *eo quod nudus essem.* En tibi causa, quare tam cito serpentis suggestionibus, & vxoris blandimentis cessit, scilicet humanus timor labentem Adamum tenere non potuit. *Et notandum (ait Rupertus) quod culpam suam tacuit, quæ sibi causa erat pudenda nuditatis, & ita se nudum esse quæstus est, vt Deum potius incusaret, quod talem facturam hominis formasset. Non enim dixit audiui vocem tuam in paradiso, & rimui, eo quod præceptum tuum præuicatus essem: sed timui, inquit, eo quod nudus essem. Non ergo factum suum, sed facturam Dei in semetipso reprehendit, & quam peruersus hic timor, qui non facti sui gerere penitendiam: sed solum pena sua satetur se habere confusionem.*

Plenitudo sapientiae est timere Deum & plenitudo à fructibus illius.

VERS. 10

Dixerat sapientiam initium sumere à timore Dei. Nunc autem addit ab eodem, & plenitudinem, & consumationem decerpere. *Plenitudo sapientiae, &c. Quasi dicat, timor Dei efficit sapientiae plenitudinem. Et plenitudo, &c. Quasi dicat, & ipsa sapientia ad plenum possessa plenitudine fructuum suorum implet timentem Deum. Alij per sapientiam virtutem intelligunt, ergo huius virtutis plenitudo, est timor Dei, quia quæcumque vel eximia virtus nisi timore Dei fulciatur vana est neque ad plenitudinem accedet.*

1.

Plenitudo sapientiae est timere Deum. Dicitur autem timor Dei dupliciter plenitudo sapientiae, vel quia ad mensuram timoris Dei sapientia introducatur, & quo quis magis Deum reueretur, eo magis sit sapiens. Vel quia nihil aliud sit sapere quam Deum reuereri. Melius quia sapientiam causat. Frequenti enim phrasi apud hunc authorem nomen effectus causae tribuitur.

2.

Et plenitudo à fructibus illius. per Græcismum dictum latinis auribus insolens. Pro quo Latinus diceret,

3.

diceret. Et plenitudo fructuum illius. Hoc posterius Hemistichium quidam ex Græco sic transferunt. & *inebriat eos à fructibus suis*. Phrasîs Hebræis frequens, vt plenitudinem alicuius rei ebrietatem vocent. Alij ex eodem, & *imbuat eos à fructibus suis*. Eodem sensu diuersa phrasî Vatablus. *Reuereri Deum vberissima sapientia est, qua homines fructibus suis exsaturat*. Ergo sapientia ex Dei timore nata multiplici fructu Deum timentem cumulat.

4. *Illius*. Nonnulli ad timorem referunt, sed non congruo sensu: melius nos ad sapientiam, vel ad sapientiam plenitudinem retulimus.

5. *Plenitudo sapientia*. Lyræ. *Plenitudo, scilicet, que ducit ad gloriam*. Quasi in hac vita manca sit, quæcumque scientia, etiam si eximia videatur. At in beatitudine erit scientiæ plenitudo.

6. *Plenitudo sapientia*, &c. Paulus de Palacio de ea sapientia loquitur, quæ est creata, quam dixit esse Dei dilectionem. *At dilectio sine timore plena non est, vacua est*. Quamtumcumque eximia sit virtus nisi timore Dei fulciatur, caduca, fluxa est, & fragilis.

VERS. 21. **Omnem domum implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius.**

1. Quasi dicat, omnem domum illius, scilicet timentis Deum implebit timor Dei à generationibus, id est, fructibus sapientiæ. *Et receptacula, &c.* & loca ad recipiendum apta; *Theauris*, id est, bonis reconditis: *Illius* scilicet sapientiæ, id est, timor Dei sapientiæ bonis cumulabit Deum reuerentem.

2. *Illius*. Aliqui, ad sapientiam referunt, sed immerito: nam in Græcis codicibus, illorum, habetur, quod non ad sapientiam, vel ad timorem, sed ad Deum timentes necessario referendum est.

3. Generationes autem vocat phrasî scripturæ fructus, qui ex aliqua regenerantur, & oriuntur. Vnde inferius cap. 24. *Et à generationibus mei adimplemini*, id est, à fructibus. A generationibus autem dicit in plurali, id est, à duplici fructu, scilicet temporali & spiritali.

4. *Receptacula*. Sunt loca apta ad condendos, & conseruandos fructus. *Camaras, Almazenes*.

5. *A thesauris*. Vocat hoc loco thesauros omne illud quod in receptaculis reconditur.

6. *Illius*. Relatiuum illius 2. loco positum, ad sapientiam referendum est, cuius fructibus domos, & receptacula timentis Deum replentur. Quidam referunt ad timorem Dei, qui sapientiæ bonis domum & loca apta ad recipiendum replet.

7. Hæc nobis. Quæ verò aliis visa sunt etiam referamus. Paulus de Palacio. *Domus sapientia est corpus non subditum peccatis, sed maxime & anima iusti, qua sedes est sapientia*. *Receptacula domus huius sunt intellectus, & memoria, voluntas, & reliqua potentia*. Hanc igitur domum, & eius cameras timor Domini implet thesauris sapientia, id est, fructibus eius, seu bonis sanctisque eius operibus. Et infra. *Tu verò etiam memineris receptacula iustorum esse æterna tabernacula, dicente Christo facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt vos recipiant in æterna tabernacula*. *At timor Dei facit, vt sapientia impleat hæc receptacula sanctis operationibus*. *Qui enim caleste tabernaculum meretur, illud suis meritis implet*.

8. Hugo Card. *Vel à generationibus, id est, virtutibus, qua dicuntur generationes, quia vna generat aliam, vt dicit Glossa super illud Matth. 1. Abraham genuit Isaac, & infra, vel implebit gloria à generationibus, & post generationes secundum fructum operum*.

Corona sapientiæ timor Domini replens pacem, & salutis fructum. VERS. 22.

Hic versus, eundem sensum habere mihi videtur cum illo. *Plenitudo sapientia est timere Deum*. Dixerat sapientiam initium sumere à timore Dei, addit non modo ab illo sumere initium, sed & plenitudinem, & complementum, hoc autem explicat similitudine sumpta, à corona, quemadmodum enim illis, qui de deuictis hostibus triumphū agunt, coronam capiti imponunt: eadem profus ratione sapientia coronatur Dei timore, id est, ab illo complementum, perfectionem, & plenitudinem desumit. Hic autem timor qui corona sapientiæ dicitur multam animi tranquillitatem corporisque salutem affert. Dicitur autem sapientia complementum & plenitudinem, & coronam à timore desumere, quia scientia nisi timore Dei, cultu, & reuerentia fulciatur omnino est vana, & sine fructu. Hic mihi videtur aptior sensus, sed & aliorum placita in medium adducamus. 2. Alij, timor Domini timentes Deū coronat, non aliter quàm sapientia sapientes diademate redimere solet. Quia verò sapientia, vel pro rerum cognitione, vel pro ipsa virtute apud hunc authorem desumitur. Expositio prædicta duplicem parit sensum, scilicet. Tam illustres, & corona tam nobili insignitos reddit timor Deum timentes; quam sapientia, vel virtus, pios, vel sapientes homines coronis reddunt insignes. 3. Alij verò sic: Timor Domini qui multam animi tranquillitatem per sese producit, & corporis salutem, quæ ex hac etiam animi tranquillitate originem trahit, efficit, vt diuina sapientia decoret timentes Deum altissimarum rerum cognitione, quæ cognitio instar coronæ illos conspicuos reddit, & illustres. Expressius sapientia strictius se communicat eis qui virtuti student, & Deum reuerentur. 4. Alij, timor Domini sapientiam impetrat, & meretur, quia veluti corona suos cultores ornat. Quæ non multum à præcedenti distat. 5. *Corona sapientia*, &c. Sapientia nos Dei timore coronat. Quasi sapientia nullam habeat coronam, vel non satis dignam, qua suos coronat, nisi à cultu Dei accipiat. Inaniter quis ex sola sapientia se extollit, nisi insuper, & Dei cultus accedat. 6. Lyræ, corona sapientiæ, id est, sapientia perfecta quæ in Dei visione consistit, corona est quam meretur Dei timor. Expressius, sola Dei visio integrum virtutis præmium est. Sed hoc ad sensum moralem magis spectat.

Corona ornamentum capitis. Quandoque etiam colli insigne fuit triumphantium, Regum, & sacerdotum: Adhiberi solita etiam in conuiujs, secundisque rebus. Hoc loco vel ad eos qui triumphant, vel ad eos qui rempublicam moderantur referri potest.

2. *Replens*. Græcè germinans, commode refertur potest hoc participium ad coronam, vel ad timorem, quæ duo iuxta expositionem à nobis traditam eodem recidunt. Diximus autem referri posse ad nomen timor, nam Græca exemplaria nonnulla hoc nomen retinent: & licet frequentius, habeat infinitiuum timere, vt hoc in capite sæpè, vbique tamen nominis vim habet. Verbum repleo abundantiam significat. Clarius: Repletus pace, & salutis fructu.

3. *Pacem*, id est, omnia bona, vt diximus. præcipue ad animæ spiritualia dona refero nomen illud Pacem.

4. *Et salutis fructum*. Græcè, & sanitatis. Quam vocem ad corpus præcipue refero: Quæ quidem corporis sanitas ex pacato animo originem trahit. Neque

que enim parum iuuat ad corporis sanitatem animi pax, & tranquillitas. Si verò quis tam salutem quam pacem ad animum traducat, non multum contenderim.

6. Hugo Cardin. *Qua corona restringuntur capilli, id est, fluxa cogitationis mentes, & vana desideria. Quæ vel ad timorem, vel ad sapientiam referenda sunt. Timor enim coercet hominem, ne in vagas diffluat cogitationes. Quod etiam præstat studium sapientia.*

VERS. 23. Et vidit, & dinumerauit, vtraque autem sunt dona Dei.

1. Sibi inuicem hic Græci dissentiunt. Referre, examinare, aut reicere non vacat. Nostræ lectioni lucem præfero. Dixerat vers. 9. *Vnus est altissimus, &c.* Id est, sapientia cognitionem vni Deo competere. Addit, & effudit, &c. Hoc est communicauit etiam sapientiam aliis: sed præcipuè timentibus se, hoc addit hic versus. Scilicet ipse etiam timor, hoc est, homines Deum timentes: *Vidit, & dinumerauit.* Id est, planè cognouerunt. Dionysius Carthusianus ad Deum refert quasi ipse viderit, & dinumerauerit sapientiam. Sed vtiā ipse melius videret. *Vtraque autem sunt dona Dei.* Tam timor Dei, quam sapientia Dei dona sunt. Id est, ne quis putet ad hanc sapientiam, quæ penes vnum Deum residet, posse innatis viribus surgere: nouerit tam sapientiam, quam Dei timorem, quo medio ipsa acquiritur donum Dei esse. Alij dictionem vtrāque ad pacem, & ad salutem referunt. Quasi dicant tam pax animæ, quam corporis salus à Deo proueniunt. Sed minus aptè.

2. *Et vidit, & dinumerauit.* Hæc verba non ex parte, sed plenam indicare cognitionem supra diximus: Ad illa verba: & vidit, & dinumerauit, & mensus est. Quorum verborum memores oportebat esse aucthores, qui aliter hunc versum interpretantur. *Et vidit, & dinumerauit.* Id est, sapientiam, quæ vni Deo competit, etiam timori Dei, id est, timenti Deum ipse communicauit.

3. *Et vidit, & dinumerauit.* Dionysius Carthusianus, id est, *Domini sapientiam approbauit, & numerum meritorum eius remunerauit, quia nullum bonum deserit irremuneratum.* Hoc est, Deus iuxta numerum meritorum homines beatitudine donat. Subdit Carthuf. *Quod timor videt, id est, per approbationē cognoscit, facit sapientia, non quod sapientia ista, non sit per se placita, sed quod timor custodit, & conseruat eam, ne per peccatum amittatur.* Quasi dicat, timor vidit sapientia, & dinumerauit, id est, numerabilem eam declarauit. Hoc est bonam, non vanā, & infructuosam: Quod enim numero recensemus, alicuius esse pretij declaramus, iuxta illud Domini. *Sed, & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Ergo timor Dei approbat sapientiam, id est, sapientia sine Dei timore inutilis est, & nullius præcij.

4. Paulus de Palacio. *Et vidit, & dinumerauit,* id est, timor Dei animæ latebras, sinūsque perlustrat, nequid ibi mali resideat. Est enim velut censor animæ operum, & potentiarum, & veluti scopa, qua si quid mali est, verritur, forasque proiicitur, est fistula, qua sentina animæ hauritur.

5. *Replens pacem.* Hugo. *conferens plenam pacem, pacem peccatoris in presenti, & pacem æternitatis in futuro.*

6. *Et saluis fructum.* Hugo, id est, *fructum replet ex quo sanus est, id est, opera bona, de quibus dicitur Mat. 3. Facite fructus dignos penitentia.*

Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur, & gloriam tenentium se exaltat. VERS. 24.

1. Quasi dicens: rerum diuinarum cognitionem, & rectam agendam rationem, sapientia largiter effundit. Gloriam, & laudem se possidentium auget, cumulat, illustrat, ad cælos vsque euehit.

2. *Scientiam* ad solam rerum occultarum cognitionem, & meram speculationem refero.

3. *Intellectum prudentia.* Ad praxim, & rectam rerum agendam rationem referendum. Vnde quidam vertunt. *Artem.*

4. *Compartietur.* Id est, diuidit. Græcè habetur, quasi imbrem effunderet. Quod phrasi scripturæ largam donationem significat.

5. *Et gloriam tenentium,* id est, se possidentium. Aliqui amplectentium, *exaltat.* Conspiciam, & altam reddit.

6. Hugo Card. *Scientiam vitandi malum: & intellectum prudentia faciendi bonum.* Paulus de Palacio ne credas scientiam, quam Deus indidit in sola rerum contemplatione consistere, sed vterius ad virtutum actionem transire.

Radix sapientia est timere Dominum, & rami illius longæui. VERS. 25.

1. Quasi dicens: furculus, qui ex diuina sapientia, vt ex arbore erumpit, reuerentia erga Deum est: & rami, quos ex se fundit, diu virent, multoque tempore perdurant. Ergo agit de his, sumpta metaphora ab arbore, qui & radicem, & truncum, & ramos habet. Sapientiam appellat radicem, timorem Dei velut truncum. Bona, quæ ex his oriuntur velut ramos, ex quibus fructus pendet. Quidam diuerso modo interpretantur. Scilicet timor, & reuerentia erga Deum radix est, ex qua sapientia pullulat. Sed quia hic sensus cum illo incidit versu scilicet, *Initium sapientia timor Domini,* Nos nouam intulimus sententiam ex nouo modo interpretandi. Nec difficile est vt timor, & scientia mutuo, & radicis, & furculi rationem habeant, quod in mysticis facile est inuenire. Posterius Hemistichium hac ratione exponit Cornelius Iansenius. Et rami eius vita longa. Sed minus rectè, cum & hanc sententiam prius tradiderit, scilicet v. 12. *Timor Domini delectabit cor, & dabit letitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.* Ergo hæc verba nouam sententiam inferunt. Hoc est, rami, quos ex se emittunt tam sapientia quam Dei timor longæui sunt, multum durant. Est enim præcipua laus arborum, si diutius folia, & ramos cōseruent, vel perpetua viriditate vestiantur. Similis est Dauidica Phrasis Psal. 1. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non defluet.* Hugo Card. hoc modo versum legit. *Radix sapientia est timere Dominum, rami enim illius longæui.* Quasi posterius Hemistichium prioris rationem reddat, hoc modo. Sapientia, quam per totum terrarum orbem Euangelium disseminat æterna est, nec vnquam interitura. quia rami, id est, beatitudo, quæ est præmium quod proponit, & ignis infernalis, qui est pœna quam minatur, æterna sunt. Maxime enim præcepta, & leges præmio pœnæque fulciuntur. Vnde quia hæc promittit Euangelium perpetuò duratura, ided, & ipsa lex Euangelica in perpetuum durabit. Decidit autem Mosaica lex, quia præmia, & supplicia temporalia proponebat. Sed hæc ad mores.

Rami.

2. *Rami.* Hugo Cardin. Rami enim. Sed particula illa enim redundat difficilémque reddit sensum.

3. *Longæui.* Græcis longæuitas, vel longitudo. His enim nominibus diurnam durationem significantius protendunt. Assueta scripturæ phrasi, quæ ut rem augeat, quandoque nominibus abstractis vitur pro concretis. Quidam transferunt. Longæuz atates, sed eodem recidit.

4. Hugo Cardinal. *Rami enim illius Longæui, id est, sententia scripturarum, quas per orbem terrarum, Evangelica pandit doctrina, sicut æterna, quia æterna gaudia promittunt, & æterna supplicia comminantur.* Sed de his superius.

VERS. 26. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas, execratio autem peccatoribus sapientia.

6. In diuini sapientiæ penu condita est rerum diuinarum cognitio, & cultus, quem scimus Deo placere. At peccatores prorsus à sapientia abhorrent, eamque execrantur, ut mirum non sit, si intelligentia careant, & veræ religionis sint expertes. Id autem intendit hoc versu, ut rationem reddat quare peccatores à recta rerum cognitione, & verò Dei cultu alieni sint, nimirum, quia longè absunt à sapientia. Sapientia apud se reconditam habet diuinarum rerum cognitionem, & Dei latrariam, itaque hæc nisi de manu sapientiæ habere non possumus. Cumque peccatores oderint sapientiam, quid mirum, si & rerum difficilium intellectu, & vera erga Deum religione priuentur? Hic versus in Græcis exemplaribus non extat.

2. *Execratio.* Id est, terribilis est illis sapientia, neque manum admovent, ad labores superados, quos in eius consequitione tolerare necesse est. Hæc verba exhortationem continent ad patientiam, quam in consequitione sapientiæ haberi oportet.

3. Paulus de Palacio sapientiæ thesaurum appellat omnium virtutum chorum, nam his omnibus virtus iuuatur.

4. Dionysius Carthusian. *Theauri sapientia sunt merita eius, & pretiosa charismata & adiuncta, inter que sunt intellectus, & intelligentia scripturarum, & religiositas scientia, id est, scientia rationalis, sè occupans circa salubria, vitansque vana, & curiosa.*

5. Hugo Cardinal. *In thesauris, &c. Id est, in nouo, & veteri testamento, que sunt thesauri sapientia, & intellectus faciendi bonum, & scientia religiositas, id est, scientia religiosita vitans malum. Quod autem nouum, & vetus testamentum dicantur thesauri sapientia, siue filij, legitur, Matth. 13. Omnis scriba doctus in regno celorum similis est Patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Et infra. *Execratio autem peccatoribus sapientia, id est, terribilis, & abominabilis sapientia. Aues enim noctis lucem odiunt, & agris oculis odiosa est lux, que sanis est amabilis. Et palato non sano poena est panis, qui sano est suavis.*

6. *Lyra.* *Et scientia religiositas.* Id est, religio notitiæ erga Deum, qua restringitur animus, ne per vana, & curiosa euagetur.

ETHOLOGIA XXI.

Timoris Dei vtilitates recenset.

1. **C**vlum Dei cum thesauro componit meus Ecclesiasticus illis verbis. *In thesauris sapientia intellectus, & scientia religiositas.* Quia sicut in thesauris reconditas opes habemus, ita in Dei timore ferè om-

nia ad vitæ spiritualis profectum pertinentia asseruamus. Ergo varias diuini timoris vtilitates presens Ethologia recenset, ut merito thesaurus dici posse euincat. In primis mentis aciem acuit. Testatur Petrus Chrysol. ser. 143. *Dei legatione functurus apud virginem Gabriel Archangelus virgineis se inseruit penetalibus expauit puella, quo timore meruit, ut totius mysterij ordinem doceretur ab Angelo. Quia timor Deum docentem inducit, & discipuli mentem ad doctrinam parat. Turbata est (ait Chrysol. ser. 143. in sermone eius. Quod per Angelum Deus mandat, ille meretur scire, qui timet scire. Audi Dominum dicentem: super quem respiciam, nisi super humilem, & mansuetum, & trementem verba mea. Vltima verba desumpsit ex Esaia cap. 66. & nostro instituto deseruire facit. Ergo respicere apud Esaia iuxta Chrysol. idem est, ac docere, ac si aperte dicat Deus. Quem docebo, nisi eum, qui timore percellitur. Omnis enim ferè doctrina à timore incipit.*

Vtilis etiam est ut homines in officio contineat, vix enim vllus est qui si omnino timorem abiiciat, legem Dei implere valeat. Nam omnia ex charitate persequi iis qui in hac vita mortali detinemur, ferè non datur. Hoc ad eos qui beatitudine donati sunt spectat. In hunc sensum, exponit Gregorius lib. 34. moralium cap. 8. *Quod de Angelo refert Ioannes Apocalyp. 1. Præcinctum ad mamillas zona aurea.* Præcingi enim altiori sensu significat ad mandata Dei custodienda se aptare, & vitæ mandatorum Dei percurrendæ se habilem reddere. Zona autem aurea charitatem significat. Ergo illæ mentes, quæ æterna gaudent felicitate auro se præcingunt, quæ ex solo amore, & charitate Dei iussa exequentur. At nos sæpe ferrea zona præcingimur, quia non amore, sed timore ducimur, & timoris claustris intra virtutis sæpta nos continemus. Audi Gregor. *Rursus auri nomine charitas nominatur, sicut Angelus, quem sibi loqui Ioannes aspexit ad mamillas zona aurea cinctum vidit. Quia nimirum supernorum cinium pectora dum panali iam timori nequaquam subiecta sunt, atque à se vicissim nulla scissione soluuntur, ex sola charitate constringuntur. Zonam verò auream circa mamillas habere est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris vincula restringere.*

Item timor securitatem parat. Qui verò timorem abiicit in maximo discrimine versatur. In hac sententia est Gregorius exponens verba illa Cant. 1. *Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres.* Superius seiplam sponsa pellibus comparauerat, sub quibus milites degunt, illam scilicet sententiam Iobis sequuta. *Militia est vita hominum super terram.* Dixerat enim sponsa Cant. 1.4. *Nigra sum, sed formosa filia Ierusalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis.* Hoc est, memini me militarem vitam agere, & continuos perferre inimicorum incursum, quos timeo. Dum autem hoc timore percelleretur securam vitam agebat. Subinde verò castrorum vitam pertæsa pastoritiam adamat, *indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Ac si dicat exolam habeo hanc militarem vitam, quæ continuo timore exagitur: & ad pastoritiam securitatem transire cupio. Cui sponsus. *Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, &c. Id est, prorsus viam securitatis ignoras, quæ timore comparanda est. Vnde subdit. Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea, id est, militiæ terror, & imminentium malorum metus: non oscitantia, pastoritiæ vitæ te securam faciet.*

Petr. Chryl.

Esa. 66. 22

Apoc. 1. 13.

Greg.

Cant. 1. 7.

Ab incepto itinere animum deflectè, ne castrorum timorem reformides, ne Pastorum otium ames: nam imminet tela, & militaris vitæ terror magis te securam reddent, quam Pastorum otium, & securitas. Ergo quæ secunda esse vis time. *Si ignorat se sponsa* (ait Gregor.) *egredietur, & abeat: quia quisquis nescit se in hoc positum, ut tentationes per sufferentiam vincat à familiaritate Christi recedit. Quia in bello positus, cum Domino suo regnare recusat. Sciendum est autem omnibus quod dum in tentationibus sumus contra aëriæ potestates regnare precipimur, quia sine victoria coronari non possumus. Hoc qui ignorat, in bello est, & quasi in pace exultat, & eo frequentius vulneratur, quo securior est, quia nescit videre quod caueat.*

4.

Psal. 50. 14.

Idem in Psalmos Pœnitentiales pro hac re adducit versus Psalm. 50. *Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Non sibi videtur utrumque Hemistichium coherere. *Redde mihi lætitiā salutaris tui.* Ergo lætitiā, & gaudium se perfundi petit. Addit author. *Et spiritu principali confirma me.* Expende verbum illud, *confirma*, quod labentem hominem, & timore percussum fulcire significat. Igitur qui prius dari sibi gaudium petit, quid est quod postea, se ipsum rimentem, & pauidum inducit? Nimirum (ait Gregor.) quia tunc secunda lætitiā homo exultat cum timore diuino percutitur. Vnde Apostoli, & metu percutientem Spiritum exceperunt sub Pentecostem, & multo igne flammantem. Quia ille securus spiritus gratiā, & amorem excipit, qui timore pauidus est

Act. 2. 2.

Actorum 2. 2. *Et factus est repente de cœlo sonus aduentis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes. Sonus, & strepitus de cœlo immixtus timorem incussit, & ignis illapsus amorem detulit. Et apparuerunt dispersite linguæ tanquam ignis. Audi Gregor. Et spiritu principali confirma me.*

Gregor.

Solet quibusdam contingere ut dum se purgatos per satisfactionem reputant, ab interne mentis custodia animum resoluunt. *Qui quidem sua elatione depressi eo deterius corrumpunt, quo sibi de indulgentiā blandientes vana spei securitatem promittunt. Inde est, quod Propheta exorat dicens: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Non dicit, lætetur, ut securus sim. Ac si aperte dicat, ita me correctum facito gaudere de veniā, ut me nunquam esse definas securum de culpa. Sic & in hoc loco postquam sibi reddi lætitiā salutaris Dei petit. Ne sibi demissus ad interiora prorueret, illico iunxit: & spiritu principali confirma me. Sciebat enim, quia infirma est omnis anima, nisi sancti spiritus fuerit virtute firmata. Nam & de Apostolis dictum est, verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quibus profecto tunc spiritus virtutem tribuit cum igneis linguis apprensus in cordibus eorum diuini flammæ amoris accendit. Expende verba illa, quæ intulit Gregorius in huius rei probationem ex Psalm. 85. *Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum*, id est, ita lætetur ut timeat, quia vera lætitiā in timore est:*

Psal. 85. 11.

5.

Psal. 118. 18.

Non longius abest David Psalm. 118. *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* Hæret Chrysostomus exponens hunc locum illi verbo statue, id est, firmum me fac seruum tuum, ne facile à virtute defluam, ne facile in vitia corruam. Sed quid est quod hanc firmitatem donare potest? *In timore tuo.* Timor est qui firmos nos reddit, sumpta forè metaphorā à plantis, quæ quo plus ventis concutiuntur, eo firmius hærent, eo altiores radices agunt, eo firmius terræ adhærent. *Statue seruo tuo* (ait Chrysostomus) *eloquium tuum in timore tuo.* Hoc est, firmum, & stabilem in tuis sermonibus me redde. Nimirum per ætatum numinis tui: sic me custodiens, ut nulla vi resu-

Chrysost.

pinari queam. In quem sensum inserit versum Psalm. 118. 120. *Confige timore tuo carnes meas.* Vt enim, ea quæ clauis figuntur eam firmitatem accipiunt, ut nulla vi diuelli possint, ita timor contra ingruentes tentationum fluctus, & procellas animum quasi clauis figit. *Atque etiam* (subdit Chrysostomus) *in hoc eodem Psalmo ait Propheta. Confige timore tuo carnes meas. Imminet, inquit, timor tuus, qui me carnis voluptates exequi minime sinat.*

Psal. 118. 120.

Chrysost.

Imperfecti operis author homil. 3. in cap. 3. Matthæi, pro re præsentī exponit verba Ioannis Baptistæ vitia Iudæorum carpentis, & eos ad pœnitentiā inuitantis. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Sed quam ratione rationales arbores, fructus perfectos edere poterimus. *Iam enim securis ad radicem arboris posita est.* Rogo quid utilitatis securis imminens arbori afferre potest ad fructus profereandos, vel sanè si ad agriculturam referas, nullam prorsus: si verò ad anagogem, multam sanè. Vt enim arte agriculturam immixta stercore circum arborem multum iuuat, ut fructus proferat: sic, ut colonus ille Euangelicus, ficulneæ patronus apud Dominum perorauit. Ita sanè in spiritualibus, & rationabilibus arboribus impendens securis geminare eas facit. Expressius dicam. Imminens ferrum significat multum timorem incussum ex memoria futuri iudicij, aut gehennalium pœnarum; ergo ille qui eiusmodi iudicium, aut pœnas recolitis ad radices arboris securim ponit, & in proximo est, ut fructus producat rationabili arbore dignos. *Iam securis* (ait hic author) *ad radicem arboris posita est. Securis autem est antiquissima ira consumationis, quæ totum præcisura est mundum, & si posita est, quare non præcidit? Aut si interim præcisura non fuerat, quare posita est? Quia rationabiles sunt arbores, & in pœnitentiā habent facere bonum, & non facere, ut videntes ad radicem suam positam esse securim, timeant præcisionem suam, & faciant fructum. Nam quamuis malus neque timore corrigitur, tamen bonus nisi timuerit peribit.*

6.

Matth. 3.

Imp.

7.

Iudic. 7. 10. Iubet Dominus Gedeoni, ut descendat exploratorum castra Medianitarum: cum verò in tantum se immittit discrimen timuerit Gedeon, ait illi Dominus. *Sin autem solus ire formidas descendat tecum Phara puer tuus.* Posset sanè Deus facile hominem metu liberare, omninoque timorem abstergere: sed maluit focium viæ illi præbere, & contra metum remedium dare, scilicet in bello spirituali multum iuuat metus, vnde non abiiciendus.

Iud. 7. 10.

8.

Prouer. 14. 26. *In timore Domini fiducia fortitudinis.* Paulò aliter legit Augustin. sermone. 13. ex 17. de Martyribus, hic locus timore contra timorem nos armat: in huius rei confirmationem adducit verba Domini Matth. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, sed quamnam res nos contra hunc timorem armabit? Sed potius eum time, qui potest & corpus, & animam perdere in gehennam.* Ecce in timore spem contra timorem collocauit. Ergo nos timor firmos, & stables reddit. *Aduertis* (ait Augustinus) *cum sanctum Euangelium legeretur Dominum Deum nostrum antequam pro nobis moueretur, firmos nos esse voluisse, sed admonendo ne timeremus, & admonendo ut timeremus. Ait enim nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Ecce ubi monuit, ne timeremus. Videte ubi monuerit ut timeremus. Sed eum, inquit, time, qui potest, & corpus, & animam perdere in gehennam. Ergo timeamus, ut non timeamus. Timor vester ad ignauiam pertinet. Timor infirmorum videtur esse non fortium, sed videte quid dicit scriptura. Timor Domini spes fortitudinis. Timeamus ne timeamus. Timeamus prudenter, ne timeamus inaniter.*

Prou. 14.

Matth. 10.

August.

Timor

VERS. 27. Timor Domini expellit peccatum.

VERS. 28. Nam qui sine timore est non potest iustificari: iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est.

1. Nouam laudem timoris infert, vt scilicet peccatum expellat, nam vt supra ex Concil. Trident. retulimus pœnarum metu homo mouetur ad pellendum peccatum. Ergo sensus est: Cultus, religio, & reuerentia erga Deum hominem peccato purgat. Aded, vt qui hoc metu erga Deum careat, neque de peccato ad iustitiam transire, vel in iustitia Dei perseuerare valeat. *Iracundia enim*, &c. Reddit dicti rationem, nimirum, ided non valebit persistere in virtute, quia iracundia animositatis, id est, furor, & ad peccatum procliuitas eum præcipitem agunt.

2. Cornelius Iansen. sententiam de iracundia interpretatur hoc modo: *Timor Domini expellit peccatum*. Id est, cultus Dei compescit hominem ne in aduersis contra Deum irascatur. Hanc enim contra Deum iracundiam peccatum hic appellari credit. *Nam qui sine timore est*: Nam difficile ab hoc animi affectu cohibet mentem, qui Dei timoris expers est. *Iracundia enim animositatis*. Id est, Procliuitas ad iram illum in multa vitia impellit. Sanè liberius, quã par est hæc expositio vtitur illa dictione, peccatum, pro iracundia. Neque facilem nexum dictis præbet. Ego sanè facilius modo dicto interpretor. Fateor Iansenio sequentem versum suffragari, qui de patientia est. Sed quid prohibet versu sequenti nouarum rerum tractationem inducere nostrum authorem, scilicet de patientia: Hoc autem versu agere de modo, quo timor expellit peccatum ad complementum eorum, quæ de timore prædixerat.

3. Vatablus priorem partem sententiæ ita effert: *Religio Domini peccata depellit, & quandiu crescens est illam arcet*. Itaque quod vulgatus transtulit peccatum, ipse iracundiam interpretatus est. Eadem ratione qua Iansenius reiiciendus. Posteriores verò partem hac ratione transtulit. *Vir iracundus, non poterit censeri iustus, nam ruinam ei creat, ipsius ad iram procliuitas*. Ego verò per iracundiam animositatis, quod isti ad iræ procliuitatem traducunt, conuenientius præcedenti sententiæ furorem illum, & ardentem animum, quo impiis sapius ad crimina rapiuntur, expono.

4. Græca exemplaria de ira, & animi furore sententiam hanc exponunt. Complutenfes: *Timor Domini depellit peccatum: Permanens autem auertit iram*. Id est, alios vitiosos animi affectus citius pellit timor Dei; sed iracundiam, & furorem, utpote intimis visceribus inhaerentem expellit quidem, sed tardius, & maiori cum difficultate. Posteriores verò hac ratione efferunt. *Non poterit iracundus vir iustificari*. Hanc partem non habet nostra vulgata editio. Pro huius autem ratione adducit quod nos habemus. *Iracundia enim*, &c. Quod ipsi hac ratione transtulerunt. Scilicet: *Inclinatio enim iræ eius ruina illi*. Id est, procliuitas ad iram ruinam illi parit.

5. *Timor Domini expellit peccatum*. Id est, erga Deum reuerentia peccati maculam abluit. Vt cum Theologis loquar non formaliter, sed quia animum disponit. Siue autem necessario ad abstergendam peccati labem ex timore peccator moueatur, siue possit iustificari non interueniente timore quæstionem apud Theologos habere potest. Certum Concil. Trid. sess. 6. timorem ad iustificationem præmisit, & saltem communiter ex illo mouentur peccatores ad deserenda peccata.

6. *Iustificari*. Propriè transitum à peccato ad gratiam: sed nos non ita presse capimus in versus expositionem. Si verò de Dei timore filiali locum exponas, qui idem est cum charitate, & perfecta contritio dicitur, hominem iustificat.

7. *Iracundia enim animositatis*. Propriè audax eius animus, quo præcipiti cursu ad malum prolabitur. Hic furor iracundia dicitur.

8. Dionysius Carthusianus. *Et bene ait iracundia animositatis, quia ex animositate iracundia oritur. Nam quanto quis maior est in oculis suis, tanto plus grauat, & ponderat illatam sibi iniuriam.*

ETHOLOGIA XXII.

Timor Dei omnibus necessarius, præcipuè incipientibus, nec perfectis omnino abiiciendus.

§. I.

1. **N**am qui sine timore est, non poterit iustificari. Difficultatem rei, vt diximus, præ se ferunt hæc verba, nec impossibilem protendunt, si versus propriè de timore exponas: si verò timorem pro pietate, & virtute accipias, omnino vera sunt: Cogunt autem nos, vt quam sit omnibus necessarius timor eloquamur, præcipuè incipientibus. Ergo prius quam sit omnibus necessarius, euincamus, vt postea ad alia duo, quæ ethologia protendit, gradum faciamus. Rupertus lib. 1. de Trinitate capite 21. septem dies creationis per septem dona Spiritus sancti intelligit. Cum verò accedit ad donum timoris duo loca scripturæ, quæ contra se inuicem videntur pugnare exponit. Psal. 110. *Initium sapientia timor Domini*. Paternæ sententiæ, subscriptis Salomon in Prouerbiis, vtrique meus Ecclesiasticus vt paulo ante exponebam. Ergo hi omnes ad iustificationem homines primum locum timori attribuant: sed cum his ex diametro pugnare videtur Isaias, cap. 11. qui vltimum locum timori attribuit. *Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia, & intellectus spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientia, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini*. Hæc duo loca ita in concordiam reuocat Rupertus, vt ex vtroque loco constet omnibus quidem necessarium esse timorem, & eis, qui viam virtutis aggrediuntur, & eis qui metam attingunt, scilicet omnibus. *Verè Psalmista inquit* (verba sunt Ruperti) *initium sapientia timor Domini. Quare ergo inquis alius. Propheta timorem in vltimo constituit, dicendo. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia, & intellectus spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientia, & pietatis & replebit eum spiritus timoris Domini? videlicet, quia ille in quem hæc dicuntur, cum non tantum homo, sed, & Deus sit, licet secundum humanitatem sapientia, ætate, & gratia profecerit, attamen secundum id quod est, & erat Deus nullum profectum habuit, sed cum esset ipsa sapientia de supernis suis ad ima nostra descendit, verum creatura non solum humana sed Evangelica proficit, & profectum eius habere timorem Domini.*

2. Idem Rupertus lib. 7. de Trinitat. cap. 31. agens de Iacob notat; duas sorores in matrimonium duxit Iacob, scilicet Liam, & Rachelem, vtraque autem illarum secum duxit ancillam, maritòque dedit in societatem thori, & ad prolem procreandam.

Sanè Lia lusca, & quam prius Iacob in matrimonio sibi copulat, imperfectorum vitam protendit, quæ in Synagoga adumbrata fuit. At Rachel pulchra facie, quæ quia posterior à Iacobo ducitur, perfectorum vitam significat, quæ protendit Evangelium. Quævis autem harum ancillam secum ducit, quia siue quis prima virtutis limina attingat; siue ad supremum verticem conscenderit timorem in societatem, & contubernium habere debet, si vero sponso Christo copulari velit. Alias enim nequaquam optatam prolem suscipere poterit. Audi Rupertum. *Nunc interim ceptas cum Ecclesia gentium nuptias peragere, atque in finem sæculi, & cum plenitudo gentium sibi intrauerit, tunc & synagoga copulabitur tibi. Sanè singulis coniugibus singula donantur ancilla eodem ex vivo filias paritura, quia videlicet in utraque Ecclesia sunt aliqui qui per amorem, alij, qui per timorem, vel propter aliud quidpiam, propter Christum, & Evangelium Christi, inferuunt.*

Rupert.

3.
Psal. 55. 4.

Psalmo 55. *Ego vero in te sperabo Domine.* Notante Augustino ibidem, non ait, non timebo, sed sperabo, quia non timere, non fuit inter dona Dei connumerandum, ut hoc probet, subdit; tripliciter potest quis omnem sensum doloris, & omnem timorem abiecerit, vel quia immortalis, unde mala nihil illi nocere possunt, vel quia ob stupiditatem, quæ premunt mala, non sentit, vel quia sanitas omnia mala, omnes corporis ægritudines depulit. Primus modus ad eos pertinet, qui beatitudine perfruuntur, secundus verò mala non repellit, sed sensum, unde quo minus aduersam valetudinem non sentiunt, eo maiori ægritudine prementur, & periculosius decumbunt. Hi sunt, qui timorem abiecerunt. Nam timore carere stupiditatem menti affert; non ægrum morbo releuat, imò desperatæ prorsus valetudinis reddit. Qui verò sanus est, ita de præsentis valetudine gaudet, ut tamen timeat morbum; hic animæ status nobis in votis habendus. Augustinum audi. *Ego vero in te sperabo Domine, non ait, ego vero non timebo.* Et infra. *Si ego non timebo possum, & duritia cordis non timere, multi enim nimia superbia nihil timent. Attendat charitas vestra, aliud est sanitas corporis, aliud est stupor corporis, aliud immortalitas corporis.* Et infra. *Tres ergo affectiones corporis attendite, & inspicite. Sanitatem, stuporem, immortalitatem; sanitas ægritudinem non habet, sed tamen quando tangitur, & molestat: dolet. Stupor autem non dolet, amisit enim sensum doloris. Tanto insensibilior, quanto peior. Rursus immortalitas non dolet, absumpta est enim omnis corruptio, & corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nullus dolor in corpore immortalis, nullus dolor in corpore stupido, non se putet stupidus immortalis, vicinior est enim immortalitati sanitas dolentis, quam stupor non sentientis.*

Augustin.

4.
Psal. 63. 9.

Hunc sensum plane habent verba Psal. 63. *Et timuit omnis homo.* Non aliter homini timere conuenit, ac natura humana conuenit eidem, nec magis abiiciendus est timor, quam rationalis natura. Testis est Augustinus exponens hunc locum his verbis. *Qui non timuerunt, non homines fuerunt. Timuit omnis homo, id est, omnis uens ratione ad intelligenda ea, quæ facta fuerant. Unde illi, qui non timuerunt pecora potius nominanda sunt, bestia potius immanes, & truces; sicut leo rapiens, & rugiens.*

Augustin.

5.
Psal. 118. 74.

Psal. 118. *Qui timent te, videbunt me.* Verbum timent, per præsens tempus posuit; verbum videbunt per futurum. Scilicet notante August. in eum locum, sicut præsens tempus timore concutitur, ita futurum gaudio abundat. Nec gaudium separandum à beatitudine, nec timor ab hac vita mortali.

Sed cur non dixit (ait Augustinus) qui timent te, videbunt me, & iocundantur: sed timent te verbum præsentis temporis posuit: videbunt, autem & iocundabuntur futuri temporis verba sunt? An quia in præsentis tempore timor est: quando tentatio est vita hominis super terram? Iocunditas autem quæ uoluit hoc intelligere, tunc erit, quando iusti fulgebunt in regno Patris sui sicut sol.

August.

Psal. 33. 12. *Venite filij audite me.* Omnes homines vocat, nullum ab audiendo repellit. Non omnes, qui literis incumbunt, eidem scientiæ student: sed alij Græmaticæ alij Rhetoricæ, alij Poësi, alij Historiæ, alij Philosophiæ, alij Ethicæ, alij Mathematicæ, alij Theologiæ, alij Medicinæ: diuersa gymnasia frequentant, diuersosque audiunt præceptores. Imò verò ex eis, qui eidem facultati incumbunt, non omnibus iidem libri legendi proponuntur, sed his, qui plus profecerunt, ea, quæ magis recondita sunt, tyronibus verò rudimenta explicantur: at præceptor iste pro suggestu dicturus, omnes homines ad audiendum vocat, nullum excludit. Scilicet de Dei timore verba facturum, omnes homines aduocat, quia hæc doctrina ad omnes, & singulos homines pertinet. Unde subdit, *Timorem Domini docebo vos.* Hæc est mens Augustini ad hunc versum Psal. *Vultis autem (ait August.) meum consilium, eius qui nouit, ubi sunt dies boni, & ubi sit vita? Audite non à me, sed mecum simul. Ait enim nobis quidam: Venite filij, audite me: Concurramus, & stemus: & aures arriamus, & corde intelligamus Patrem, qui ait: venite filij audite me. Timorem, inquit, Domini docebo vos. Et quam obrem vult docere: ut ane vilis est timor Domini? Siquiritur: Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?*

6.

Psal. 33. 12.

August.

7.

Hanc rem exponit August. sumpta similitudine ab arboribus: cum enim arbores flores explicant magno timore afficitur Agricola, ne deficiat hiems, ne pruina decoquat flores: cum verò ad maturitatem fructus perducuntur, omni metu liberatur. Hanc metaphoram sequuntur est David illis verbis Psal. *Super ipsum autem effloret sanctificatio mea.* Huius vitæ sanctitas, qualiscumque illa sit, non fructibus, sed floribus comparatur, quia facile deperit, decutitur euanescit nec vnquam habentem metu liberat. Hanc expositionem indicat August. in hunc locum his verbis: *Floret enim quod dixit ad gloriam vult pertinere, quando enim florent arbores tunc pulchra sunt.*

Psal. 131.

August.

§. II.

Hæc sanè ita sunt, sed præcipuè timor incipientibus conuenit, quia frequentius pietas à timore capit originem. Ad hunc sensum adducit Basilius verba illa Psal. 32. *Timeat Dominum omnis terra.* Terra illi nuncupantur, qui ad ima deprimuntur suo pte pondere: ergo hi Dominum timeant, quia imperfectos maximè decet timor, & metus. Unde non ait, timeat Dominum cælum, id est, perfecti, sed terra, id est, imperfecti. *Iam quando timor Domini (ait Basilius) initium est sapientiæ, qui terrena sapiunt per timorem erudiantur. Timor enim quasi quidam introductorius necessario ad pietatem condiscendam assumitur.* Expende dictionem illam, *introductorius.* per hanc enim exponit dictum illud, *Initium sapientiæ timor Domini.* Et nos sumpta similitudine à præceptoribus expendamus. Sunt enim in omnibus facultatibus nonnullæ quæstiones quas præmiæ vocamus, quæ quidem viam sternunt ad aliarum rerum tractationem. Ergo timor est veluti virtutis præmium, & Isagoge, circa quem nisi prius nos exerceamus, vix ad alia gradum facere poterimus.

8.

Basilius.

Psal. 32. 8.

Basilius.

Psal. 110. 10.

Rupert.

9.

Rupert. lib. 1. in Genes. cap. 21. septem dies ad mundi opificium pertinentes componit cum septem donis Spiritus sancti. Diem autem illam, quæ in creatione lucis insumpta est ad donum refert timoris. Nec immerito, nam sicut omnia quæ generantur, à luce, & calore originem trahunt, non aliter spiritualis fabricæ machinæ à timore exordium capit, & ut impossibile est aliquid oculis haurire, quin prius lumine illustretur, ita frequentius sanè necesse est, ut prius lucis timore vita spiritualis perfundatur, ut inde spiritualia intelligere possimus. *Hic unus dies (ait Rupertus) causa originalis est, cur spiritus Dei, qui ferebatur super aquas ut fieret ista lux rectè dicatur spiritus timoris Domini. Ab hoc enim factò primum creatura Deo subdita didicit, quod creator vere timendus sit. Unde Psalmista, inquit, initium sapientiæ timor Domini.* A luce rerum creandarum series originem duxit, & à timore virtus initium cepit. Vnde in illis verbis. *Creavit Deus cælum & terram, &c.* Vox illa Deus in Hæbreo est iudex, oportebat enim, ut initio creationis rerum Deus velut iudex metum incuteret.

10. Luca 1.30.

Hunc sensum habent verba illa Gabriælis ad virginem. *Ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud Deum.* Vide quam causam inferat. *Inuenisti enim gratiam apud Deum.* Scilicet notante Petro Chrysolologo sermon. 142. Idem est, ac si dicat: illos quidem, quos Spiritus sanctus replet, & Deus caros habet non tam decet timere, quam eos, qui virtutis viam arripiunt. Quapropter, o virgo timorem excute, inuenisti enim gratiam apud Dominum, & te Spiritus sanctus gratia replebit. Audi Chrysologum. *Ne timeas Maria inuenisti gratiam: verum est, quia, qui inuenit gratiam, nescit timere.*

Petr. Chryf.

11. Job 1.5.

Maestatis hostiis numen litabat Iob pro filiis Iob 1. *Cumque in orbem transissent dies coniuuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos. Consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis.* Ingulatis pecudibus in honorem Dei, docet filios Dominum reuereri: filij Iob iuxta anagogem eos significant, qui prima virtutis fundamenta iaciunt: hos ergo Iob timorem docet: quia hos maxime timor decet. Possent quidem pro filiis alia ratione numen placare, nempe datis eleemosynis, vel precibus missis, noluit tamen, sed tantum hostias obtulit: nam pecudum maestatione id præcipue intendebat Deus, ut timorem ab hominibus extorqueret. Ergo hostias maectat Iob pro filiis, quia incipientes præcipue Deum timere docet. Hanc sententiam hauli ex Chrysofostomo in hunc locum. *Iob pro filiis hostias offerebat, & eos à peccatis absoluebat, ne forte cogitassent aliquid in cordibus suis, ita de filiis curam gerit: non dixit ut hominum plurimi, relinquam eis patrimonium: non dixit gloriam eis conferam: non ait principatum emam, non ait agros acquiram. Sed quid? ne forte cogitauerim aliquid in corde suo, quenam illorum utilitas, nihil hic manentium? Omnium, inquit, eis Regem reddam propitium, & nihil amplius eis deerit, Dominus enim, inquit, pascit me, & nihil mihi deerit. Ha magna sunt opes, thesaurus magnus: nisi Dei timorem habeamus, & si regnum possideamus sumus omnium pauperimi. Nil enim aequale Deum timenti, timor enim Dei omnia superat.*

Chryfost.

§. III.

12.

Timor Dei præcipue eos decet, qui in virtute prima fundamenta ponunt, nec tamen dedecet perfectos viros. Hoc enim præsens euincit oratio. Dum Iacob Angelus viribus superaret, dum in lu-

cta superior euaderet: nerui femoris torporem patitur, & alterno pede claudicat. Dum Israël, id est, videntis Deum nomen meretur vulnus sentit, scilicet nullus eo virtutis, & perfectionis deuenit, cui multa mala timenda non sint. Nullum enim hominem Deus absque timore esse patitur: omnes aliqua ex parte claudicamus, quantumcumque virtutis culmen attigerimus. Hanc sententiam transcribo ex Ruperto lib. 8. in Genes. cap. 9. *Verum tamen*

Rupert.

Prius quam hinc abeam Petri Chrysologi dicta expendo sermon. 147. *Hinc est quod Iacob fugientem solatur in formis redeuntem pro certamine provocat, luctatoris constringit amplexu, ut amaret partem certaminis, non timeret.* Hæc ille. Paterna domo exiens Iacob, & Mesopotamiam petens in virtute tyronem adumbrat. Hunc & Deus Angelis stipantibus, & multa promittens armat, timoreque exuit. Idem verò Iacob multis diuitiis auctus auitos lares repetens virum in virtute perfectum ostendit, cum hoc autem Deus luctatur, quia etiam perfectis viris timorem incutit, tum etiam pugnaturus Deus cum Iacob Genes. 32. non gladium stringit, non arcum, non pharetratus incedit, ut sæpe alias inducitur, non aciem ordinat, non milites cogit: sed luctatur, lacertis Iacob constringit, ut potius amplexari hominem, quam cum illo videatur luctari. Certè iuxta mentem Chrysologi in amore, & charitate, quam amplexus significat, timorem infert, quem significat lucta, & vnde amorem elicit, metum obicit. Ut noueris nolle Deum, ut amorem ita colas, quod timorem omnino expellas: sed vtrumque simul Deus indidit, timorem scilicet, & amorem, dum amplexatur, & luctatur.

13. Petr. Chryf.

Oportet enim, ut quantumcumque secundis ventis animæ nauigium feratur, suburretur tamen timore ne impingat: maestatis suæ gloriam ostensurus Dominus, cum dilectis Discipulis cacumen montis ascendit, nec tamen Apostoli timent: iam verò in vertice collocati, & Dominicæ gloriæ maestate fruente, timuerunt: scilicet, ut notat Gregorius, lib. 1. in cap. 1. Reg. oportet etiam viros perfectissimos timere, terrorèque percuti. Et quandoque quo plus quis in virtute proficit, eo magis timer. En tibi Apostolos, qui ascensum montis impauidi aggrediuntur, & in vertice siti dissoluuntur metu. Loquentem audi Gregorium. *Unde Petrus, & Iacobus, & Ioannes prius transformati Domini gloriam viderunt, deinde incusso eis timore ceciderunt, ne elati perderent, quod humiliter assumpti videre meruissent.*

14.

Gregor.

Hac ratione exponit Chrysof. homil. 8. in epistolam ad Philipenses verba illa ex capite 2. 12. *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini.* Expendit Chrysofostomus illud operamini. Sumpta metaphora ab eis, qui ædificant, id est, ut illi, qui muros, & domus parietes ædificant, vel turrim, quo altius ascenderit, eo cum maiore tremore stant ne corruant. Non aliter tu spiritualis ædificij fabricator, quo altius conscendisti, & coronidi proximior es, time: hoc enim timore tutior eris à periculo. Chrysofostom. excipe. *Artifex etiam si peritus sit, & valde artificiosus, cum timore tamen, & tremore stat metuens, ne ab ædificio decidat, & tu credidisti, multa bona parasti, in sublime ascendisti, caue, te ipsum continebis, & cum timore stabis, oculumque vigilantem habebis, ne inde decidas, sunt enim multe & nequitie spirituales quæ te decedere conantur, seruite Domino in timore, & exultate cum tremore. Et quomodo exultatur cum tremore? Est*

15. Philip. 2. 12.

Petr. Chryf.

igitur ea sola exultatio, quando enim boni quidquam fecerimus, & tale quod deceat eos, qui cum tremore quid faciunt, tum primo letabimur.

16. Psalm. 138. Confitebor tibi Domine, quoniam terribiliter magnificatus es. Scilicet expositore ibi Augustino, quo magis tibi confiteor, quo plus te veneror, quo maiorem tibi reuerentiam exhibeo, eo magis te timeo: quia timor simul cum virtute pietateque aliquando vires sumit. Verba Augustini infero. Confitebor tibi Domine, quoniam terribiliter magnificatus es, eo ipso quo te miramur, tu terribilis es, cum timore gaudemus.

17. Psal. 2. 11. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sed quid boni ex isto tremore, & timore nobis obtrietur? Ne quando pereatis de via iusta. Expendo cum August. sermon. 2. de verbis Apostoli dictiones illas pereatis de via iusta. Non enim dixit, ut ingrediamini viam iustam. Sed ne pereatis de via iusta. Quam scilicet, iam ingressi fueratis, magna que ex parte peregeratis: si enim prius illud diceret, fositam quis exiltimaret timorem eos tantum decere, qui virtutis limina attigerunt, & vix pedem intulerunt scilicet incipientes, & tyrones: cum verò ait. Ne pereatis de via iusta eos alloquitur, qui in virtute profecerunt, hos etiam decet timor. Hunc sensum his verbis tradit Augustinus. Hoc Dominus dicit apprehendite disciplinam, & exultate, sed cum tremore, ut semper humiles teneatis quod accepistis, ne quando irascatur Dominus vrique superbis, sibi quod habent tribuentibus, non illi a quo habent gratias agentibus, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Numquid dixit, nequando irascatur Dominus, & non veniatis ad viam iustam? Numquid nequando irascatur Dominus, & non perducatur vos ad viam iustam, aut non vos admittet ad viam iustam? Iam in illa ambulatis, nolite superbire, ne etiam de illa pereatis, & pereatis, inquit, de via iusta.

18. Sed quomodo inquis venari possumus hunc sanctum timorem, ex quo tot bona oriuntur, estque adeo utilis non modo incipientibus, sed, & proficientibus, & perfectis? Hoc mihi dicendum in calce huius Ethologiae. Hanc rem nobis exponit Augustinus ex Paulo ad Philippen. 2. 12. Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Sed qua ratione o Beate Apostole hunc sanctum timorem adeo utilem venari poterimus? Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Pulchra sanè ratio digna tanto Apostolo. Cum nihil exequi, nihil loqui, nihil denique velle bonum posuistis nisi ex Dei gratia: multum sanè vobis timendum est; si ex vestris viribus virtutem assequi possitis, eam vobis arrogare, & veluti propriam possidere, nihil mirum, si timorem abiacere liceret, nunc verò cum tantum fitis ad bonum imbecilles, timete. Timete, inquam, ne quod ab arbitrio alieno & voluntate venit, vobis desit. In hac sententia est August. ad illa verba Psalm. 65. Dicite Deo quam terribilia sunt opera tua. Audi loquentem. Dicite Deo quam timenda sunt opera tua, quare timenda, & non amanda? Audi aliam vocem Psalm. seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore. Quid sibi hoc vult? Audi vocem Apost. Cum timore, inquit, & tremore vestram salutem operamini. Quare cum timore & tremore? Subiecit causam: Deus enim est, qui operatur in vobis, & velle, & perficere bona voluntate. Si ergo Deus operatur in te, gratia Dei bene operaris, non viribus tuis. Ergo si gaudes, & time, ne forte quod datum est humili, auferatur superbo.

19. Ad eundem sensum referenda expositore ibidem Psalm. 103. 32. Augustino verba Psalm. 103. Qui respicit terram, &

facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigabunt. Tremunt terra, id est, tremunt homo, quia si quid boni habet hoc illi ex Dei respectu provenit: ut enim terra ex solis aspectu facundatur, omni genosque parit fructus, non aliter anima hominis ex Dei respectu habet, si quid boni habet. Qui respicit terram (ait Augustinus) & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigabunt, o terra exultabas de bonitate tua, tibi tribuebas vires opulentia tua. Ecce respicit Dominus, & facit tremere. Respiciat te Deus, & faciat te tremere. Melior est tremor humilitatis, quam confidentia superbia. Videte quomodo aspiciat Deus terram, & faciat eam tremere, quasi praudentem sibi, & exultantem, loquitur Apostolus, cum timore, & tremore, vestrum ipsorum salutem operamini. Dicis o Paule operamini, dicis, ut operemur. Quare cum timore, & tremore? Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis, ideo cum tremore, quia Deus operatur. Quia ipse est qui dedit, non ex te habes. Eadem repetit Augustinus in Psalmum 142.

ETHOLOGIA XXIII.

Charitas longè timori præferenda.

Multa de Dei timore præmissimus, quibus eum extulimus, ne quis tamen ex iis in errorem inducatur illumque caritati, & amoris præferat: age, illum cum caritate componamus, ut quantum ab illa superetur, pateat. In primis Bernardus sermon. 58. in Cantica hanc rem probat illis verbis sponsa. In hortum inuitantis sponsum, iam hiems transit, imber abiit, & recessit. Ut sponsum inducat ad secessum in villam præmittit hiemem transiisse, & imbres, & pluias cessasse. Duplicem distinguit pluuiam Bernardus, alteram quæ hieme descendere solet, alteram quæ primo verè: illam quidem frigidam nimis, quæ impeditam viam reddit, frigore corpora constringit: hoc quidem tempore domi omnes continentur, nec licet pedem efferre. At verò dum tempus se se aperit, dum gemmant arbores, floribus se prata distinguunt, gratior sanè pluuiæ, & quæ multo risu prata perfundit, tum quidem gratus domi egressus, & in hortorum amantates secessus, ad hunc ergo sponsa inuitat dilectum suum. Iuxta anagogem hibernæ pluuiæ timorem indicant; venaes verò amorem. Ad has inuitatur sponsus, quia multum istas præ illis amat. Habet aëtas pluuias suas (ait Bernardus) & vberes, quid dulcius lacrymis caritatis? Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex more, flet ex desiderio flet cum sentibus, tali imbre non ambigo rigatos vberes aëlis obedientia nostra, quos letos intueor, non murmure tetros, non tristitia subobscuros, sed quodam spiritali gaudio incundos, & floridos. Sic sunt, ac si flores semper gestetis in manibus. Ergo si hiems transit imber abiit, & recessit, si demum flores apparuerunt in terra nostra, & subinde quadam spiritalis gratia vernalis temperies tempus putationis indicit, quid restat nisi ut deinceps toti incumbamus huic sancto, ac tam necessario opere?

Multus est in hac re probanda Petrus Chrysologus sermon. 147. nonnulla decepam quibus rem firmem. Infiniti propemodum malorum fluctus totum ferè mundum obruerant, multa fuerat Deus minatus, ut homines à vitis atceret, nec tamen res pro voto successerat. Quid inde? Totius mundi nascentis semina in vna arca conclusit, ut veluti vno partu edita, fraterna societate iungerentur, & innata charitas in illis sanaret, quod timor inculsus non potuisset. Eius verba infero. Videns ergo Deus mundum labefactari timore, continuo agit, ut eum amore

amore reuocet, inuict gratia, charitate teneat, & constringat affectu. Hinc est, quod inueteratam malis terram abluat, ulciscente diluuiio, & Noë noui saculi vocat parentem, consolaturque per gratiam de futuris, & iam non iussit, sed participato labore vna in arca claudit, totius saculi partem, et societatis amor, timorem seruientis auferret.

3. Excessum charitatis supra timorem expendit Petrus Chrysologus serm. 147. in vno Iacob. fugiens Iacob domum paternam, & fraternam iram viam virtutis arripientem hominem significat. Rediens verò ex Mesopotamia multis diuitiis auctus eum, qui spiritali vi profecerit, adumbrat. Ergo Iacob euntem Deus immissa scala solatur, non tamen metum abstergit, redeuntem verò completitur manibus, dum cum illo luctatur: quia nimirum timorem paulatim ad amorem deducit.

Petr. Chryf. est, quod Iacob, (ait Chrysologus) fugientem solatur in somnijs, redeuntem pio certamine promocat, luctatoris constringit amplexu, ut amaret, partem certaminis non timeret.

4. Idem Chrysologus serm. 147. pro nobis pugnat ex verbis Deuteronom. 6. 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. quæ verba citans Christus Dominus Matth. 22. 26. ita reulit. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Nihil sane in homine vacuum amore vult esse, ne timor vacuum partem animæ occupet: sed charitas omnino timorem expellat, & omnes animæ virtutes vult pro charitate pugnare, ut nulla sit quæ amore careat: sed totus, & integer homine hoc in holocaustum offeratur. Per omnes virtutum coronas (ait Chrysologus) ad amicitiam suam promouet, celestis regni præstat esse participem, & ut ipse sit legislator indulget, totum tamen ut amaret accepit. Denique tantum esse Dei amore succensus, ut ipse ardentem diligeret, sic moneret: Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, quidquid est cordis, quidquid est mentis, quidquid est virtutis humanae, ita Dei amore voluit possideri, ut hominis humanos non haberet quod violaret affectus.

5. Iosue cap. 9. Raab meretricem populo donat, & inter Israëliticam plebem adscribit: Gabaonitas verò etiam si vitam concedat, seruituti tamen addicit, quannus enixe petant, licet sacramento, & iureiurando obstrictus esset Iosue. Scilicet notante Origene hom. 10. in Iosue. Gabaonitæ illos adumbrant, qui timore perterriti Dei seruituti se addicunt: illi verò qui amore ducuntur in Raab meretrice adumbrantur. Ergo hæc in societatem Israëliticæ plebis asciscitur, illi verò ferendis oneribus mancipantur. Nempe amor filios efficit timor verò seruili stigmatem notat. Raab meretrix (ait Origenes,) que fide integra credidit, & exploratores Israëliticos plenissima deuotione suscepit: ex integro in consortium populi societateque suscepta est, quia apposta est ad filios Israel vsque in hodiernum diem: isti vero, quia non tam Israëliticæ gentis consortia dilexerunt, quam suæ perditionis metu perterriti cum calliditate, & fraude accesserunt ad Iesum, quomodo poterant libertatem vitæ, & regni consortium dolis seruilibus promereri?

6. Tradens Dominus legem populo in monte Sina nullam profus pœnam transgressoribus statuit, sed solum simplici oratione vitia prohibet: non iurabis, non machaberis, &c. Postea verò Leuitici 20. Eadem mandata repetens non simpliciter cauet, sed addita pœna prohibet: scilicet num. 9. Qui maledi-

verit patri suo, aut matri morte moriatur. Et num. 10. Si machatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui morte moriatur, & mehus, & adultera. Huius causam reddit Origenes hom. 11. in Leuiticum, quia videlicet amore nos vult Deus moueri ad implenda præcepta: timorem verò non incutit, nisi prius per amorem viam tentauerit, quod si res pro voto non successerit, tunc quidem alia via aggreditur, minas intentat, supplicijs terreat. Intuere ordinem sapientie (ait Origenes) non continuo pœnas cum primis statuit præceptis: vult enim non timore pœna, sed amore pietatis patris præcepta custodias, sed si contempseris non tam homini iam, quam contemptori mandatur pœna.

Deuteronom. 6. 4. hoc exordium præmisit Moses vniuersæ legi quo homines alliceret ad custodiam diuinorum mandatorum. Audi Israël Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Non à timore sed ab amore exordium sumit: Quia non vult nos timore, sed amore duci. Vel quia multo fortius mouetur homo ad præcepta implenda amore, quam metu. Hunc sensum verbis prædictis attribuit auther operis imperfecti hom. 40. in caput 21. Matth. Dicentem audi. In principio mandatorum legis non dixit timebis Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, sed diliges: dilectionem enim ab hominibus exigere non est dominij: sed paternitatis.

Psal. 32. In Psalterio decem chordarum psallite illi. Augustinus in hunc locum per Psalterium decem chordarum legem intelligit, quæ etiam decem præceptis continetur. Sed rogo quare legem Psalterium appellet? Nempe (ait Augustinus) quia lex cum iubilo, & lætitia implenda est, non timore: Quasi per summum gaudium citharam pulsata, non quasi qui timore concutitur. In hunc eundem sensum exponit verba Domini Matth. 5. Non veni soluere, sed adimplere. Id est, veni ad legem, quæ timorem incutiebat, nec tamen implebatur, charitate, & amore hominibus iniuncto, facilem viam sternere, ut homines impleant. Terrebat quidem lex homines. Timor autem non eas vires habebat, ut homines ad legem implendam pertraheret, accessit Christus, & pulso timore, charitatem docuit, qua homines facile legem obseruant. Augustini verba transcribo. Tange Psalterium, imple legem quam Dominus Deus tuus non venit soluere, sed adimplere. Implebis enim amore, quod timore non poteris, qui enim timendo non facit male, male faceret si liceret. Itaque, & si voluntas non datur, facultas tenetur. Non facis inquit. Quare? quia times. Nondum amas iustitiam. Adhuc seruus es. Sed ex bono seruo fit bonus filius. Interim timendo noli facere, discis, & amando non facere. Pulchre Augustinus causam reddit ob quam amor preferendus sit timori, qui enim timore ductus mala cauet: si se occasio dederit, ut impune facere possit proculdubio ad illicita manus extendet. Qui verò amore ducitur, longius ab illicitis abest. Nec enim faciet, etiam si impune facere liceret. Hanc sententiam tradit Comicus in Adelphis his verbis.

Et erras longe mea quidem sententia.
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius
Vi, quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum
Malo coactus, qui suum officium facit,
Dum id restitum ire credit, tantisper cauet:
Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas ex animo facit:
Studet par referre: præsens, absensque idem erit.

9.
Pfal. 77. 10.

Pfal. 77. *Et in lege Domini noluerunt ambulare.* Non conqueritur Dominus eo quod legem non custodierint, & in ea non ambulauerint, sed quod in ea noluerint ambulare, quasi dicas, opere quidem mandata mea explebant, sed quia inuiti, & renitentes nulla profus mercede digni sunt, imo potius grauius apud me offenderunt. Hunc sensum ex August. in hunc locum afferro. Exponendus tamen est iuxta veræ Theologiæ canones, nam præcise ab illicitis abstinere ob metum pœnarum, & suppliciorum, bonum sanè est, & laude dignum, & in homine iusto augmentum gloriæ meretur, vt patet in Susanna: quidquid effutiant nostri temporis hæretici. Neque hanc voluntatem damnant, vel verba Psalms, vel referendus Augustinus: sed voluntatem, quæ in impiis hominibus hunc metum comitari solet: scilicet: si causa metus abesset, in illicita ruerem, quæ sane voluntas peccatum est, vt optimè vidit nostræ ætatis decus Gabriel Vaquez 1. 2. Augustini verba subinfero. *Sed cum breuius dici posset, & in lege eius noluerunt ambulare, non nihil mihi videtur in hoc verbo querere voluisse, quod maluit dicere, noluerunt ambulare, quam non ambulauerunt. Poterat enim putari lex operum quasi sufficere ad iustitiam, cum ea quæ præcipiuntur fiant forinsecus ab eis hominibus, qui mallem non præcipi, quæ non ex corde faciunt, & tamen faciunt, at per hoc videntur quasi ambulare in lege Dei: sed nolunt ambulare, non enim ex corde faciunt.* Hæc Augustinus. *Qui in eundem sensum exponit versum illum eiusdem Psalms. Generatio quæ non dilexit cor suum.* Metus enim non cor, sed opera dirigit, qui enim timet, opera sua iuxta præcepta Dei componit, & ad illa aptat. At verò qui amat, non modo opera sed & intimum affectum iuxta diuinos canones effingit. *Ideo illic (subdit August.) Sic notati sunt. Generatio, inquit, quæ non direxit cor suum, non dictum est opera, sed cor. Recto enim corde recta sunt opera, cum autem cor rectum non est, opera recta non sunt, etiam si recta videantur. Unde cor non direxit praua generatio, satis indicat cum ait, & non est creditus cum Deo spiritus eius.*

August.

Pfal. 77. 8.

10.

Quantum amor timorem excedat expendit Augustin. serm. 6. De verbis Apost. amor enim coniungit, & in vnum reducit eos qui dissident, timor verò se iungit, & separat. Hoc in lege scripta, & in lege gratiæ notat Augustinus. Timor enim ille incultus Hebræis eos à Deo quodammodo femouit dum ad Moysen dixerunt: *Non loquatur Dominus nobiscum, ne forte moriamur.* Itaque diuinum consortium quodammodo fugerunt dum ad Dei vocem trepidarunt. Tempore verò quo lex gratiæ sancita est Spiritus sanctus innumeris linguis descendit, & impertitus est Apostolis omnem loquutionem linguarum, ac si omnium regionum habitatores in vnum copularet. Hic enim amoris effectus, in vnum scilicet coniungere, & coadunare. *Sed videte (ait Augustinus) quomodo, & hic, quomodo ibi plebs loquebatur, timor erat, amor non erat, nam vsque adeo timuerunt, vt dicerent ad Moysen. Loquere tu ad nos, & non loquatur nobis Dominus ne moriamur. Descendit ergo Dominus sicut scriptum est, Deus in Sina in Igne, sed plebem stantem territans, & digito suo scribens in lapide non in corde. Hic quando venit Spiritus sanctus congregati erant fideles in vnum, nec in monte terruit, sed intrauit in domum. De caelo quippe factus est subito sonus, quasi ferretur status vehemens, sonuit, sed nullus expauit. Audistis sonum, videte, & ignem, quia in monte vtrumque erat, & ignis & sonitus: sed illic etiam fumus hic ignis serenus. Nam vt noueris ipsam esse distantiam evidentissimam veteris, & noui testamenti. Vnde dicit Apostolus,*

Exod. 20. 19.

August.

Non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus: Dominus apud Prophetam dicit; ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Iacob testamentum nouum, non secundum testamentum, quod constitui Patribus eorum in die quando apprehendi manum eorum, & eduxi eos de terra Ægypti. Deinde ipsam differentiam euidentius ostendens: dans, inquit, leges meas in cordibus eorum: in cordibus, inquit, eorum super scribam eas. Si ergo scribatur lex in corde tuo, non foris terreat, sed intus mulceat. tum lex spiritus vitæ, in Christo Iesu liberabit te à lege peccati, & mortis.

Diuinitatem Christi confessus est Petrus Matthæi 16. *Tu es Christus Filius Dei viui.* Ob quæ verba Ecclesiæ Principatu donatus est, postquam Christus eius fidem multis laudibus extulit: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* Eandem confessionem ediderunt demones Luca 8. *Quid mihi, & tibi est, Iesu Fili Dei altissimi?* Nec tamen præmium aliquod ob hæc verba meruerunt, sed repressi sunt, & ab homine pulsi, & in potcorum gregem immissi. Discrimen reddit Augustinus serm. 16. de verbis Apostoli. Nempe verba illa Petri ex amore ortum duxerunt, demonum verò voces timor extorsit. En tibi quantum valeat amor, quam nihil ducatur timor. Nam si solum vnum sonum expectes proculdubio idem est: & tamen illa summam laudem, & præmium meruerunt, hæc verò infamiam, & supplicium. Audi August. *Quid pertinet ad fidem credere? sed adhuc ista fides discernatur ab immundis spiritibus. Ad fidem quid pertinet credere. sed ait Iacobus Apostolus, & demones credunt, & contremiscunt. Si tantum credis, & sine spe vitæ, vel dilectionem non habes, & demones credunt, & contremiscunt. Quid magnum si dicis Christum filium Dei? Hoc dixit Petrus, & audiuit, Beatus es Simon Bariona. Hoc dixerunt demones, & audierunt, obmutescite. Ille beatus dicitur quia non reuelabit tibi caro, & sanguis, sed Pater meus, qui in caelis est: illi autem audiunt, obmutescite, & hoc ipsum dicunt, & repelluntur. Vox vna est, sed Dominus radicem interrogat, non florem. Vnde dicitur ad Hebræos. Ne quæ radix amaritudinis sursum germinans molester, & per illum contaminentur multi. Prius ergo discerne fidem tuam à fide demonis. Vnde eam discernis? Demones hoc dixerunt timendo, Petrus amando. At etiam iuxta Phrasim Pauli ad Hebræos 12. Augustinus appellat timorem radicem amaritudinis, ex hoc enim multa mala insuauiaque nascuntur. At verò amor est radix dulcedinis: omnia enim ex ipso dulcia, & suauia ortum habent.*

11.
Marc. 16.

Lucæ 8.

August.

Hebr. 12.

12.

Romanorum 6. 19. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificatione.* Quæ ratio similitudinis in vtroque? Reddit eam Augustinus serm. 16. de verbis Apostoli. Nempe sicut ad venerem, & diuitias ferebamini tracti amore voluptatis, non territi metu: ita etiam ad virtutem amore ducimini, non terrore. Quid enim turpius, quam opere ipso fateri plus bonitatis inesse creaturis quam creatori, nam qui ad illas ducti amore ferebamini, nunc timore ad Deum, & ad pietatem perducimini. Ergo tu quicumque solo metu actus virtutem insequeris hoc facto Dei bonitatem labefactas ex sententia Augustini, quam iam refero. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre, sicut enim exhibuistis seruire immunditiæ, & iniquitati: sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quid dixi? Humanum dico, quod potestis portare dico, quando exhibuistis corpora vestra iniquitatis ad flagitia perpetranda, timore adducti estis,*

August.

an delectatione inuitari? Quid dicitis? Respondete nobis, nam & qui bene vixit, male aliquando fortasse vixit. Quando peccabatis, delectabamini in peccatis vestris: timor vos adducebat ad peccandum, an suauitas peccati? Respondebitis: suauitas. Ad peccandum suauitas adducit, ad iustitiam timor impingit? Probate vos, inspicite vos: tollat aurum, qui minatur, suauior est iustitia, dulcior est iustitia.

13. Psalm. 118. 120. *Confige timore tuo carnes meas: à iudicij enim tuis timui.* Vt quid timorem desiderat, quo quasi clauis configatur, qui iam timorem habuisse significat illis verbis. *A iudicij enim tuis timui.* Qui timorem habet? Scilicet teste Augustino timorem filialem desiderat, id est, charitatem, & amorem, qui timorem seruilem habebat. Ergo idem est ac si dicat. *Confige timore tuo carnes meas.* Id est, rogo, vt mihi timorem filialem largiaris, id est, charitatem, & amorem. *A iudicij enim tuis timui,* qui seruili metu concutor. Hoc iam meminisse expendisse me superius, sed ad praesens institutum addo, timorem filialem, id est, charitatem, & amorem clauis similem facere Dauidem: non verò timorem seruilem. Vnde cum dixisset. *Confige timore tuo carnes meas.* Non subdit, à iudicij enim tuis confixus sum: sed à iudicij enim tuis timui, scilicet amor hominem ad pietatem, quasi quibusdam clauis figit, firmat, iminobilemque reddit. Timor verò non item, sed qui illo ad pietatem agitur, nutat, labat, & quouis vento circumfertur. Ex Augustino omnia haec hausi exponente locum hunc his verbis. *Confige clauis à timore tuo carnes meas, sed quid sibi vult, quod cum dixisset. Confige clauis à timore tuo carnes, addit, à iudicij enim tuis timui? Quid est enim confige à timore tuo, timui enim? Si enim iam timuerat, vel timebat, cur autem vt à timore suo Deus configeret carnes suas orabat? An addi sibi volebat timorem, vt tantum timeret, quantum sufficeret crucifigendis suis carnibus, id est concupiscentijs, affectibusque carnalibus? tamquam si diceret, persee in me timorem tuum, timui enim à iudicij tuis, sed est hic alius alius sensus, quantum Deus donat excurato sum scriptura eius erudendus. Confige enim clauis à timore tuo carnes meas, à iudicij enim tuis timui: hoc est, timore tuo casto, quò permanet in saeculum saeculi carnalia mea desideria comprimantur: à iudicij enim tuis timui, cum lex mihi minaretur poenam quo mihi non poterat dare iustitiam: sed hunc timorem quo poena metuitur consummata charitas foras mittit, quae non timore poenae, sed delectatione iustitiae liberis reddit. Timor enim iste, quo non amatur iustitia, sed timeatur poena, seruilis est, quia carnalis est, & ideo non crucifigit carnem, viuunt enim peccandi voluntas, quae tunc apparet in opere, quando speratur impunitas. Cum verò poena speratur sequutura latenter viuunt, viuunt tamen, mallet enim licere, & dolet non licere, quod lex vetat: quia non spiritualiter delectatur eius bono, sed carnaliter malum metuit, quod minatur. Expende verba illa Augustini. Carnalia mea desideria comprimantur. Id est non modo mala compesce, verum, & omnino occide, & dele. Timor enim à malis cohibet, ipsa verò mala, viua relinquit, at verò amor peccata, & malorum radicem omnino delet & internecat. Hoc enim est, quod ait Dauid. *Confige timore tuo carnes meas,* &c. id est, concede mihi amorem, quo vitia crucifiguntur, enecantur, delentur.*

14. Querit Augustinus in Psalm. 90. quare lex illa timoris scripta fuerit in lapideis tabulis? Dubio è re nostra respondet, nimirum lapidem à laedendo pedem dictum: quia ad lapidem saepe offendimus laedimur, atterimur. Ergo vt significaret timorem saepe hominem laedere, & infringere lex timoris in

lapide scribitur, at Euangelium in corde scriptum, vbi sedes est amoris, nimirum amor gaudio homines afficit, potentiùsque ad obseruationem legis animum mouet. Hunc sensum habent verba illa Psalm. 90. exponente August. *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: Ad hoc ergo (verba sunt Augustini) surrexit Dominus, & glorificatus est, vt mirat Spiritum sanctum, vt dixeram iam dudum. Quia caput in caelo est, pedes in terra. Quid, caput in caelo est, pedes in terra? nisi sancti Domini in terra? Quid sunt pedes Domini? omnes Euangelista, in quibus peragrata Dominus vniuersam terram. Metuendum erat, ne Euangelista offenderent in lapidem. Illo enim in caelo posito capite, qui pedes in terra laborabant possent offendere in lapidem. In quem lapidem? In legem in tabulis lapideis datam. Ne ergo legis rei fierent non accepta gratia, & in lege tenerentur, ipsa est enim offensio reatus, quos lex tenebat, absoluit Dominus, vt iam in legem non offenderent. Ne pedes huius capitis offenderent in legis reatum missus est Spiritus sanctus, vt amorem faceret, & solueret à timore. Timor legem non implebat, amor impleuit. Timuerunt homines, & non impleuerunt, amauerunt & impleuerunt. Timebant homines, rapiebant res alienas, amauerunt, & donauerunt suas. Ergo non est mirandum, quia ideo in manibus Angelorum assumptus est Dominus in caelum, ne offenderet ad lapidem pes eius, ne illi qui in terra laborabant, in corpore eius peregrinantes totum orbem terrarum fierent rei legis subtraxit ab eis timorem, & impleuit eos amor. Et paulo inferius idem August. notat quod daturus Ecclesiae clauis Petro Dominus non de timore, sed de amore examen facit. Non satis se fideret Dominus timenti, amanti autem omnia commisit. Vnde subdit Augustinus. *Petre amas me? non ait times me: nam si adhuc timeret, offenderet ad lapidem pedem suum.**

Fraternam iram fugiens Iacob Deum hac ratione precatus est Genes. 28. 2. *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prope in domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Haec vltima verba hac ratione exponit Philo lib. de somniis. Illum, quem, vt Dominum timeo, vt Deum amabo, erit mihi Dominus in Deum. En tibi viri spiritualis profectum. Quem in principio tamquam Dominum timuit tandem vt Deum dilexit. *Ceterum (ait Philo) benefica potentia Deus nomen est, regia verò Dominus, vtrumque igitur dicendum est antiquus. An dignum haberi pura putauit beneficia? Vtrum autem posterius? Non ne quod ex Domino temperatur ex gratia? quod intelligens meditat, vt mihi videtur, precatur rem mirificam, vt ei Dominus fiat in Deum, volebat autem non amplius timere, vt principem, sed amanter honorare, vt benemeritum.*

ETHOLOGIA XXIV.

Nimio timore percelli nocet.

1. Pro loci opportunitate vt potuimus timorem multis extulimus: ne verò quis ex his quae diximus nimium timori indulgeat, quanta moderatione hic affectus in animum sit admittendus, prosequamur. In primis Bernardus serm. 11. in Cantica in hunc sensum exponit verba illa Esaiæ 48. 9. *Propter nomen meum longe faciam furorem meum: & laude mea infrenabo te, ne intereas.* Quae enim ratione comprimendus sit hic timoris affectus exponit Propheta sumpta similitudine ab equo indomito, &

Psal. 90. 12.

Augustin.

15. Gen. 28. 2.

Esa. 48. 9.

& ferocienti, quem freno, & lupatis comprimimus, ne se simul, & sellorem præcipitem det. Ergo timor est veluti equus indomitus qui nisi habentis teneatur hominem in præcipitum allidit. *Ego infra-nabo* (ait Bernardus) *os tuum laude mea, ne intereas: ne intuitu facinorum tuorum nimiam incurras tristitiam, atque instare frenis equi desperatus in præceptis ruas, & pereas.* Hæc Bernardus, qui subinde in eiusdem rei probationem adducit verba illa Prouerb.

Prou. 18. 17.

18. 17. *Iustus prior est accusator sui.* Ipse paulò aliter versum effert. Hoc est, *Iustus in principio sermonis accusator est sui.* Expende verbum illud. *In principio sermonis*, seu quod noster vulgo transtulit. *Prior.* Idem enim est ac si dicat. Iustus non semper se accusat, non semper metu se riget, & conscientiam pungit, sed in principio sermonis. Postquam verò se ipsum metu percussit, lætiora mente versat, amariora meditatatur. Est enim instar medicina timor, quæ tunc solum adhibenda est, cum aduersa valetudine præmimur, cum verò sanitas affulget abiicienda est profusa. Adducit etiam versus illos Psalm. 118. in quibus totius profectus spiritualis seriem hoc ordine prosequitur Dauid. *Cogitavi vias meas.* Id est, errata, & delicta mea meditatus sum, sed quousque ô Dauid? Numquid absque termino, numquid perpetuo hæc mente volues? Minime quidem, sed quousque tandem? *Et conuerti pedes meos in testimonia tua.* Id est, non perpetuo hæc mente verso, sed quousque me ad meliorem mentem traduco. Postquam verò vitiiis nuncium remissi tristes has, & metum incurientes cogitationes abiicio, meque ad lætiora traduco. Vnde subdit.

Bernardus.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. A metu incepit, & ad lætiora gradum fecit. Accipe dicta Bernardi. *Ideo iustus non continet sed in principio sermonis accusator est sui.* Porro autem in Dei laudes extrema sermonis claudere consueui, videte denique iustum hoc ordine procedentem. *Cogitavi, ait, vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua: videlicet, qui contritionem, & infelicitatem in vijs proprijs perpeffus fuerat, in vijs testimoniorum tuorum delectatur, sicut in omnibus diuitijs.*

2.

Cant. 1. 6.

Psalm. 90. 5.

Idem Bernard. sermon. 33. in Cantica ad illa verba cap. 1. *Ubi pascas, ubi cubes in meridie.* In medium adducit verba Psalm. 90. *Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno: à sagitta volante in die à negotio perambulante in tenebris ab incursu, & demonio meridiano.* Quibus verbis quatuor in vita spirituali tentationes præcipuas describi autumat Bernard. Timor nocturnus, timor nimius est. Sagitta volans appetitus propriæ excellentiæ. Negotium perambulans in tenebris hypocrisis est. Ac tandem dæmon meridianus ille est, qui specie virtutis, & pietatis vitiorum venena instillat. Sed vt interim de reliquis taceam, de timore, quod ad rem præsentem pertinet dicam. Hæc est, prima hominis tentatio, & tamquam æterna nox hominibus tenebras offundit, & nisi discussa nocte lætitiã aduocemus, obruimur planè timoris densa caligine. Age, verba Bernardi transcribamus. *Quamobrem audite, utraque pari, quatuor esse tentationum genera, & ipsa nobis ita prophetico sermone describit, scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & demonio meridiano.* Itaque primordia nostræ conuersationis primus exagitat timor, quem intransibit statim horror vite ingerit ætioris, & insueta austeritas disciplina. At is timor nocturnus dicitur, vel quia nox in scripturis designare solet aduersa, vel quoniam propter quod aduersa pati aggre-

Bernard.

dimur, id nondum reuelatum est. *Vigilandum proinde, & orandum primo intransibit contra hanc primam tentationem, ne subito preoccupati à pusillanimitate spiritus, & tempestate, à bono capro resiliant.* Expendo verba illa Bernardi. *Vigilandum proinde, &c.* Ergo ex sententia Bernardi verba illa Christi Domini ad Discipulos sub passionis tempus multo timore percussos. *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* De pellendo nimio timore intelligenda sunt: & aptè satis, cum eo tempore imminentis mali multo metu essent pauidi, hunc timorem pellendum docet multa adhibita vigilia & precibus.

Matt.

Multis insequitur damna, quæ ex nimio timore oriuntur Petrus Chrysologus sermon. 147. In primis vitia, quibus ante Christi aduentum mundus scatebat in timorem refert. Subinde expendit verba Cain Genes. 4. 14. *Ecce ciuis me hodie à facie terra, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* Quæ verba iuxta mentem Chrysologi hunc sensum habent. Cum multo timore quateretur Cain, nec vim metus sustinere posset, mortem tanquam minus malum elegit. Cui Dominus. *Nequaquam ita fiet.* Id est, nolo mortem tibi contingere, quæ à malis præsentibus solatium aliquod posset inferre, sed vt vitam metu plenam viuas, quæ erit quauis morte grauior. Insuper adducit illud 3. Reg. 19. de Elia. *Petiuit anima sue, vt moreretur.* Silicet multo metu angebatur Elias, & Regem Achab, & vxorem Iezabel pertimescebat, qui metus tam grauius propheticum animum opprefferat, vt mortem subire mallet. Vide quam sit grauis etiam piissimis viris timor, vt mortem præferant, quæ metu animum exuat. *Sic nimius pauor* (ait Chrysologus) *amorem dominantis exclusit, Angelos fugauit à terris, homines traxit ad idola mundum vacuis erroribus occupauit, fecit omnes creatorem fugere, colere creatorem. Amare non potest, qui satis timet.* Hinc est quod mundus perire maluit, quam timere. *Præ amore mors ipsa lenior.* Denique Cain, ubi parricidiali capite terrore vexari, mortem petit, requiem credidit, si periret, & quid dicam Cain? Elias ille, ubi sensit toto se terrore aspergi, repetebat, *quam fugerat mortem, melius existimans morti succumbere quam timori.*

3.

Gen. 4. 14.

3. Reg. 19.

Petr. Cl.

4.

Matth. 11.

Chrysol.

Recens nati Christi cunabula multa luce circumfusus Angelus vigilantibus pastoribus protendebat. Illos insolito iurare territos his loquitur verbis Angelus Matth. 2. 10. *Et dixit illis Angelus: nolite timere: ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.* Timorem iubet pellere, & rationem adducit. *Quia natus est vobis hodie Saluator, &c.* Ac si dicat teste Chrylostomo homil. 2. in Lucam, Terruit quidem metus eos, qui sub antiqua lege vixerunt, vos autem, quos nati Christi tempus exceperit, nolite timere, non decet hic affectus eos, qui Deo homine facto potiuntur. Sed potius pristinum pauorem in amorem conuertite, vel etiam ô vos Pastores, qui gregis imperitando Pastores, & rectores Ecclesiæ protenditis nolite timere. Hic timoris vilis affectus eos occupet, qui gregarij in Ecclesia sunt, & nullo virtutum splendore illustres: at viros perfectos, & Ecclesiæ Doctores, & magistros timor deceat, deceat amor. *Ecce Angelus Domini* (ait Chrylostomus) *stetit iuxta illos, digni erant vt veniret ad illos ubique angelus, qui sic vigilabant. Et claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt.* Humanus timor maiorem visionem aspicere non potest. Denique quia timore fuerunt perterriti, propterea emplastrum quasi vulneribus

ribus datur, & sanatur, & dicitur: nolite timere, non potestis audire quae dico, nisi timor recesserit. Natus est vobis Saluator mundi, qui est Christus Dominus in ciuitate David. Haec ille. Metum iubet exuere Angelus, vt ad Christum perueniant Pastores: vix enim Christus à pauidis, & pallentibus videri potest.

Iubet Olympiae Chrysof. epist. 3. metum excutere his verbis: *Ab ipso metore marore nimirum si de eo non nihil differamus, quamque grauis, ac molesta res sit demostremus. Maror enim graue animorum tormentum est. Dolor omnem sermonis vim excedens. Et supplicium omni supplicio, & cruciatu acerbius. Si quidem pestiferum vermem imitatur, non solum carnem, sed animam pertinens. Liceat mihi his Chrysof. verbis immorari, & singula pensare. Graue animorum tormentum est. Sane sicut fontes torturae adiguntur, vt ab eis crimen extorqueatur, ita etiam qui timet, aculeo torquetur. Siquidem pestiferum vermem, &c. Vt enim vermis, & tinea lignum lanamque exedit, corrodit, perdit: ita etiam si timori vires addamus, atterit, & comminuit animum. Addit Chrysof. eius naturae esse marorem, vt non solum quae tristitia sunt, tristitia magis reddat, verum si quid fuerit laetum, si quid suauis, si quid incundum, multa tristitia perfundat, marore quo aspergat. In hunc sensum exponit verba Amos 8. *Occidet illis sol in meridie.* Id est, non modo nox tristitiam illis afferet, verum etiam ipsum meridiani solis iubar instar tristissimae noctis, & densissimarum tenebrarum multum metum, tristitiamque afferent. *Nam & sol* (subdit Chrysof. stomus) *& liquidi huius aeris natura, his qui ira affecti sunt molestiam exhibere videtur. Atque in meridiana luce profundam noctem imitari. Eaque de causa eximius ille Propheta dicebat. Occidet illis sol in meridie. Non quod sydes illud delitescat, aut consuetus eius cursus interrumpatur: sed quod mæsto aut mærenti animo clarissimo die noctis species sese obiciat. Neque enim tam a noctis tenebris sunt, quanta maroris nox est, non illa quidem natura lege accedens, verum per rationis, ac mentis obscuracionem conflata.**

6. Decepta Eua à serpente maritum adit, & ipsum in eandem culpam trahit, vnde grauius Eua quam Adamus deliquit, vt Paulus aperte testatur 1. Cor. 2. si tamen vtriusque peccati supplicium expendas, maiori pena videtur mulctatus Adam quam Eua. Confule Moysen Gen. 3. *Ada vero dixit, quia audisti vocem uxoris tuae, & comediisti de ligno, ex quo praecipit tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terrae. In sudore vultus tui, vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua assumptus es. Quam longam malorum seriem in pœnam peccati Adamo praefigit Deus. Sed quæ auctor sceleris fuit Eua, non tam diro fulmine feritur. Audi diuinam contra Eua sententiam. *Mulier quaeque dixit: multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Chrysof. epistol. 3. ad Olympiam paulo aliter à nostro vulgato refert verba. Scilicet: *Multiplicabo marores tuos, & gemitus.* Ex quo huius dubij solutionem affert: Nempe maiori pœna damnatam Eua, quam Adamum, vt scilicet maiori crimini maius supplicium respondeat. Sed quodnam hoc est, maror. Maror enim, pavor, & metus alia omnia supplicia in Adamum congesta, Alia grauissima, longe superant. Ergo licet Adamus multis laboribus ærumnisque adigatur: multo tamen leuiori supplicio punitur, quam illa, quæ timore mulctatur. *Cum Adamus* (ait Chrysof. stomus) *peccatum admisisset, atque commune, hominum genus**

condemnasset, marore tunc mulctatus est, ea autem quae grauius peccauerat & quidem usque adeo grauius, vt huiusmodi peccatum cum illius peccato collocatum, neque peccatum quidem existimetur. *Adam enim, inquit Scriptura, non est seductus, sed Eua seducta in praeruaricatione fuit. Haec inquam, quæ in fraudem impulsæ fuerat, ac Dei legem violauerat, atque sibi, & marito venenatum poculum temperauerat maiori marori addicitur, quod videlicet ille maiorem ad torquendum vim habeat, quam labor.* *Multiplicans, inquit, multiplicabo marores tuos, & gemitum tuum, in maroribus paries filios. Nusquam hic labor, nusquam sudor, & ærumna, verum mastitia & gemitus atque hinc nascens cruciatus, sexcentos labores, atque sexcentas mortes adequans, imo etiam longe grauior.*

Eos qui indigne Dominicum corpus degustant, his pœnis, & suppliciis ferit Apostolus 1. Cor. 11. *Ideo inter vos multi imbecilles, & infirmi, & dormiunt multi.* Quid est multi imbecilles, & infirmi? Chrysof. epist. 3. ad Olympiam multo metu marore quo dissolutos esse dicit. Omnium facinororum grauissimum horrendumque sacrilegium metu marore quoque punit Deus, scilicet hoc omnium suppliciorum maximum omnium flagitiorum pessimo debebatur. Loquentem excipe Chrysof. loco citato. *Quamquam quid morte grauius? An non humanorum malorum caput est? An non ea horrenda, & intoleranda, innumerisque luctibus digna esse videtur? An non eam atrocissimi sceleris pœnam esse dixit Paulus? Nam vos qui sacrosanctamysteria attingunt, tremendaque mensa participes sunt hanc pœnam pendere his verbis asseruit: Propterea inter vos multi imbecilles, & infirmi, & dormiunt multi.* Et postquam multa subiunxit, quibus more suo malum mortis amplificat, tandem subdicit longe grauius esse marorem, timorem, & tristitiam. In cuius rei probatione adducit verba illa Deuter. 28. 65. *Dabit tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam marore.* Innumera pene supplicia illaque grauissima comminatus fuerat ibi Dominus eis, qui legem non obseruarent: verum tanquam vltimum maximumque supplicium pavor, metum maroremque subinfert. Est enim omni morte longe grauius malum, & ita, vt Rhetorum more crescat oratio in vltimum locum reseruauit. *Qui etiam* (ait Chrysof. stomus) *cum Deus graues Indæ ob multa flagitia minas intendit post captiuitatem, atque in alienam regionem commorationem, post famem ac pestem, & humanarum carnium esum hanc pœnam subiungit his verbis utens. Dabo eis cor mærens, & deficientes oculos, & tabescentem animam.*

Graue malum, & ipsa morte omnium malorum pessima, grauior metus. Audi Iobum cap. 6. num. 4. *Quia sagitte Domini in me sunt, quarum indignatio ebit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me.* Terrore, & metu percutiebatur sanctus Iob, quod malum sagittas cordi infixas appellat. Sed nobis ó Iob patientissime protende, quantum hoc malum sit, quam ægrè metum, & terrorem feras? *Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto tribuat mihi Deus? & qui capit ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, ne contradicam sermonibus sancti. Quis est enim fortitudo mea vt sustineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea aenea est.* Id est, tantum malum terrorem, metumque reputo, vt multo grauius feram, metu percuti, quam morte. Vnde loco beneficij mortem expecto. Mortem in votis habeo, vt metu terribibusque liberer. Modo dicto expendit Iobi verba Chrysof. stomus Epist. 3. ad Olympiam. Paulo post verba, quæ numero præcedenti retulimus. Audi

5. Chrysof.

Amos 8. 9.

Gen. 3. 17.

Chrysof.

Chrysof. 1

Deut. 28. 65.

8.

Chryfost.

Audi ipsum. Perro hoc idem ostendens Beatus Iob, quam acerbior sit maroris tyrannis, quam mors, hoc requiem appellauit, mors enim inquit vera requies. Atque eam, ut illa defungeretur in beneficijs, & gratia loco ducebat, dicens: Quis det, ut veniat petitio mea, & quod exspecto tribuat mihi Deus: & qui caput ipse me conterat, & succidat me usque in finem: & urbs illa super cuius muros saluabam, sepulchrum mihi sit.

VERS. 29. Vsq̄ue in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.

1. Cum superiori versu sic annecto sententiam. Contemplabitur sanè vir iustus ardentem in vitia impium, & in crimina ruentem, & sustinebit patiens, id est, rei exitum patienter sustinebit. In tempus quo scilicet à Deo ei supplicium inferatur. Et postea redditio iucunditatis: hoc est. Cum verò æquissimus iudex Deus iusta pœna impium affecerit, maximo gaudio cumulabitur. Etenim, ni fallor, hanc partem collegit hic author ex illis verbis Psalmi 57. 1 r. *Latibitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.*

Psalm. 57. 11.

2. Qui præcedentem versum de iracundia interpretati sunt hac ratione annectunt præsentem. *Vsq̄ue in tempus sustinebit patiens.* Id est, non sustinebit furorem effluere, sed repagulis compescet; vsque ad tempus, scilicet quo, ratio aperto carcere iram egredi patiatur. Et postea, &c. Cum vero animum ab ira cohibuerit, magno gaudio perfundetur. Loquuntur autem præcipue, quando animus aduersus Deum exagitur, cum damna infert.

3. Græci ita efferunt; *Vsq̄ue in tempus sustinebit longanimis, & postea pullulabit lætitia.* Sententia à vulgato codice non dissimili. Verbum pullulare per similitudinem à plantis dictum accipe. Oritur enim lætitia à tolerantia, & patientia.

4. Dionysius Carthul. *Vsq̄ue in tempus sustinebit patiens, id est, homo patiens iniurias sibi factas aquanimitè feret vsque ad tempus retributionis, seu vsque in finem vite sue vel vsque in finem, quantum ad propositum virtuosi, vel vsque ad tempus, id est, quandiu Deus permiserit cum affligi.*

VERS. 30. Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius,

1. Accinit hic versus præcedenti hoc modo. *Bonus sensus.* Id est, vir sensatus, & prudens. *Vsq̄ue in tempus abscondit verba illius.* Id est, comminatoria verba, quibus Deus perniciem minatur impijs, Et labia multorum, &c. Id est, quicumque vero minas opere impletas viderit, multis prædicabit patientiam viri pij. Et quam rectè senserit, mirati cum alijs referent.

2. Iansenius, & qui hos versus de patientia interpretantur: hac ratione cum præcedentibus coniungunt. *Bonus sensus,* id est, vir patiens de quo supra, vsque in tempus abscondet verba illius, id est, verba sua, erumpentia præ dolore verba exorbebit, ne contra Deum, dum mala immittit, disfluant. Et cum silentio à Deo mala immissa tolerabit, nec contra Deum aliquid effutiet, aut obloquetur. Postea vero vel ipso tacente, eius prudentiam multi prædicabunt. Ergo sensus est: vir patiens immitti à Deo mala patienter feret, nec Deo obloquetur, cuius prudentiam multi efferent. fortè iuxta hunc sensum melius exponi potest versus absolute de ira, hoc modo. *Bonus sensus,* id est, vir patiens; vsque

ad tempus abscondet verba sua: id est, defluentem iram silentio compescet. Et labia multorum, &c. id est, multi eius patientiam, & silentium summis laudibus efferent. Nullo enim alio deferuescit ira æque ac imposito silentio.

Bonus sensus. Hæ voces in Græcis non sunt, sed ad patientem virum sententiam referunt, de quo in superiori versu. Sumitur autem pro homine habente bonum sensum, id est, pro viro patienti. Et labia multorum, &c. Phrasi Scripturæ vītata, id est, loquentes homines.

Illius. Hoc relatiuum pro reciproco nonnulli vsurpant, hoc modo. *Vir patiens abscondet verba sua.* Fateor hoc sæpius apud hunc authorem accidere: At verò hic non est necessarium confugere ad hanc mutationem, itaque nos ad eum retulimus germano magis sensu. Vir patiens verba Dei quibus impijs supplicium minatur, abscondit.

Hugo Card. *Bonus sensus, id est, bonus sensatus, abscondet verba illius, id est, iracundi, recipiendo ea quasi thesaurum.* Vnde Psalmus, *obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis.* Humilitas enim sine mansuetudo saccus est in quo recipiuntur contumelia, & custodiuntur, ut thesaurus pretiosissimus, quo cælum potest comparari. Hæc ille. Conuitia seu mala ab inimicis tolerata pretiosæ res sunt, quæ in thesauris recondi debent. Patientia sacculus est, in quo virtutes, quæ sunt beatitudinis pretium, reconduntur; Et qui virtutes sine patientia tolerat mittit eas in sacculum pertusum. Subdit Hugo. *Et labia multorum enarrabunt sensum illius sensati, qui abscondit verba contumelia iracundi, patienter & humiliter sustinendo.* Sicut modo narratur patientia Domini Esaïæ 53. Sicut ovis ad occisionem ducetur, & sicut Agnus coram rudentes se obmutescet.

Glossa. *Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius retributionis, non potest abscondi, quod iustitia facit manifestum.*

Bonus sensus. Paulus de Palacio: cum iustus tentatur recurrit ad Dei eloquia, illaque secreta mente voluet. Quod laudabitur à multis.

In thesauris sapientiæ significatio disciplina. VERS.

Execratio autem peccatori cultura Dei. VERS.

In thesauris sapientiæ. Id est, in abditis, & occultis sapientiæ. *Significatio disciplina.* Vel ut Græci habent *parabola scientiæ.* Hoc est occultæ, & abditæ sententiæ, quæque omnibus obuiæ non sunt, sed indigēt labore, ut eruantur, & fracto cortice, enucleentur.

Execratio autem peccatori cultura Dei. At improbos omnino latent eiusmodi sententiæ, quia cultus Dei, quem hæc sententia præcipuè docet inuisus, & ingratus est eis. Ergo sensus est. Abditæ sententiæ reconduntur in thesauris sapientiæ. At impij eiusmodi sententias non tenent, quia religionem & reuerentiam erga Deum, quæ his sententiis docetur, execrantur.

Sunt aliqui, quibus hac ratione vis Anthithesis non satis exposita videatur. Ergo ipsi hac ratione exponunt. *In thesauris sapientiæ significatio disciplina.* Vel iuxta lectionem Græcam *parabola scientiæ,* per parabolam scientiæ, vel significationem disciplinæ intelligunt cultum Dei, quatenus est signum, & nota animi disciplinati. Existimant enim omne illud, quod aliud pretendit, notat, & significat parabolam posse appellari. Adducunt si Deo placet, restem Paulum ad Hebræos 19. Qui postquam ingredientem Pontificem sancta sanctorum depinxisset semel in anno, subdit. *Quæ parabola est temporis instantis.* Hebr. 19

Ergo

Ergo sensus prioris partis est. In thesauris sapientia reperitur vera religio, & cultus Dei. At peccator ab eo cultu vehementer abhorret, & eum, ut rem execrabilem stomachatur. Sanè non omne, quod aliud significat Parabola dici potest. Nec cultus Dei animi disciplinati parabolam, commodè appellari posse puto. Vnde prior sensus magis mihi probandus.

3. Dionysius Carthusian. Per verbum *disciplina*, intelligit correctionem, & castigationem, quam Discipulis magistri adhibere solent. Ergo sensus est: sapientia docet correptionem, & castigationem æquanimiter tolerare. Hoc autem signum veræ sapientia est in labore, & aduersitate gaudere. Hic sensus si latinam tantummodo editionem consulas utcumque sustineri potest, at græca ut diximus, non patiuntur, neque Latina satis aptam anthithesim continerent. Est enim posterior pars. *Execratio autem peccatori cultura Dei. Quæ concinnum sensum cum præcedenti habere non potest, si prædicto modo exponatur.*

4. *In thesauris sapientia*, Paulus de Palacio: idè, ait, hunc authorem laudare parabolam, & dicta metaphorica, ut se excuset, quod multa ipse tradat sub verborum inuolucris. Etenim quæ extra dicti quum sensum altiore, & magis reconditam continent significationem, quasque parabolam, seu paræmiis vocamus, dum audius perferuntur, animum magis delectant, & fortius inhaerent menti. *In thesauris*, id est, in abditis locis. Aliqui inter pretiosa, sed minus bene.

5. Dionysius Carthusian. *In thesauro sapientia*, &c. id est, donum sapientia in sua perfectione spirituali, & opulentia continet, ut doceat disciplinam, seu correctionem, & castigationem æquanimiter tolerare. Hoc est enim signum, & effectus vera sapientia in disciplina, & aduersitate gaudere. Ideo scriptum est *argue sapientem, & diligit te*. Ergo locus iuxta Carthusianum docet gaudendum in laboribus in correptione.

6. Hugo Cardinalis. *In thesauris sapientia*, &c. id est, inter gazas pretiosas sapientia est significatio disciplina, id est, disciplina significans homini quid velit Deus, correctionem, vel accusationem, vel humilitatem, quæ conseruant thesauros sapientia, id est, virtutes. Scientia generat humilitatem, vel peccatorum confessionem, & poenitentiam.

7. Hugo Cardinalis. *Disciplina autem hic dicitur ordinata morum correctio, quæ in quinque maxime consistit, scilicet in modestia verborum, in ordine gestuum exteriorum, in maturitate incessus, in verecundia vultus, in humilitate habiitus*. En tibi modestia partes.

8. Hugo Cardinalis. *Execratio autem peccatori cultura Dei. Quam describit Apostolus ad Titum. 2. ut abnegantes impietatem, & secularia desideria sobriè & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Sobriè scilicet nobis, pie Deo, iuste proximo. Hæc cultura abominabilis est peccatoribus, quia prohibet quod ipsi concupiscunt, scilicet impietatem, & secularia desideria, & iubet quod ipsi odint, sobrietatem, pietatem, iustitiam.*

9. Lyra. *In thesauris sapientia, id est, inter eius pretiosa significatio disciplina, qua aliquis patienter tolerat molestias, tamquam flagella Dei, sicut Patris corripientis, sed quia peccatores obstinati claudibus non emendantur, sed a Deo magis elongantur, ideo subditur. Execratio autem peccatoris cultura Dei.* Hæc ille. Ergo hoc maxime impios, homines pios, quidem cernit si sapienter labores tolerant.

Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. VERS. 33.

Postquam multa in laudem sapientia præmisit sapiens iste Ecclesiasticus, quibus animos auditorum sapientia desiderio accendit, & à Deo fore petendam, iam discipulum suum monet modum, quo sit habenda, nempe si prius virtuti incumbat. Nam in maleuolam animam nõ introiuit sapientia. Ergo sensus est. O tu fili, qui desiderio flagras sapientia, & rerum cœlestium cognitione, ab ea illustrari exoptas, facilem viam tibi ostendo, Dei mandata numquam ex animo cadant, opere ea comple, & Deus illam tibi donabit.

2. *Fili*. Additum in latinis codicibus, in Græcis non extat. Phrasi autem huius authoris filius idem est ac discipulus.

3. *Iustitiam*. Græcè mandata, quod idem est. Docet nos hac sententia Ecclesiasticus, ut qui in sapientia proficere desiderat prius virtuti manum admoueat. Vide August. lib. 22. contra Faustum cap. 53. vbi ait prius iacob duxisse Liam scilicet virtutem, quam Rachelem nempe sapientiam. In hunc sensum multa congerit Hugo Cardinal. in hunc locum his verbis Psalm. 118. A mandatis tuis intellexi. & Psalm. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum, & Psalm. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Illa prius hæc postea. Psal. 118. Psal. 110. Psal. 118.

ETHOLOGIA XXV.

Pietas doctrinam parit, fouet, nutrit.

1. **F**ili concupiscens sapientiam conserua iustitiam. Nihil est quod tam breui hominem ad sapientiam perducatur, quam pietati studere: non ingenij acumen, non cura magistrum, non commilitonum æmulatio non propositum præmium. Rem de more Sanctorum testimoniis probemus. In primis Apostolus Ephes. 3. 18. *In charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum: scire autem super eminentem scientia charitatem Christi*. Pugnancia sibi videntur hæc verba continere, nam si id quod addiscendum est scientia super eminentem, quanam ratione sciri potest? Huius dubij solutio ex prioribus verbis petenda est: *scilicet in charitate radicati, & fundati*. Ac si dicat si in charitate radices fixeris facile comprehendes ea, quæ aliàs captum tuum excederent. Nam charitas sinus intellectus, & mentis capacious reddit. Hunc sensum tradit his verbis Ambrosius. *Hoc ergo vult nos scire, quod sensus noster assequi non potest.* Ephes. 3. 18. Ambros.

2. *Quærit Bernardus sermone 1. de Aduentu, quare secunda Trinitatis persona carnem assumpsit, non Pater, non Spiritus sanctus; dubij solutio multum ad rem præsentem facit. Nempe diabolus sapientiam homini promiserat captandam ex peccato, ut ergo ostendat sapientiam non nisi ex Dei iussu haberi, & ex virtute originem trahere, ipsa Dei sapientia, quæ filius est, carnem assumpsit, non Pater cui omnipotentia, non Spiritus sanctus cui amor tribuitur. Ergo mirum in modum læsit sapientiam dæmon, cum docuit homines eam ex peccato capere, verius enim ex virtute fore habendam diceret. In huius rei probationem adducit illud ad Colossens. 2. 3. *In quo sunt omnes thesauri, sapientia & scientia absconditi*. Sicut enim in repositoriis, pecuniam, & gazas occludimus, ne ad manum sint eis, qui domum ingrediuntur, ita omnis sapientia in*

in Christo recondita est, vt nullus eam habere possit præter illum, cui Christus donauerit. Sic enim habet Bernard. alloquens dæmonem. *Quid enim polliceris, quid promittis miser, cum filius altissimi scientia clauem habeat: imo & ipse sit clauis David, qui claudit, & nemo aperit. Et in eo sint omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi: tu ne eos, vt homini præstes iniquè furaberis?* Hæc Bernardus. Ergo Christus dicitur clauis David, quia nisi ipse clauem præbeat sapientiam haurire nequaquam possumus. Hic addere libet factum Christi quod refert Lucas cap. 2. signum daturus Dominus adhuc puerulus latentis diuinitatis, duodecim annos natus, sedit in medio Doctorum respondens, & interrogans de abditis legis quæstionibus tanta ingenij dexteritate, vt omnes in sui admirationem raperet, & latentem diuinitatem perspicuè patefecerit, scilicet, non ab omnipotentia, non ab alio pro diuinitate argumentum captauit, nisi à sapientia, quo scilicet factò docuit, sibi propriam esse sapientiam, & à nullo, nisi ab ipso quaerendam.

3.

Esa. 6. 2.

Sex alas affixit Esaias duobus illis Seraphim, qui Domino affidebant cap. 6. 2. *Seraphim stabant super illum, sex ala vni, & sex ala alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus velabant.* Altiori sensu Bernardus sermon. 4. in verba Isaia. Per has duas alas, quibus Seraphim volabant scientiam, & pietatem intelligit. Nimirum auis, vt in altum se attollere possit duplici ala indiget, adeo vt si alteram detrahās se in aëre suspendere nequeat. Ergo si sola mentis acie, labore, & lucubrationibus fretus arcana scientiarum penetrare tentes, perinde efficies ac si auicula altera ala abscissa in suprema se erigere conetur. Ergo vtramque adhibe alam, vt ad altiora, & secretiora scientiarum arcana possis ascendere. Hæc sunt pietas & studium. Verba Bernardi infero. *Et duabus velabant. Ego autem opinor non incongruè agnitionem, & deuotionem intelligi posse, quibus in eum, qui sapientia ipsa est, Seraphim rapiuntur.*

4.

Daturus sponsus sponsæ scientiæ plenitudinem, quam desiderabat per osculum donat: & ipsa per osculum accipit. Osculum autem magis ad affectum, charitatem & voluntatem pertinet, quam ad scientiam, & intellectum. Ergo id facit vt doceat sapientiam potius per pietatem, quam per studium, & laborem addisci. Hac ratione exponit Bernard. verba, à quibus Canticum Cantorum exordium capit, nempe. *Osculetur me osculo oris sui.* In quem sensum addit verba illa Isaia 11. *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis.* Vtrumque coniunxit nempe scientiam, & pietatem, quia alteram sine altero captare non possumus. Ducta similitudine ab apibus rem probat ibidem Bernardus. Hæc enim auiculæ, & ceram, & mel conficiunt. Cera enim, quæ tenacior est, cellulas quasdam ædificant, quas postea melle complent. Cera alimentum lumini ministrat, & ob hoc sapientiam significat. Mel verò, quæ principatum dulcoris habet, pietatem protendit. Horum alterum sine altero vel condi, vel haberi nequaquam potest. Sicut enim apes ceram ad excipiendum mel conficiunt, mel autem nisi in cera non infundunt: sic nimirum spiritualis apis Spiritus sanctus vtrumque simul efficit, scilicet mel pietatis, & ceram sapientiae, neque alterum sine altero inuenire est. Adducit subinde verba Psalm. 44. 3. *Diffusa est gratia in labijs tuis.* Expende verba illa *in labijs tuis.* Videlicet vt ad formanda verba vtrumque labium

Cant. 1. 1.

Esa. 11. 2.

Psalm. 44. 3.

necessarium est, & si alterum desit vix homo verba formare potest, non aliter duobus labijs loquitur sapientia, scilicet studio, & pietate, si alterum desit nihil omnino eloqui potest. *Et bene* (ait Bernard.) *in scientia, quæ in osculo datur cum amore recipitur, quia amoris iudicium osculum est. Scientia verò, quæ inflat, cum sine charitate sit non procedit ex osculo, sed neque, qui zelum Dei habent & non secundum scientiam, sibi vllatenus arrogat illud. Vtrumque enim munus simul fert osculi gratia, & agnitionis lumen, & deuotionis pinguedinem. Est quippe spiritus sapientiae, & intellectus, qui instar apis ceram portantis, & mel habet omnino, unde accedat lumen scientiae, & unde infundat saporem gratiae. Neuter ergo se osculum percepisse putet, siue qui veritatem intelligit, nec diligit, siue qui diligit, nec intelligit. Quamobrem gemine gratiae sacrosancti osculi suscipienda parat è regione duo labia sua, quæ sponsa est intelligentia rationem, scientia voluntatem, vt pleno osculo glorians mereatur audire. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. felix tamen osculum, per quod non tantum agnoscitur Deus, sed, & diligitur Pater, qui nequaquam plene cognoscitur nisi cum perfecte diligitur.* Verba illa Bernardi: Per quod non tantum cognoscitur Deus, &c. referre videntur illa Ioannis 14. 7. *Si cognouissetis me, & Patrem meum utriusque cognouissetis, & a modo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* De Dei cognitione hæc verba agunt, nec tamen illum nobis tamquam magistrum proponunt, quod nomen ad rem præsentem aptius videbatur, vt quom illum vocant Patrem; nimirum Pater nomen dilectionis est. Ergo ostenditur Dei dilectionem magis ex amore, quam ex studio, aut magistri auditione captandam.

Hoc idem euincit Bernard. sermon. 23. in Cantica ex Etymologia nominis sapientiae, quæ est veluti lapida scientia. Hoc est, quæ magis gustu rerum spiritualium, quam labore, & lucubratione addiscitur. Rem vt probet adducit verba illa mei Ecclesiastici. *Initium sapientiae timor Domini.* Non vocauit sapientiae initium, studium, non mentis aciem, sed timorem Domini hunc sapientiae exordium dixit. Nempe, quæ magis ex virtute, quam ex labore oriatur. *Aliud est* (ait Bernardus) *multas diuitias scire, aliud, & possidere, nec noitia diuitem facit sed possessio. Sic prorsus, sic aliud est, nosse Deum, & aliud timere nec cognitio sapientem, sed timor facit, qui, & afficit, & bene initium sapientiae timor Domini, quia tunc primum Deus anima sapit cum eam afficit ad timendum, non cum instruit ad sciendum. Times Dei iustitiam, times potentiam, & sapit tibi iustus, & potens Deus, quia timor sapor est. Porro sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitia diuitem.* Hæc Bernardus. In huius rei significationem Ezechiel cap. 3. & Ioanni Apocalyp. 10. Scripta volumina deuoranda offeruntur: cum tamen doctrina in libris scripta potius oculis, quam ore audienda sit. His autem duobus sanctissimis viris & Prophetis codices offeruntur, non legendi, sed comedendi, quia sapientiam non tam oculis, & visu, quam pietate, & gustu haurimus.

Hunc sensum habent verba illa Psalm. 110. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Id est, pietas dum opere exercetur faciem menti præfert, & aciem intellectus acuit. Audi Bernardum loco supra cit. *Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum. Reliqui omnes audiunt, scienti bonum, & non facienti peccatum est ei. Ac si per similitudinem dicat sumentis cibum, & non digerenti perniciosum est ei.*

Olea 7. *Seminate vobis ad iustitiam, metite in ore misericordiam*

Bernardus

5.

Bernardus

Ezech. 3.
Apocal. 10.6.
Psalm. 110.

Bernardus

7.

*miseri cordia, innouate vobis nouale, tempus autem requirendi Dominus, cum venerit, qui docebit vos iustitiam. Quæ verba hunc sensum habent: Agricola, vt vberis fructus percipiat committit vberi glebæ, & subacto solo seminat: & nisi prius semen emiserit, nequaquam fructus terræ excipere poterit: eadem prorsus ratione, qui sapientiæ fructus exoptat, semina sapientiæ credat animæ. Est autem hoc semen pietas, huic toto pectore incumbat, vt sapientiæ fructus excipiat. Hunc eundem locum exponit Bernardus aliunde sumpta metaphora, nempe à pictoribus. Pictores vt tabula colores excipiat ex arte eam quibusdam succis, & pigmentis oblinunt hæc si prius exceperit tabula super inductos colores admittit, seruat. Ergo tu quicumque nudæ, & rasæ animæ tabulæ sapientiæ imagines super inscribere amas, oleum plane, & operam perdis: Ergo prius pietate, & virtutis studio animum orna, vt facile super inductam sapientiæ imaginem admittat, seruet reddat. *Seminate vobis* (ait Bernardus) *ad iustitiam, metite spem vitæ. Et tunc demum* (ait) *illuminat vobis lumen scientiæ. Vltimam posuit scientiam tanquam picturam, quæ statum habere nequeat super inane, & ideo illa duo præmisse. Et subiicit illi tanquam solidum aliquid picturæ substereret. Semina sunt bona opera, studium, lacrymæ: ibant inquit, & flebant mittentes semina sua. Verba sunt ex Psal. 125. vbi lacrymæ pœnitentiæ actus & reliqua omnia bona opera, semina appellantur, semina, inquam, exponente Bernardo, sapientiæ, quæ ex pietate tanquam ex semine oritur.**

Bernardus.

Psal. 125.

8.

Cant. 2. 16.

Bernard.

9.

Psal. 148. 66.

Act. 2. 3.

10.

Cant. 1. 1.

vt priorem partem attribuat sponsæ, posteriorem vero sponso. Ait sponsa. *Osculetur me osculo oris sui.* Id est, mihi oscula imprime, ô, sponse. Cui sponso. *Quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis,* id est, annuo, ô, sponsa postularis, oscula, quæ petis affigo: & vt noueris me id opere præstitisse, considera vbera tua, quanto lacte tumeant, quam distendantur lacte; lacte, inquam, quod vinum longe superat: secundum anagogem per osculum virtutem, & pietatem significat sponso, per lac vero scientiam, & doctrinam: ergo sensus est, petis à me ô sponsa pietatem, & iustitiam omnemque virtutem, annuo tibi, petenti pietatem dono, simul autem multa te orno sapientia. Hæc enim duo se inuicem comitantur, virtutisque ad sapientiam viam sternit. Dicta Bernardi audi. *Sponsa loquente de sponso repente* (vt dixeram) *adest ille, annuit vota, dat osculum, impletque sermone, qui scriptus est Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, quod & probat ex eius vberum repletione. Tanta nempe efficacia osculum sanctum est, vt ex ipso mox cum acceperit illud sponsa concipiat tumescentibus nimirum vberibus, & lacte quasi tumescentibus. Infra vero ad rem moralem locum perducit his verbis. Dicat ergo: habes sponsi quod petisti, & hoc tibi signum, quia meliora sunt vbera tua vino. Hinc te licet noueris osculum accepisse, quod te concepisse sentis: unde & vbera tibi intumuerunt facta in vbertate lactis meliora vino scientia secularis: quæ quidem inebriat, sed vbertate, non charitate.*

Bernard.

3. Reg. 19. 6. fugit Elias Iezabelem Reginam: *proiecitque se, & obdormiuit in umbra iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum succinericius panis, & vas aqua. Comedit ergo, & bibit. Panem, & aquam attulit Angelus Domini fugienti Propheta. Si rem ad anagogiam transferas, panis ille, teste Bernardo ferm. 64. ex paruis est sacra Scriptura, quæ hominis appetitum satiet: vas vero lacrymas, & pœnitentiæ opera, reliquasque virtutes significat, hæc duo simul apponuntur, vt nouerit, qui sacra Scripturæ studio incumbit lacrymis potius, quam lucubrationibus, & studio rem fore peragendam. Et ecce succinericius panis (ait Bernardus) id est, passus diuini dogmatis forinsecus quidem rudis, sed medullitus confortatius, & dulcis. Et vas aqua, id est, fons lacrymarum, cum cordis conpunctione.*

11.

3. Reg. 19. 6.

Bernardus.

Eundem sensum habent verba Psal. 50. *Incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi.* Petit Propheta, vt eorum quæ fecit oblitus eum iterum ad pietatem, virtutemque admitat; & vt eum ad hanc rem inducat subdit verba quæ retulimus, scilicet: *Incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi.* Id est, hoc fac, ne preat sapientia, & cognitio rerum difficultium, quam mihi indidisti, vix enim altissimarum rerum cognitio à pietate disungitur, nec nisi simul subsistere possunt.

12.

Postquam Deus paradysum plantauit, subdit Moyse, Gen. 2. *Posuit in eo hominem, quem formauerat.* Enucleat factum Philo lib. de plant. Noç hoc modo. Non bestias, non feras, non animalia Dominus in Paradiso dicitur collocasse, sed tantum hominem, id est, solum cum qui est rationis particeps. Per paradysum humanum animum multis virtutibus conatum intelligit Philo, in hoc ergo paradiso solus homo inducitur, quia sapientia non nisi inter medias virtutes inuenitur. Philonem audi. *Posuit, Philo, inquit, ibi hominem, quem finxerat: hoc est in solis rationabilibus virtutibus. Harum enim exercitationem vsimque Deus in proximis animas confert, ceu munus honorarium:*

13.

Gen. 2. 8.

rium:ideoque aperte dicit, quod eum, qui in nobis est velut hominem, id est, mentem posuit in honestatis horis, arboribusque sacratissimis.

14.

Philo lib. de tumultu ideo ait scripturam depinxisse Esau monticolam, & ruris amatorem, Iacob vero studiosum, & per otium domi litteris incubentem, vt facilem viam paret legentibus, qua credant Esau omnium vitiorum genere scate-tere, Iacob vero, pium, & iustum virum fuisse. Pietas enim, & scientia indissolubili societate coniunguntur, vt sapientem iustum esse facile quis credat, cum vero impium, & nequam qui doctrinam non sequatur. *Haecenus satis praefati, (ait Philo) iam singula quae proposuimus, confirmabimus, & à primo auspicabimur. Rudiatem delirandi, peccandi que causam esse diximus, sicut è vulgo innumeros praemero delirare. Nam ruditas peccatorum anima, si vera fatenda sunt, caput est: à qua tanquam à fonte promanant actiones huius vita, nullum omnino praebentes liquorem salutem, ac potabilem: sed sanguinosum, qui morbum atque perniciem potantibus affert, quapropter legislator noster in nullos aequè seuit, ac in educatos perperam, vel hoc argumento, qui sunt, quos non tam studium, quam natura consociat, siue inter hostes, siue inter animantes ceteras.*

Philo.

15.

Gen. 6.3.

Hunc sensum habent apud Philonem lib. de Gigantibus verba illa Dei Genes. 6.3. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Id est, spiritus sapientiae, & intellectus non permanebit cum eis, quia carnaliter sapiunt, & saeculi voluptatibus immergi sunt. Audi Philonem. *Causa autem insitiae praecipue caro est, & cum hac intercedens familiaritas, sicut ipse fatetur, ideo non posse spiritum Dei permanere, quia caro sunt. certe & coniugium, liberorum educatio paranda rei familiaris necessitas, obscuritas, necessitas, negotia tum privata tum publica, & cetera innumera sapientiam ad huc florentem auerfaciunt: sed nihil eis tanto impedimento est quanto natura carni.*

Philo.

16.

Hoc idem expendit Philo lib. de Gigantibus in mutationem nominis Abraham: etenim qui prius Abram dicebatur, id est, Pater excelsus iussu Dei dictus est Abraham, id est, Pater electus. Huius rei rationem reddit Philo: Abraham dum regione Chaldaeorum moraretur dictus est Abram, id est, Pater excelsus, quia iuxta consuetudinem patriam excelsa meditabatur, cursus siderum, & caelorum motus multa animi consideratione suspiciebat: at vero ductum Dei sequutus pietatem colere cepit: unde Abraham, id est, Pater electus dictus est. Ac si Deus illi dixisset: *ô, tu qui multa diligentia sapientiam perquiris, & longioribus vigiliis lucubrationibus, & laboribus doctrinam persequeris: ego tibi multo vtiliorem, & faciliorem viam ostendam, vt abdita quaeque penitus haurire possis. Pietatem cole, me sequere, & breui, nulloque negotio ad sapientiae apicem conscendere poteris.* Audi loquentem Philonem: *Quandiu haebebat in Chaldaeorum terra, opinioneque, & non mutato nomine vocabatur Abram, homo caeli, & sublimis, etheraeque natura scrutator in effectibus eorumque causis, & id genus alijs Philosphandum, ex quo studio appellationem praesentem sibi quaesivit. Abram enim interpretatur Pater sublimis, nomen conueniens consideranti sublimi, & caelestia intellectu, praesertim cum concretæ huius naturæ nostra Pater sit intellectus pertingens ad aetherem, & ulterius. Sed quando iam se ipso melior nomen mutaturus est fit homo Dei iuxta redditum sibi oraculum. Ego sum Dominus Deus tuus, da operam, vt te mihi approbes, & esto inculpabilis.*

Philo.

17.

Missus Moyse à Deo vt populum de Aegyptiorum seruitute liberaret, cauebatur linguae tardita-

tem, Exodi 4. *At ille: obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es. Iratus Dominus in Moysem ait: Aaron frater tuus leuites, scio quod eloquens sit, ipse egredietur in occursum tuum: vidensque te latabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ea in ore tuo, & in ore illius. Et ostendam vobis quid agere debeatis. Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris in his, quae ad Deum pertinent.* Haec verba, quibus petenti Moyse Deus annuit, & Aaronem perferendis mandatis suis praefecit ad sensum morale traducit Philo. lib. de migrat. Abrahæ, Moyse, qui cum Deo loquitur, & eius intima familiaritate perfungitur figura est hominis pij, & iusti, qui diuina vtitur familiaritate. Huic frater germanus est Aaron eloquens, quia virtus cum sapientia fraterna societate coniungitur. Nec timendum est ei, qui pietati addictus est, quod imperitus sit, ineloquens, aut elinguis, habet enim coniunctam indissolubili amicitia, & fraterna coniunctione sapientiam. Philonis verba transcribo. *Ergo cum mens versatur in omnipotentis negotijs, non opus habet externis auxilijs. Nam intelligibilis solus intellectus cernit acutissime. Quod si quando se confert ad sensum, aut affectum, aut corpus, quae per Aegyptum significantur, indigebit quoque dicendi arte, & facultate, quamobrem ducere secum Aaronem iubetur, hoc est, eloquentiam, nonne, inquit, habes Aaronem fratrem tuum? Nam cum rationalis natura vna mater amborum sit, natos ex illa fratres intelligo quidquid illa proloquitur, menti enim est percipere, eloquentionis proferre. Est enim, inquit, loquetur pro te. Cum enim mens suas cogitationes depromere vult propinquo suo sermone vtitur interprete ad affectus suos exprimerdos. Haec Philo qui inferius expendit in eisdem verbis dictum Domini. *Ego ero in ore illius, & in ore tuo. Ego vobis verba ministrabo, ego vestras voces in verba formabo, scilicet Deus est, & nullus alius, qui sapientiam conferre potest. Nisi ipse, sapientiam, & eloquentiam ministret, incassum cuiusvis studium, mentis acies, & lucubratiō recidet. Vnde subdit idem Philo. Deinde sequitur, ecce ipse occurret tibi obuiam, siquidem reuera sermo cogitationibus occurrat, & addens ei verba, nominique, format ea, quae nunquam ante formam habuerant, & viso te, inquit, gaudebit in seipso. Gaudet enim sermo, & fit alacrior, quando conceptus non est obscurus. Et paulo inferius. Et alloqueris eum, & dabis verba mea in os eius. Ac si diceret suggeres ei talia cogitata, qualia nihil à verbis, & alloquijs Dei differunt.**

Exod. 4.

Philo

Philo

18.

Gen. 16.

Genes. 16. *Igitur Sarae uxor Abram non genuerat liberos, sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar. Dixit marito suo: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios. Agar ducitur in matrimonium, & filij, quos suscipit Sarae imputantur. Expende verba: Si forte saltem ex illa suscipiam filios. Ad rem morale factum deducit Philo libro de congressu, quarenda eruditionis gratia. Nempe Sara virtutem, Agar sapientiam adumbrat. Igitur quos Agar filios parit non sibi sed Sarae imputantur, quia progressus quos vir sapiens in eruditione facit non tantum studio, vigilijs, & ingenij acumini tribuendi sunt, quam pietati. Audi Philonem. *Non sumus enim idonei prolem ex virtute suscipere, in primis ingrediamur cum eius famula musica, logicæque, qua liberaliter instruemur. Et infra expendens illud, habens ancillam Aegyptiam. Id est, non Hebraeam, sed exteram, cuius tamen filij adoptantur à Sara. subdit idem Philo. Nam in quillini conuersatione cum ciuibus fruuntur, sed quia non est eis fixum, certumque domicilium, censentur inter exteros. Sicut opinor adoptiui filij, quarencus heredes sunt pro natini aestimantur,**

Philo

Philo

manantur, quatenus aliunde nati pro alienis. Itaque sicut se habet hera ad ancillam, matrona ad concubinam ita se habet virtus Sara ad disciplinam Agar. Iure igitur Abrahamo contemplationi, scientiæque dedito virtus Sara pro uxore fuerit. Agar verò, id est, vniuersa Encyclopædia pro pellice. Ergo magis amet, & pluri faciat virtutem, quam scientiam, & doctrinam. Quæ vel ad ipsarum scientiarum cognitionem multo magis deseruit, quam contemplatio, & studium. Et inferius notat ipsam Saram in matrimonium tradidisse ancillam suam marito: ipsam pronubam intercessisse inter vtrumque, ipsa Sara ancillam ornauit ad matrimonium, &c. nempe pietas & virtus scientiam ornant, & locant in matrimonium, vt ex ipsa sapiens filios suscipiat. Quod nisi pietas accesserit, & sapientiam ornauerit, ipsa inculta manet, nihilque habet, humano aspectu dignum. Audi verba Philonis. Assumpsit ergo Agar vxor Abraham Agar Aegyptiam ancillam suam, post annos decem, quam habitare coeperunt in terra Chanaan, & dedit eam suo marito uxorem. Inuidum, amarulentum sua natura est vitium, è diuerso virtus res mitis, benigna socialis omnibus modis parata, generosis animis prodesse, vel per se vel per alios. Nunc igitur non valentibus nobis è prudentia filios suscipere despondet famulam, Encyclopædiam in quam, siue orbem disciplinarum liberalium, tantum non sequestram agens, & sponsa ornatricem; legimus enim quod ipsa suo marito uxorem in matrimonium duxerit.

Genes. 16. Postquam Agar ancilla Saræ in matrimonium iuncta fuit Abraham, & ex ipso filios suscepit, elata tanto marito in heram suam Saram peccauit, neque ei debitum honorem exhibuit. Quod iniquus ferens Sara maritum tamquam huius rei authorem inculcat, cui maritus num. 6. Cui respondens Abraham. Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est vtere ea vtiliter. Philo lib. de Congressu. quærenda eruditionis gratia, vt retulimus num. præcedenti per Saram virtutem intelligit, per Agar verò sapientiam, ergo hanc ancillam vir sapiens pietati subdit, quia æquum est, vt scientia famulatum virtuti præferat. Verba, quæ retulimus, paulo aliter Philo legit. En tibi puellam trado in manus tuas. Ergo scientia secularis puella est, virtus verò adultæ ætatis matrona. Nam sapientia, & doctrina nisi cum pietate sit coniuncta puella est, & multarum rerum ignorationem patitur. Oportet ergo, vt pietas accedat quæ intermixtas ignorantia partiales à scientia auferat. En tibi (ait Philo) puellam, trado in manus tuas, vt utere ea, sicut tibi libet: nam qui puellam dicit vtrumque fatetur, & conditionem seruilem, & ætatis Imperitiam, nam puella nomen vtriusque rei significationem continet: simul fatetur contraria puellam adulta, Dominam opponens ancilla: tantum non in faciem reclamans, equidem Encyclopædiam, vt minorem, & puellam in delictis habeo: statim verò coniuncta cum prudentia, vt matronam matronam honore prosequor. Quod autem dicit manus tuas subiectionem significat. Et infra. Cum sis, & habearis à me Domina, sume, inquit, omnem meam eruditionem, & non secus quam ancilla vt utere arbitrio tuo, quod scio fore non iniquum, etiam si non fuerit tam incundum, quam vtile fuerit, & minimum suauitatis habuerit.

Dei præceptionibus parens Abraham immolaturus filium suum vnigenitum Isaac in montem pergat Genes. 22. 6. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum, ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac Patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & ligna, vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham. Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi. Hoc Abrahami re-

sponsum ad rem nostram inflectit Philo lib. de Profugis. Quærenti de victima holocausti Isaac, Pater respondit. Dominus prouidebit sibi victimam, fili mi. Rein totam ad Deum reducit Abraham, & dubii solutionem non ad naturales vires sed in Dei supremam sapientiam. Scilicet ab vno Deo, cuiuscumque dubij enodatio, quærenda est: vna enim iustitia, vna virtus ignorantia tenebras excutere potens est. In huius rei confirmationem aries qui in victimam sacrificij cœlitus concessus est Abraham cornibus inter vepres hæret, scilicet in rebus dubiis hæret ratio, & tenebris obsita iacet, has autem tenebras vna pietas dilucit. Vtrumque his verbis complectitur Philo. Ecce ignis, & ligna, sed vbi est pecus in holocausto mata? Alterum respondentem Deus prouidebit sibi de victima, mi puer. Ac mox inuenientem suppositum, & ecce arietem cornibus hærentem in frutice fabæ. Videamus quid à dubitante queratur, quid respondens ostendit 3. quid inuenitur. Percunctario talis est, ecce ignis causa efficiens, ecce ligna materia patiens vbi effectus, quod requiritur 3. ac si dicat. Ecce intellectus callidus, candensque spiritus, ecce intelligibilia tamquam materia, sed vbi tertium illud videlicet intelligere? Rursus ecce visus, ecce color, vbi videre? Et in vniuersum ecce sensus index, ecce obiecta eius materia, vbi ipsum sentire? Hæc sciscitanti par est respondere Deus sibi ipsi prouidebit. Nam illud tertium Dei proprium est. Ipsius enim est prouidentia, intellectus percipit, videt visus, sentit sensus quilibet. Sed aries inuenitur hærens. Hoc est, ratio quiescens, & assensum cohibens, optima enim victima est quies, & hesitatio in his rebus quarum certa fides non est. Nam scriptura tantum dicit, Deus videbit, cui nota sunt omnia. Qui clarissima sua luce sibi ipse illustrat omnia, quarum certa fides non est. De cetero apud creaturam silentium est, quæ magna caligine offunditur. Hæc Philo, ergo verba illa quæ scriptura retulit de ariete Abrahamo in holocaustum præparato, nempe. cornibus hærentem: altiori sensu Philo ad intellectum retulit, nempe: intellectus sapiens in rebus, quas haurire desiderat, hæret, & nisi desuper immisso lumine illustretur se expedire non valet.

Fugam arripuit Iacob, & relicta Labani soceri domo patriam repetit. Vxor verò eius Rachel paterna idola furata sub stramina misit camelorum. Cum verò apud Iacob ob furtum grauius conquereretur Labanus his verbis ipse se purgat. Genes. 31. 32. Quod autem furti me arguis: apud quemcumque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris, scrutare quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer. Hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata esset idola. Ingressus itaque Laban in tabernaculum Iacob, & Lia, & vtriusque famule non inuenit. Cumque intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper, scrutantique omne tentorium & nihil inuenienti ait. Non irascatur Dominus meus quod coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem faminarum nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo quærentis est. Quærit Laban ira percitus, mortem minitans, multis curis anxius, discessum generi, & filiarum & rei familiaris ruinam agrè ferens, Deos suos, & non inuenit, quos filia sub stramentis occultauerat, factum è re nostra expendit Philo lib. de profugis, nempe Laban intellectus noster est, quia abdita, & diuina mysteria inquit, scrutatur, lustrat, hic si vitii agitatur, nequaquam inuenire potest, si verò vitia dimiserit, & longius depulerit facile latentes Deos, id est, arcana mysteria eruere potest. Dicta Philonis sub infero. Absoluto hoc capite consideremus tertium, vbi etiam si non

Philo.

19.

Gen. 16. 6.

Philo.

20.

Gen. 22. 6.

Philo.

Gen. 31. 32.

Philo.

deest querendi voluntas, inuentio tamen non sequitur. Laban quamuis scrutatus totam animalem domum meditatoris, non inuenit, ut Moyses narrat simulacra. Plenus enim erat negotijs. In eiusdem rei probationem adducit quod scriptura de sodomitis narrat. Specie humana Angeli Sodomam ingrediuntur, iacentes in platea Lot sanctus Hospitio excipit, vim illaturi hospitibus occurrunt Sodomitæ, libidinofam mentem rogat Lot deponere Genes. 19. 9. *At illi dixerunt recede illuc. Et rursus, ingressus es inquit, ut aduena numquid ut iudices? Te ergo magis, quam hos affligemus, vique faciebant Lot vehementissime, iamque prope erat, ut infingerent fores, & ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauseruntque ostium, & eos qui foris erant percusserunt cacitate à minimo vsque ad maximum, ita ut ostium inuenire non possent.* Furientes libidine Sodomitis iusto supplicio Deus cæcitate percudit, scilicet hoc proprium vitiatorum est, ut oculos occludat, tenebras inferat, nihil profus videre sinat, neque ad scientiam, & sapientiam ianuam inuenire sinat, Audi Philonem. *Nec illi caci Sodomita furiosi conati violare sacros & impollutos sermones inuenerunt ducentem ad eos viam, sed ut ait scriptura querendo praterierunt ianuam, quamuis circum ades consistendo, & omnem mouendo lapidem, ut replerent suis inanes, & impias cupiditates.*

Genes. 19. 9.

Philo.

2. 2.
Ier. 35. 15.

Jeremiæ 35. 15. *Conuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra.* Sensus est. *Conuertimini vnusquisque à via sua pessima.* Id est, deponite peccata, excutite vitia, virtuti inhærete, pietatem sectamini, sed quod emolumentum ex his capiemus? Subdit. *Et bona facite studia vestra.* Id est, multum in studiis proficietis, tenebras ignorantie discutietis, progressus non modicos in omni scientiarum genere facietis. In hunc sensum exponit hunc locum Philo lib. de profugis. Loquentem audi. *Et habent quidem inquisitiones particulares dubio procul elegantem contemplationem Philosophicam, sed summum illud bonum incomparabile Deum auctorem omnium si quis querat, exhilaratur mox, in primo eius contemplationis auditu, nec frustratur suo proposito procedente obuiam illa propitia natura per virgines gratias, & ostendenda se visendi sui cupidus, non qualis est, quod fieri nequit, quoniam, & Moyses auertit faciem suam veritus coram obtrueri Deum, sed quantum datur creatura ad res intelligibiles accedere. Hoc quoque inter precepta relatum est. Conuertimini, inquit, ad Dominum Deum vestrum, & inuenietis eum ex toto corde, & ex tota anima.*

Philo.

2. 3.
Gen. 16. 7.

Genes. 16. 7. Herilem illam fugit Agar ancilla Abrahæ. *Affligente igitur eam Sarai, fugam inijt, cumque inuenisset eam Angelus Domini iuxta fontem in solitudine, qua est via Sur in deserto.* Locum notat Philo lib. de Profugis: hoc est, *via Sur*, ille patriæ linguæ vim aptime calens viam Sur appellat, id est, viam munitam, vel directam. Fortè via illa strata erat lapidibus, ut quondam via Apia apud Romanos, cuius adhuc pars non exigua est. Iuxta sensum moralem fons ille sapientia est: Symbolum enim sapientia aqua extitit tum apud sacros, tum apud profanos: via autem strata vel directæ, qua ad sapientiam itur, virtus est. Ergo quicumque viam rectam ad sapientiam inquiris, pietatem ama, quæ recta ad doctrinam perducit. Philonis verba subiungo. *Ceterum valde aptè scriptura inducit Agarem inuentam apud fontem, non haurientem tamen, quia incipiens anima nondum est idonea haurire merum potum sapientie. Non arceatur tamen quominus in propinquo moretur. Est autem omnium publica via per doctrinam strata munitaque, ideo dicit inuentam eam in via Sur. Nam*

Philo.

Sur interpretatur munitio, vel directio. Hæc ille. Nota etiam cum Philone hanc Saræ ancillam inuentam esse iuxta fontem non aquam haurientem, fons vt diximus ex sententia Philonis sapientia est. Ex hoc autem fonte non haurit aquam illa, cui feruile ingenium est, & Dominam fugit, id est, qui vitiis mancipatur, & illis deseruit.

Si fortè vel de lege, vel de alia re qualibet dubium incidat Dei iussu aduendi sacerdotes, consulendique penes quorum iudicium est rem examinare, & alios docere, vt de lepra expressè in lege habetur. Huius rationem reddit Philo lib. de creat. Principis, nimirum, quia Sacerdotes, & illi, qui Dei cultum obtinent certam ferre sententiam de rebus dubijs possunt. Reliqui verò non item, id est, qui propius pietatem Deo accedunt res difficiles examinare valent. De lepræ quæstione ad sacerdotem referenda habes Leuitici 14. 2. *Hic est ritus leprosi, quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem, qui egressus de castris cum inuenierit lepram esse mundatam, &c.* Quoties ergo (ait Philo) non satis causas perspicit, & propter perplexitatem earum, & caliginem recessit officium iudicis, & litigatores ad accuratius tribunal ableget, id verò non aliud fuerit quam sacerdotum, atque Pontificis. Nam legitimi Dei cultores mente pollent plurimum, quia ne leuia quidem errata negligunt propter excellentiam summi Regis, in cuius versantur obsequijs.

24.

Leuit. 14.

Philo.

25.

Psal. 34.

Proximè Philoni accedat Basilius exponens verba illa Psalmi 32. *Ponens in thesauris abyssos.* Per thesauros homines pios, per abyssos intelligit mysteria abdita, & abscondita, hæc ergo non in alijs quam in thesauris collocat, quia rerum difficilium cognitione solius virtutis pretio vendit Deus, in quem sensum infert, verba Christi Domini Matth. 9. 17. *Neque mittunt vinum nouum in vres veteres: alioquin rumpuntur vres, & vinum effunditur.* Per vres veteres eos intelligit, qui peccatis veterascunt & corumpuntur: per vres verò novos eos, qui spiritu renouantur iuxta Paulinam phrasim. Hi sanè potentes sunt vim deferuentis musti sustinere, id est, optime capiunt diuina mysteria, quæ instar vini in animo feruent: illi verò, qui præ peccatis situ putruerunt, vt habet Dauid. *Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ.* Hi sanè posteriorum vinum sustinere non possunt. Basilij verba transcribo. *Nos vbi habebimur digni agnitione ea qua perspicitur Deus facie ad faciem, tunc in thesauris Dei eas abyssos contemplabimur. De vris verò si qua in sacris voluminibus dicuntur, collegeris, propius pertinges ad Prophetica scientia intelligentiam, vres verò noui in Euangelio nominantur, qui de die in diem vita genus renouant & vinum nouum de vera vite capiunt, qui vero veterem hominem nondum deposuerunt, vres sunt veteres, quibus neuiquam commode credi potest infusio noui vini. Nemo enim mittit vinum nouum in vres veteres, ne vinum effundatur, & illi vres prorsus dispareant, nulla iam venia digni, si nouum, ac bonum effundant merum. Igitur in vres novos vinum nouum est mittendum. Nouum insuper, & spirituale vinum, vt quod spiritu sancto deseruiscit. Nimirum veritatis intelligentiam, nondum exolescentem veritatis errore mittere conuenit in hominem nouum, qui quod perpetuo mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore fert suo, iure nouus dici potest vres.*

Matth.

Basil.

26.

Psal. 32.

Psalm. 32. *Consilium autem Domini in æternum permanet.* Expendit Basilius in hunc locum aduersatiam illam particulam autem. *Dixerat. Dominus dissipat consilia gentium. Reprobat autem cogitationes populorum.* Id est, Dominus stulta reddit consilia hominum

hominam impiorum, quos gentes, & populos appellat. Subdit autem *consilium autem Domini in eternum permanet*. Id est, è contra vero plana facit arcana mysteria piis, & iustis hominibus. *Quomodo dissipata sunt* (ait Basilius) *& cassa omnia, & sola nunc Evangelij veritas omnem orbis rempublicam occupavit?* Multa namque in hominum cordibus consilia, sed Domini consilium praevaluit. Et necessarium est, si consilium Dei stabile ac firmum consistere in animis nostris debeat ut prius humana cogitationes in nobis dissipentur. *Quemadmodum in cera scripturus quilibet eam prius interlinxit inductis literis, deinde, quas vult, imprimit formam: sic etiam cor nostrum quod diuinum sit lucide & perspicue suscepturum eloquium purum liberumque omnis cogitationis contraria prius reddi oportebit.* Perspicua similitudine Basilius, quod intendit, euincit. Sicut enim ille qui scribere intendit impressos prius characteres delet, ut quod in animo est formis super inductis inferat: non aliter Deus reprobatur cogitationes populorum, id est, vitiosam omnem mentem delet, ut virtutis characterem inscribat.

Psalm. 44. *Lingua mea calamus scribae velociter scribentis.* Rem exponit Basilius ibidem ducta similitudine à papyro, & charta in qua characteres super inducimur. Nam si charta lenis sit, & terfa facile notas excipit, & librarius multa potest scribere, & percurrere. Cor nostrum tabula est, in qua sapientiam scribit Spiritus sanctus, quod si sit pietate tanquam pumice lenigatum facile sapientiam excipit: sin minus multis sit vitis asperum, quam Deus scribit sapientiam abiicit. *Scriba igitur* (ait Basilius) *Spiritus sanctus, & quoniam sapiens est, & omnes docens, velociter scribens, velox enim mentis motus est. Scribit autem nobis Spiritus sanctus non in tabulis lapideis, sed in tabulis carnis nostra carnis. Verum iuxta proportionem latitudinis cordis plura, vel pauciora inscribit, cordibus sancti, ille spiritus, aut manifesta omnibus, aut certe obscuriora pro cordis apparatus, quo quisque inspirauit cordis domicilium.*

Venite, & videte opera Domini, qui posuit prodigia super terram auferens bella usque ad fines terra, Psalm. 45. Cum Basilio ibidem expende verborum ordinem. Venite, id est, per virtutem accedite. Quid inde videte, id est, si semel per virtutem accedas subinde mysteria Dei arcana contueri poteris. Hanc enim vim habet pietas, ut ignorantia tenebras discutiat. Ut enim illis, qui longius sunt, & ob id rem distince oculis haurire non possunt, iubemus propius accedere, ut rem intueantur: ita etiam qui à Deo longius distant, & ob hanc causam occulta mysteria obscure intuentur, accedant propius iuxta dicta Propheta, ut Deum intueri possint. Itur autem ad Deum non gestibus corporis, sed affectibus anime. Ergo quo per virtutem magis ad Deum accesseris, eo magis arcana mysteria penetrabis. Venite, (ait Basilius) *& videte opera Dei, qui posuit prodigia super terram auferens bella usque ad finem terra.* Sanè sermo hic eos qui procul sunt a Verbo veritatis inuitat propius se adiuuant cognoscenda veritati, dicens venite, & videte, nam quemadmodum oculis corporis accidit, semotiora internalla eorum, qua se conspicua offerunt, apprehensionem reddunt obscuram, & vix apparentem, contra propior accessio speculantis agnitionem rerum visibilibus exhibet tanto expressiorem. Idem contigit in multimoda mentis contemplatione, qui per bona opera se se Deo familiarem, ac propinquum non reddit, ipsius Dei opera puris mentis oculis videre nequam potest: idcirco venite, & propinquate prius, deinde videte opera Domini sanè prodigiosa, & admiranda.

Matthæi 1. *Hac autem eo cogitante ecce Angelus*

Domini, &c. Dubius, & anxius hærebat Iosephus cum vxorem, quam ipse non contigerat, prægnantem videret, vel miraculum suspicabatur, vel delictum, hinc inde in diuersa trahebatur: sed Deus misso Angelo hominem mysterium docet: dubiorum tenebras discutit. Si causam quæras, audi Evangelistam. *Ioseph autem vir eius cum esset iustus.* Multa pietate meruit de occultis edoceri. Hoc enim est proprium virtutis meritum, scilicet rerum difficultium cognitio. Hæc est mens Basilius, quam his verbis promit. Itaque prius, quam conuenirent, inuenta est in vtero habens Spiritum sanctum. *Utrumque Ioseph reperit, & conceptionem, & causam è Spiritu sancto.* Quamobrem hoc ignorans ab initio talis nominari vxoris maritus voluit eam occulte dimittere, verens patefacere, qua iuxta illam acta fuerant. verum quia vir iustus erat ex Deo mysteria nosse meruit. Igitur hæc cogitanti ecce Angelus Domini apparuit in somnis.

Sub Pastoris persona se ipsum inducit Dominus Iesus Christus, nos vero, qui Christianæ fidei nomina dedimus, oues vocat Ioannis 10. *Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Difficile est omnino, ut homo ad occultam Dei cognitionem pertingere possit, sed quærenda nobis via. Ibidem nobis eam tradit Dominus nempe, *& vocem meam audient.* Id est, præceptis meis obediunt. En tibi viam, qua ad arcaneorum mysteriorum cognitionem itur. Dictis Dei audi, virtutem sequere, & hac ratione facile difficultia quæque tibi patefient. Hæc ex Basilio desumpsit hom. 26. Qui etiam expendit verbum illud, audient: non dixit multa de verbis meis disputabunt, discutient, rimabuntur, sed simpliciter vocem meam audient. Nam sapientia non tam addiscitur multis disputationibus, argumentis, captiosis conclusiunculis, lectione, auditione, disquisitione, lucubrationibus, reliquisque huius generis, quæ si Dei dictis audias pietatemque colas. Vna pietas, virtus, & iustitia supra omnia alia, hominem ad sapientiam perducit. *Vel nunc ex præcedentibus* (ait Basilius) *mensuram cognitionis huius intelligis, quod in Deo cognoscimus? Oves meæ, inquit, vocem meam audient. Ecce quo modo cognoscatur Deus, ex eo quod præcepta illius audimus, ex eo quod illa audientes opere adimpleamus. Hæc demum est cognitio Dei obseruantia videlicet præceptorum Dei, non inanis illa curiositas essentia Dei, & supra mundanorum inuestigatio, non rerum inuisibilibus consideratio. Cognoscimus me meæ, & cognosco meas. Satis sit siue Pastorem esse bonum, animam suam posuisse pro ouibus. Terminus hic sit diuine cognitionis, quantus vero sit Deus & qua illius mensura, & qualis essentia: talia sciscitanti sunt periculosa, ei, qui rogatur perplexa, talium remedium silentium. Oves meæ vocem meam audient. Audiunt inquam, non disputant. Hoc est non sunt inobedientes, non contendunt.*

Esaiæ 7. 10. *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Peto tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsu supra.* Et infra. *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Expendo cum Basilio ibidem verbum illud adiecit. Id est, postquam Dei nomine verba fecit Propheta ad Achaz, iterum eiusdem verba subintulit. Nempe præmiserat Propheta: *Vide, ut sileas, noli timere, & cor tuum non formidet.* Hæc, inquam, præloquutus fuerat Propheta ad Regem nomine Dei. Postquam vero hæc dicta Rex benigne suscepit, operæque compleuit timorem excussit, metum abiicit: iam ex obedientia in Deum, ex pietate, & religione quam vero numini exhibuit, dignus factus est, cui Deus iterum loqueretur, & alta incarnationis sacramenta explicaret.

Basili.

17. Psalm. 44. 2.

Basili.

28. Psalm. 45. 9.

Basilius.

29. Math. 1. 10.

Basili.

30.

Ioan. 10. 11.

Basili.

31.

Esaiæ 2. 10.

caref. Hoc, inquam, significat verbum illud adiecit. Nempe pietas sinus animæ, & sensus mentis capaciores reddidit, vt tantam doctrinam excipere posset. Audi verba Basiliij. *Et adiecit Dominus ad Achaz dicens, pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni siue in excelsum. In paulo superioribus docetur quidem per Esaiam, quæ conueniebat Achaz facere, nempe vt obseruaret silentium, & ne mala sibi timeret a duobus titionibus fumum exhalantibus. Nunc autem, vt doctrina Prophetæ obsequenter excepta diuinum obseruaret oraculum, adiecit Dominus loqui ipsi Achaz. Ipsi fortasse hinc docemur, quia vnus aliquis discipulorum, qui a ministrando Dei consilio obsequiose subseruit proficiens tamen poterit excipere, ex verbo Dei oracula. Hæc Basilius, quibus verbis alio etiam modo exponit illud adiecit, id est, illum Deus per seipsum alloquitur, quem prius per Prophetam docuerat, nam exhibita numini reuerentia tantæ doctrinæ fecerat capacem.*

32.
Gen. 18.

Multa congerit pro nostro instituto Rupertus lib. 6. de Trinitate cap. 6. In primis notat ex Gen. 18. duos quidem Angelos tantum Sodomam peruenisse, cum tamen tres Abraham hospitio exceperit. Angeli enim, si fides Ruperto, diuinorum mysteriorum cognitionem significant. Igitur ex his plures apud virum sanctum Abrahamum diuersantur, pauciores vero apud peccatores Sodomitas. Scilicet pij homines & iusti maiorem de Deo cognitionem hauriunt. Insuper Abrahamo meridiem apparet Angeli, Sodomitis vero sub vesperam. Vesper enim rerum ignoracionem significat, meridiem autem perspicuam, & claram rerum notitiam, hæc iustis accidit, illa vero impijs. Addit idem Rupertus Spiritum sanctum specie columbæ in Dominum descendisse, in Apostolos vero sub forma ignis. Christus homines pios significat, & perfectos viros, Apostoli vero hoc loco imperfectos, & tyrones, ergo in hos tanquam ignis venit, in illos tanquam columba, columba vocem habet, & sonos edit, ignis vero omni voce priuatur. Vnde columba maiorem rerum notitiam adumbrat, ignis vero minorem: ergo perfectis viris maior notitia affidet, imperfectis vero minor. Tandem infert duo loca ex Psalms: prius est illud ex Psalmo 5. *Mane astabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem, tu es.* Dauid iustus mane adstat Domino, quia iuxta virtutis mensuram maiorem de Deo cognitionem nanciscitur. Iniustus vero, & impius sub noctem Deo astat, quia implexam, & suboscurem cognitionem de Deo habet. Posterius vero illud est ex Psal. 67. 2. *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.* Quæ verba in eandem sententiam exponit. Rupertum audi, *Et bene non tres, vti ad Abraham, sed duo tantum venerunt Sodomam, etenim non quidem cordibus impiorum reuelatur Trinitatis mysterium: verum tamen, & Dei filius inter peccatores visus est in terra, & cum hominibus impijs conuersatus est. Et Spiritus sanctus visibilis specie apud eosdem apparuit, super ipsum quidem Dominum sub specie columbæ, super discipulos autem sub specie ignis.* Et subdit. *Vespere, inquit, venerunt, ipsam tempus, vel hora visitationis tristissima, peccatorum causa congruit. Abraham meridie visitatus est: apparuit enim illi Deus supra sedenti in ostio tabernaculi, in ipso seruore diei. Visitatur iustus, & mane, iuxta illud: mane astabo tibi, & videbo. Et alibi: in matutinis meditabor in te.*

Psal. 5. 5.

Psal. 67. 2.

Rupert.

33.
Gen. 19.

Gen. 19. Prius Sodomitæ cæcitate percutiuntur, postea igne cremantur: nempe notante Ruperto lib. 6. de Trinitate cap. 9. Illi qui ob commissa crimina igni inferno deputati sunt prius cæcitate puniuntur, & in densissimas mentis tenebras descen-

dunt. Vnde Esaias loquens contra peccatores, quorum noxæ Sodomorum crimina referrebant, ait cap. 6. 10. *Ex cæca cor populi huius, & aures eius aggravata.* Ideo mens excæcatur, quia aures obturatas habuerunt, ne diuinis audirent præceptis, *vinque faciebant* (ait Rupertus) *Lot vehementissime, iamque prope erant, vt infringerent fores. Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt Lot. Clauseruntque ostium, & eos qui erant foris percusserunt cæcitate, a minimo usque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.* Et contra illos alios Principes Sodomorum, contra illi alium populum Gomorrhæ, posterius prophetatum est: *excæca cor populi huius, & aures eius aggravata, & oculus eius claude.* Ne forte videant oculus, & auribus suis audiant, & corde suo intelligant, & conuertant, & sauent eum. Recte igitur igne sulphureo post modum cælitus consumendi, prius cæcitate consumpti sunt, ita, vt non possent inuenire ostium. Nam istis æternis ignibus cruciandi, nunc interim mente excæcati sunt. Ita vt non inuenire possent illum qui dixit, ego sum ostium.

Adde eundem Rupertum lib. 7. de Trinitate capite 7. qui ad rem præsentem notat Rebeccam alterum filium, nempe Iacob tanto amore dilexisse, vt contra ius primogenij minorem natu minori prætulerit. Esau vero natu maiorem odio habuerit. Si sensum moralem requiras iuxta Rupertum. Rebecca scientia scripturarum est, & altissimorum mysteriorum cognitio, hæc autem gaudet maxime amicitia, & societate pietatis; vitium vero, quod per Esau significatur, odio prosequitur. Ruperti verba subiungo: *Sed & singulariter quemque nostrum tanto hac Rebecca plus diligit, vel quanto simplicior quisque habetur in tabernaculis. Nam e contra quanto plus quisque habet de Esau, tanto minus à Rebecca diligitur, vel quanto amplius foras euagatur tanto minus sacre Scripturæ laetatur uberibus, imusque reposito pane cibatur. Quod si etiam citius patris Isaac venator sit; vel Christum prædicare consueverit, si per hæc quæ sua sunt, querit, non quæ Iesu Christi primogenita sua vendiderit, & Esau similis sit. Qui etiam simplicem, vt dictum est, Rebecca diligit, valde enim quieti animi est sacre Scripturæ ex animo conciliari. Vnde est illud: sapientiam scribe in tempore otij, & qui immoratur actu percipit eam.* Verba sunt ex Ecclesiastico 38. 25. *Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui immoratur percipit actu sapientiam, id est, sapientia eos diligit, qui non multum rebus his sæcularibus implicantur, illos vero quos cura sæcularis distrahit non comitatur.*

Genesis 27. 27. Caligans Isaac hac ratione filium Iacob benedixit. *Ecce odor filij mei sicut, odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.* Huius benedictionis formam ad sensum moralem deducit Rupertus lib. 7. de Trinitate capite 17. Per rorem cæli pietatem intelligit, per pinguedinem vero terræ, sacre Scripturæ cognitionem. Ergo prius rorem cæli promittit, vt hac ratione pinguedinem terræ excipere possit. Nam sicut ex motu syderum, & influxu cælorum totius huius machinæ ordo dependet, ita vt nisi pluuijs ingruentibus omnino terra squalleat, & nisi solis radiis fructus terræ decoquantur immaturi, crudique perseuerant, eadem profus ratione sapientiæ fructus nemo excipere potest, qui prius per pietatem mentem non subigat, & ad ferendos fructus per virtutem adigat. *Det tibi Deus* (ait Rupertus) *de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. Si quidem agri est, cui benedixit Deus accipere de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, & talium abundantiam replebit, sed profecto à Deo est benedici.*

Esaiæ 6.

Rupert.

34

Rupert.

Ecclesi.

31.

Gen. 19.

Rupert.

dicē. Est autem rationali creatura ros cœli, non aliud quam gratia Spiritus sancti, quæ peccata remittit. Pinguedo autem terre vel abundantia frumenti, & abundantia vini adaperior sensus ad intelligenda quæ latent in scripturis mysteria regni Dei: sic enim latet granum frumenti, quod cadens in terra mortuum fruit, & multum fructum attulit & vinum quod latificat cor hominis, & oleum in quo facies hilarescit.

36. Genes 32. Post illam luctam Iacob cum Angelo, post acceptam ab illo benedictionem, post discessum Angeli subdit Moyses. *Ortusque est statim sol.* Vt vult Rupertus lib. 8. in Genesim cap. 8. Accepta benedictio ab Angelo pietatem, & iustitiam sanctissimi Iacob innuit: ortus verò solis, irradians mentibus nostris lumen disciplinæ significat. Ergo postquam accipit benedictionem sol oboritur, quia postquam quis in pietate se exercet statim sapientia affulget. *Unde non abs re (ait Rupertus) dictum est ortus est sol ei statim, postquam transgressus est Phanael, quod interpretatur facies Dei. Effusa namque benedictione ortus est sol iustitia populo Sanctorum.*

37. Exodi 19. 12. Daturus Deus legem populo hæc iussit voce Moysi proponi omni populo: *Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: Omnis qui tetigerit montem morte morietur.* Vni Moysi datur montem conscendere, cum Deus præcepta Hebræis daret, non plebi, non bestiis, scilicet si fides Ruperto lib. 3. in Exod. cap. 30. secreta, & arcana Dei mysteria solum pius, & iustus homo excipere meretur, non quisquam è farce populi, id est, non homines vitiiis dediti, & virtutis expertes, non bestia, non animal, id est, non illi, qui bestialibus vitiiis emancipantur. *Quem ergo (ait Rupertus) Deus misit, quem iuxta exemplum Moysi signum dare dignatus est, quod Deus cum miserit, huic monti Sion, & civitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestis ianuas aperiet vocando illum intra secreta contemplationis, quo populus ascendere non meretur, quia carnali sensu premitur. Et bestia, inquit, si tetigerit montem lapidibus opprimetur.*

38. Ad hebræos 9. 18. *Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet dum vivit, qui testatus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moysè uniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorium cum aqua, & lana cocinea, & hyssopo, ipsamque librum, & omnem populum aspersit.* Expendo vna cum Ruperto lib. 3. in Exodum cap. 43. illud: *ipsum quoque librum.* Scilicet sanguine victimarum aspersit Moyses non modo tabernaculum, & omnia vasa, quæ ad vsum sacrificiorum inseruiebant, vniuersumque populum: velut ipsum quoque volumen, in quo Dei iussa, secreta mysteria, & arcana sacramenta recondita erant, & litteris expressa: scilicet liber legis sapientia diuina est, hic autem sanguine victimarum, id est, sacro Christi cruore respersus est: vt facile ex hoc facto quisque dignoscere possit absque Dei fauore, & Christi gratia, & pietate præeunte arcana mysteria dignosci non posse. Quod concionatorie accipe dictum. Neque enim ex adamussim discutienda mihi quæstio est, cum ad scientiam quamlibet hauriendam gratia per Christum requiratur, satis est ad præses institutum, & Rupertum mentem quod virtus, & iustitia ignorantia tenebras discutiatur. *Sed ipsum librum (ait Rupertus) aspersum Apostolus asserit, quia videlicet sancta scriptura pene ubique fidem continet passionis Christi, vt sine illa nullatenus intelligi possit, absque aspersione huius sanguinis nemo videbit.*

39. Exod. 19. 2. Vt supra retulimus, cauit Deus, ne quis præter vnum Moysen montem conscenderet.

Cum tamen non modo Moyses, sed & septuaginta seniores simul cum eo montem conscenderint, & Dei consortio perfrui sint. Huius rationem reddit Rupertus lib. 3. in Exod. cap. 44. Nempe respersi fuerant à Moysè sanguine aquæ mixto, qui sanguis Christi passionem significabat. Ergo quicumque Christi cruore respersus est, & pietati virtutique incumbit, hic sanè aptus est, cui secreta diuina pandantur. *Tamquam si diceret (ait Rupertus) Ante quam respersi essent sanguine fœderis, quod pepigit cum eis Dominus, misit super eos manum suam, manum terribilem, atque tremendam dicendo, omnis qui tetigerit montem, morte morietur, lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis. Nunc autem, quia sanguine fœderis erant respersi non misit super eos manum suam, non prohibuit eos à visione sua qui præ timore prius dicto procul recesserant, terminosque constitutos ascendere non audebant. Videruntque Deum sicut iam supra dictum est, & comederunt, & biberunt.*

Sapientia enim, & disciplina timor Domini: & quod beneplacitum est illi. VERS. 34.

Fides, & mansuetudo, & adimpleuit thesauros illius. VERS. 35.

1. Reddit causam superioris sententiæ, quasi dicat, fili, qui sapientiam adamas, Dei dictis audi: & Deus præbebit illam tibi. *Sapientia enim, & disciplina timor Domini.* Id est, quia cultus Dei, & reuerentia erga ipsum scientiam & disciplinam pariunt. *Et quod beneplacitum est illi fides, & mansuetudo.* Suple etiam scientiam & disciplinam pariunt. Distinguit autem duas præcipuas partes, scilicet fidem, & mansuetudinem, fidem hic ponit pro officio Deo, & proximis exhibendo, mansuetudinem autem pro tolerantiæ laborum, quos Deus immittit. Ergo ait si fideliter præstiteris, quæ Deo, quæque proximo debes, & patienter sustinueris supplicia, quæ Deus tibi infligit: hæc sanè duo tibi sapientiam, disciplinamque communicabunt. *Et adimpleuit thesauros illius.* Scilicet sapientiæ, vel disciplinæ. Dei enim sapientia disciplina etiam sapius nuncupatur. Ergo cultus Dei sapientiæ thesauros cumulabit, id est, quidquid homini faciendum sit ad bonè, beateque viuendum abunde docebit, prescribet, viresque ad præstandum ministrabit.

2. *Sapientia enim, & disciplina timor Domini.* Cornelius Iansenus. *Quia ipsemet timor Dei est coram Deo sapientia, & disciplina.* Melius causaliter, id est, timor Dei generat disciplinam, vel quia per Dei timorem declaratur quis, & ostenditur verè sapiens. Inter sapientiam, & doctrinam nonnulli hoc discrimen assignant, vt sapientia sit rerum diuinarum contemplatio, doctrina verò ad mores pertineat & partem ethicam referat, verum nullo firmo nixi fundamento.

3. *Et quod beneplacitum est illi fides, & mansuetudo.* Gracæ, & beneplacitum ipsius est fides, & mansuetudo. Quæ verba hac ratione ordinat Iansenius: fides, & mansuetudo est quod beneplacitum, est illi sed immerito, neque enim hac ratione dicta sententia cum præcedenti cohæret. Dixerat Dei timorem sapientiam parere. Cur ergo addendum erat fidem, & mansuetudinem Deo esse placidam? Ego sanè diuersa via incedo, & magis cohærenti filo orationis, scilicet duæ præcipuæ partes istius cultus, quæ in exequendo fideliter mandata, & patienter tolerando supplicia consistunt, sapientiam, & disciplinam nobis afferunt. In hunc sensum, & Græca lectio adducenda. Hugo Cardinalis

nalis partem illam sententiæ beneplacitum est illi. præcipue ad mansuetudinem referendam putat, Nihil enim tanto nos amore deincit erga aliquem, quam, mite, & facile ingenium.

4. *Fides, & mansuetudo.* Fides, fideliter exequi Deo, & proximis, quæ cuique debemus. Mansuetudo patientia, & tolerantia eorum quæ Deus immittit. Aut fides exhibitio iustitiæ, mansuetudo verò humanitas erga miseros, & calamitosos est. Lyra per fidem, diuinam intelligit. Per mansuetudinem patientiam. Glossa per fidem, diuinam, per mansuetudinem opera. Dionysius Carthusian. per fidem intelligit rerum diuinatum cognitionem, per mansuetudinem verò in inquirendo temperantiam, id est, ne sis nimis curiosus in rebus cœlestibus inquirendis.

5. *Et adimplebit thesauros illius.* In Græcis codicibus hæc pars non est. Significat autem effusam largitionem, & largam donationem. Thesauri enim cumulas diuitias significant, multam argenti vim, & rei familiaris copiam.

6. *Dionys. Carrhusian. Fides & mansuetudo est timor, id est, timor est inductiuus, & conseruatiuus fidei, & mansuetudinis. Nempe qui timet Deum non audeat ea, quæ sunt fidei, seriose, & curiose perscrutari, imò auctoritati scriptura suam fundit ingenium, & in captiuitatem redigit proprium intellectum.* Ergo iuxta Dionysium qui diuina curiosius rimatur faciliè in errorem incidit.

ETHOLOGIA XXVI.

Mites ad excipiendam eruditionem apti sunt.

1. **P**ostquam superiori versu omne genus pietatis multum ad sapientiam prodesse præmisit, meus Ecclesiasticus, iam de peculiari virtute, scilicet de mansuetudine dicere aggreditur. Et nos mites esse ad doctrinam satis habiles de more sanctorum Patrum dictis confirmemus. Terret sapiens Prouerb. 25. ab inquisitione sapientiæ illis verbis vers. 27.

Prou. 25. 27. *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic, qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria.* Ex aduerso verò Dauid homines ad sapientiam allicit

Psal. 24. 7. *Psal. 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam.* Hic volare nos docet, ille volantes deprimat, dubij solutionem offert Bernard. sermon. 62. in Cantica ex similitudine columbæ ducta. Nimirum columba animal mite est, non rostro ferit, non vnguibus passerulos captat; vnde symbolum est mansuetudinis, ergo qui his pennis fultus volat lapsum non timet, qui verò accipitris aut aquilæ, aut alterius ex rapacibus volucris sibi pennas aptat, sua temeritate decedet. Ne rearsis (ait Bernardus) illud quod scriptura minatur scrutatoribus maiestatis, tantum asser purum, & simplicem oculum, non opprimeris à gloria, sed admitteris nisi non Dei, sed tuam quaeris gloriam. Alioqui sua quisque opprimitur non Dei gloria, dum procliuus in istam, ad illam leuare cervicem non finitur, nimirum grauem cupiditate. Hac excussu seuerè exortemur in petra, in qua thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi sunt, si adhuc dubitas, audi ipsam Petram, qui operantur, inquit, in me non peccabunt. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? ibi requiem inuenit mansuetus, & simplex, ubi dolosus opprimitur, vel elatus, & cupidus inanis gloriæ. Ecce columba est, ideo, requiescit columba quia innocens, quia gemens. Columba inquam, quia in mansuetudine suscipit insitum verbum.

Bernardus.

Et requiescit in verbo, hoc est in petra, nam petra verbum est, Ecclesia ergo in foraminibus petra, per quam introspicit, & videt gloriam sponsi sui, neque opprimitur tamen à gloria, quia non sibi usurpat eam. Hæc Bernardus. Ad examen iterum reuocanda verba quæ subintulit Bernardus. Scilicet in foraminibus petra, quæ sumpsit ex Cantorum 2. 14. *Columba mea in foraminibus petra, in caverna maceræ.* Per foramina petrae & cauernas maceræ occultos, & adbitos sermones ad Christum pertinentes intelligit Bernardus. Ad hos autem sponsa vocatur, si tamen columba sit, hoc est, si mansuetudinem præferat, multum enim mansuetudo ad sapientiam iuuat, adeo vt vix foramina illa petrae intrare possit, qui mansuetudinem abiecit.

Hunc sensum habent, si iuxta anagogem intelligantur, verba illa præcursoris Lucæ 3. 5. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua indirecta, & aspera in vias planas.* Id est, quicumque mansuetudine pollet, scientia replebitur, & ad eum fluentia sapientiæ decurrent, non aliter ac aquæ in vallem. Qui verò crecto supercilio tumet, & asperitate saxosum montem refert sapientiam tenere non potest. Hunc sensum ex Gregorio hausi homil. 20. in Euangelia. *Omnis enim vallis implebitur, quia corda humilium sacra doctrina eloquio, virtutum gratia replebuntur. Iuxta quod scriptum est. Qui emittit fontes in conuallibus. Vnde rursum dicit, & conualles abundabunt frumento. A montibus namque aqua dilabitur quia superbas mentes cœlestis doctrina deserit: sed fontes in conuallibus surgunt, quia mentes humilium verbum predicationis accipiunt. Iam videmus, iam conualles frumento abundare, quia eorum ora pabulo veritatis repleta sunt, qui mites, ac simplices huic mundo despicabiles esse videbantur.*

Galenus lib. 9. de vfu partium cap. 9. *Homo verò vnum parte vtraque caninum produxit: cum leones lupi, ac canes multos vtrique habeant. Verum tamen hic rursus natura se animal mansuetum, ciuile effingere, cui robur, & virtus essent in sapientia non in corporis fortitudine. Quantum igitur ad frangendum quiddam duriorum ad ipsum duo satis erant præstaturi.* Hæc Galenus.

Ad sapientiam natus homo vno, aut altero dente canino quos vulgo Colmillos appellamus, inditus est. Nempe hoc pacto natura ostendit vix in vna eademque re feritatem & scientiam inueniri posse: sed oportere, vt quisquis sapientiæ incumbit mansuetudinem habeat. Ergo effera animalia multiplici dente canino armata produxit natura, homini verò, quem ad sapientiam effingebat, vnicum tantum dentem caninum ex qualibet parte largita est. In hanc rem adduco Plinium lib. 2. cap. 11. *Vo-*

lucrum nulli dentes præter vespertilionem. Hæc ille. animantia reliqua, quæ vix à terra attolluntur dentibus instructa sunt, at volucres, quæ per aëra feruntur, & altius volant sine dentibus natæ, sunt autem dentes feritatis indices. His ergo instructi sunt, qui vix à terra se leuare possunt, qui ad altiorum rerum contemplationem assurgere non valent, sed prona incedunt, terramque despectant. Illi verò, qui volucrum instar ad alta mysteria contemplanda leuantur dentibus carent, id est, feritatem deponunt, mansuetudinem amant. Vni verò ex volucris vespertilionem dentes habere contingit, ei inquam, qui iuxta terram potius reptare, quam volare videtur tenebrarumque amans est, lucisque impatiens. Addit inferius idem Plinius. *Cetero cum ipsis nascuntur homini, postquam natus est septimo mense. Scilicet reliquis animalibus rationis experibus quasi naturalia sunt feritatis instrumenta, vni verò*

Cantic. 2. 14.

2.

Gregor.

3. Galen.

Plinius.

Plinius.

vero homini rationis capaci, veluti ascititia, & de foris aduenientia vt natum se meminerit ad mansuetudinem, qui intellectu instructus est, & mansuetus sit, qui rationalis.

Galenus lib. de ordine vniuscuiusque corporis. *Dum vero infans in utero est oculi genibus oppositi sunt. Vnde hac probabimus, quia genua tumentia, oculi autem concha. Itaque cognita rerum natura, ita natura composuit genua. Et genae (fortè dicendum est genua) quoque cum acri dolore, vel minimo percussus fuerit homo oculi continuo lacrymantur, non enim vult natura eos obliuisci societatem genuum.* Hac Galenus, itaque dum factus materno in utero inclusus est, genua intra oculos concava occludit, hac enim ratione breuius occupat spatium, & quasi in orbem voluitur, vt intra materni vteri angustias contineri possit, sed quid inde pro nostro instituto: Multum sanè. Oculi enim instrumenta sunt sciendi, nam per ipsos omnia hæc corporalia contemplamur, & cælum ipsum, sidera, eorumque motus suspicimus. Genua vero apud antiquos symbola sunt mansuetudinis. Ob hoc enim oraturi, deorum genua osculabantur, & supplices libellos, qui petitiones eorum scriptas continerent, ex eorum genibus appendebant, superstitione non rudi: in genibus enim pietatis sedem locauit natura. Vnde fortè nos quoque dum Deum alloquimur genua flectimus. Ergo natura oculos cum genibus coniunxit, vt doctrinam mansuetudinemque sociaret. Accipe ex Plinio lib. 11. cap. 45. *Homini genibus, quadam & religio inest, obseruatione gentium. Hac supplices attingunt, ad hac manus tendunt: hac vt aras adorant fortasse, quia inest his utilitas. Namque in ipsa genua veriusque commissura, dextra leuaque priore parte gemina quedam buccarum inanitas inest, qua perfossa, cum iugulo spiritus fugit.* Homerus sapius inducit orantes ad genua prouolutos. imo vt quibusdam placet genua dicta sunt, quasi genæ, quia genua genibus haberent dum factus in utero materno circumuolutus delitescit. Ad quod allusum crediderim à Galeno loco citat. sed rem ex Græcis Latinisque probemus. Ouidius 3. methamorphos.

Et genibus pronis supplex, similisque roganti.

Claudianus de raptu Proserpinæ.

Genibusque suas cum supplice feru

Admouere manus.

Agathias lib. 2. historiarum. *Cæsari aduolutus ad genua.* Philostratus lib. 2. de vitis sophistarum. *Cum multis adulationibus prouolutus genibus Patris precabatur.* Demosthenes de falsa adoratione. *Accidit ad genua Iatrocli.* Quintilianus declam. 266. *Rogam, & prouoluuntur ad genua. Qui plura desiderat adeat nostrum Ludouicum Dela Cerda qui erudite rem tractat ad illud 3. Æneidos.*

Dixerat, & genua amplexus, genibusque volutans.

Iacobi 1. *Scientes quod probatio vestra fidei patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes.* Postquam autem hæc, & alia de patientia præloquutus est, tunc demum de sapientia subdit. *Si quis autem vestrum indiget sapientia postulet à Deo.* Huic sententiæ fauet Tertullianus lib. de patientia dum verba facit de antiquis Philosophis. *Omne sapientia ostentatione de patientia proferunt.* Et sanè nihil inquit, ita ad sapientiam iuuat, quam animus pacatus, & ad ferendum instructus. Vnde antiqui Philosophi nihil tam proprium duxerunt eorum qui Philosophiæ incumbunt, quam in aduersis tolerantiam. Vnde Capitolinus de Antonino Philosopho *habitu Philosopho*

phi sumpsit, & deinceps tolerantiam. Quasi Philosophum maximè deceat tolerantia.

4. Reg. 5. Naaman ille Princeps militiæ Regis Syriæ multa lepra scatenus curandus venit ad Eliseum. *Misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens: vade, & lauare septies in Iordane & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* Iratus Naaman recedebat dicens. *Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini sui, & tangeret manu sua locum lepre & curaret me. Numquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer, in eis, & munder.* Credidit meliores esse aquas Damasci, aquis Iordanis: huius erroris causam retulit ad iram Ambrosius in caput 3. Lucæ. Ob quod intulit Scriptura verba illa: *Iratus Naaman recedebat.* Vt scilicet huius erroris causam agnosceres. Postquam autem domesticorum blanda oratione lenitus est animus, verè agnouit quantum Iordanis Damasci fluminibus esset præferendus. Hac ratione loquitur Ambrosius. *Exponens verba illa Christi Domini: Et multi leprosi erant in Iudæa temporibus Elisei Propheta. & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Eius verba annexo. Nemo sanus ostenditur, & maculosi corporis morbo absolutus, nisi qui religioso officio studuit sanitati. Non enim dormientibus diuina beneficia, sed obseruantibus deferuntur.*

Cum Beatus Iob immissa mala patienter ferret eius mulier acta in rabiem viri patientiam his verbis impetiuit. *Adbuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & morere, id est, ne in Deum conceptam bilem premas, sed diris omnibus eum, qui te tot plagis percussit, deuoue, & hac ratione, qua solum potes vicem Deo rependere contentus, tandem, & fatiatus vitam miseram cum morte commuta, ne simplex, & stolidus planè ab omnibus habearis. Cui maritus: Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Eam quæ impatientiam docet, & in iram animum sollicitat, apte stultam, & insipientem appellauit non iracundam, non rixosam, quod magis ad rem videbatur, sed stultam. Nam sicut sapientia semper cum patientia coniungitur, ita etiam iracundia cum stulticia. Tu me moneas, vt in Deum irascar ne simplex, & stolidus habear, ego vero ob hoc maximè te stultam, & insipientem appello; quod stomachum mihi in Deum mala infligentem, moues. Hanc rem annotauerim cum Gregorio capite 16. lib. 3. moralium his verbis. *Loquuta es quasi vna de stultis mulieribus. Quia enim electis dicitur, viriliter agite, & confortetur cor vestrum, mentes carnalium, qua fluxa Deo intentione deseruunt, non immerito mulieres vocantur. Si bona accepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Ac si dicat: si ad bona aterna tendimus, quid mirum, si mala temporalia sufferamus.**

Matthæi 4. Tentatus Dominus ter à demone nihil ei asperum dixit, sed ex sacra Scripturæ pharetra deductis sagittis inimicum vulnerauit. Scilicet decebat simul, & exemplum patientiæ, & sacra Scripturæ eruditionem edere. Hæc enim semper comitantur, & indissolubili societate patientia sapientiæque iunguntur, quod notauit Gregorius hom. 16. in Euangelia his verbis. *Sed aliud est fratres charissimi quod in hac tentatione. Dominica considerare debemus, quia tentatus à diabolo Dominus sacri eloquij præcepta respondit & qui eo verbo, quod erat, tentatorem suum mergere in abyssum poterat virtutem sua potentia non ostendit, sola diuina scriptura præcepta edidit, quatenus sua nobis sapientia præberet exemplum.*

Matthæi 21. Ascensurus Dominus Iesus Christus Ierolimam asino vectus est, non equo, sed asino animali scilicet miti, & mansueti. Vt vel in noueris

4. Galen.

Plinius.

5. Iacob 1. 3.

Tertul.

6.

4. Reg. 5. 10.

Ambros.

7.

Iob 1. 7.

Gregor.

8.

Matth. 4.

Gregor.

9.

Matth. 21.

noueris mansuetos vehere Christum, qui Dei sapientia est. E contra vero de iis qui ira ardent, ait Propheta Psal. 31.9. *In chamo, & frano maxillas eorum confringe, qui non approximant ad te.* Scilicet ira perciti homines animalibus brutis comparantur non immerito. Hanc expositionem deduxi ex Augustino concione 2. in Psalmum 33. Insero verba. *Pullus asina est, sed Christum portans. Nam & ipse in pullo asina venit ad civitatem, & fuit illud iumentum mansuetum.* Et infra. *Irafcitur populus forte, quia comparatur asello, in quo sedet Dominus. Et dicant mihi aliqui superbi, & elati: Ecce asinos nos fecit. Sit asinus Domini qui quis hoc dicit. Ne sit equus, & mulus, quibus non est intellectus. Nobis enim Psalm. in quo dicitur: Nolite esse sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: equus enim & mulus sua ferocitate erigunt cervicem, & excutunt a se seffore suum. Domantur frano, chamo, verberibus, donec discant subijci, & portare Dominum suum: Tu autem antequam frano tundantur ora tua, esto mansuetus, & porta Dominum tuum.*

Psalm. 7.10. *Scrutans corda, & renes Deus.* Nonnulli quos refert Chrysoftomus hic transferunt: *Examinator.* Sumpta in metaphoram ab illis qui postquam facultatem aliquam didicerint & sub disciplina alicuius publici professoris litterarios curricula rite peregerint examen subeunt publicum, ut magisterij honorem adipiscantur, & theses aliquas defendendas proferunt, conveniunt Doctores, & magistri, hominem impetunt, discutiunt, & captiosis argumentationibus, quos fructus perceperit, quantumque profecerit, ad vnguem examinant. Ita nimirum quantum quisque in facultatibus profecerit Deus discutit, periculumque facit. Sed quam ratione? Subdit idem Propheta *Deus iudex fortis, & patiens numquid irascitur per singulos dies.* Id est, multis immissis arumnis, & tribulationibus de hominis patientia periculum facit, an scilicet, in aduersis perferendis Dei patientiam imitetur. Itaque de patientia hominem examinat, quia iuxta huius mensuram, aut crescit, aut decrevit sapientia. Audi Chrysoftomum. *Scrutans corda, & renes Deus. Alius examinatur cordium, & renum Deus: iustus defensor meus.*

Tertullianus lib. de patientia cap. 1. *Philosophi quidem, qui alicuius sapientia animalia deputantur tantum illi substant, et cum imer se se variis sectarum libidibus, & sententiarum emulationibus discordent, solius tamen patientia in commune memores, huic vni studiorum suorum commiserunt pacem. In eam conspirant, in eam federantur. Illi in afflictione virtuti unanimiter student, omnem sapientia ostentationem de patientia proferunt. Grande testimonium eius cum etiam vanas seculi disciplinas ad laudem, & gloriam promouet. Hac ille. Itaque ex Tertulliani sententia vni patientia deferunt omnes Philosophi, & in hac vna omnem sapientiam collocant. Et licet in aliis rebus vix vnus alteri cohæreat, verumtamen hac vna in re omnes conspirant, ut in patientia omnem sapientiam sitam existiment. Tertullianum imitatus est Cyprianus lib. de bono patientia his verbis. *Hanc sectari Philosophi profitentur: sed tam illic patientia falsa est, quam, & falsa sapientia.* Vtrumque imitatur Augustinus, & ipse, serm. 4. de verbis Apostoli: *Non inueni locum sapientia, vbi non est patientia.* In eadem sententia affero Suidam in collectaneis, vbi patientiam vocat *præceptum Philosophia.* Quæcumque ars, quæcumque scientia propria habet præcepta, quibus suos studiosos instruit. Melius sanè dicerem omnem scientiam, artem, & facultatem vnicū tantum habere præceptum, quod si ex adamussim ob-*

seruent auditores, facile omnes artes facultatesque tenebunt. Quod illud est? Patientia. Hoc enim est totius Philosophia vnicum, & singulare præceptum.

Ne sis incredibilis timori Domini, & ne accefferis ad eum duplici corde. VERS. 3.

1. Multa bona ex timore Dei originem trahere author præmisit, ut illius amorem accendat, ergo ne quis de promissis bonis dubitet, addit. *Ne sis incredibilis, &c.* Quasi dicat, id est, ne quæ timor Domini bona pollicetur, falsa, & inania esse putes, vel incredulus eius promissis fidem non habendam censeas, & ne accefferis ad illum dubitando, an quæ se daturum promittit re præstiturus sit, is enim accedit duplici corde cum partim fidat, partim vero diffidat. Itaque non solum incredulitatem abigit, sed & minimum dubium amandat. Hic exponendi modus magis mihi videtur orationis filo cohære. Sed quid alij senserint iam subiicio.

2. Ianfen. Ianfenius. Duplicem adducit loci expositionem, neutram probo. Alteram hoc modo. Ne sis incredibilis timori Dei, id est, ne sis inobediens his quæ Deus præcipit. fauet quod alij legunt: *Contumax non sis, & incredulus.* Id est, ne procaciter obnitaris contra Dei iussa. Non placet. Quia verbum contumax in Græcis non habetur codicibus. Posterior sensus est. Cum in difficultatem aliquam incideris ne diffidas ab ea difficultate per timorem Dei fore liberandum. Faut editio Complutensis quæ addit, *Indignus existens ne sis incredibilis, &c.* Id est, si ad inopiam redactus fueris spera fore de periculis eruendum per timorem Dei. Sed quorsum nouam tractationem de paupertate patienter toleranda author induceret, cum aprius prioribus consentiant præsentia modo exposito? Posteriore vero partem hoc modo exponit. Quia vero plerique Deo, & religioni eius parent sed non ex animo, hos etiam percellit his dictis: & ne duplici corde accefferis ad illum, nempe Dominum, aut timorem Dei, hoc est, ne sic te geras erga Dominum, aut timorem eius, ut videaris ei velle obedire, id tamen non ex animo facias. At noster sensus longe præstat.

3. Vatablus. *Religioni Domini parere ne recuses inops.* Id est, etiam si in rerum tuarum difficultatem, & angustias incideris, ne tamen ob hoc pietatem deferas. Quid enim inopia non facere cogit? Bene per Poëtam.

4. *Et male suada fames, & turpis egestas. Nec ad eum animo ficto accefferis.* Id est, puro corde etiam indignus pietatem sectare. Subscriberem nisi vulgata editio reclamaret.

5. Paulus de Palacio ita legit, *contumax non sis, & incredibilis timori Domini.* Id est, ne sis perdurus erga Deum, sed miti, & molli animo ad Deum eiusque timorem accede. Sunt enim quidam qui erga Deum cor plane lapideum, & adamantinum gerunt. Minus hæc quam alia expositiones orationis filo accommodata est.

6. *Non sis incredibilis.* Sumendum actiue, id est, non sis incredulus, non diffidas, non animū despondeas.

7. *Neque accefferis ad eum duplici corde.* Paulus de Palacio. *Igitur duplex vocatur Rabano, qui vult gaudere cum seculo, & regnare cum Christo, qui Dei est per fidem, mundi per amorem, Deo dedit intellectum, mundo affectum. Hi sunt, quos Elias dicit claudicare in duas partes. Hi sunt Samaritani, seruantes legem Dei, & seruientes idolis suis, at esse Samaritanum erat tunc iniuria summa. Hi sunt hypocrita.*

8. Dionysius Carthusianus. *ne accuseris ad eum duplici corde. Itaque cum similitudo sit causa ratioque amoris, & complacentia, simplicissimus Deus simplicitatem amat ac approbat.*

9. Hugo Cardinalis. *Ne sis incredibilis timori Domini, id est, crede ea, quæ timorem Domini incutiunt, hoc est, ne nimis præsumas de misericordia Domini.*

VERS. 37. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum & non scandalizeris in labiis tuis.*

1. Quia de duplici corde egerat, iam nunc aggreditur hypocritæ mala recensere. *Ne fueris hypocrita. Quasi dicat ne simulatione tua pietatem aliis vendites. Et non scandalizeris in verbis tuis.* Id est, ne aut orando, aut te laudando, & extollendo verbis auram popularem aucuperis. Ac si dicat, neque factis neque verbis pietatem mentiaris. His enim duobus modis plausum vulgi hypocritæ venari student. Dionysius Carthusianus. ideo ait hic sermonem contra hypocritas inferre, quia Deum omniscientem dixerat. Nempe nihil aliud homines ita arcet ab hypocritis, ac Deum omniscientem venerari. Quid enim iuvat vanam opinionem ab hominibus aucupari si eam, quam de nobis Deus scientiam habet mutare non possumus, si neque ei illudere, aut præstigiis fallere non valeamus? Alij, ne te religiosum, & timori Domini confidere fingas. Et ne contra Deum aliquid cum solus, & absque arbitris es, loquaris, ne inde scandalum patiaris, & malo obnoxius sis, sed nescio unde hanc posteriorem partem in hunc sensum detorquent.

2. Vatablus ita legit. *Ne te conformes ad sermones hominum, neque labijs tuis confidas.* Id est, ne te conformes ad verba hominum & iuxta eorum dicta te fingas, sed iuxta Dei sapientiam potius. Nec te fidas hominum sermonibus. At hæc expositio neque Græcis, neque Latinis exemplaribus congruit.

3. *Et non scandalizeris in labijs tuis.* Hoc modo interpretatur Dionysius, id est, ne te verbis à te prolatis in præcipitum adigas, nihil enim ita hominem in multas difficultates mergit, & in barathrum demittit, ac verba lasciuia, sed melius absolute exponenda verba. *Et non scandalizeris.* Caue ne si quid huiusmodi eloquaris te ipsum in discrimen adducas, vt frequenter iis qui se alios simulant accidere solet. Sæpius enim sui immemores verbis larum deponunt.

4. Dionysius Carthusianus. *Ne fueris, &c. ideo ex consideratione diuini iudicii omnem abhorreere hypocrisim.* Nam vt supra dicebamus, qui Deum arbitrum mentis cogitat facile hypocrisim deponit. Idem. *Et non scandalizeris in labijs tuis, id est, per verba inordinata noli te ipsum ad peccata inducere, aut confusioi exponere. Aliquid proferendum de quo possis redargui, aut mendax, seu detractor, vel seminator discordie inuenire.* Nos melius hanc partem exposuimus de verbis, quæ hypocritæ animum nudant.

5. Hugo Cardinalis agens de hypocrita. *Vnde Leuitici 11. dicitur, ne comederis cygnum, qui exterius in pluma habet albedinem, & interius in carne nigredinem.*

ETHOLOGIA XXVII.

Hypocrite ficta sanctitas diu latere non potest.

1. **N**E fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labijs tuis. Vt retulimus ex Car-

thusiano his verbis Ecclesiasticus arcet hominem ab hypocritis. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum.* Id est, ne mentita sanctitate, popularem auram capres. *Et non scandalizeris in labijs tuis.* Nam hypocrita sibi ipsi scandalum parat. Cum diu fictam sanctitatem celare non possit. Mendacium enim seipsum prodit. Ergo nihil magis è te præsens Ethologia in medium adducere poterit, quam si nonnullis inductis testimoniis euineat, eos qui non virtutis amore ducti, sed captanda gloriæ causa fingunt pietatem facile mendacium prodere, multa ad hanc rem colligit Ambrosius lib. 10. in Lucam ad illa verba capitis 21. *Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producit iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.* Per fructus ficulneæ veram iustitiam, per folia verò adumbratam, & mentitam intelligit Ambrosius. Ergo non ait Dominus hæc ficum solum folia produxisse, non fructum: sed fructum simul, & folia. Quia nequaquam fore iudicauit, vt ficus tantum filiis contenta de interno fructu non curaret: sed quæ folijs vestiebatur simul, & fructus ferret. Sanè excedere videtur hominum fidem, vt quis pietatem, quam exterius profitetur interius non colat. Adducit etiam Ambrosius ad hanc rem probandam illud ex capite 13. eiusdem Lucæ. *Arborem sici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa. & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ, ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum ex ficulnea hac, & non inuenio. succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille respondens dicit illi: Domine dimitte illam, & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora.* Tribus annis spem coloni ficulneæ fefellerat, & tamen fiducia multa de futuro fructu percepta, animos facit Domino, & sententiam mutare suadet, vt tantisper illam temperet, dum ficulneam colit. Ex quo capite spes colono affulsi: Scilicet, vt vult Ambrosius & Euangelista subindicat, fructu, non folijs carebat. Ergo folia dum vidit, fructus quoque futuros promisit, quia animum inducere non potuit Euangelicus ille colonus, vt crederet, fore vt ficulnea illa folijs luxurians fructus etiam non ferret, id est, veræ pietati nõ studeret, qui eam exterius tenet. Inducit etiam oportune Ambrosius factum Adami Genesis 3. Qui postquam suauis mulieris peccauit ficulneæ folijs se se contextit. *Cumque viderent se esse nudos consuerunt folia ficus: & fecerunt sibi perizomata.* Adam, & Eva nudi pudenda corporis ficulneæ folijs velant, id est, peccatores criminum suorum turpitudinem ficta exteriori sanctitate contegunt, hoc verbo latebras statim Deus detegit. Perizomata iubet deponere, indumenta deridet, vtrumque parentem multis ferit, quia maxime ad Dei virtutem spectat, vt hos dolos non patiatur occultos diu permanere, sed statim prodant, & euulget. Ergo dum turpitudinem suam vterque parens folijs contextit, diuinam virtutem contra se armauit, & veluti conuiuentem laceffiuit. Tandem aliam ficulneam in medium prodamus, quam Dominus esuriens adiit. Cumque inter viridantium foliorum inuolucra nullum profus fructum inuenisset, diris arborem deuouit, quæ statim à radicibus aruit. Fortè si folijs simul, & fructibus careret, diuinam iram euaderet, quia verò defectum fructuum virentibus folijs celabat, iusto Dei iudicio feritur, vt decidentibus etiam folijs abesse etiam fructus pateret. Hæc omnia pressis verbis prodit Ambrosius loco citato. *Fructum mihi ficulneæ Agricola Euangelici cultura promittit, desperare*

Lucæ 21. 29.

Lucæ 13. 6.

Gen. 3. 7.

non debemus, folijs ficulnea peccatores se tamquam fraudis veste texerunt, ut conscientiam velarent. Ergo folia suspecta sine fructu, tales vestes paradisi exules habent.

2. **Lucæ 11. 37.** Et cum loqueretur, rogavit eum quidam Pharisæus, ut præderet apud se, & ingressus recubuit. Pharisæus autem cepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium, & ait Dominus ad illum, nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis, & catini mundatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina, & iniquitate. Ex hac Domini figurata locutione aperte elicit Ambrosius lib. 7. in Lucam corpora nostra perinde esse, ac vasa cyathi, pocula, & catini, sed vnde ista præcipue ducatur similitudo, cum sint multa ex quibus capi possit, exponit Ambrosius his verbis. Et facile ea, qua mens voluit interna, per sensus, & gesta corporis prodit: sicut illa qua calix, intus continet, foris lucent. Ergo sumpta metaphora est à vitreis calicibus, qui liquoris intus existentis colorem, facile exterius referunt. Corpus enim nostrum, quæ interius animo insident celare non valent, sed bibenda obiiicit, ut vix in animo quidquam latere possit quod factis, & verbis non prodamus. Huc inferenda verba Salomonis. Proverb. 22. 31. Ne intuearis vinum, quando flavescit: quando splenderit in vitro color eius. Itaque vitrum, quam intus tenet potionem exterius refert, & corpus animi sensa manifestat.

3. **Matt 6. 17.** Tu autem cum ieiunas unge caput tuum, & faciem tuam lava. Matth. 6. 17. Duo iubet Dominus scilicet, & caput ungeri, & faciem lauare, quæ ad sensum moralem refert Ambrosius lib. de Elia, & ieiunio cap. 10. scilicet ut caput animum significet, & facies ad corpus referatur. Ergo hæc duo simul facienda hominibus proponuntur, & faciem scilicet lauare & caput ungeri. Et prius quidem caput quis inungit, & tandem à facie maculas abstergit. Fieri non potest secundum anagogen ut quis faciem lauet, nisi prius caput intinxerit, id est, difficile quidem est, ut quis virtutem, & pietatem, quam exterius promittit interius non teneat. Addit Ambrosius ad hoc probandum versum 2. ex Psalm. 132. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Prius Aaronis caput unguendum est, ut sensum in barbam decidat. Nempe interiori pietate excolendus animus, ut etiam motus corporis componantur. Unge ergo (ait Ambrosius) caput tuum, ubi sensus sapientia sunt, oculi enim sapientis in capite eius. Ad mysteria vocaris, & nescis: discas cum veneris: & reminiscere illud, sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: tunc cognosces, quid sit, unge caput tuum, quando placueris Deo, ut tibi sua patefaciat Sacramenta, & det gratiam spiritualem. Et infra. Lava animam tuam, emunda animam tuam peccatricem, lava illam, & omnem conscientiam tuam. Index enim facies plerumque est conscientia, & quidam tacitus sermo mentis, cum aut peccato compungi, aut integritate letatur. Ergo ex sententia Ambrosij oris, & corporis gestus veluti vox est, quæ latentem animam affectum volente, nolenteque homine explicat.

4. **2. Reg. 15. 2.** Et mane confurgens Absalon stabat iuxta introitum porte & omnem virum, qui habebat negotium, ut veniret ad Regis iudicium, vocabat Absalon ad se, & dicebat. Ex qua civitate es tu? qui respondens aiebat, ex una tribu Israël ego sum servus tuus. Respondebatque Absalon, videntur mihi sermones tui boni, & iusti. Sed non est qui te audiat constitutus à Rege. Iuxta mentem Ambrosij lib. 2. de officiis cap. 22. Absalon hoc loco hypocritam refert, qui verbis, & exteriori vultu popularem auram captat, ut Absalon qui his verbis, & comitate sollicitabat, seu furabatur corda

filiorum Israël. sed de hoc Absalone Hypocritarum imagine quid dicat Pater 2. Reg. 18. 5. audi Et præcepit Rex Ioab, & Abisai, & Ethai dicens: servate mihi puerum Absalon. Nondum Davidis exercitus in hostium venerat conspectum, nondum signa contulerat, nondum hostes fugauerat, & quali de euentu securus, & victoria potitus asseruari sibi inimicum filium præcipit. Rem ad anagogen optimè refert Ambrosius. Nam ut diximus Absalon hypocritam adumbrat: hic autem diu consistere non potest, sed absque dubio terga vertet, larvam & personam deponet, nam pietas quæ specie tantum tenus est, facile labitur, corrumpit, & seipsam nudat. Ergo antequam manus conferat David cum hypocrita filio certus est de victoria, quia larvati illi, & personati, vel nullo impellente dolos promunt, & quæ interius latent manifestant. Delinebat singulos sermonibus (ait Ambrosius) & cum accederent, ut adorarent eum, extendens manus suas apprehendebat, & osculabatur eos, sic conuertit in se corda omnium, dum blanditia huiusmodi, interiorum tangunt viscerum sensum, sed delicati isti, & ambitiosi elegerunt honorabiliora, & grata ad tempus, & iucunda. Vbi autem parva processit dilatio quam prudens omnium Prophetæ paulisper cedendo interponendam putavit non potuerunt tolerare, ac sustinere. Denique non dubitans de victoria David commendabat filium dimicaturis, ut ci parcerent. Ideo nec pralio interesse maluit, ne vel referre arma, licet parricida, sed tamen filio. Liqueat igitur ea perpetua esse & solida, que vera sunt, & que sincera potius, quam que dolo congregantur. Ea vero que simulato animo, ac ostentatione parata sunt, diu non posse perseverare.

Hoc innuit sponsus Canticorum 8. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Duabus in corporis partibus signum suæ dilectionis præscribit optat sponsus, nempe in corde, & in brachio, cor enim intimos animi affectus significat, brachium verò opera. Ergo utroque in loco poni signum petit, nam vnum sine alio vix potest inueniri.

Esaiæ 3. 17. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus prinomet earum nudabit. Hanc sententiam ad rem propositam traducit Hieronymus lib. 2. in Esaiam cap. 3. Videbunt aliqui facere munditia, cum autem patuerit, quod occultum est auferetur uniuersa castitatis & fæda caluities apparebit. Qui caluicie deturpantur adscititiam castitatem conquirunt, ut fæditatem tegant, contra quos sæpius Martialis lusit multis epigrammatis. Secundum anagogen illi sunt qui interna vitia obducta sanctitate velant. Horum ergo turpitudinem Deus manifestat, quia non sinit his dolis virtus iustis imponere.

Proverb. 31. Quæsiuit linum, & lanam, & operata est consilio manuum suarum. Mulier illa fortis utrumque confecit, scilicet linum quæsiuit, ex quo interior vestis textitur, & lanam ex qua exterior. Nam quicumque externam vestem sine interiori habere desiderat, ut est in veteri proverbio, nodum in scirpo querit, & rem omnino impossibilem tentat.

Matth. 23. 25. Ua vobis scriba, & Pharisæi hypocrita, quia mundatis, quod de foris est, calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia, Pharisæe cæce munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat quod de foris est mundum. Quasi nullo alio modo mundari possit quod de foris est, nisi prius, quod intus, later emundetur. Scilicet quisquis optat externa opera munda facere interiora prius emundet, & qui motus corporis cohibere desiderat, internos prius affectus moderetur. Aliter enim fieri non

non potest, quin exterius luceant, quæ quisque intimo animo versat.

9. Apocalypsis 6. 13. *Et stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno mouentur.* Grossos hoc loco posuit pro ficis deciduis, cum scilicet ingruente hyeme, qui ad maturitatem non peruenerunt flatu ventorum decidunt. His comparat decedentes stellas. Bernardus 59. in Cantica per has stellas instar grossorum decedentes intelligit hypocritas, nec immerito. Nam in arbore quidam sunt fructus firmiter adhærentes, qui humorem ex arbore sugunt, & ad maturitatem perducuntur: alij vero, vel decocti pruina, vel alio quodam vitio laborantes ægrotant, & facile decutiuntur. Hi quidem videntur firmiter adhære arbori, verum si vel tantisper ramos commoueas, statim apparet, quinam sani sint, qui vero vitio laborant. Hac eadem ratione, tam illi qui virtutem simulant, quam qui vere colunt specie tenus pij videntur, & iusti, veruntamen si paulisper discutias certo agnoscere poteris, quis vere pietatem, quis simulate colat. Neque enim e mentita virtus diu durare potest, vel diu humanum obrutum fallere. Hæc omnia habet Bernardus exponens illud Cantico-

rum 2. *Ficus protulit grossos suos his verbis. Non comedamus ex eis, non enim esui habiles sunt propter immaturitatem. Bonarum ficuum habent speciem, sed similitudinem non saporem, forte hypocritas designantes. Non abiciamus tamè alios, forsitan his opus habebimus. Alioquin per ipsos satis leuiter, & ante tempus cadent: sicut fanum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit, quod ego de hypocritis dictum reor.* Vide qua ratione in rem propositam adducat Bernardus verba Psalm. 128. 6. *Fiant sicut fanum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit.* Homines vere pios componit cum his legibus, quæ altas egerunt radices, & facile solis æstus ferre possunt, hypocritas vero, & eos, qui specie tenus colunt pietatem, cum his herbis, quæ in parietibus nasci solent, cum enim firmam radicem non habeant, solaribus radiis exuruntur, id est, nullo negotio eorum fallacia detegitur.

10. Ad stipulatur Seneca lib. 1. de clem. his verbis. *Nemo enim potest diu personam ferre fictam, ficta in naturam suam residunt.* Hæc ille, priora verba exponere possumus ex eo quod nostratibus in vsu est, in solemnioribus festis ingentia simulacra, giganteam molem imitantia humeris hominum imponere, vt vasta illa magnitudine puerorum, & rudium hominum animos in admirationem rapiant. Illi autem qui machinam subeunt, etsi robustis lacertis, & magnis sint viribus subinde coguntur subsistere, & deposita mole respirare. O hypocritas, quantum homines discutis, premis, atteris: adeo, vt velint nolint qui te colunt laruam deponere cogantur, & propriij ingenij monumenta, non obscura edere.

Nemo enim potest diu personam ferre fictam. Insuper inter proueria eiusdem Philosophi, qui per ordinem Alphabeti inter eius opera circumferuntur, littera M. sic habetur. *Malus, ubi bonum se simulat, pessimus est.* Id est, qui malitiam si ostenderet minueret, dum celare intendit maiorem facit, & omnium oculis visendam obiicit.

Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem. VERS. 38.

Et reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te. VERS. 39.

Cum superioribus ita connecto. *Attende in illis.* Scilicet in labijs, de quibus supra: *Ne sinas linguam tuam quolibet euagari, compesce, refræna linguam: Ne forte cadas.* Scilicet ab illa altitudine, quam tibi ficta sanctitate & ad speciem compositis verbis comparabas. *Et adducas animæ tuæ inhonorationem,* id est, ab hominum laude quam captabas, decidas. Si vero quæras, quam ratione inhonorationem tibi adducas? audi. *Et reuelet Deus absconsa tua.* Et Deus penes quem est ficta persona hypocritas nudare, omnes animi tui sordes, noxasque nudabit, quas tua simulatione occultaueras. *Et in medio synagogæ elidat te.* Id est, in publico hominum conuentu apud quos famam, & auram venabaris, deiiciat, & ab illa altitudine, quam pensabas, deponat.

In medio synagogæ. Aliqui, in publica concione, id est, dum concionem apud homines de tui ipsius laudibus habueris, inter ipsa verba recludat, te de suggestu disturbet. 1.

Et adducas animæ tuæ inhonorationem. Dionysius Carthus. *Qui enim excedit in verbis, & loquax est, ostendit se stultum, atque honore indignum.* Ego vero non de multiloquio, sed de verbis in propria laude insumptis versum intelligo. 2.

Quoniam accessisti maligne ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia. VERS. 40.

Rationem lapsus de quo præcedenti versu egerat in præsentem assignat: scilicet, qui à ficto animo Deum coluisti, & cor tuum religionem à qua maxime abhorrebat, amare simulabat. 1.

Græca habent. *Quoniam non accessisti in veritate timori Domini.* Sed in eundem sensum recidunt verba, siue Deum dixeris siue timorem eius. 2.

Maligne Græca non in veritate: Sed expressius noster interpret, quodque magis conuenit hypocritis. 3.

Hugo. *Quoniam accessisti ad Dominum maligne, id est, indigne ad sacramenta Domini tractanda.* Sed hæc ad mores. 4.

ECCLESIASTICI

CAPVT SECVNDVM.

VERS. I.

Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in tristitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

1.



AGGREDITVR iam sapientia filium suū, id est, discipulum commone: fili. ô, tu mea viscera, fili charissime, qui te mihi erudiendum tradidisti. *Accedens.* Qui præclarum opus, nempe Dei seruitutem aggredieris. *Sta,* id est, ita te compara, vt ad seruendum sis promptus, ac more seruatorū, vbi Domini vocē exceperis mandata arripias. *In iustitia.* Id est, cole pietatem, odit enim ille ministros qui se flagitiis tradunt. *Et timore.* Et reuerere Deum, vt decet seruos Domini, ac persuasum tibi habe fore, vt graues subeas tentationes, ergo ad eas superandas te compara. *Et præpara animam tuam ad tentationem.*

2.

Græca breuius habent: *Fili, si accesseris ad seruendum Deo, para animam tuam ad tentationem.* Hoc enim intendit author his verbis ne in virtute tyronem imparatum tentamenta inueniant.

3.

Fili. Hugo Cardinalis, quia per virtutem debetur cælestis hæreditas, sed nihil cum historico sensu commune habet expositio hæc. Alloquitur enim sapientia per Profopopæiam veluti magister quidam discipulos suos, quos ob amorem filios vocat. Alij filium alloqui existimant, quia ad eos verba facit, qui virtutum rudimenta edocentur. Hos autem ob teneram adhuc ætatem filios vocat.

4.

Lucæ 12.

Sta. Id est, persiste. Alij ad famulatum referunt. Nam qui stant promptius exequi mandata possunt, non insolenti Scripturæ phrasi Lucæ 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs.* Alij per verbum stare animi constantiam significant, & robur, id est, firmiter adherere virtuti. Alij vero per verbum stare sollicitudinem commendari autumant, sed nostrum sensum reliquis omnibus præfero.

5.

Hugo.

In iustitia, & in timore. Hoc addunt Latini, quo significant, quanam ratione præparandus sit animus, nempe iustitia & timore, scilicet efformando se ad pietatem, & Dei cultum. Hoc enim modo facillè insurgentes hostes superabit. Hugo Cardinal. *In iustitia licita faciendo; & timore à malo declinando.*

6.

Et in timore. Aliqui non pro Dei latria, & cultu accipiunt hoc loco, sed pro timore proprie, id est, fuga à malo, quasi maximè hominem Dei timor ad mala sufferenda formet: scilicet ne quis per iustitiam quam habet extollatur. De quo obuiæ sunt scripturæ sanctæ sententiæ.

7.

Palac. Matth. 26. Eccle. 3.

Paulus de Palatio. *Et præpara animam ad tentationem. Præpara per orationem iuxta illud: Vigilate & orate Matth. 26. Præpara per fugam occasionem. Nam qui tangit picem inquinabitur ab ea. Eccle. 3. Præpara per firmitatem animi, dicente Dauide. Iuravi, & statui custodire iustitiam tuam.* Subdit idem author. *Deus tentabit te, vt tentauit Abraham. Tentat diabolus, tentat caro, tentat mundus. Tentant denique omnia que fa-*

sta sunt in mustipulam insipientium.

Dionysius Carthusianus. *In timore, sine quo homo corrumpit in peccatum. Ideo Abbas pastor edocuit, quod homo tam incessanter debet humilitatem, & timorem Dei extrahere sicut anhelitum suum.*

Hugo Cardinalis. *in hoc autem capitulo ostendit qualiter sapientia habita conseruetur, scilicet per habitum virtutum, inter quas videtur prius tangere iustitiam, & timorem, & rationem, quæ sunt tres custodes sapientiæ, ac omnium virtutum, iustitia enim custodit operando bonum, timor declinando à malo, oratio auxilium impetrandò à Domino.*

ETHOLOGIA XXVIII.

Iis qui pietatem colunt aduersa multa accidunt.

Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Præfens locus non modo nos allicit, sed omnino cogit, vt quantis ærumnis se reddat obnoxium, qui pietatem aggreditur edisseramus. In primis accedat Petrus Chrysologus serm. 164. dum exponit verba illa Lucæ 12. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur.* Pietatem docturus Christus venit in terram, & tamen se venisse ait, vt ignem subiiceret, idem nimirum vtrumque idem esse præsignans, & virtuti incumbere, & ærumnarum igne conflagrare. Rem probat Chrysologus tam in veteri, quam in nouo testamento Exod. 3. Deus apparuit Moyfi, vt eum mitteret ad educendum ex Ægypto populum, & vt multis malis pressum apud Ægyptios in libertatem asserat. Dum vero Moysem Deus alloqueretur multo igne erat circumfusus, diris sentibus oblitus. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: Vt qui ex Ægyptiorum tenebris in promissam terram vocantur, non ad delicias, non ad conuiuia se euocari credant, sed ad labores, ad sentes, ad ignem. Insuper daturus legem Euangelicam missus Spiritus sanctus in ignis specie apparuit Actorum 2. Et apparuerunt dispersite lingua tanquam ignis: Vt non solum antiqui Hebræi, demum, & Euangelij cultores ad labores, & ærumnas vocari se certo scirent. Audi Chrysologum. Quid est, ager quoties longa incuria syluescit, & toto luxuria agrestis frondefcit horrore, peritissimi cultoris, utique semper aperitur & purgatur incendio: Ac studio benigno cultoris ignis apponitur, vt excustis sentibus reuelatur prima facies campi. Et infra. Sed hic nouus cultus non est nouus agricola veteri, & cælesti. Nam legem pangere, gratiam seruare, ignis semper opere consuevit. Daturus legem ignem præmisit in rubo: sed diuinum rubus portauit, non concepit incendiū, iam tunc aculeis malitia plenum, & ingratum culture legis populum præfigurans, vt tunc in arua gentium destinaret Apostolos: sic eos igneo imbre perfudit, & ignis consedit super eos, vt possent humectata siccare, sicca infundere, deuoquere cruda.*

Fungebantur Dei legatione apud Pharaonem Moyses, & Aaron, agebantque cum illo, vt Israëlitas

ex

ex Ægypto liberos egredi pateretur. Et quo magis illi Regem admonebant, vt Dei iuffis pareret, eo durius Pharaeo cum populo agebat, & ad coquendos, lateres paleas populo de more non concedebat. Quapropter Hebræi in rabiem acti contra duces suos dixerunt Exod. 5. 20. *Occurreruntque Moyfi, & Aaron qui stabant ex aduerso, egredientibus à Pharaone, & dixerunt ad eos: videat Dominus, & iudicet, quoniam facere fecistis odorem nostrum, coram Pharaone, & seruis eius, & prouidisti ei gladium, vt occideret nos.* Ex hoc facto nostram sententiam fulcit Origenes homil. 3. in Exod. his verbis. *Certum est enim quia antequam sermo Dei audiatur, antequam prædicatio diuina nascatur non est tribulatio, non est tentatio, quia nisi buccinet tuba non committitur bellum.* Hæc Origenes. Priusquam Moyfes, & Aaron mitterentur vt cumque suum laborem ferebant Israëlita, at postquam de populo liberando agere capebant, durius multo cum Israëlitis factum est, hoc est, cum peccator diaboli ergastulo inclusus fugam meditatur, & ad virtutis partes transire secum cogitat, tyrannus ille magis feruum premit, & durius vrget.

Exod. 5. 20.

Origen.

3. 1. Cor. 10. 1.

1. Corinthior. 10. *Nolumus vos ignorare fratres, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.* Egressionem Hebræorum ex Ægypto cum baptismo Paulus componit, ad rem præsentem satis apte, si vera Origenis homil. 5. in Exod. Egredienti ex Ægypto populo instabat Ægyptiorum Rex extrema castrorum vrgens, mare rubrum fugam Hebræis adimebat, hinc inde miantes in cælum scopuli præmebant: quocumque se verteret labor, & difficultas imminabat. Igitur hæc rerum angustia, optimè cum baptismo componitur, quia baptismus ad Christi caulas ingressum præbet. Ergo quicumque Christianæ fidei nomen dedit mala, ærumnas, & labores expectet. Multis malis se præmundum iri putet. Audi verba Origenis. *Baptismum hoc nominat in Moyse consummatum in nube, & in mari, vt & tu qui baptizaris in Christo, & in aqua, & in Spiritu sancto scias quidem insectari post te Ægyptios, & velle reuocare ad seruitium suum.*

Origen.

4. Exod. 14. 13.

Exod. 14. Instabat Pharaeo, fugienti populo, ab ipso vero multo terrore percusso his verbis metum pellere aggreditur Moyfes. vers. 13. *Et ait Moyfes ad populum, state, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie. Ægyptios enim quos nunc videris nequaquam ultra videbitis vsque in sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Huius cum Ægyptiis pugnae spectatorem tantum vult Deus adesse populum, non manus conferere, non tela iacere, non gladios stringere. Postquam verò pane cœlesti, & aqua ex illice recreati sunt, non ultra dicitur. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* sed ipsis pugna iniungitur, & ipsis struere acies iubetur, & obuiam inimicis ire. Sic enim habes, cap. 17. num. 8. eiusdem lib. Exodi. *Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israël in Raphidim, dixitque Moyfes ad Iosue, elige viros, & egredissus pugna contra Amalech.* Scilicet vt notauit Origenes homil. 8. in Exodum. Dum populus Ægyptiorum carnibus vesceretur aliena vi defenditur, ipse autem tacet, & quietus pugnantes spectat. Quando verò cœlestibus cibis aliuescere cœpit inimicus obuiam it, manus, & signa confert. Scilicet dum quis vitii indulget, omnia hæc pro voto accidant, læratur, exultat, cum verò nuntium voluptatibus remittit, & ad superna spirat, tunc quidem inimici obsident, obstant, op-

Exod. 17. 8.

pugnant. *Antequam manducaret (ait Origenes) panem de cælo & biberet aquam de petra, non refertur populus pugnasse, sed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Est ergo tempus quando Dominus pugnabit pro nobis, nec permittit nos tentari supra id quod possumus, nec impares viribus sinit ad fortis venire congressum. Denique Iob omne illud tentationis sue famosum certamen iam perfectus impleuit. Et tu cum cœperis manducare Manna, panem cœlestem verbi Dei, & bibere aquam de petra, cumque ad interiora doctrina spiritualis accesseris sperato pugnam & prepara te ad bellum. Quid de Iobo notet Origenes vide, nempe non nisi iam perfectus certamen illud sustinuit, non tyro.

Orig.

Idem Origenes homil. 1. in Num. aptè satis ad præsens institutum expendit Hebræorum populum in numerum fuisse recensitum, non statim, post egressum de Ægypto sed post multa tentamenta postquam multos deuorauit labores, post prælia, post pugnas. Et tu qui in numerum piorum hominum censeari cupis, nisi post labores, & ærumnas, non conserueris. *Vide quanta tibi transcendenda, quanta tibi toleranda, quot profectibus, quot tentationibus, quot prælijs pugnandum tibi est, & vincendum, vt possis ad diuinum numerum pertinere, vt in compuro aliquo habearis apud Deum, vt inter sanctas tribus adnumerari dignus habearis: vt visitari possis, & per Dei Sacerdotes Aaronem, & Moysem numerorum censibus adscribi.* Huc vsque Origenes.

5.

Origen.

Multo pretio vocatus est Balaam diuinus à Balach Rege Moabitarum, vt Israëli malediceret, & diris omnibus deuoueret. Accipe eiusdem Arioli verba Numerorum 23. 5. *Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait, Reuertere ad Balach, & hæc loqueris. Reuersus inuenit stantem Balach iuxta holocaustum suum & omnes Principes Moabitarum. Assumptaque parabola sua dixit. De Aram adduxit me Balach Rex Moabitarum, de montibus Orientis veni, inquit, & maledic Jacob, propera, & detestare Israël.* Casu dicta hæc vltima verba quis impie credat? Neque per oscitantiam nobis notanda sunt. Cum de populo sub nomine Iacob loquitur, præcipit Rex insanus, vt maledicat. *Veni, inquit, & maledic Jacob.* Cum verò de eodem populo sub nomine Israël verba facit, adiungit non modo vt maledicat, sed vt detestetur. *Propera, & detestare Israël.* Binominis fuit huius populi Parens scilicet dictus est Iacob, & Israël, sed Iacob nomen fuit à parentibus impositum in ipso ortu, quia nimirum fratris plantam manu tenebat. Est enim Iacob supplantator: Israël verò ob virtutem, & pietatem ab ipso Deo additum. Ergo Iacob veluti nomen est naturæ, Israël verò pietatis, & virtutis. Cum ergo populus dicitur Iacob imperfectos adhuc, & vitiiis obnoxios significat. Cum verò Israël appellatur in virtute perfectos adumbrat. Ergo hos detestari, illos verò maledicere iubet Rex Moabitarum. Etenim maledicere vt cumque mala precari alicui significat, detestari verò vim addit, & hominem multis maledictis proscindere, diris caput deuouere notat. Igitur Iacob, id est, imperfectum maledicit, Israël verò, id est, in virtute perfectum detestatur, quia quo quis maiores in virtute profectus facit, eo acrius à damone vrgetur, impetitur, lacessitur. Hunc sensum ex Origene hausi homil. 15. in Num. transcribo. *Donc enim quis tantum Iacob est, hoc est in actibus solum, & operibus positus inferioribus, maledictionibus impugnatur, ubi autem profecit, & interiorem hominem ad videndum Deum reuelato mentis oculo exuerit, & prouocare iam cœperit. Tunc non solum maledictus ab inimico, sed & super maledictus.*

6.

Num. 23. 5.

Origen.

ledictis, hoc est, vehementioribus, maledictorum iaculis impugnatur.

7.
1. Reg. 1.

In hunc sensum exponit Origenes cap. 1. lib. 1. Regum Helcana, qui interpretatur possessio. Duas sibi uxores in matrimonium coniunxit, nimirum Phennenam, id est, conuersionem, & Annam, id est, gratiam, sed gratia antequam pariat multis malis vrgetur: & nisi prius multas difficultates patiat, sterilis perseverat. Innuit hoc profecto quod diximus, nimirum virtutem, & gratiam steriles futuras, nisi prius laboribus excolantur. *Vnusquisque ergo nostrum* (ait Origenes) *prius conuertitur ad peccatum, & ex conuersione generat opera iustitia. Postea verò excitata in nobis Anna per Zelum, & emulationem boni precem fundit ad Deum, ut & ipsa filios generet.* Ergo ex mente Origenis Phennena, id est, conuersione filios parit, nec tamen incommodum aliquod prius experitur, ac verò Anna, id est, gratia, antefatum multis malis vrgetur: nam quo quis longius à vitis discedit, eo acrius malis impugnatur.

8.
Ezech. 14. 14.

Idem Origenes homil. 4. in Ezech. aptè expendit verba eiusdem Prophetæ c. 14. 14. *Et si fuerint tres viri iusti in medio eius Noë, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.* Quærit hic author quare missis aliis viris prioribus Prophetis, & Patriarchis horum trium potissimum mentionem fecerit? Quæsitio respondet quia horum trium iustitia, & pietas maxima fuit, & omnibus nota. Sed vnde quæso horum præcipue trium virorum virtus conspicua fuit? Inde, ait Origenes, vel maxime, quia multis ærumnis supra omnes alios pressi sunt, vt legenti quid de his, scriptura sancta narret, parebit. Ergo magis laborum tolerantia, quam aliud pietatis genus virtutem auget, & probat. *Quare* (ait Origenes) *cunctanti qui sint iusti, tres tantummodo nominantur, Noë, Daniel, & Iob? Audiui quondam a quodam Hebræo hunc locum exponente, & dicente: ideo hos nominatos, quia vnusquisque eorum tria tempora vidit, latum triste, & rursum lætum.*

Orig.

9.

Matt. 14. 22.

Postquam Christus Dominus Matth. 14. magnam illam multitudinem cibavit quinque panibus, & duobus pisciculis relicta in littore multitudine, subdit Euang. num. 22. *Statim compulsi discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum donec dimitteret turbas.* Ergo relicta turbis in littore Discipulos adigit, vt nauim conscendant. Sed fæda exorta tēpestare huc, illucque nauis iactabatur, quo vis ventorum impellebat, scilicet turbam illam tamquam imperfectam, & rerum diuinarum insolentem in tuto collocauit, sed Discipulos suos, qui maxime illi cari erant in vitæ ingens periculum immisit. Hic enim mos Deo familiaris est, vt eos, qui sibi cariores sunt, pluribus difficultatibus exerceat. Hæc est mens Origenis homil. 14. in Matth. *Obserua verò, quoniam fidelis Deus, qui non sinit tentari turbas supra id quod possunt. Quomodo filius Dei Discipulos quidem compulsi ingredi nauem vt valentiores quidem possent ad medium vsque maris peruenire & sustinere fluctuum iactationem.*

Orig.

10.

Cantic. 3. 4.

Duobus modis ait sponsa se sponsum apprehendisse cap. 3. num. 4. *Tenui enim nec dimittam donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Aliter verò sub finem libri scilicet cap. 7. num. 8. *Dixi: ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut malorum.* Itaque in principio dramatis dum adhuc sponsa imperfecta est, & tenera in domo genitricis, & intra secreta matris eum apprehendisse testatur: iam verò melior se ipsa

Cant. 7. 8.

facta non in domum genitricis eum conuenisse testatur, sed in palma; est autem palma tolerantia Symbolum. Ergo illi quibus adhuc lac opus est, Deum sibi coniungunt inter maternæ domus delicias, qui vero in virtute profecit inter labores, & ærumnas certissime comparat. Hunc sensum tradit Origenes homil. 19. in Matth. exponens verba illa capitis 21. quæ post parabolam vineæ subdit Evangelista. *Et cum audissent Sacerdotes, & Pharisei parabolas eius cognouerunt quod de ipsis diceret & quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant.* Origenis verba dono. *Aliter autem Principes, & Pharisei quærebant eum tenere, aliter autem illa sponsa, quæ in Canticis Canticorum quærebat eum, & subiens ibat in ciuitatem in plateis, & nudinis, & vix impleuit eum. Postquam autem modicum pertransiit custodes, & circumstantes in ciuitate, & inueniens tenuit eum, quando, & dixit. Tenui eum nec dimittam eum, donec introducam eum in domum matris meæ & in cubiculum eius, quæ concepit me. Hæc enim sponsa in principio Canticorum sic dixit. Tenui eum in domo matris meæ, & in cubiculum eius quæ concepit me, circa finem autem ipsius libri tamquam iam prouecta, & aliter eum tentura melius quam in principio, sic dixit: Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam altitudines eius. Iuxta lectionem Origenis non modo sponsa ascendit in palmam, sed in altitudines, & elatas palmarum, nempe qui per labores Christum quærit altissimum virtutis cacumen tenet.*

Mat. 19.

Origen.

Curiosius discipuli de tempore vltimi aduentus Christi quæsierunt Matth. 24. Christus verò difficultates, & labores tamquam certissimum, & vnicum signum futuri aduentus illis obicit. *Consurget enim gens in gentem, & regnum, in regnum, & erunt pestilentia, & fames, & terre motus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.* Tantummodo tribulationes, & varias calamitates pro sui aduentus signo illis protendit. Quod indicat notante Origene tractatu 28. in Matthæum, Dominum in animam iusti non venire nisi præmissis laboribus, & difficultatibus. Vt enim Philosophi loquuntur inducendæ formæ nonnullas in materia dispositiones præambulas exponunt, quibus ad formas via paratur, & eisdem inducæ forma vnitur, & conseruatur. Vt puta ignis calore stabilitur, aqua frigore firmatur. Ad hunc modum Deus, qui veluti anima est, & forma viri iusti quibusdam dispositionibus ad ingressum allicitur, & eisdem ne exeat, via occluditur. Quænam hæc? Ærumnæ labores, & difficultates, quas iustus patitur. Origenis verba subiungo. *Audietis prælia, & auditiones præliorum.* Videte ergo si potest talem differentiam dare: non est id ipsum prælium longè positum audire, quia prælium est, iuxta prælium esse, & ipsius præliantium voces audire. Hoc ergo vtrumque suam sanctificationem. Et forte quidem audit ipsas voces, quæ sunt in præliis, audit prælia, qui autem præliis longè gestis audit, auditiones audit præliorum, nec ipsa prælia audit. Cum sint autem sermo, potest etiam quis dicere, quoniam qui longè est amplius quidem audit de illis, qui autem iuxta est audit ipsorum præliorum auditiones. Et subdit quod ad nostrum facit institutum. *Ergo si quis talis dignus habendus est, vt tale suscipiat verbum, & videat: necesse habet ante huiusmodi visionem verbi, audire in anima sua prælia, per alios quidem, qui quasi veritatem asserunt præliorum auditiones.* Expendit autem idem Origenes satis aptè ad nostrum institutum verba illa. *Hæc autem omnia initia sunt dolorum.* Omnes calamitates, & ærumnæ, quas enumerauit, initia sunt dolorum. Ac si dicat, omnia mala, quæ iusti patiuntur tantum initia sunt dolorum,

11.

Matt. 24.

Origen.

dolorum,

dolorum, nam post hæc mala, statim felicitatis dies oboritur, & noctem ærumnarum adueniens Christus discutit. At vero impij non modo initia, sed etiam fines malorum ferunt, quia quæ mala patientur nullum finem sunt habitura. Subdit Origenes. *Tamen arbitror, quæ sunt sequentura aduersus impios, fore tantummodo, ut doloribus acutissimis, & diutinis crucientur, donec deponant, quæ conceperunt, & formauerunt semina peccatorum: ac ab operationibus contrarijs.* In eiusdem rei confirmationem adducit inferius signum aliud, quod eiusdem aduentus Christi adducit Paulus 2. Thesalon. 2. Cum enim qui Christi fidei nomina dederant Thesalonicae de aduentu Christi ad iudicium solliciti essent, quasi iam ad tempus instaret, & multa inter se de hac quæstione curiosius disquirerent. His verbis eos alloquitur Paulus. *Rogamus autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi & nostra congregationis in ipsum: ut non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat ullo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, &c.* Ac si dicat: vnum vobis Christi aduentus signum, & certissimam notam vobis offeram quam certissime Christi aduentus sequetur, & nisi præcesserit illa, non veniet. *Quod hoc est? Mala quæ Antichristus illaturus est iustis, ante Christum veniet Antichristus, & antequam homines pij multis bonis à Christo afficiantur multa mala ab eius inimico Antichristo tolerabunt: Quia Christus neque in mundum: neque in animam iusti descendet nisi ei viam labores & ærumnæ sternat. Qui visurus est (ait Origenes) secundum Christi aduentum illum gloriosum in animam suam necesse est, ut secundum mensuram profectus ad verbi perfectionem insidias, à contrarijs potestatibus patiatur, quasi magnus athleta, & traditus in tribulationes derelinquatur. Multa tribulationes iustorum: & quanto quis iustior voluerit fieri, tanto magis, quasi angustam, & tribulatam cum affectu ambulans viam in tribulatione incurrit. Quoniam quanto perfectior inuenitur Christus in eo ab omnibus odientibus Christum odietur.*

12. Lucæ 12. Iubet Christus Dominus, ut semper simus parati, & solliciti expectemus Christi Domini aduentum. *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes.* Ut perpetua cura, & vigilantia venientem Dominum expectemus tempus aduentus sui voluit nobis esse incertum. Ne tamen omnino lateret signum aliquod præmisit. *Hoc autem scitote quoniam si sciret Pater familias, qua hora fur veniret: vigilaret utique, & non siceret perferre domum suam, & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet.* Ac si dicat: ille qui multas diuitias domi occludit, domi se continet, neque audet pedem efferre, ut introeuntes abigat, fodientes murum repellat. Eadem ratione cum multis virtutum diuitiis fruimur dæmonum incurfus extimescimus, tunc Dominus noster Iesus Christus intra animam iusti se continet, cum ab aduersariis oppugnari videt, multisque malis vgeri. Excipe hunc sensum ex Origene tractatu 31. in Matth. *In tempore tentationum, vel qualiumcumque calamitatum maxime fur solet venire volens perferre anima domum: sed veniente fure, qui accidentia sustinet, & propter Dei dilectionem omnia sustinet, nihil passus à Deo confestim ad se venientem videbit Dominum.*

13. Exodi 3. Apparuit Dominus Moyfi in flamma, & in rubo, accurrit Moyses ut Domini præsentia, & alloquio coram fruatur, cui Deus; *Cernens autem*

Dominus, quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait: solve calceamenta de pedibus tuis. Lautissime educatus Moyses in aula regia calcatus ad videndum Deum accurrit, cui nudari pedes, ut propius accedat, Deus iubet. Sane discalceatus Moyses si accurreret caligas induere necesse haberet, ut inter dumeta tutus incedere posset: verum mirandum sane, quod delicatus homo horridum sentibus solum nudis pedibus calcare iubeatur. Scilicet notante Ambrosio lib. de fuga sæculi cap. 5. Deus cominus videri non potest, nisi per tribulos, & carduos ad Deum videndum pergamus. Ille vero certissime coram alloquitur, & cum eo verba miscet, qui multo cruore madens accedit. verba Ambrosij ad rem præsentem subiungo. *Transi sicut Moyses, ut videas Deum Abraham Isaac, & Jacob, & videas visum magnum: sed si videre vis, solve calceamenta pedum tuorum.*

Esaia 27. 10. *Ciuitas enim munita, & desolata erit.* Hæc verba paulo aliter legit Ambrosio lib. 6. Exameron. cap. 8. *Ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa.* Quæ verba sensum ad nostrum institutum satis commodum aperte continent. Ego inquam ciuitas munita, id est, multis virtutibus anima referta. Sed quid subiungat audi. *Ego ciuitas obsessa, tunc ab inimico ciuitas obsidetur, premitur, dum virtutibus diuitem eam viderit. Audi Ambrosium. Denique habes in Esaia: quia iustitia dicit vel Ecclesia, ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. Munita per Christum, obsessa per diabolum.*

Apto exemplo rem hanc fulcit Ambrosius lib. de Cain, & Abel cap. 4. Quæcunque artes instrumentis vtuntur sibi accommodis, quibus artifices opera sua edunt. Et peculiariter, miles instructus armis incedit, quibus omnibus certum faciat se militiæ nomen dedisse: sic etiam qui Christianæ militiæ nomen dedit, multis laboribus, & malis horridus incedit, & ærumnis squallidus, per quas se pietatem profiteri, fatetur. Hoc tradit Ambrosio. agens de Esau qui amore cibi, quem frater parauerat, exastuans, mori se credidit nisi appetitum expleret. Etenim iniqui homines, qui quæ æternis pœnis mancipandi sunt nullum sibi malum adhærere patiuntur, neque motus animi cohibere nouerunt, sed omnino ventri indulgent. At verò yri pij semper aliquid aduersi patiuntur, seque ipsos iniecto fræno moderantur. *Nonne tibi videtur (ait Ambrosio) Esau tanquam in agone victus, & propria mentis infirmitate impari se existimans cessisse victori coronam, quem videbat nullis passionum illecebris inlecti, quarum ipse puluerem sustinere non poterat. Ut quid mihi, inquit, Primatus? Apud ignauos enim nulla sunt signa virtutis, apud sapientes prima habentur. Studia enim virtutis quadam instrumenta sunt. Itaque sicut miles sine armis esse non potest, ita neque sine exercitatione virtus.*

Patriam repetens Iacob ex Mesopotamia exulceratum in se fratrum animum extimuit Genesis 32. 23. *Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo usque mane.* Timet Iacob, & Angelus apparet qui cum eo luctatur. Magis sane è re videbatur, ut timentem confirmaret, è contra fratrum rabiem Iacob animos faceret. E contra vero accidit, cum eo luctatur, & neruum femoris exficcat. Huius rei causam reddit Ambrosius lib. 2. de Iacob cap. 7. Ex illis verbis traductisque omnibus, quæ ad se pertinebant. Omnia quæ ad se pertinebant præmiserat, vniuersam suppellectilem, armenta, & greges, denique seruos, vxores, & liberos, ipse solus remansit, tunc insurgentem contra se Angelum expertus est. Nunc in quibus rebus

his temporalibus nuncium remiserit & sibi soli viuere decreuerit, ita sibi insurgentia, & contra se pugnantiæ præcipue in ipso rei articulo experietur. *Postquam* (ait Ambrosius) *precedunt omnia solus remansit, eluctatus est cum Deo. Quicumque enim secularia negligit ad imaginem, & similitudinem Dei propius accedit. Quid enim est luctari cum Deo nisi virtutis succedere certamen, & cum superiori congreri, potiorémque ceteris imitatore fieri Dei.* Iacob cum Deo luctatur, quia qui virtutis iter aggreditur, ob pietatem multa pati necesse est. Eodem modo exponit hunc locum Ambrosius, in annotationibus ad caput 2. Exodi ad Iræneum. Vbi adducit verba Christi Domini Lucæ 9. *Qui vult venire post me abneget semetipsum, & sequatur me*, id est, qui huic mundo vale dixerit ad certamen se accingat, quia mecum congressurus est. Crucem veluti gladium dicit, quo pugnaturus est cum Christo. veluti Angelus ille, qui Christi personam gerebat cum Iacob manus conferuit, postquam quæ ad se pertinebant præmiserat. Arma autem quibus Christus cum piis hominibus congregitur crux est. *Qui viuit* (subdit Ambrosius) *luctetur cum Deo, & ad imitationem eius se exerceat, ad humilitatem Christi, & passiones eius congregatur. Tollat crucem suam, & Christum sequatur. Denique bonus congressor non emulatur, non inflatur, imo etiam congregentem sibi tali munere.*

Lucæ 9. 23.

Ambros.

17.

Ambros.

Ambros.

Exodi 17. 10. *Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum: & circumcidetis carnem præputij vestri ut sit signum fœderis inter me, & vos, infans octo dierum circumcidetur in vobis.* Si causam quæras, quare tam cito iusserit Deus tenerum pueri corpusculum vulnerari; assignat Ambrosius in annotatione ad cap. 12. Levitici ad Constantium. Nempe quia hoc signum Dei populum ab aliis omnibus discernebat. Scilicet oportet vulnerare eum, qui Deo ascribitur. Nam pietas à laboribus, & ærumnis initium captat. Ergo multo cruore madentes, & laceros oportet virtutis initia ponere. *Quid autem absurdum* (ait Ambrosius) *si propter pietatem aliquid laboris vel doloris inferri videbatur, quo plus deuotio per hæc certamina probaretur? Pulchrum etiam ut ab ipsis etiam vita incunabulis insigne religionis adolesceret, & pueret vnumquemque, etatis prouectioris, vel labori, vel dolori cedere, quorum vtrumque tener ab infantia vicisset.* Addidit insuper Ambrosius nullum aliud signum veræ religionis aptius tradi posse, quam illud, quod dolorem inferret. Nam labor, & ærumna assidue pietatem comitantur. Hac ergo ratione refellendi qui Deum incusent, quod tam dirum characterem proprii populi notam elegerit, si enim aliquid dulce, & suauis, quo populum secerneret decreuisset non esset nota veræ religionis, sed falsæ superstitionis. *Iam illud* (ait Ambrosius) *quiuis facile refellendum aduertit, quia propositum est plerisque potuisse ad sacra religionis prouocari obsequium, nisi essent doloris timore, vel doloris contuitu reuocati. In tantum autem abest nocuisse fidei circumcisionis dolorem, ut probatiorem fidem faciat dolor. Oportet enim circumcisionem ex parte fieri ante eius aduentum, qui totum circumcidere hominem, ex parte enim debuit assuescere humana conditio, quemadmodum in id, quod perfectum est crederetur. Qui autem dicunt, quoniam plures credidissent, si circumcisio non fuisset, si sibi responsum hoc habeant, quoniam plures crederent si martyria non essent, sed præstantior est fortitudo paucorum, quam remissio plurimorum.*

18. Hunc sensum habent expositore Ambrosio verba Psal. 118. 69. *Multiplicata est super me iniquitas*

superborum, id est, multorum hominum iniquorum in me inuidiam lacesiui. Sed quid est ô David quod eorum bilem mouit? *Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.* Scilicet quia in pietate me exercui, ideo contra me multos ex iniquis armaui. Eadem ratione exponit paulo inferius verbum Psal. 119. *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* Quam sententiam ad nostrum institutum trahit hoc modo: eo ipso, quod virtutem sectabar, ipsi contra me insurgebant. *Quanto magis quis* (ait Ambrosius in Psal. 118. versu citato) *Deo seruire desiderat, tanto magis in se excitat aduersarios, & tanquam athleta fortis coronam iustitiæ reportare desiderans irritat in se plurimos, & lacesit qui inuident nostro profectui: quod etiam in posterioribus euidenter ostendit: Cum odio habentibus pacem, eram, inquit, pacificus. Nihil tamen tranquillitas eius proficiebat, ut eos qui pacem oderant sua tranquillitate componeret, & eorum studia comprimeret. Cum loquebar illis, impugnabant me gratis, hoc est, cum causas impugnandi non haberent, tamen impugnandi studium non deponebant. Itaque multiplicatur sine nequitia spirituales, siue homines, & multiplicatur iniquitas eorum super iustum.*

De expugnato diabolo subdit Lucas cap. 4. 13. *Et consumata omni tentatione diabolus recessit ab eo usque ad tempus.* Expende cum Ambrosio in Lucam: *Consumata omni tentatione. Quasi contra Dominum agens nullum non mouerit diabolus lapidem, ut eum deiiceret, nam quo quis magis in virtute profecit, eo acrius à dæmone impugnatur. Cum enim vidisset Christum omni virtute insignem nihil intentatum reliquit contra eum. Ergo si parum in virtute profeceris te vna, vel altera tentatione pulfabit: si vero multum nihil non faciet, ut te supplantet. In huius rei probationem adducit verba Psal. *Multa tribulationes infortium.* Id est, eum, qui iustitiam non colit, semel, aut bis impetit, pios vero innumeris quatit tentationibus diabolus. Ambrosium audi. *Multa enim tribulationes non quorumcumque sed infortium. Denique quos diligit Dominus sæpè castigat. Non vnum telum diabolus habet, frequenter aspiciat, ut aut tadio vincat, aut premio.**

Lucæ 12. 17. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt.* Relictis aliis omnibus flosculis tantummodo lilia in medium adduxit, ut homines pios, & iustos significaret, de his enim peculiariter Deus curam gerit, rationem huius reddit Ambrosius lib. 7. in Lucam. Nempe lilia vltro in campis nascuntur, neque fœcundam glebam, & felix solum requirunt, aut præterfluentes aquarum riuulos, vel multum succum extrahunt, sed in squallidis, & arenosis locis nascuntur, sponte in campis proueniunt, vix vllam Agricolæ, aut curam, aut artem expectant. His similes sint viri pij, quibus abest frequenter rerum copia, & abundantia, imo multis difficultatibus prementur. *Plerumque enim* (ait Ambrosius) *comparationem hanc secundum naturam floris, & usum putant propositi germinis aptiorem, eo quod lilia nullius annui vsus cultum requirant: nec sicut erga prouentum fructuum cæterorum, ita etiam erga generationem istius floris sollicitis in orbem reddat labor aclus Agricolis. Quibuslibet enim siccitatibus agri omne illud quod alitur in strem quadam virtute genitæ ex se se, atque in se succi semper manentis animatur: ita ut cum foliorum puberum caulem videas aruisse, floris tamen natura vireat.* Ergo iuxta Ambrosium hic flos contra aliorum morem auulsus à radice non arefcit, imo sese aperit, folia explicat, gratias olet: ita iustus multis malis attritus virtutis suauolentiam longius mittit.

Ioan. 2.

Ioann. 2. 15. *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit e templo, onas quoque & boues & numulariorum effudit as, & mensas subuertit.* Cum facilius uti posset virga ad eiiciendum ex templo pecudum venditores, & aris commutatores, per otium tamen funiculos aptat, & in modum flagelli ordinat, ut eos percutiat. Iuxta anagogem multum fauet rei presentis Christi factum; funiculis enim agri menses utebantur, unde in scriptura pro hereditate, quæ cuique obtigerat, non raro ponitur. Hoc probat aperte versus Psalm. 15. *Funes ceciderunt mihi in praelaris.* Id est, præclara hereditatis pars mihi obtigit. Ergo percutit, & flagellat Christus funiculis quia iuxta mensuram laborum quos mittit, eos æterna hereditate donat, & virtute cumulat. Nemo ergo hereditatem hanc præripit, qui prius ærumnis non vergeatur. Hanc sententiam ex Ambrosio hausi, cuius & verba transcribo. *Et ideo flagellum de vestibus fecit, quia funes ceciderunt mihi in praelaris. Etenim hereditas mea praelaris est mihi, funes enim dicuntur quibus agri menses metandorum limites partiuntur agrorum. Et ideo tamquam bonus agri mensor Synagoga terminos distinguebat, & Ecclesia, & sacri-legos de templo iubeat exire.*

Deprime cor tuum, & sustine, inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus: & ne festines in tempore obductionis.

1. *Deprime cor tuum, & sustine.* Iam quid faciendum sit tempore tentationis docet. *Deprime cor tuum*, id est, cohibe iram aduersus Deum insurgentem ob calamitates, quas pateris, virtutem captans. *Inclina cor tuum*, id est, aures præbe, audi, auscultare. *Et suscipe verba intellectus.* Per intellectum hic sapientiam, vel prudentiam intelligit, ut sæpe alibi. *Ergo suscipe verba intellectus*, id est, audi verba quæ sapientia, vel prudentia de tolerantia, & patientia docent, hoc enim si feceris, si sapientiam de laudibus, & fructibus patientiæ differenter audieris, nullo negotio aduersa quæque sustinebis, & ne festines in tempore obductionis. Ne præpropere, & immature liberari coneris de difficultatibus, & malis quæ pateris. Hoc docet. Nam ut est in veteri Proverbio. *Canis festinans cacos parit catulos.*

2. Græca pressius, & facilius. *Dirige cor tuum, & tolera, & ne festines in tempore incurSIONIS.* Quasi dicat. *Dirige cor tuum*, id est, rectum habe cor tuum ad Deum, ne alio deflectat. Ac tolera. Hoc est, patienter feras quævis mala.

3. *Deprime cor tuum.* Aliqui prosterne te, humilia te Deo. Melius nos, insurgentes aduersus Deum fluctus in animo tuo comprime, ne in murmurationem contra Deum insurgant. Hæc enim melius præcedentibus, & subsequenter congruunt. Alij *deprime cor tuum*, hoc est, iugum Dei ne detrectes. Alij. *Deprime*, ut Deus in corde tuo velut in sede sedeat. Super quem enim requiescet nisi super humilem.

4. *Et sustine.* Nos, & tolera si quid mali infertur. Dionysius Carthusianus. *Sicut quadam medicina mordaces sunt, quæ tamen desiderio sanitatis acceptantur.*

5. *Verba intellectus.* Hugo Cardinalis, id est, verba quibus humanus intellectus instruitur ad pugnandum. Secundo, aliqui referunt ad quamcumque doctrinam sapientiæ, & prudentiæ, quarum est animum moderari, nos peculiariter de doctrina ad patientiam pertinenti.

6. *Et ne festines*, id est, ne properes, ærumnam, quam pateris excutere. Fauet Esai. 28. *Qui crediderit non*

festinet. Id est, ne quærat statim à malis liberari, sed tempus expectet, & occasionem capiet. Alij iuxta Hebraicam phrasim sustinere pro trepidare, aut timere ponunt, nam idem verbum Hebræum aliquando trepidare, aliquando festinare significat, ut habes Psalm. 103. *A voce tonitru formidabunt.* Hebraicè, *festinabunt.* Nec incongruè, ille enim qui trepidat, vel formidat, latebras quærit, festinat periculum euadere. Alij. *Ne festines.* Id est, ne confundaris, aut te pigeat. Tracta metaphora ab eo, qui de re aliqua confunditur, ut à conspectu hominum se subtrahit pudore correptus. Fauet locus Pauli Romanorum 10. *Qui crediderit in eum non confundetur*, quo loco exponit verba relata ex Esai. cap. 28. *Qui crediderit non festinet.* Ergo quod Esaias dixit *non festinet* Paulus optimus loci interpres & autam phrasim optime callens, vertit, *confundetur*, ergo locus noster huic sensum habet. Ne te pudeat Deo seruire cum malis, & ærumnis ab eo corripieris.

7. *In tempore.* Latini frequentius *in tempus*. Per obductionem verò mortem intelligunt: unde hunc conficiunt sensum. *Ne festines*, id est, ne fractus calamitatibus, *festines*, id est, desideres, *in tempus obductionis*, id est, tempus mortis, frequenter enim homines dum nimium laboribus virgentur, mortem appetunt, ne laboribus exagitatam mortem in votis habeas, non inconcinna sensus, sed si Græca exemplaria consulas, minus ad mentem authoris. Unde quem præfiximus, præferendus.

8. *Obductionis.* Græca dictio, quoduis malum significat, hoc autem noster interpres significat per obductionem, sumpta metaphora à nebula, nam labores instar nebulæ obducunt mentem, nec videre sinunt. *Qui* verò per obductionem tempus mortis interpretantur sumptam metaphoram ex eo autumant quod mortuis oculi claudantur, non longè abest latina, aut Hispana phrasim. Alij verò per tempus obductionis, aut, ut est in Græcis, incurSIONIS, intelligunt motus iræ, ne quando bilis defuerit, aut loqui, aut quidquam agere festines. Alij, in tempore obductionis, quando ab inimicis obsidearis. Alij, ne te imparatum inueniant. Demum alij ne te in peccati mortem præcipitem des.

9. Hugo Cardinalis. *Deprime cor tuum per humilitatem, ne altitudinē de te sapias, & sustine per patientiam, ne in tribulatione deficias. Et inclina aurem tuam per obedientiam, & excipe verba intellectus*, id est, verba quibus humanus intellectus instruitur ad pugnam. Et subdit. *Sed quia pusillanimitate multi franguntur in tribulationibus præoptantis finem laboris, vel etiam mortem, ut labor finiatur, propter quod amittitur meritum sapientia, ideo subdit, & ne festines in tempore obductionis.* Hanc obductionis festinationem: cum ex fatigatione petijt anime sue, ut moreretur 3. Reg. 19. Hanc eandem habuit Paulus, qui ex timore petijt amoueri stimulum carnis 2. Corinthiorum 12.

10. *Sustine.* Glossa. *Sciendum autem est, quod patientia tribus modis exercetur. A Deo enim flagellamur, sed cauendum est ne murmuremus. A proximo persequutiones, damna, & contumelias sustinemus, & cauendum est, ne mala pro malis retribuamus. Ab aduersario tentamur, sed perspicendum est ne ad delectationem peccati, vel consensum flectamur, vel pro his presentia queramus, vel futura expectemus.*

11. *Ne festines in tempore obductionis.* Erumna, & calamitas ad nebulam conferenda. Paulus de Palatio: ne festines in tempore obductionis. Qui hostem excipit imparatus, is tempore obductionis festinat, cursitat. tempus obductionis, tempus tribulationis.

bulationis Oportet præsentire tentationem, ne nos imparatos inueniat, & adducit in hunc sensum verba illa 1. Petri 4. *Carissimi nolite peregrinari in feruore spiritus, qui ad tentationem vobis fit. Quasi noui aliquid vobis contingat.*

1. Petr. 4.

VERS. 3.

Sustine sustentationes Dei, coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.

1.

Sustine sustentationes Dei. Id est, multa longanimitate Deum tardantem expecta, phrasi enim Hebræa. Duplicatio illa, sustine sustentationes, vim orationi addit, & augmentum significat. *Coniungere Deo.* Quasi dicat, illi firmiter adhære. nempe per voluntatis consensionem, ne antevertas eius voluntatem. *Sustine,* id est, Deum venientem, vel demorantem expecta. *Vt crescat in nouissimo vita tua.* Id est, quia si patienter sustinueris immixtas à Deo tribulationes in nouissimo, id est, in fine eiusdem tribulationis, *Crescat vita tua.* A malis erutum te multis bonis Deus cumulabit. Quod in Iobo factum videmus.

2.

Græca frequentius priorem partem versus non habent, nimirum. *Sustine sustentationes Dei.* Aliqua verò exemplaria Græca in singulari habent. *Sustine sustentationem.* Posterioriorem verò partem ita effeunt. *Conglutinare illi ne discedas, & augearis in nouissimis tuis.* Verbum congutinare, quod noster vulgatus coniungere transtulit, adhesionem significat, non qualemcumque, sed firmissimam, scilicet, firmiter Deo adharendum, vt ea quæ glutino copulantur.

3.

Sustine sustentationes Dei. Nos, Deum venientem expecta. Alij minus bene immixtas tribulationes patienter sustine. Paulus de Palacio, sustine pondera Dei, id est, quando Deus non te euehit, vt aquila pullos suos, sed vt ingens pondus te premit.

4.

Coniungere Deo, id est, eius voluntati te conformem exhibe. Et ne matures eius aduentum. Alij, coniungere per patientiam, id est, etiamsi velit diutius punire, ne detrectes. Alij, coniungere, id est, ipsum tardantem adi, quæte. Alij, coniungere, id est, vt supplicia euites te ipsum illi agglutina. Difficile enim quis ferire potest eum, qui sibi firmiter adhæret.

5.

Et sustine. Græca, vt diximus, ne discedas. Hoc enim est Deum sustinere. Alij, percutientem tolera. Nos, aduentum, & moram trahentem expecta, iuxta illud Psal. 26. *Expecta Dominum, & viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Ergo moram trahentem Deum patienter expecta, vt te à difficultatibus eripiat in quibus degis. Hugo Cardinal. ideo labores vocat sustentationes Dei, quia in eis Deus sustentat hominem, & quasi manu tenet, vel, quia laboribus, vel cibo alit. Lyra. *Sustine sustentationes Dei,* id est, labores in quibus Deus te sustinebit, in quos Deus te adiget, in quos te coniciet.

Psal. 26.

6.

In nouissimo. Nos in fine ærumnarum, post superatos labores. Alij, in fine vitæ. Alij, in beatitudine.

7.

Vita tua. Scilicet crescat. Quasi dicat. Ereptus de malis in felicitatem traducaris. Hoc est, vita tua, quod felicitas tua. Hoc enim frequenter accidere solet, vt si Deum patienter in tribulatione expectemus, tandem in bona labores conuertet. Fauet illud Psal. 90. *Eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum.* Id est, ereptum eum à malis diu & per longum tempus bonis cumulabo. Fauent Græca exemplaria, vt augearis in nouissimis

Psal. 90.

tuis. Iobi historia rem planam facit. Alij de vita æterna locum exponunt. Alij, crescat vita tua, id est, diutius te viuere faciat.

Crescet in nouissimo vita tua. 1. Paulus de Palacio, tunc vita hominis iusti crescit, cum decrescit. 2. quia in beatitudine maior Deus videtur, quam in hac vita apparebat. 3. Crescet in nouissimo vita tua, quia dum temporalia decrescunt spiritualia augentur.

Hugo Cardinalis. *Sustentationes Dei,* id est, subuentiones, quibus in aduersis sustentat te, vel tribulationes, quas Deus metitur, vnde adducit illud, sed faciet etiam cum tentatione prouentum. *Vel sumpta metaphora à baculo, quo sustentatur lassus.* Sustine patienter, & voluntarie sustentationes Dei, id est, tribulationes immixtas à Deo, & per quas itur ad Deum. Quæ dicuntur sustentationes, quia sustentant nos ne cadamus per superbiam. Vnde Psalmus virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. *Coniungere Deo, conformando voluntatem tuam voluntati diuine, vt non solum latenter, sed ex amore, & latenter tribulationes sustineas,* vnde 1. Reg. 18. legitur, quia anima Ionate conglutinata est anima Dauid, qui patienter, & pacifice sustinebat persequutionem Saulis, & sustine. Hoc est patienter sustine tribulationes, vt sic augmentetur tibi meritum vita æterna. *Quanto enim quis in presenti patienter sustinet tribulationes, tanto magis ei vita æterna accumulabitur meritum.* Vnde Dominus dixit discipulis in patientia vestra possidebitis animas vestras, Luca 21. Quasi hæc verba Christi Domini beatitudinem ex vna patientia metiantur.

9. Hugo.

ETHOLOGIA XXIX.

Non excutiendi labores, sed patienter ferendi.

Versu 1. vrgendos laboribus, pios viros docet meus Ecclesiasticus, duobus verò sequentibus non maturandum eis qui laboribus premuntur, sed patienter tolerandos esse. Sunt enim nonnulli, qui cum primum in calamitates aliquas inciderint, per fas, & per nefas excutere satagunt: & noctu, diuque nihil aliud mente voluunt, quam modum, quo ærumnas excutiant. Hos præfens Ethologia carpit & multa patientia rerum exitus expectandos docet. Matth. 8. 5. *Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens. Puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.* Puer iste iuxta phrasim scripturæ ceturionis seruus erat, nam puer pro seruo frequentius vsurpatur, quod aperte habet Lucas cap. 7. *Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus.* Ergo seruus iste Centurionis male torquetur. illi qui in pressuris sunt & laboribus serui quandoque dicuntur hominis, quandoque verò Dei. Serui hominis sunt, qui male torquentur, serui verò Dei qui bene torquentur, sed quid æst, amabo te, bene, quid verò male torqueri? Torqueri bene est patienter ferre quidquid laborum & ærumnarum Deus intulerit. Male verò torqueri est, cum stomacho, & indignatione tolerare. Ergo ille qui lubens mala excipit seruus Dei est, qui verò ærumnas impatenter fert, hic sanè est seruus hominis. Merito ergo ait Puer meus, id est, seruus meus, nempe quia male torquetur. Si ergo vis excussa hominum seruitute Dei seruus haberi ne cum stomacho ærumnas patiaris. Hunc sensum ex Petro Chrysologo hausi sermon. 15. verba transfero. *Et male torquentur, serui tui, & si patiuntur mala non patiuntur ad pœnam, sed subeunt ad coronas. Aduersa illis non sunt necessitatum causa, sed sunt causa victoriæ.*

I.

Matth. 8.

Luc. 7.

Petr. C.

Victoria. Servi hominum sunt, qui mala patiuntur inuiti, quia illis in desperatione sui Domini nequeunt subuenire.

2. *Ezechiel. 16. 52. Ergo & tu porta confusionem tuam: quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis.* Alloquitur Ierusalem, quam ob similitudinem criminum appellat sororem Sodomæ, & Samariæ. Ergo hanc Ierusalem, quæ est congregatio iustorum, monet, ut inflicta mala patienter portet. Tam enim Sodomæ, & Samariæ, id est, impiorum cætus, quam Ierusalem, hoc est pij, & iusti homines, difficultatibus, & ærumnis exagitantur. Hoc tamen discrimine, quod Ierusalem portat, id est, patienter fert, Sodomæ vero, & Samariæ impatientes, & Deo obloquentes. Hoc modo exponit hunc sensum Origenes hom. 10. in Ezechiel. *Ergo tu confundere, & porta ignominiam tuam, opus est nullum opus facere confusionis. Quia vero ut homines sepe peccamus sciendum secundam nauem post confusionis opera esse erubescere. Porta igitur ignominiam tuam. Videmus enim quosdam bonos: quidem libenter de se ferre latam sententiam, & ob salutem suam Dei iustificari iudicium, malos vero blasphemare aduersus providentiam Dei, & dicere: non sum dignè adiudicatus huic infamiam. Si iustificamus providentiam solvimus nostram infamiam, sic & supplicia, sic, & cetera.*

5. *Cum duo discipuli Ioannes, & Iacobus prinas præfecturas in regno Christi ambirent eorum petulantiam, his verbis Christus retundit. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Illi vero è contra respondent: *Possumus.* Quæ verba alacrem animum, & promptum ad ebibendum malorum calicem sonant. Ac si dicat Christus nullo alio tam facillè adpratum dignitatis culmen ascendere poteritis, quam si lubentes immissa mala excipiat. Hanc vim inesse putat huic sententiæ Origenes tractatu 11. in Matthæum: in cuius probationem adducit verba Psalm. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Cum enim multis se beneficiis oneratum videret Dauid, quasi sub imposito onere gemit, & gratus hinc inde conquirat quid Domino retribuere possit. Quærenti autem sibi ipsi responderet: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Verbum illud accipiam lubentem animum excipientis protendit: ergo sensus est, nihil Deo tam gratum, & iucundum pro tantis, quibus me beneficiis, cumulavit, offerre poterò, quam si lubens, gaudensque patiar si quid aduersum obuenerit. Audi Origenem. *Denique cum dixissent: possimus, non ita respondit Christus: Calicem quidem meum bibere potestis: sed ad futuram eorum perfectionem respiciens dixit: Calicem quidem meum bibetis, & baptismo, quo ego baptizor baptizabimini.* Et infra. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Nihil enim dignum reddere possumus Deo pro omnibus bonis, quæ fecit nobis, nisi ut calicem salutarem promptè accipiamus, & nomen Domini inuocemus, ut possimus magnanimiter bibere eum, in quo bibendo vota nostra reddimus Domino in conspectu omnis populi. Hæc ille, quibus verbis exponit etiam illud Psalm. *Et nomen Domini inuocabo.* Nonnulli enim calicem ærumnatum bibentes, & patienter ferentes nomen Domini inuocant, è contra vero alij Deo detrahunt, qui eos in tantas difficultates immittit.

4. *Marci 11. 12. Et alia die cum exirent à Bethania esuriit. Et cum vidisset à longe ficum habentem folia, venit, si quid forte inueniret in ea: Et cum venisset ad eam nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei: iam non amplius in aeternum ex te*

fructus quisquam manducet. Causa huius Christi maledictionis latet. Quid enim peccauit ficus si alièno lydere fructum non tulisset? Origenes tractatu 16. in Matth. Refert ad illa verba. *Non enim erat tempus ficorum, & iuxta anagogem hunc sensum conficit. ficus hominem protendit, hic autem homo lætitiæ, & gaudij fructum non modo tempore debito edere tenetur, sed etiam alieno. Sunt enim nonnulli, qui iubilant, & lætantur cum fortuna arridet, si vero quidquam aduersum ingruat animo concidunt: Hi sane ficus sunt, sed quæ tempore suo fructus tantummodo ferunt, Alij vero non modo felicitia tempora lubentes transigunt, verum etiam si nubila sint gaudentes, patientesque tolerant. Hi nimitum à Deo benedictionibus cumulantur, illi autem maledictionibus atteruntur. Ergo tu, qui Christi maledictionem effugere satagis, ne ea ad radices vsque siccatus in aeterni ignis pyrâ immitaris, fructum lætitiæ fer, etiam cum difficultatibus, & pressuris attereris. Similis (ait Origenes) & de gaudij potest esse tractatus, qui profert fructum gaudij nullo eum ad tristitiam prouocante. Cum autem presentia prouocant eum ad tristitiam, vel ad pusillanimitatem, prouocatus autem ille per verbum in tantum proficit, ut etiam in tempore tristitiarum gaudeat, & in tempore opprobrij, vel castigationis gloriatur, & in tempore periculi memor sit eius quod dictum est: semper gaudere. Beatus est huiusmodi Christianus fructum gaudij ferens etiam non in tempore ficum.* Ergo ex Origenes nostrum sensum probant verba Pauli 1. ad Thessalon. 5. 16. *Semper gaudeat.* Id est, non modo gaudeat cum pro voto res accidit, verum cum aduersitate vrgemini.

Canticorum 3.4. *Donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Insuper Canticorum 7. *Dixi ascendam, in palmam, & apprehendam fructus eius.* Quæ verba adscribit sponsa Origenes tractatu 19. in Matthæum, ex collatione autem duorum versuum hunc sensum conficit. Duobus modis se pollicetur sponsa amplexaturam sponsum. Altero cap. 3. cum adhuc esset imperfecta, altero in fine dramatis cum iam perfectorum hominum personam gerit. Sed priori loco se comparat puero, qui vbera materna suggit, at vero posteriori ei se similem facit, qui fructus arboris decerpit. Puer enim multo timore percillitur, nihil non timet. Sæpiùs plorat, totus in lachrymas soluitur, at vero ille qui fructus ex arbore capit, cantat, iubilat, exultat, lætatur, omnia lætitiæ signa edit. Vindemia enim, & messis symbolum sunt lætitiæ, de messe aperte probat locus Esaiæ 9. 4. *Lætabuntur super te, sicut qui lætantur in messe.* Et illud Psalm. 64. *Valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.* De vindemia idem Esaias cap. 24. 7. *Luxit vindemia, & infirmata est vitis. & cap. 26. Auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo: & in vineis non exultabit, neque iubilabit.* Expressius Ieremias cap. 48. *Nequaquam calcator vna solitum celeugma cantabit.* Rem tanquam omnibus gentibus solemnem tradit Opianus lib. 1. Hunc eundem morem attigit Cyrillus ad illa verba Esaiæ 24. 13. *Quomodo si pauca oliuæ, & iuxta 70. Quomodo si quis racemet oliuam sub finem vindemiæ hic mos inoleuit: vindemiantes quando ab his laboribus defestunt, gaudent, & vociferantur, & rustica quapiam cantilena composita ex prædij se referunt.* Hæc Cyrillus. Præcipue hæc consuetudo viget Neapoli, vbi sæpiùs me vidente quasi è plaustrò licet vindemiatoribus quidquid in buccam venerit effutire, quod multo cum risu ab omnibus excipitur. Et ad vindemiam alluisse sponsam suadet mos Palestinæ, vbi palmis vites maritant. Sicut in Campania vlmis: Insuper

Origen.

Matt. 10. 12.

Psalm. 115. 12.

Orig.

4. Marc. 11. 12.

Origen.

1. The. 5. 16.

5. Gen. 3. 4. Cant. 7. 8.

Esaiæ 9. 4. Psalm. 64.

Esaiæ 24. 7.

Esaiæ 26.

Ierem. 48.

Esaiæ 24. 13. Cyril.

Insuper verba quæ sequuntur, & erunt vbera tua sicut botri vineæ. Ergo congressum cum sponso hæc verba innuunt lætum, & placidum. Ergo iuxta mentem Origenis, qui imperfectus est, si laboribus vrgeatur, plorat, angitur, tristitia afficitur. Qui vero in via virtutis progressus est, lætatur, iubilat, exultat. *Postquam autem* (ait Origenes) *modicum pertransit custodes, & circumstantes in ciuitate, & inueniens tenuit eum, quando, & dixit. Tenui eum, & non dimittam eum donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum eius, quæ concepit me. Hæc enim sponsa in principio Cantici Canticorum sic dixit: tenui eum in domo matris meæ, & in cubiculo eius qui me concepit. Circa finem autem ipsius libri, quasi iam prouecta, & aliter eum tenuit melius quam in principio sic dixit: Dixi ascendam, in palmam, & apprehendam altitudines eius.*

Orig.

6. Expende verba Psalmi 45. *Adiuor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Quidam tribulationes inueniunt: Quidam vero obuiam illis eunt, & quærunt eas. homines vel iniqui, vel qui non multum in virtute profecerunt quorum personam hic Dauid sustinet à tribulationibus inueniuntur, dum ipsas fugiunt, & auerfantur, tribulationes vero eos insequuntur. Pij vero, & perfecti viri tribulationes inueniunt, quia vel eas quærunt, vel læta fronte aduenientes excipiunt.*

Psalm. 45. 2.

7. Psalmo 115. *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Hunc versum hac ratione exponit Origenes tractatu 35. in Matthæum. Ego quidem calicem passionis, mortis, & ærumnarum; hoc enim significatur nomine calicis: hunc inquam calicem ego calicem salutarem faciam, tristitiam, & ærumnas in lætitiã, & gaudium conuertam. Sed qua ratione id efficias o Dauid? *Accipiam.* Id est, lubens, & gaudens vltro excipiam. Expressius; dum tribulationes, & labores immisos quis detrectat, calix quidem sunt, sed calix amarus, & fæculentus, mortem, & tristitiam inducens. Si vero quis cum gaudio, accipiat, calix quidem sunt, sed calix salutis, calix lætitiæ & gaudij. Vel sic; *Calicem salutaris accipiam,* id est, labores, & difficultates in quas Deus me immitit non ego ærumnas, & labores reputo, sed potionem à Domino datam tanquam à sapientissimo medico, vt animi ægritudines medeatur. Ideo non labores, non miseras appello, sed calicem salutarem. Si ergo calix est salutaris, non reiiciendus, non repellendus, neque solum degustandus, sed vsque ad faciem cibendus. *Calicem salutaris accipiam.* Ergo tu, qui difficultatibus vrgeris, patienter tolera, ad finem vsque porta, nam qui potionem medicam sanitatis gratia accipit, non partem bibit, & partem proicit, sed ad fundum vsque exhaurit. Vtranque expositionem innuit Origenes loco allegato exponens verba Christi Domini ad Patrem: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Eius verba infero. *Transeat à me calix iste. Calicem autem hunc qui bibitur passionis in multis locis nominat scriptura præcipue, qui à martyribus proprie bibitur, sicut est ibi: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo: Si ergo calix salutaris, & calix martyrii est, necesse est, vt saluemus calicem illum, totum illum bibentes, quia calix est salutaris, nihil fundamus ex eo.*

Psalm. 115. 13.

Orig.

8. Luca 23. Cum vterque latro cum omni populo pendentem ex infame trabe Christum Dominum maledictis proscinderet, alter illorum repente mutatus Christum confessus est, sociumque repressit. Sed quid est, quod hominem perditum tam cito ad viam veritatis conuertit, quod vix alij multo tempore, & labore assequuntur? Causam reddit nostro

instituto aptam Ambrosius sermone 44. *Quam deducit ex illis verbis eiusdem latronis. Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste nam digna factis recipimus: Hic vero nihil mali gessit. Quibus verbis significat latro se se mala, quæ patiebatur excepisse, non modo cum tolerantia, & patientia, sed multo cum gaudio, & lætitia. Ergo nihil mirum si in alterum virum mutatus pristinam malitiam repente exuerit. Talis enim vis est tolerantia, & patientia in laboribus sufferendis. Videamus ergo* (ait Ambrosius,) *cum tantorum criminum reus tam cito à Salvatore paradysum promeretur, cum alij multorum temporum lacrymis, frequentibusque ieiunijs, vix delictorum suorum veniam consequantur? Magna fratres, & multiplex causa. Primum quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est, vt presentem poenam despiceret, ac de futura veniam precaretur. Reminiscens enim scelerum suorum, & poenitentiam gerens, plus incipit dolere quod sperat, quam sentire quod patitur.*

Luca 23.

Ambros.

Postquam egressus est Noë & eius familia ex arca his verbis eos Dominus benedixit cap. 9. *Genesis. Benedixitque Deus Noë, & filijs eius. Et dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Quæ verba illis simillima sunt, quibus benedictionem impertiuit homini denuo efformato. *Genesis. 1. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Ergo eisdem fere verbis, & homini in gratia, & iustitia condito, & Noë à fluctibus erepto benedictionem Deus elargitur. Nempe vt placet Ambrosio lib. de Noë, & arca cap. 24. eadem benedictione dignus est, qui mala illata patienter tolerat, ac ille qui innocens, & iustus est, & hic illi valde proximus est, & ad eius virtutem propius accedit. Ambrosij verba dono. *Ille autem sexto die, quasi perfecto numero, quo omnia conclusa sunt opera Dei, quasi perfecta operatione constitutus homo secundum imaginem Dei, est, & cui etiam iste comparatur, qui in diluuiio iustus inuentus est. Et ideo supra terrena omnia eum constituit Deus, sicut & illum ad imaginem Dei factum, quia vtrūque à vitijs terrenis temperabat. Ille, qui ita generatus est, cui nihil terrena deberet contagio, iste qui in periculis fuerat approbatus, & examinatus in passionibus, & repertus, quod in confusione non fuisset obnoxius passioni.*

9.

Gen. 9.

Genesis.

Ambros.

Ille qui labores omnes æquo animo tolerat, & ad omnia mala sufferenda patientem se exhibet nullo negotio ærumnis omnibus superior euadit, & veluti inconcussa rupes in medio mari fluctus omnes despicit. Audi Dauidem Psalm. 37. 17. *Quia dixi, ne quando super gaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei super me magna loquuti sunt.* Pene obrutus miseriis erat Dauid, neque caput ex ingruentibus fluctibus exerere valebat: sed quod subsidium in tantis malis inuenerit audi: *Quoniam ego in flagella paratus sum, id est, me ipsum ad omnia mala sufferenda obieci, nullum malum respui, nullum declinaui, nullum subterfugi. Vnde me ipsum fortem, & infractum magis contra omnia mala reddidi, facile omnes quos patiebar labores superauit. Huius sententiæ author est Ambrosius in hunc locum, qui eam fulcit verbis illis 2. Regum 24. 12. Dauidis in numerando populo delinquentis. Et dixit Dauid ad Dominum: peccasti valde in hoc facto, sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis. Surrexit itaque Dauid mane, & sermo Domini factus est ad Gad Prophetam, & videntem Dauid dicens: vade, & loquere ad Dauid. Hæc dicit Dominus. Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris, ex his vt faciam tibi. Cumque venisset Gad ad Dauid, nunciavit ei dicens: Aut septem annis ventet tibi fames in*

10.

Psalm. 37.

2. Reg. 24.

terræ

terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quid respondeam ei qui me misit Dominus. Nouerat Dauid quantum expediret viro iusto ad quæcumque mala sufferenda promptum exhibere animum, quapropter nollet genus aliquod peculiare mali seligere, quo à Deo percuteretur, vnde non satis fuit quod Gad Propheta eligendi genus mali optionem illi dedisset, sed insuper necesse fuit, vt iussu Dei vrgeretur ad eligendam speciem supplicij, alioquin ab electione omnino abstineret, & liberum iudicium Deo remisisset. Hoc significant verba illa Prophetæ Gad. *Nunc ergo delibera quid respondeam ei qui me misit Dominus.* Et tu qui malis nonnullis vrgeris à Deo nullum malorum genus subterfugas, nullum præ alio seligas, sed quæcumque Deus immiserit sustine: & ad omnia alia quæcumque Deus immittere voluerit, promptū te præbe. Audi Ambrosium. *Ad omnia itaque superiora pulchrum remedium, quod in flagella paratus est & offeri se Domino, vt qua placuerint Deo flagella sustineat. Elegisse quidem Dauid lego flagelli genus, quod æquanimitèr sustineret: sed elegit quia de tribus ei conditionibus eligenda vnus necessitas mandabatur. Vbi autem non mandatur ad omnia paratus est Dei seruus, seu corporalem ægritudinem subeat, seu fugam à facie inimici, seu obitum filiorum, quod non timet præmittere, quia recipere potest imperterritus.*

Duo loca contrarium sonantia sibi obiicit ex Dauide Ambrosius in Psalm. 37. Prior est ex eodem Psalm. vers. 1. *Multiplicati sunt, qui oderunt me inique, Iniquo odio, hoc est, internecino, & canino odio oderunt me.* Postea verò Psalm. 68. 5. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.* Ergo alibi inique, alibi gratis ait Dauid se ab inimicis odio habitum. Quæ duo loca hac ratione in concordiam reducit Ambrosius, vt scilicet locus Psalm. 37. sermonem inferat de ipso Dauide, qui aduersariorum inimicitias, & illata mala suscepit, non quidem gratis sed iniquè, at verò Psalm. 68. loquatur Dauid non in propria persona, sed in persona Christi, cui pessimi homines fuerunt inimici, non Christi culpa, aut causa, sed ex propria ipsorum malitia, & iniquitate. Homines quantumcumque sancti sint, ea tamen quæ patiuntur non immerito tolerant, sed aliqua ab ipsis data prius causa: vnus est Christus cui relata Psalmi verba conueniunt. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Id est, absque causa. Ergo qui digne pateris, qui data causa mala sustines, qui ob propria flagitia cruciaris, patienter fer: siquidem ille, qui per summum nefas inimicorum inuidiam subiuit tanta animi æquitate iniquissimos sustinuit. *Sed vide distantiam* (ait Ambrosius) *in posterioribus ait, qui oderunt me gratis: hic habet, qui oderunt me inique. Sed ibi ex persona Christi, hic ex persona sua. Vbi ex persona Christi loquitur gratis odio habetur, vbi ex sua inique, homo enim potest vni alicui vulneri non patere, vt pote iniustitia, intemperantia, impudicitia, alijs autem vulneribus patet, in Christo autem nulla causa esse potuit, qua peccati alicuius pornerit vulneri accipere immunitas à culpa, integer à delicto, atque immaculatus à vitio.*

Quam sit difficilè labori non succumbere, sed æquo animo tolerare graphice prosequitur Ambr. ad illa verba Psalmi 118. *Cogitavi vias antiquas.* Vias antiquas vocat mala quibus Deus homines probat ab ipsius nascentis orbis exordiis. In primis adducit verba Romanorum 8. Vbi postquam Apostolus multa, quibus premebatur mala recensuit, subdit

vers. 38. *Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, qua est in Christo Iesu.* Expende cum Ambrosio duo illa, neque altitudo neque profundum. Per altitudinem intelligit Ambrosius felicitatem & ridentem fortunam: per profundum vero varias, quibus vrgebatur, ærumnas. Hoc sane admiratione dignum, quod tantarum calamitatum moli infractus Apostolus non succubuerit. Addit insuper illud Esaiæ 7. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra.* Signum in profundo inferni Deus facit, cum tantam vim alicui homini subiicit, vt patienter ingruentia mala sustinere possit. In excelsio vero miracula edit Deus, dum hominem in altissimo loco constitutum afigit ne labatur. His autem dictis Esaiæ subdit Rex Achaz cui dicta fuerant. *Non petam, & non tentabo Dominum.* id est. Adeo difficilè est & in tantum humanum captum excedit, quemquam tanta fortitudine præditum esse, vt mala immissa æquo animo possit tolerare, vt si hoc miraculum à Deo exhiberi petiero, ipsum tentare videar, & diuinæ virtutis periculum facere, quapropter, *non petam, & non tentabo Dominum.* Cui Deus. *Ecce virgo concipiet.* Et ita hæc sanè, impossibile omnino est homini, vt vel in aduersis non labatur, vel in prosperis non ruat: verum ego filium meum humana carne induam, mundum incolere faciam, vt hæc duo præstet, scilicet in aduersis erit infractus, in prosperis non dissolutus. Hæc duo opere præstitisse Christum probat ex illo ad Philippenf. 2. Vbi his verbis de Christo sermonem facit Apostolus. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, id est, nec maiestas diuinitatis eum exultit, neque vis tormentorum attriuit. Quid inde? Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen.* Id est, ob rem tantam, ob tam præclarum facinus eum celebrem fecit. Quid insuper? *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium terrestrium, & infernorum.* id est, omnes creaturæ tam mentes illæ corporea sarcina liberæ, quæ cælestem patriam inhabitant, quam homines, qui apud viuos degūt, & hanc terrestrem regionem incolunt: insuper illi, qui apud Tartara patiuntur duplicato poplite, & genu flexo se submitunt, scilicet ob hanc eximiam laborum tolerantiam, hanc mirantur, & suspiciunt, tamquam vni Christo concessam. Inferet etiam Ambrosius illud Prouerb. 30. *Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi.* Id est, duas res meis viribus longe superiores reputo, scilicet diuitias, & paupertatem. Hoc est prosperam, & aduersam fortunam. Ergo rogo, vt neutram mihi concedas, sed in quadam rerum mediocritate me constituas. Hæc omnia tradit Ambrosius his verbis. *Multa Apostolus dixit contra que nobis lucta est, sed alia facilia sunt, vel certè non huius temporis, aut loci, vt discutere omnia debeamus, que sint, que nos separare possint à charitate Dei, nisi diligentius resistamus, illud nunc quod videtur obscurum non prætermittimus, qui ait, neque altitudo, neque profundum: qua sunt grauius tentamenta. Dentque habes in Esaiâ ad Regem Achaz. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in altum. Respondet ille. Non petam, & non tentabo Dominum. Mysticum illi propositum est, sed non intellexit. Et varitus est, ne tentare Dominum videretur, si signum peteret in altum, seu in profundum. Dominus autem volens grauius tentamenta remedio supplantare diuino,*

Rom. 8. 38.

Esa. 7. 11.

Philip. 2. 6.

Prou. 30. 8.

Ambros.

Ambros.

11.

Psalm. 37. 1.

Psalm. 68. 5.

Ambros.

12.

diuino, ait. Ecce virgo concipiet in utero. Hoc est, magnum signum, quod altitudinis, & profundi tentamenta destruxit: Dominus enim Iesus non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, neque que sua sunt requisit, sed formam serui accepit, humiliavit se usque ad mortem, itaque neque elatus est potestate, neque mortis quadam deiectione turbatus. Hoc igitur signum proponitur Regi, ut petat sibi remedium, per quod neque Regia potestatis extolleretur supercilio, nec certe arumna alicuius exceptione perturbaretur, ut erat corde turbatus, cum bellum sibi videret ab Assyrijs inferri. Dum igitur exemplo oraculi volumus ostendere qua essent grania tentamenta, quibus remedium potuit solus Christus asserre. Verumtamen Prophetico sermone facile est dicere, sarcinam quandam horum tentamentorum. Hac tentamenta duo maxime sanctus Salomon oratione propria deploravit, & rogavit, ut posset excludere, dicens. Diuitias autem & paupertatem ne dederis mihi. Potest igitur tamen ista tentamenta contemnere, qua postulat Salomon, qui patientiam postulat, & meruit? Diues erat timuit extolli: pauper fieri formidavit, ne paupertatis necessitate abstinentia gratiam non teneret. Regis Iob inuenitur in terris, diuitias amisit, & filios, & viuicibus corporis exarabatur, cum vermes toto corpore desuerent, laudauerim virtutem gubernatoris, qui nullas procellas senserit, & cursum nauigij direxerit nulla tempestate iactatus.

13.
Psal. 118. 76.

Psalmo 118. Fiat misericordia tua. Hoc est, ostende te benignum, & misericordem erga me. Sed quod signum diuinæ misericordiæ in te ostendi desideras o David? Numquid, ut ingruentia abigat tentamenta? Numquid ut mala, quæ pateris depellat? Minimè sanc. Sed quid? *Ut consoletur me.* Id est, ut animos mihi in tentationibus, & ærumnis facias, vt consolers me. Ambrosius, ex quo hanc expositionem sumpsit, legit ibidem, *Fiat misericordia tua, vt consoletur me.* Ergo vir prudentissimus, & patientissimus David non petit tentationibus liberari, sed patientiam, consolationem, & exhortationem, satius enim est patientiam exposcere qua mala tolerentur, quam absolutionem ab his malis quære. Verba Ambrosij infero in hunc locum Psal. 118. exponentis. Egregiam, & singularem Prophetæ expectati virtutem, alius enim humiliatus ærumnis posceret vt circa eum tentamenta desinerent, & sedare Dominus aduersa dignaretur, ne tribulationum procella in eum sauiet. Iste autem tamquam athleta fortis, & patiens, qui exerceri, & angere animam suam tribulationibus nosset, non tristitia dimouere, non impugnantia declinare desiderat, sed magis in tempore laboris sui aduersus tentationum procellas dari sibi verbum consolationis exposcit, vt possit qua ingruunt, mente tolerare.

Ambros.

14.
Iob 1. 20.

Iob. 1. Et corruens in terram adorauit. Vtrumque ad veram Philosophiam pertinet, & corruere in terram, & adorare. In terram corruere significat ictus dolorum sustinere. Adorare autem est patienter ferre. Ergo ille qui veram pietatem colit dum laboribus, & calamitatibus à Deo vrgetur vtrumque agere necesse est, scilicet vt corruat, & adoret. Corruit, ille, qui quæ patitur sentit, adorat qui tamquam à Deo inflicta, patienter sustinet, vtrumque necessarium esse euincit Gregorius lib. 2. Moralium cap. 17. primum ex Ieremia cap. 5. Percussisti eos, & non doluerunt. Nullo enim dolore moueri eum, qui percutitur, stupiditate olet. Posterius docet David Psalm. 139. In miseris non subsistent, id est, si durius cum eis agas, concidunt animo, profususque deficiunt. Gregorij verba accipe. Tunc surrexit Iob & scidit vestimenta sua, & tonsa capite corruens in terram adorauit. Nonnulli magna constantia Philosophiam putant, si discipline asperitate correpti

Ierem. 5. 3.

Psal. 139. 8.

Gregor.

ictus verberum doloreque non sentiant. Nonnulli vero tam nimis percussionum flagella sentiunt, vt immoderato dolore commoti etiam in excessum lingua dilabantur: sed quisquis veram Philosophiam nititur retinere necesse est vt inter vtraque gradiatur. Non enim pondus virtutis, insensibilitas cordis, quia valde insana per stuporem membra sunt, qua incisa dolorem sentire nequaquam possunt. Rursus virtutis custodiam deserit, qui dolorem, ultra quam necesse est sentit. Contra insensibilitatem quippe percussorum per Prophetam dicitur, percussisti eos nec doluerunt, attriisti eos, nec voluerunt accipere disciplinam. Contra pusillanimitatem percussorum per Psalmistam dicitur. In miseris non subsistent. In miseris namque subsisterent, si aquanimiter aduersa tolerarent. Beatus itaque Iob, qui vere Philosophia regulam tenuit, mira se contra vtraque equitatis arte seruauit, vt nec quasi dolorem sustinens, flagella sperneret, nec rursus ultra modum dolorem sentiens contra iudicium flagellantis insaniret. Quod vestimenta scidit, quod tonsa capite in terram corruerit, non sinit nimirum, quia flagelli dolorem sensit, quod verò additur, adorauit, aperte ostenditur quia in dolore positus contra flagellantis iudicium non excessit.

Item Gregorius lib. 3. Moralium cap. 16. exponens verba illa Iob. 1. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est. Adducit verba illa 1. Petr. 4. Nemo vestrum patitur, vt homicida, aut fur, aut maledicus. Pati, vt homicida, est, pœnas à lege statutas homicidis subire: pati, vt fur, est, dare pœnas ob res alienas per vim, & fraudem raptas: pati verò, vt maledicus, est, contra Deum insolescere ob mala inflicta, & impatienter ferre, qui à Deo immittuntur labores. Vide quibus Petrus impatientiam adiunxit, nempe homicidio, & furto. Quasi hic, qui impatienter immissa mala tolerat ab homicida, & fure non longe distet. Subdit autem Petrus. Si autem vt Christianus glorificet Deum in isto nomine. Ergo animi æquitate, laboribus caput submittere proprium Christianorum est; immissa verò mala detrectare multum Christianos dedecet. Verba Gregorij infero. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis: Sancti viri, cum persecutionem intus, foris quæ patiuntur, non solum in Dei iniurijs minimè excidunt: sed neque contra ipsos aduersarios contumeliosa verba iaculantur. Quod dux bonorum rectè Petrus admonet dicens: nemo vestrum patitur vt homicida, aut fur, aut maledicus. Maledicus enim patitur qui passionis sua tempore in sui saltem iniuriam persequutoris effrenatur.

Hunc sensum habent illa verba Iob 6. 9. Et qui cepit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me. id est, qui me ictibus dolere, & efformare cœpit, donec perficiat, & statuam, & imaginem virtutis perfectissimam in animo meo effinjerit, vltimamque manum operi impofuerit, ab ictibus non cesset. Sicut enim faber ferrarius malleo, & igne ferrum domat, & ex arte ad formam sibi propositam effingit: non aliter Deus nos ter humanum cor quantumuis ferreum, & adamantinum dolorum, & malorum ictibus ad omnem virtutem, & pietatem efformat. Hæc sententia subest relatis Iobi verbis exponente Gregorio 7. Moral. cap. 8. Loquentem audi. Sanctus igitur vir, qui appropinquare Deo etiam per flagella desiderat, per spiritum humilitatis dicat, & qui caput, ipse me conterat. Plerumque enim virtutum contritionem in nobis agere Dominus inchoat, sed cum mens ex ipso exordio profectus extollitur, cum se iam quasi de virtutibus erigit, sciuenti contra se aduersario aditum pandit, qui cordis intima penetrans omne quod in ea de studio bonæ inchoationis inuenerit, confingit, tantoque se vehementius in eius confractioe exhibet, quanto,

I. 1.
Iob. 1. 22.

1. Petr. 4.

Gregor.

16.
Iob 6. 9.

Gregor.

quanto, & grauius, quia vel ad modicum fuerat proiectus, dolet: vnde & teste Euangelio voce veritatis ad conscientiam domum spiritus immundus, qui solus exiit, cum spiritibus septem redit. Neque post diuina correptionis exordia antiquus hostis subripiat, atque ad virtutum confectionem trahat. Sanctus vir congrue exorans dicit, qui capit, ipse me conterat, ac si aperte dicat: Hoc quod in me exorsus est, perficere feriendo non desiderat. Ergo ex sententia Gregorij hic spiritus immundus eicitur a domo per tribulationes: redit vero aliis septem spiritibus nequioribus se in societatem adscitis, quando impatienter, quæ Deus immittit mala toleramus. Verba habes apud Matthæum 12. 43. *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornata. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Vide quantis Christo Dominus impatientiam præferat aliis vitiis: qui enim peccato alio laborat vnum tantum dæmonem domi excepisse dicitur, qui autem in laboribus positus detrectat, septem dæmonibus aditum in domum pandit. Hoc est omnibus vitiis viam expeditam præbet. Item hominis impatientis animum domum suam spiritus immundus appellat: *Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Quia licet in peccatorum animis, tanquã in domo diabolus habitat, ast in his tanquam in aliena domo commoratur, vnum est vitiorum genus, quod propriam domum diabolo præbet nempe impatientia. Nonnulla alia ex hac Christi parabola pro præfenti instituto notari possunt, quæ expendenda lectori omitto. Vt ad Gregorium redeam, qui ibidem ad rem nostram deflectit, verba quæ relatis sanctus Iob inuitit. *Soluat manum suam, & succidat me.* Exponenda sumpta metaphora ab eis qui ligna succidunt, qui vi magna brachia tollunt, & securim ad radicem arboris adigunt qua iusta tandem arbor decidit. Eadem prorsus ratione cum peccatorum sylvam in nobis Deus demoliri decernit laborum, & ærumnarum ictibus rem nullo, aut facili negotio conficit. Audi Gregorium. *Recte autem subdit, & succidat me, cum enim securos nos, ac de virtutis affluentia elatos, repentinus, vel flagelli dolor, vel infirmitatis tentatio percutit, protinus ab status sui vertice mentis nostræ elatio successa cadit. Hinc est, quod sancti viri cum de occulta erga se dispositione suspecti sunt, plus prospera ipsa pertimescunt, tentari appetunt, flagellari concupiscunt, quatenus incautam mentem metus, & dolor erudiat. Hinc Psalmista ait. Proba me Domine, & tenta me. Hinc iterum: ego ad flagella paratus sum. Vnde, & adhuc subiungit: & hæc mihi sit consolatio, quod affligens me dolore non parcat. Electi quique cum perpetrasse se illicita nouerunt, sed perferentes conspiciunt, quia nulla pro eis aduersa perpeffi sunt immensa formidinis terrore tabescunt, sinistris agitati suspicionibus laborant, ne in æternum se gratia deserat, quos in præfenti vita retributio nulla castigat.*

Iob 7. 1. *Militia est vita hominis super terram & sicut mercenarij dies eius.* Sumptam de mercenario similitudinem pro nobis expendit Gregorius lib. 8. Moral. cap. 7. sicut enim mercenarius magnum sibi beneficium collatum putat ab eo qui eius operam locat, & ad laborem conducit, ad cuius mensuram, & præmium futurum certissime sperat: ita & nos ærumnas, & labores non modo non timeamus, non detrectemus, sed expectemus tanquam magnum beneficium nobis pariturum. Audi loquentem Gregorium, *Sic sciendum quoque est, quod mercenarius*

solicite curat inspicere, ne umquam dies vacuus labatur ab opere, & expectatus finis temporis, ne inanis veniat, ad remunerationem, quod si decursus præfentis temporis pensat, dies cum operibus numerat, ne a labore vacua transeant vita momenta formidat.

Iob 9. 30. *Si lotus fuero, quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissime manus meæ.* Ad rem propositam hanc sententiam deflectit Gregor. lib. 9. Moral. cap. 28. leni admodum expositione. Aquis niuis lauari est, aquis mundissimis, & pellucidis se ablueri, quod subsequens hemistichium exponit: *Et fulserint velut mundissime manus meæ.* Labores aquæ sunt, quæ ex niue emanant, his ergo abluatur qui immissa mala patienter tolerat, his lotus nitet, & fulget: Qui vero non æquo animo immisos labores fert turbidis, cænosis, & fuliginosis aquis abluatur. Sicut ergo ille qui putrida, & cænosa aqua se conspergit non modo non euadit purior, & nitidior, sed seipsum deturpat, & limo fædat: non aliter ille, qui impatienter ærumnas fert non modo contractas sordes non eruit, sed multo maiores ex impatientia contrahit: veluti si quis cæno, & fæcibus se oblinat risui, & cachino patet. forte hoc inuuit David Psalm. 50. *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealabor.* Hoc est pellucido imbre immisso purum reddes instar niuis. Si quis autem quærat, quanam sit hæc aqua, à qua Propheta purus redditur, audiat: *Cor contritum & humiliatum Deus non despicias.* Id est, immentos labores, qui cor contriuerunt æquo animo tuli. Audi Gregorium: *Aquis enim niuis à culpa se lauerat, qui confidenter dicebat: Cor contritum, & humiliatum Deus non despicias. Qui enim lamentis affliguntur, sed murmurando rebelles sunt, mentem quidem coterunt, sed humiliari contemunt.*

Iob 10. 16. *Et propter superbiam, quasi leonem capies me: reuersusque mirabiliter me crucias.* Expende verbum illud mirabiliter. Quidam penaler cruciantur, alij vero mirabiliter. Penaler cruciantur, qui quæ patiuntur, iniquo animo portant: mirabiliter vero, qui in his, quas patiuntur, ærumnis aliquod occultum inesse mysterium, prospiciunt. Vnde labores subterfugere non curant, sed tanquam à Deo ob mysterium aliquod immisos, venerantur, suspiciunt, adorant. Ergo Iob mirabiliter se cruciari canit. Mala, quæ patiebatur Deo referebat, & quasi diuinum, & arcanum miraculum adorabat. Et nos hunc virum imitemur, nec mala quæ patimur casu, & fortuna illata credamus, sed diuinum continere mysterium. Hunc sensum tradit Gregorius lib. 9. Moralium, cap. 42. *Reuersus mirabiliter me crucias, ac si aperte dicat, relinquendo me nunquam afficis, quia insensibilem reddis: sed cum reuerteris, crucias, quia dum te insimias mihi, me quam sim lugendus demonstras: vnde nequaquam se penaler, sed mirabiliter asserit cruciari, quia dum per fletum mens ad summa rapitur, compunctionis suæ penam gaudens miratur: & libet affici, quia afflictione sua se conspicit ad alta subleuari.*

Iob 13. 26. *Scribis enim contra me amaritudines.* Causam ob quam Deus non dicatur loqui amaritudines, sed scribere, assignat Gregor. lib. 11. Moralium cap. 24. his verbis: *Quia omne quod loquimur transit: quod vero scribimus manet; Deus: non loqui, sed scribere amaritudines dicitur, cum diu apud nos eius flagella perdurant.* Hæc ille, ac si dicat: vocis sonus semel prolatus statim euavidus redditur, & disparet; quæ autem litteris mandamus diu impressa perdurant, ergo Deus non loquitur, sed scribit mala, quæ hominibus immittit; quia non cito vult elabi, sed diutius persistere. Ergo docet, vt non statim excutias, sed diutius perseverantia amplectaris, & ames.

18.

Psal. 50. 9.

Greg.

19.

Gregor.

20.

Iob 13. 26.

Matt. 12. 43.

Gregor.

17. Iob 7. 1.

Gregor.

21.

Iob 33. 12. *Respondebo tibi, quod maior sit Deus homine.* Longo vsus exordio Eliu, quo attentos auditores reddidit, quasi rem magnam, prorsus difficilem, & nulli cognitam dicturus, tandem in hanc sententiam deflectit: *Respondebo tibi quod maior sit Deus homine.* Quo nihil magis tritum, nihil notum magis. Quis enim nisi plane amens, aut stolidus ignoret Deum homine esse maiorem? Verum si fides Gregorio lib. 23. moral. cap. 18. nihil magis ad rem aptum dicere potuit. Cum enim Eliu persuasum sibi haberet Iobum impatienter ferre immissa à Deo sibi mala, quasi indigne, & sine causa in innocentem hominem, & pium Deus mala iacularetur, his verbis sanctum virum ad patientiam armat, *respondebo tibi quod maior sit Deus homine.* Id est, ærummas, in quas te Deus immisit æquo animo sustine, reuerere Deum, & eius numen suspice, & abdita, & arcana mysteria ertere non præsumas; sed venerare. Ergo tu, qui laboribus vrgeris, Dei facta, & consilia ne discutias, sed obuiis manibus suscipe quod Deus immiserit. In quem sensum infert Gregorius verba Psalmi 38. *Obmutui, & non aperui os meum.* Id est, multis ærumnis attritus nihil asperum, nihil durum sum eloquutus. Rationem subdit regius vates: *Quia tu fecisti.* Scilicet tu, ó, Deus nobis hæc mala facis, quæ patimur: tu, inquam qui hominem ardenter amas, qui conspicias omnia, qui quod nobis sit vtile, & conueniens optime nosti, hæc inquam ratio me cogit, vt quidquid immiseris nullo delectu amplectar, suspiciam, carum habeam.

Psalm 38. 10.

Gregor.

Respondebo tibi (ait Gregor.) quod maior sit Deus homine, vt flagellatus homo considerans, quia illo maior est Deus in omni, quod patitur eius iudicio se postponat, cui se minore esse non dubitat. Et quod à meliore patitur iustum credat, etiamsi eiusdem iustitiae causas ignoret. Quisquis etiam pro peccato percutitur, nisi murmurando reniratur, eo ipso iam iustus esse inchoat, qui ferientis iustitiam non accusat. Homo namque sub Deo est conditus, & ad conditionis ordinem redit, quia sibi equitatem iudicis sui, etiam quam non intelligit, ante ponit. Bene ergo dicitur, quia maior sit Deus homine, vt considerata potentia creatoris deferuat tumor mentis, per memoriam conditionis. Vnde David Propheta, cum percussione ponderis in excessum vocis erumpere cogeretur ad considerationem conditionis suæ se colligens, ait: obmutui, & non aperui os meum quia tu fecisti: Pensauit enim conditionis suæ ordinem, & iustitiam percussione inuenit, quia qui benigne eum, qui non erat condidit, eum profecto, qui erat, non nisi iuste percussit.

22.

Iob 38. 17. his verbis Deus de Iobi sapientia periculum facit, *numquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis Abyssis deambulasti? Numquid aperte sunt tibi porta mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* His verbis Deus laborum immanitatem adumbravit. Subdit autem, *Numquid considerasti latitudinem terræ? indica mihi si nosti omnia,* id est, expositore Gregorio lib. 29. moralium cap. 8. Numquid quanta animi latitudine, quanta mentis tolerantia, quanta patientia à me immissa mala iusti tolerant? Audi Gregorij verba. *Numquid considerasti latitudinem terræ. Ac si dicat, vt ego, qui flagellis cinctam, occultam ipsorum latitudinem solus plane considero, qui solus misericorditer firmo. Vel certe Beatus Iob vtrum terra latitudinem considerauerit inquiratur, vt exemplo aliena latitudinis humilietur. Ac si aperte diceretur, eos, quos innumera mala presentis vitæ nequeunt angustare, considera; & de statu cordis tui inter verbera gloriari cessa.* Et non inepta similitudine vtitur Gregorius, velut enim æquor saluginosus, & amaris aquis terram circuit, quam veluti angustare, & premere niti-

Gregor.

tur: nihilominus latitudines camporum immensas offert, quas animantia incolunt, & ex quibus ad vitam necessaria capiunt: non aliter anima iusti multis cincta difficultatibus eximiam offert intercapedinem. Ac veluti terra mari circumacta multas vtilitates offert.

Multis rationibus vrgebat aduersarios suos Christus Dominus, illi ira perciti lapides rapiunt, vt ipsum feriant Ioannis 8. *Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.* Pugnauerat Christus pro tuenda diuinitate sua, & statim aufugit, quod pusillanimitatem redolet. Sarius videbatur si in inimicos fulgura immisisset, si miracula alia edidisset, quibus de inimicis vindictam sumeret, & latentis diuinitatis argumenta daret. Verum Gregorius homil. 18. in Euangel. arreptam à Christo Domino fugam etiam ad ostensionem diuinitatis refert; nam mala patienter sustinere iudicium est non leue omnipotentiae. Pro huius rei confirmatione adducit illud ex eodem Ioanne capite 18. *Processit, & dixit eis quem queritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, ego sum. Stabat autem, & Iudas qui tradebat eum cum ipsis, vt ergo dixit eis: ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Mirum sane quod vox adeo mitis, suavis, & dulcis, qua se querentibus ad necem offerebat fulminis instar inimicos ad terram adegerit. Si eos maledictionibus impeteret, diris verbis vrgeret, non tam mirandum cuiquam videretur. Verum eius quod diximus memoriam recole, & admirationem omnem discutiet, etenim voces, quibus illata mala patienter sustinere significamus, & immisis laboribus obuiam ire, magis omnipotentiam ostentant, vires addunt, de inimicis triumphum reportant Iesus autem (ait Gregorius) *abscondit se, & exiit de templo.* Mirum valde est fratres carissimi cur persecutores suos Dominus se abscondendo declinauerit, qui si diuinitatis suæ omnipotentiam exercere voluisset tacito nutu mentis, etiam in suis eos ictibus ligaret, aut in pœnam subita mortis obrueret, sed qui pati venerat exercere iudicium nolebat. Certe sub ipso passionis tempore, & quantum poterat, ostendit. Et tamen hoc, ad quod venerat, pertulit. Nam cum persecutoribus suis, se querentibus diceret: ego sum, sola hac voce eorum superbiam percussit, & omnes in terram strauit.

23.

Ioan. 8.

Ioan. 18.

Gregor.

VERS. 4

Omne quod tibi applicitum fuerit accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe.

Quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines autem receptibiles in camino humiliationis.

VERS. 1

Omne quod tibi applicitum fuerit accipe. Quodcumque malum, quæcumque tribulatio immissa fuerit tibi à Deo accipienda est libenter, & sufferenda. *Et in dolore sustine.* Et cum in dolore sis constitutus patienter ipsum dolorem, quo premeris, tolera. *Et in humilitate tua patientiam habe.* Et cum à felici statu vel à gradu supremo deturberis, patiens esto. *Quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.* Quasi dicat; nam igni auri argentique perfectio expenditur, & homines qui Deo accepti sunt, laboribus & tribulationibus immisis probantur.

1.

Græca sic. *Omne quod inductum fuerit tibi, suscipe libenter: & in commutatione humiliationis tuæ longanimitas*

2.

nimis

nimis esto. Alij verò ex Græco paulo aliter: *quidquid inuaserit te, libens excipe: & in qua deprimeris vicissitudine, fortem te prabeas.* Quoniam, *ut aurum igni probatur, ita homines commendabiles in fornace afflictionis.* Ergo si Græca exemplaria sequamur sensum possunt habere non incongruum, hac ratione: lubens accipe quidquid tibi ærumnarum à Deo immittitur. Quod si feceris. *In commutatione tua.* Id est, nil dubites futurum vt Deus dexter tibi adsit.

3. *Omne quod tibi applicitum fuerit accipe.* Hanc sententiam latius quidam accipiūt. *Omne quod tibi, &c.* Id est, quidquid tibi immisissum fuerit calitus siue prosperum illud sit siue aduersum æquo animo tolera. Qui exponendi modus aptum sensum, efficere potest hac ratione, si cum tibi felicitatem mandat Deus gaudes, & tripudias: quare etiam non patienter fers, cum difficilia, & graua immittit, si quidem non minori tui bono, aut minus amico animo Deus nubila adducit tempora, quam felicia. Hac ratione se Iobus adigebat ad tolerantiam. *Si bona suscepimus de manu Domini: mala autem quare non sustineamus?* Nihilominus ego tantum de laboribus immisissis agi existimo, nam verbum Græcum *ἐπιπέσει* quod hic habetur noster vulgatus ad laborem tantummodo refert. Et inde tracta est dictio, quam ipse sapius obductionem vertit.

4. *Accipe.* Aliqui non modo patienter, sed lubenter. Ego verò absolutè pro capere positum existimo.

5. *Et in dolore sustine.* Hæc pars Græcis non est. Aliqui ad Deum referunt. Expecta Deum, qui te à tribulatione ereptum in summa felicitate locabit. Ego autem *sustine:* expecta in ærumna, donec eruaris. Quod supra dixerat, *ne festines.* Lyra verbum, *& in dolore,* ad corporis mala quæ dolorem inferunt, refert. Quia hæc peculiariter angunt hominem. Ast ego de quacumque ærumna, & labore accipio.

6. *Et in humilitate tua patientiam habe.* Aliqui ad supremum gradum referunt: & cum de dignitate in qua constitutus fueras, deturberis, patientiam habe. Ego verò magis communiter de quocumque felici statu, & fortuna prospera accipio, & tolera patienter, quando succedente afflictione status prioris felicitas commutatur. Oportuit autem monere homines peculiariter de hoc infelicitatis genere: nam in ærumnam deiici, post felicitatem nouum genus est afflictionis. Qui enim felicitatem neque oculis hauserunt, non adeo ægrè ferunt humilem fortunam. Lyra ad solam corporis deiectionem refert nomē in *humilitate,* sed minus bene, significat enim quacumque aduersa, quæ felicitati succedunt. Paulus de Palacio ad solam contumeliam, cum honorem propter iniecta probra amittit, sed immerito, & nullo fundamento.

7. *Quoniam in igne probatur aurum.* Frequens est hæc similitudo in sacris libris infrà cap. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Sapientie 3. *Tamquam aurum in fornace probauit illos.* Augustinus. *Quod flagellum grano, & quod fornax auro, & lima ferro, hoc homini tribulatio iusto.* Et apta satis vtitur similitudine, vt exponat quam ratione homines pij in afflictionibus suam fidem & pietatem ostendant. Sicut ignis auri puritatem argentique bonitatem declarat, ita immisissæ mala pietatem hominis ostentant. Nec enim ita illustres fuissent sanctus Iob, & Tobias nisi in aduersis fuissent probati. Argentum non est in Græcis, sed tantum aurum.

8. *Probat.* Scilicet quale sit, vel probatur, id est,

melioratur, liceat dicere: purius, pretiosiusque redditur.

9. *Homines verò receptibiles, Græci, & nonnulli Latini acceptabiles,* hoc est, qui à Deo feligendi sunt, accipiendi: melius, qui grati ei existunt. Eadem phrasi Sap. 3. *Tamquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos,* id est, laboribus examinati grati Deo extiterunt velut gratum solet esse sacrificium Deo. Alij verò pro receptibiles habent, *commendabiles.* Nihil enim hominem ita commendat, clarumque reddit, ac patientia. Neque nos igne probamus nisi metalla pretiosa, & vtilia. Alia vasa consumit ignis, alia probat.

10. Hugo Cardinalis. *Accipe, id est, ad te cape cum gratiarum actione, quia si est aduersitas medicamentum est: si prosperitas beneficium. Et ita pro vtroque debes gratias agere.*

11. Paulus de Palacio. *Omne quod applicitum tibi fuerit accipe.* Quid enim tibi potest manus amantis, & sapientis imponere, quod non tibi conueniat. Pater tibi Deus est, sapiens est, bonus est. Cur tibi dabit, nisi ea, quæ è re tua sint, & planè tolerandum tibi est volenti nolenti, quæ ille immiserit, lubens ergo patere, quod passurus es inuitus.

VERS. 6. *Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce.*

1. Hæc cum superioribus hac ratione annecto. Monuerat author ad patientiam, nunc ait quibus modis hanc virtutem adipiscamur, nempe fide, spe, & timore, fide, *Crede Deo, spe, & spera in eum.* timore, *serua timorem illius.* Nam si quis fide æterna gaudia, timore inferna supplicia, spe auxilium à Deo tantum contempletur, facile in aduersis patiens erit. *Crede Deo.* Id est, fidem habe Deo, promittenti tibi à malis liberationem. *Et recuperabit te,* id est, hoc si feceris iuxta promissionem suam te in pristinam felicitatem reuocabit. *Et dirige viam tuam* rectam fac: da operam, vt sanctè viuas. *Et serua timorem illius, id est, ne tribulatione actus vitiiis frana laxes.* *Et in illo veterasce,* id est, hunc Dei cultum, & pietatem ad vltimam vsque senectam conserua.

2. *Crede Deo, & recuperabit te.* Aliqui ex Græco, *confide Deo, vt opem ferat tibi.* Sed nostra maiorem vim habent.

3. *Crede* aliqui referunt ad omnia ea, quæ à Deo promissa sunt: ego verò tantum ad illa, quæ Deum liberatorem à malis promittunt, quæ passim obuia sunt in scripturis, vt Psalm. 9. *Adiuor in opportunitatibus, in tribulatione.* Et Psalm. 90. *Cum ipso sum in tribulatione.* Et sexcenta alia. *Crede Deo.* nonnulli, *crede te Deo, id est, eius fidei, prouidentia, gubernationi fiducialiter te committe, sed expositio non cohæret.* Hugo Cardinalis. *Crede Deo promittenti gaudia æterna. Melius promittenti liberationem à malis.*

4. *Recuperabit.* Græci, suscipiet, subueniet, defendet. Nos, in gradum pristinum restituet.

5. *Et dirige viam tuam.* Frequens in sacris scripturis sententia, id est, ne te in tribulatione prosterne, sed viam tuam perface, ad virtutem conare, & aspira. *Serua timorem illius, & in illo veterasce.* Hæc in Græcis codicibus non habentur. Quid enim vtilitatis habet arreptam virtutis viam statim deserere.

6. *Crede Deo, & recuperabit te.* Paulus de Palacio, quasi ex fide Deo obligatur ad subueniendum, frequentius in Euangelio. *Vade, & sicut credidisti fiat tibi.*

tibi. Serua timorem Dei: serua, inquit, illam piam erga Deum reuerentiam, illam filialem subiectionem, illam verecundam obedientiam. Recte enim dictum est de Christo, ac similiter de quouis homine pio. *Replebit eum spiritus timoris Domini.* Vel vt ex Hebræo codice nonnulli transferunt: odorari faciet in spiritu timoris Domini. Vt enim viri delicatuli suauolentiam longe spargunt, etiam illi qui Deum timent suauem odorem longè mittunt iuxta illud *Myrrha, & gutta, & casta à vestimentis tuis.* Ita enim Paulus *Christi bonus odor sumus.*

Psal. 44.

VERS. 7. Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius, & ne deflectatis ab illo ne cadatis.

1. Quasi dicat: qui timetis Deum expectate misericordiam eius: nec illum deserendum existimetis, ne in graue malorum barathrum præcipites vos deris, & pereatis.

2. *Misericordiam eius.* Qua promisit se præsto affuturum periclitantibus.

3. *Ne deflectatis.* Id est, etiam si aliquando moram trahat, ne ab ipso per pusillanimitatem, & diffidentiam excidatis.

4. *Ne cadatis.* Qui enim in aliquod vitium labitur subinde nonorum criminum fluctibus obruitur.

VERS. 8. Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra.

1. Quasi dicat: qui timetis Deum credite eum quæ promisit præstiturum: & hæc vestra fides pretio, opere non carebit. Ego locum non de habenda fide, quibuscumque Dei promissis, sed eis, quibus se affuturum pollicitus est, eis qui in laboribus, & calamitatibus versantur: his diuinis promissis certo præstare fidem, versus iubet, his, qui patiuntur.

2. *Euacuabit.* Non enim inane, sed plenum, sumpta metaphora à frugibus, quæ aliquando à vermibus, & tinea interius corroduntur, etiam si exterius integræ, & plenæ appareant. Plenum est præmium gloriæ, quod à Deo promittitur, quod verò ab hominibus datur planè euanidum. Vel pro præmio hic non beatitudinem, sed à malis liberationem intelligamus, quod ego magis ad mentem authoris accedere puto. Alij legunt. *Non euacuabitur merces vestra,* sed eodem planè sensu.

VERS. 9. Qui timetis Dominum sperate in illum: & in oblectatione veniet vobis misericordia.

1. Postquam superiori sententia egit de fide habenda Dei promissis, presenti versu agit de spe. *Qui timetis Dominum sperate in illo.* Qui Deum reueremini spem in eo collocare, & vobis misericordiam, cum maximè opus fuerit, & maximè vos oblectabit, præbebit. Hoc enim est quod dicit. *Et in oblectatione veniet vobis misericordia.* Tunc enim dulcius est à malis liberari, cum in maximis versamur periculis. Alij, tunc maximè gaudete, quando aduersa vos premunt, quia iuxta mensuram dolorum impertietur vobis Deus magnam misericordiam iuxta illud Christi Domini: gaudete, & exultate in illa die. *Ecce enim merces vestra copiosa est in cælo,* Et Psalm. 93. *Secundum multitudinem dolorum in corde meo: consolationes tue iustificauerunt animam meam.* Ergo ne in tribulatione deficias, vt tanto præmio non priueris.

Psal. 93.

2. In Græcis minori cum aculeo. *Qui timetis Do-*

minum sperate in bona, & in latitiam seculi, & misericordia, id est, cum in malis versemini, tunc in maiorem spem æternæ lætitiæ, & beatitudinis erigimini. Alij ex eodem Græco ita exponunt: *ô vos qui Deum reueremini ab illo sperate, & huius sæculi bona, & perpetuam felicitatem in futuro.* Vnde hac ratione transferunt. *Bona sperate quibus Dominus religioni est: latitiam quoque semper & benignitatem.*

Sperate in illum. Expendit Carthusianus verbum, in illum. Ac si dicat, sperate spe formata charitate, & cum sanctitate vitæ coniuncta: huic enim, & à malis liberatio, & æternum præmium promittitur. Pia sanè expositio: sed non satis ad rem.

Et in oblectatione veniet vobis misericordia. Hugo Cardinalis, id est, ipsa castigatio, & correptio à Deo vobis immissa misericordia, & gratia à vobis reputabitur: scilicet ex consideratione Dei infligentis, tum ex vtilitate, quæ vobis ex illa prouenit, sed non satis ad mentem authoris.

Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. VERS. 10.

Postquam de fide, & spe egerat, restat vt tandem de charitate sermonem inferat, vt trium Theologalium virtutum tractationem absoluat. Ergo qui Dominum reueremini *diligite illum,* id est, illum amate, etiam cum vos variis vrget malis, de his enim sermonem instituerat. *Et illuminabuntur corda vestra.* Ac tandem cum felicitas affulserit, gaudebitis abiecto marore.

In Græcis hæc sententia omnino non extat: & ad complementum tractationis trium Theologicalium virtutum à Latinis adiecta videtur.

Diligite illum. Scilicet etiam quando multis malis vos premit, ne sitis instar eorū, qui tunc Deum amant, cum omnia prospere euenerint, & eum auertantur, cum in difficultates inciderint. *Et illuminabuntur corda vestra.* Id est, lætabimini, gaudebitis. Sæpe enim illuminari, gaudere est. Fortè illuminabuntur significat, omnia prospere vobis euenerint. Sicut cum tempus nubilum aduersam fortunam, ita etiam sudum cælum prosperam designat, iuxta illud tritum Poëtæ.

Tempore felici multos numerabis amicos:

Tempora si fuerint nebula, solus eris,

Nec abhorret phrasi sacre scripturæ Esaïæ 58. *Oritur in tenebris lux tua: & tenebra tua erunt sicut meridies, & requiem tibi dabit Dominus semper: & implebit splendoribus animam tuam.* E contra verò Ecclesiastici 11. de impiis. Error, & tenebræ peccatoribus congregatæ sunt. Tandem alij, *illuminabuntur.* Id est, ignorantia tenebras depelletes, assuera scilicet scripturæ phrasi, iuxta quam illuminari docere est. Hic enim est effectus proprius amoris, scilicet intimos animi sensus pandere iuxta illud Christi Domini Ioannis 15. 15. *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo nora feci vobis.* Sed hic exponendi modus minus orationis filo cohæret.

Hugo Cardinalis, ecce quatuor genera timoris, scilicet timorem poenæ, qui est seruorum, ibi. metuentes Dominum sustinete misericordiam eius, & timorem separationis, qui est incipientium, ibi. Qui timetis Dominum credite illi. Et timorem offensæ, qui est proficientium, ibi. Qui timetis Dominum sperate in illum. Timorem reuerentiæ, qui est filiorum siue perfectorum, ibi. Qui timetis Dominum diligite illum.

Respicite

VERS. 11. Respicite filij nationes hominum : & scitote, quia nullus speravit in Domino, & confusus est.

1. Exempla probat Deo habendam fidem. Retro aspiciat, o, homines, prateritas hominum generationes, & conperietis neminem frustra Deo unquam inferuisse, iuxta illud Romanorum s. spes autem non confundit.

2. Respicite. De lectione scripturarum Lyra locum intelligit. Certe hos libros praeipue manibus terendos docet, ut pote sacros, & in quibus auita facta, & dicta contineantur: verum quid prohibet ad exterorum etiam historias & annales auditorem submittere? Graecè: Respicite in priscas generationes, & videte, quis speravit in Domino, & confusus est? Alij ex eodem Graeco in priscas retro respicite saecula & considerate quis Domino confusus est, & ignominiam tulit? Ignominiam reulit posuerunt hi pro eo quod est, pro voto res accidit. Ille enim qui petita non obtinet ignominiam referre videtur, iuxta illud Psal. 24. *Universi qui sustinent te non confundentur.*

3. Nationes hominum, ut patet ex Graeco ad prateritas generationes referendum. Si Latina tantum sequamur, posset ad diuersas hominum nationes nunc existentes referre, lustrare oculis uniuersas mundi plagas, varias gentes, & nationes, & videte si quisquam hominum spe in Deum cecidit. Nationes Dionysius Carthuf. facta hominum sed immerito: nam verbum nationes potius ad personas, quam ad facta referendum est.

4. Quia nullus speravit in Domino. Aliqui de spe quam in Deum homines collocant, locum intelligunt, quibus, & nos subscripsimus. Alij vero de oratione: nullus Deum orauit, & non exorauit. Aliqui ad liberationem a malis, de qua supra, orationem contrahunt. Quis unquam in aduersitatibus constitutus Deum orauit, nec voti compos euasit? Sed ego de inuocatione Dei ob quamcumque causam locum expono. Nullus prorsus quidquam a Deo speravit, vel petiit, qui non extorsit. Rabanus hic quoque tria dicit; neminem sperantem in Domino confusum esse: vel permanentem in mandatis derelictum: vel inuocantem despectum.

5. Confusus est. Id est, spe, quam in Deo collocavit cecidit, vel petita non obtinuit.

ETHOLOGIA XXX.

Peculiarem prouidentiam exercet Deus erga iustos.

1. IN primis Bernardus serm. 2. in Psal. Qui habitat, hanc peculiarem Dei prouidentiam deducit ex illis verbis eiusdem Psalmi. *Dicit Domino susceptor meus es tu.* Vtramque dictionem pro nobis expendit, *susceptor.* Haec vox tantummodo dicta est de iustis, susceptor. Alij omnes Deum appellant Dominum, creatorem, Deum: At solus iustus dicere potest susceptor. Quia peculiarem curam de eo agit Deus peculiariter ei prospicit. Ergo solus ille est, qui habitat in adiutorio Altissimi. Addit pronomem *meus; susceptor meus.* Sum tantummodo iusti susceptorem Deum appellare possunt. Quasi omnium aliarum rerum cura abiecta id vnum agat Deus, scilicet ut iustis prouideat, & eis prospiciat. Hoc vnum Dei negotium est, hoc vnum opus, scilicet ut de iustis curam gerat. Deus neque multitudinem negotiorum distrahitur, neque ita vni rei inten-

tus est ut aliarum contemnat curam: verum ut peculiariter affici erga iustos ostendat David, susceptorem meum appellat, quasi omnibus aliis rebus ommissis curam erga iustos inuigilet. Audi Bernardum loquentem. *Impulsus euersus sum, ut caderem, ait Propheta, sed nihil profecit, qui impulit me, quoniam Deus suscepit me. Sic ergo dicit fidelis anima Domino, susceptor meus es tu. Possunt omnia dicere, creator meus es tu: possunt & alia dicere, Pastor meus es tu. At vero susceptor meus es tu, istud dicere potest, qui habitat in adiutorio Altissimi. Vnde addidit: & Deus meus. Cur non Deus noster? Quia in creatione, in redemptione, ceterisque omnibus beneficijs, est Deus omnium: sed in tentationibus suis tanquam proprium habent singuli electorum. Sic enim paratus est suscipere cadentem, & eripere fugientem, ut videri posset relictis omnibus alijs ei solum operam dare. Propterea expedit omni anima Deum semper attendere, tanquam proprium, non modo adiutorem: sed etiam inspectorem. Quomodo enim negligens fieri poterit, qui inuentem se Deum nunquam desinit intueri.*

2. Psal. 68. *Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt: & super dolorem vulnere meorum addiderunt.* 70. Et *super dolorem vulnere tuorum addiderunt.* Vulnere quae Deus iustis hominibus infligit, vulnera propria vocat, quia non aliter dolet Deus, cum iustus malum patitur, quam si ipse pateretur, non aliter medetur, non aliter alligat, non aliter curat, quapropter potius Dei vulnera, quam hominis appellantur a Dauide.

3. Meus Ecclesiasticus cum seriem virorum illustrium scribit de Noë ait cap. 44. *Noë inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiae factus est reconciliatio, ideo dimissum est reliquum terra, cum factum est diluuium. Graecae facta sunt reliquia terra.* Itaque iustus est, veluti reliquia terra. Liceat similitudinem trahere a religiosa consuetudine. Sanctorum exuias asseruare solemus, & eas contra ingruentes tempestates obicere, & per eas numen placare. In hunc modum terra viros pios, qui in ea degunt, asseruat, eosque irae diuinae opponit facileque per eos placatur numen.

4. Psalmo 82. 4. *Et cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Chaldaeus: Et cogitauerunt aduersus abscondita in thesauris tuis.* Iustos, & pios viros appellat diuitias, & gazas repositas in thesauris. Ut enim qui auaritia laborat, pretiosa quaeque vndique corrosa multa cura, & vigilantia custodit, nihil aliud, quam de illis cogitat, hoc animum occupat. Sic nimirum Deus nihil aliud videtur cogitare, nihil aliud mente volueret, quam iustos, horum curam, & custodiae semper inuigilat.

5. Apocalipsis 3. *Sed habes pauca nomina in Sardis.* Id est, paucos iustos, vocantur autem vsitata scripturae phrasi iusti, nomina, id est, homines non vulgares, non gregarij, sed illustres, & magni nominis. Impij quacumque ingenita, vel ascititia nobilitate fulgeant sine nomine sunt coram Deo: iusti autem, etiam si humili loco nati nominis claritate praesulgent.

6. Apocalip. 5. Appellatur Christus Dominus radix David. Cum Christus Dominus originem trahat a Dauide magis ad rem videretur quod David radix Christi diceretur, quam e contra. Quare ergo Christus radix David, dictus Bernardus serm. 1. Paschae quaesito respondet, ideo Christum Dominum Davidicè radicem dictum, quasi Patrem Davidis. Gerit enim iustorum paternam curam, vnde cum Christus Dominus ab impijs etiam hominibus genus ducat, non tamen illorum radix dicitur, sed vnus sanctissimi viri Davidis. Quia etsi, prouidentia ge-

neralis Dei nullum hominem excludat, nihilominus cura peculiaris, pios tantummodo viros amplectitur. Audi Bernardum serm. 1. Paschæ. *Radix David, non David radix eius, quia porrat, & non poratur.*

Bernard.

7.
Genes. 12. 1.

Hunc sensum habent verba Domini ad Abraham Genes. 12. *Dixit autem Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi: faciámque te in gentem magnam. Quæ vltima verba hunc sensum habent: id est, plures te faciam, plures te æstimabo, si mandata mea perfeceris, quam magnam gentis multitudinem. Ne tamen ex proprio cerebro conficta expositio videatur eam ex Philone adstruamus lib. de migratione Abrahæ. Quæ etiam ibidem fulcit loco, quem ipse aliter legit à nostro vulgato: scilicet non eris socius multorum in malitia. Ergo uterque locus iuxta Philonis expositionem significat Dei calculo præferri vnicum tantum iustum innumeræ hominum multitudini. Et apud homines (ait Philo) quidem iniusta multitudo plus quam vnus iustus æstimatur. Apud Deum vero bonitas rara præfertur iniustis innumeris. Ideo denunciat ne quis vnquam faueat multitudini. Non eris, inquit, socius multorum in malitia. Quid si paucorum, imo ne vnus quidem mali. Hæc Philo, id est, mei exemplo, qui res, æqua lance libro plures facias vnicum iustum, quã quam malorum hominum effusam cateruam, vt enim aurifex, vel qui pretiosorum lapidum nouit pretia æstimare, plures facit lapillum aliquem pretiosum, vel exiguam massam auri ingenti lapidum aceruo, vel ferri, magnam multitudinem, non aliter Deus, & quicumque rerum iustam æstimationem sequitur, plures vnum iustum, quam mandram peccatorum facit.*

8.
Genes. 22. 18.

Genes. 22. 18. his verbis Deus vtitur ad Abraham. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes, quia obedisti voci meæ. Quæ verba etsi ad Abraham peculiariter dicta, possunt ad quemcumque iustum aptari. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Id est, ob gratiam iusti multis bonis reliquos Deus cumulabit. In quem sensum exposuit hæc verba Philo Iudæus lib. de migratione Abrahæ. Et hoc quidem in Moyse notat factum idem author, cuius gratia Deus sæpe aliis indulsit, innumeræque beneficia in illos contulit. Nam reuera (ait Philo) fulcrum generis humani iustus est, lucis dotes communicans, & in publicum usum conferens. Idem quidquid apud se metipsum non inuenerit à Deo solo ditissimo postulat. At ille aperto caelesti promptuario nihil, imbrisque in motem bona distulit affatim, vt inde omnes terrena lacuna stagent. Hæc autem supplicatione sui verbi per motus largiri solet, dicitur enim alibi Mose supplicante: Propitius ei sum iuxta preces tuas. Quod videtur perinde ac si diceret: benedicentur in te omnes tribus terre. Hæc Philo. Qui merito vocat iustum fulcrum reipublicæ, vt enim decedentes parietes fulcris sustentamus, ne ruant, non aliter reipublica malorum pondere ruens iusti alicuius patrocínio fulcitur.*

Philo.

9.
Genes. 6. 8.

Genes. 6. 8. Noë vero inuenit gratiam coram Deo. Totius orbis stimulatus sceleribus Deus decreuit funditus euertere, aquisque diluuij obruere. Verum Noë virum iustum obseruauit inter ingruentes imbres, quo iacentem mundum erigeret. Non impiorum quemquam, sed piissimum virum secernit, vt ex ipso iterum hominum genus pullulet. Scilicet si fides Philoni lib. de migratione Abrahæ. Hunc iustum eligit virum, vt Deus ipse quodammodo seipsum, vel renitentem adigat, vt orbi prospiciat, ipsique consulat. Nequaquam enim deferere Deus potest curam

iusti, quem mirum in modum adamat. Ergo vt renascentis mundi furculo nihil desit; quo mirum in modum germinare possit, totumque orbem opplere, iustum, piúmque Noë fecerit. Oremus igitur (ait Philo) vt ceu columna in domo, mens in anima, in humano vero genere homo iustus permaneat ad calamitatum remedium; nam hoc incolumi de publica salute desperandum non est, per quem opinor seruator Deus presentissimam medicinam propriam suam potentiam supplicibus cultoribus suis porrigit vtendam ad salutem agrotantium, qua obliuantur animæ vulnera inflicta per ignorantiam, iniustitiam, & plurimorum aliorum vitiorum aciem. Exemplum extat in Noë iusto, qui ingenti diluuiio deuoratis tot partibus anima fortiter supernatans fluctibus euasit omni clade superior, & seruatus amplas, pulcrasque radices ex se emisit, ex quibus tanquam ex planta enatum est genus sapiens, quod mires partus germinans triplicem Israëliticum fructum attulit, mensuras enim, Abraham, Isaac, & Iacob.

Philo.

Genes. 27. 24. Ascendit autem ex illo loco in Bersabe, vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicens. Ego sum Deus Abraham Patris tui, noli timere. Quia ego tecum sum. Dormienti Isaacho apparet Dominus, & languentem animum refecit, vires addit, verbis, quæ præmisi. Euigilans Isaachus difficile circumstantes inimicos effugere posset: cui vero, vel dormienti, iubet Deus, & inimicorum metum deponere: scilicet tanta cura, & prouidentia Deus, erga pios vtitur, vt vel in vtrâque aurem dormientes securi omnino sint à periculo, metumque omnino ponere possint. Hoc ex Philone notauerim lib. de insomniis. Ergo postquam dixit: ego sum Dominus Deus Abraham, & Deus Isaac, subiungit: noli timere, & merito. Quomodo enim post hæc timere possumus cum habeamus te pro clypeo depellente animis metum, & affectus aliquos, quem exemplar institutionis nostræ formam proposuisti in propatulo bene doctum Abraham, & bene natum Isaach. Illud etiam notare possumus ex illis verbis Philonis non solum meminisse Deum Isaachi tunc viuientis, verum, & Patris sui Abrahami iam vita functi. Tanta enim cura Deus agit erga iustos, vt non solum multa beneuolentia viuos prosequatur, sed, & mortuorum meminerit, eosque in medium adducat, vt viuentibus beneficiat.

10.
Genes. 27. 24.

Philo.

Sæpius Deus promisit Abrahamo, & Isaacho daturum se eis terram promissam, & regionem illam, quam ceu peregrini incolebant, nempe Genes. 15. 7. Et sæpe alibi. Nempe iusti, & pij viti quamcumque regionem peragrent in suam redigunt potestatem. Similem sensum habent verba Deuter. 11. 24. Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. A deo enim potens est, apud Deum iustus, vt id omne quod pedibus iustus terit, hoc ei Deus elargiatur. Hunc sensum assertit vtrique sententiæ lib. de somniis Philo his verbis. Quapropter etiam terram virtutem, inquam, fertilissimam, in qua dormit meditator quiescens: eo quod sensibus dormiat, anima vero vigilet, daturum se ei pollicetur pacata ipsius quiete delectatus, ad quam non sine bello, bellicisque laboribus perueniat non armatus, aut homines timens, absit, sed aduersarios virtutis affectus debellans, & prosternens phalanges vitiorum. Hæc Philo. Itaque multis ante annis, quam Hebræi caperent Palæstinam vi, & armis instructi sub Iosue, Deus eandem regionem promiserat eorum generis authoribus Abrahamo, Isaacho, & Israël, qui in illa regione, tanquam peregrini inermes debebant. Vt capturi regionem illam Israëlita non suis armis, & viribus adcriberent, sed sanctorum Patrum meritis, & curæ, quam erga eos etiam vita functos Deus gerebat.

11.

Deut. 11.

Philo.

12. Nostrum institutum probat multis Philo Iudæus lib. 1. de vita Moſis. In primis exemplo ipſius Moſis, cui Deus conceſſit imperium in omnes ferè creaturas: atque ita pro nutu ſuo omnia ferè moderatus eſt, earum leges, vel irritas, vel ratas habens pro arbitratu ſuo. Inſuper probat trito Adagione, quem à Græcis Latini mutuati ſunt, ſcilicet. *Amicorum omnia ſunt communia.* Nequit amicitia ſtare, ſed ius rerum ſuarum etiam in eum, quem adamas, tranſfert. Vnde pulchrè epigrammiſta amicum carpit, qui cum multis facultatibus abundaret, indigenti, Martiali, nihil omnino concederet. Vnde cum aculeo epigramma claudit, & amicum pungit.

Ex opibus tantis veteri, fidè que ſodali

Das nihil, & dicis, candidè, cina Philon.

Ergo amicus ſi ſuæ erga amicum benevolentia ſigna edere cupit, rem familiarem liberaliter largiatur. Philonis verba infero de Moſe loquentis. *Quamobrem ſingula elementa obedièrant, ut Domino, ad iuſſum eius ſuis vres mutuantiã, nec mirum quandoquidem iuxta prouerbiũ, amicorum omnia ſunt communia; amicus autem Dei Propheta dicitur.*

13. Non modo Deus panem ſuauiſſimum poſcenti populo largitus eſt, verum etiam, & coturnices immiſit, ut non modo panis non deeſſet verum & obſoniis abundarent Hebræi. Non modo neceſſaria iuſtis non deſiunt, verum neque illa, quæ oblectamentum aliquod afferre poſſunt. Hoc ex Philone notauerim lib. 1. de vita Moſis. His verbis ſuam ſententiam promittit. *Uſus vero erat huiusmodi, prima luce collectum molebant, aut terebant, deinde elixo quaſi placentiſ vefebantur ſuauiſſime abſque piſtoris opera: imo neque delicatioribus quidem cibus diu caruerunt, quales habentur in regionibus habitatis, atque felicibus, Deo proferente ſuas opes in ſolitudo, veſpèriniſ horis coturnicum nubes aduolabat, à mari tota caſtra inumbrans, terra tam propinqua, ut facile præberet aucupium hæſ capiendo, coquendoque ut cuique libebat, fruebantur carnis optimis, ne deſiderarent obſonia.* Hæc Philo. Imò vero tam in Manna, quam in coturnicibus ſuæ prouidentia erga iuſtos ſpecimen dedit, ſcilicet cum populus panem tantummodo peteret, ipſe Manna illis conceſſit, qui omnium ciborum, & obſoniorum ſaporem continebat, quia iuſtis non hæc aut illa bona elargitur, ſed omnia præbet, nulla non donat, cuncta concedit. Inſuper cum petiſſet populus carnes, non bubalinam, aut bouinam, aut veruecinam, obtulit, ſed delicatiſſimas, & quæ pro delictis menſis expetuntur, nempe coturnices, aut perdices: eaſque in tanta abundantia, ut pluuiam cæleſtem merito referant.

14. Querit Philo cauſam ob quam præbens Deus hominibus legem ſingulari verbo uſus ſit, nempe non machaberis, non furaberis, cum enim lata lex ad vnum omnes in ſui obſeruationem conſtringat, quare Deus vnum tantum hominem alloquitur? Ideo vnum hominem tantum alloquitur (ait Philo) ut quanti faciat iuſtos ex his verbis facile hauriri poſſit & quanta cura erga iuſtos Deus pungat. Nam quantumcumque vnus tantum aliquis legem eſſet obſeruaturus, eodem tamen modo Deus legem ferret, promiſſis ad impletionem excitaret. In cuius rei confirmationem adducit Philo id quod Deus ſæpius repetit: Ego ſum Deus Abraham patris tui, loquens ad Iſaachum, & ad Abraham verba faciens. Ego ſum Deus tuus. Et ad Moſem. Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. Quid eſt, quod rerum omnium Dominus, & qui omnes homines in ſua habet poteſtate vnus tantum viri, vel

paucorum ſe Deum profitetur? Scilicet, tanti hominem iuſtum facit, ut vnum ex his vniuerſo orbi præferat. Loquentem audi Philonem lib. de Decalogo. *Querat, & aliud aliquis non immerito, cur in conditione tam multorum millium, quodcumque oraculum vnum appellat, non plures: non machaberis, non occides, non furaberis, & ad eundem modum cetera? Reſpondendum eſt igitur ideo placuiſſe hanc formulam, ut lectores ſacra ſcriptura diſcerent, quiddam valde pulchrum, & neceſſarium: videlicet vnumquemque tantisper dum Deo paret, ac legibus honore æqualem frequentiſſimo populo, vel potius gentibus omnibus, addo etiam mundo vniuerſo: quoniam alicubi quidem virum iuſtum laudans, inquit, Ego ſum Dominus Deus tuus, ipſe autem erat Deus totius mundi.*

Psalm. 32. 18. *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum: & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Ac ſi dicat. Deus benigne reſpicit eos, qui reſpiciunt in eum, hoc eſt, curam peculiarem exercet erga eos, qui pietate erga eum vtuntur. Hoc modo exponit Baſilius ibid. *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum.* Et alibi dictum: *oculi Domini ſuper iuſtos: hic vero ſuper metuentes eum.* Quando nos ad Dominum reſpexerimus, inque ipſum oculi noſtri recta collincent: ut dicere poſſimus illud. *Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus, Dominorum ſuorum: ſic oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, videlicet ad noſtri curam, & conſiderationem oculum Domini trahimus, & in eos, qui ſperant in miſericordia eius.* Expende cum Baſilio ad rem præſentem verba Psalm. 122. *Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus Dominorum ſuorum, ſicut oculi ancille in manibus Domina ſue: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſcreatur noſtri.* id eſt, ſi nos intente Deum reſpexerimus, ipſius etiam contuitum ad nos allicimus: multaque cura erga nos aget.

Baſilius homil. 9. Querit cur Deus cum decuſiſſet aquas maris, & iter præbuiſſet Hebræis, reducens aquas oppreſſerit Pharaonem cum Ægyptiis? & inter alias cauſam reddit ad noſtrum inſtitutum ſatis aptam nimirum, quia Rex Ægyptius cum exercitu ſuo iuſtorum iter auſus eſt ingredi, id eſt, quia credidit fore, ut tanta prouidentia Deus vteretur erga Ægyptios illi inſenſos, ac erga Hebræos, quos in charis habebat. Summo ergo ſupplicio dignus eſt ille, qui eandem curam putat agere Deum erga impios, & pios. Quapropter iuſte meruit Pharao iratum ſibi Deum experiri. Adde, mitius Deum egiſſe cum Pharaone, & Ægyptiis, cum alia peccata puniret, ac quando diuiſum mare in gratiam iuſtorum, auſi ſunt ingredi, ſcilicet alia omnes plagæ non tantum crimen puniebant, quam iſta. Vnde cum in omnibus aliis ſuppliciiſ incolumes euafiſſent, at vero fluctibus obruti ad vnum omnes deſecti ſunt. *Quamobrem (ait Baſilius) quando iam ipſum Pharaonem conteri erat opus, ſapiens animarum noſtrarum Rector, uſque adeo illum ſuſtinuit, ut clarum, celebrequè omnibus exemplum eſſet, & alijs vitis ob mala tolerata, quando ipſe ob nimiam malitiam inſanabilis erat, redderetur, obduruit Deum longanimitate, ac pene dilatione ipſius intendens malum, ut ad extremum eius iniquitate ad ſummum gliſcente iuſtius ſuper eum Dei iudicium intenderetur.* Idcirco plagas modicè quidem ab initio inſtigens, ac paulatim adaugens eius duritiam minime flexit, quin reperit eum, & initio Dei contemptorem, & illatas poſt pœnas ex conſuetudine tolerantem: & nec ſic quidem morti illum tradidit, donec ſe ipſum præcipitem dedit. Dum cordis arrogantiã fretus iter iuſtorum auſus eſt ingredi. Exiſtimauit, quemadmodum populo Dei, ſic & ſibi mare rubrum permeabile fore.

Philo.

I 5.

Psalm. 32. 18.

Baſil.

Psalm. 122. 2.

16.

Baſilius.

17.
Pfal. 8.2.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Verba sunt ex Psal. 8. Quærit Basilius in scholiis ibidem cur repetito, vocabulo Deus, Dominus Dominus appelletur? Rationem reddit, quæ nostram sententiam apprime confirmat. Hoc loco iustorum loquitur ex persona Propheta, hi autem tam facilem, & propinquum Deum experiuntur, & sibi amicum, vt non modo Dominus, sed iterata voce Dominus Dominus dicatur. Quando verò simpliciter Dominum, vel Deum appellat, non tantum iustorum personam sustinet, sed vel omnium hominum sine discrimine vel iniquorum tantum. Basiliij verba infero. *Domine Dominus in Psalmo precedenti, que dicta sunt tamquam vnius persone verba sunt dicta, dixit enim. Domine Deus meus: hic verò pro particularibus, hoc est, pro totius orbis vniuersis Ecclesijs, Domine, inquit, Dominus noster. Est enim eorum qui non credunt hoc vno nomine Dominus, quod eos condidit: noster verò duplici nomine Dominus est; cum quod ex non existentibus nos fecit, tum quod à nobis cognoscitur.*

Basil.

18.
Gen. 4.3.

Genesis 4. 3. *Factum est autem post multos dies, quod offerret Cain de fructibus terra munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Prius à persona auertit Dominus faciem, & postea munera quoque eius despicit: sicut è contra prius earum habuit Abel, & subinde munera quoque eius suscipit, scilicet iuxta hominis merita reliqua, quæ ad ipsum hominem pertinent, vel suspicit, vel despicit. Hunc sensum ex Ruperto transcribo lib. 4. cap. 1. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius testimonium perhibente muneribus eius Deo, testimonium consequutus est, ipse iustus, id est, respiciente Deo ad munera eius palam factum est, quod ad ipsum respexit Deus. Ad Cain verò, & ad munera eius non respexit, quia respectu Dei non erat dignus is, qui offerbat, consequenter nec ipsa munera.*

Rupert.

19.
Gen. 24. 12.

Seruus missus ab Abrahamo Isaacho quaesiturus sponsam, cum iuxta fontem substitisset hac ratione Deum alloquitus est. *Domine Deus Domini mei Abraham occurre obsecro mihi, & fac misericordiam cum Domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aque, & filia habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa responderit. Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam preparasti seruo tuo Isaac.* Genesis 24. 12. Expendit Rupertus lib. 7. de Trinitate cap. 3. verba illa, *quam preparasti.* Ergo Rebecca non humano ductu, sed diuino numine electa est, & in matrimonium Isaacho data. Cum tamen sterilis fuerit, & ad procreationem filiorum non satis apta. Si humanus sensus in hac re errasset non inultum me moueret: at vero cum Deus peculiari prouidentia eam secreuerit, mirandum fati, sed tamen hoc ipsum in Dei prouidentiam refert Rupertus, vt scilicet filios quos suscepisset non casu aliquo natos, se Deo agente, & peculiariter dispensante in lucem editos, constaret omnibus, imo verò tres insignes Patriarchæ: Abraham, Isaac, & Iacob steriles duxerunt vxores, vt eorum generatio in Deum referretur. *Quia Dei domum erat* (ait Rupertus) *& non ex hominibus, vt in semine Abrahæ omnes homines benedicerentur decebat sic ad dandum extendi manum Dei, vt ad cognoscendum non dormitaret ingratitude hominis. Quid autem in re huiusmodi melius erudiret fidem, vel obstrueret os hominum, quam vel sterilitas feminarum? Bene igitur preparauit Rebeccam Dei prouidentia, nec falsus seruus Abrahæ dicendo: ipsa est, quam preparasti Domine, filio Domini mei,*

Rupert.

Genesis 25. 7. *Fuerunt autem dies vita Abrahæ centum septuaginta quinque anni, & deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum. Congregatusque est ad populum suum.* Expendit Rupertus lib. 6. de Trinitate cap. 46. Verbum illud. *Congregatusque est.* Sumpta similitudine à segetibus, nimirum. Postquam agricola messuit segetes, grana quidem domi congerit, & multa cura in horreis asseruat. Paleas autem non curat, sed pauperum prædæ exponit, aut domum igne comburendas importat. Ecclesia sapius aræ comparatur in qua sunt grana, scilicet iusti, & impij, qui paleæ comparantur, illorum multam curam agit Deus, hos autem contemnit. *Fuerunt autem* (ait Rupertus) *dies Abrahæ centum septuaginta quinque annorum, & deficiens mortuus est, in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum.* De 70. interpretibus nostris codicibus additum est, quod non conuenit, nec enim viri iusti est deficere, & imminui. Illud quod legimus plenum, cum additamento dierum, de Grecis codicibus additum est, quod cum sensum exponere videatur, eo quod hic & operibus diei plenus occubuerit. Tamen magis in anagoge facit, si simpliciter ponatur genus. Porro quod dictum est, congregatus est ad populum suum per similitudinem est intelligendum: quia videlicet quemadmodum de agris congregatur natura messis in horreum, sic de publico huius vita congregantur electi temporibus suis, singuli in secreta quiescentium. Expende insuper cum eodem Ruperto verbum illud plenus dierum, id est, plenus operum ad dies pertinentium. Opera diei appellantur opera bona phrasi Christo Domino satis familiari: ergo plenus dierum dicitur Abraham, & iusti quique, id est, plenus operum bonorum, quæ opera dies dicuntur. Hi autem congregantur ad populum, id est, velut pretiosissimæ mellis in repositoriis asseruantur. At verò impij homines, quique pleni sunt operibus noctis, id est, operibus malis, hi quidem dæmonum prædæ pa ent.

20.
Gen. 25.7.

Rupert.

21.

Hoc idem significant verba Genes. 32. Cum reuerteretur à Mesopotamia Iacob, & patriam reverteret, ait Moyses. *Iacob quoque abijt, itinere quo ceperat fueruntque ei obuiam Angeli Dei: quos cum vidisset, ait: castra Dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanaim, id est, castra.* Angeli ad pugnam instructi, & instar militum armati præcedebant Iacob, quapropter eos castra Dei appellauit: quo significauit magnam erga iustos Dei esse prouidentiam: & Angelos lubentes occurrere iustis hominibus. Cum enim in Mesopotamiâ pergeret Iacob Angelos quidem vidit, non tamen obuios habuit, sed ascendentes, & descendentes per scalam inspexit, nunc verò cum multis auctus diuitiis reuertitur, non modo Angelos inspicit, sed & obuios habet, & sibi occurrentes: scilicet quo magis quis de spiritualibus diuitiis ditescit maiori Dei Angelorumque fruitur. In quem sensum adducenda verba Matth. 4. *Et accesserunt Angeli, & ministrabant ei.* Expende verbum illud accesserunt, veluti longè stantes parta inimicorum victoria accesserunt. Semper enim Angeli Christo Domino ministrabant, nec longius discedebant, sed ducem suum stipabant, comitabantur, inferuebant: dicuntur autem victori propius accessisse, vt hac loquendi formula nobis Euangelista ostendat, quod eo magis Angelos propinquos habemus, quo nos magis virtuti incumbimus, acrius contra inimicos digladiamur, triumphum de illis agimus. Vtrumque ex Ruperto haui lib. 8. in Genesim cap. 3. his verbis. *Igitur Iacob postquam præceptum Patris peregit reuerenti* *Angeli*

Gen. 31.4

Matth. 4.11

Rupert.

Angeli fuerunt obuiam, ut sciamus, quia post obedientiam laborem cuique viro fideli superest supernis illum reuelationibus glorificari, & celestium spirituum crebra visitatione in hac vita remunerari. Sic, & ipse Christus postquam tentationes euicit exceptus est victor ab Angelis, reliquit enim eum tentator, & ecce accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Sic pro modulo suo, quique electorum, quanto superiores hominibus sunt, tanto proximi Deo effecti, ministerio fruuntur Angelorum. Qui omnes, ut Apostolus ait, administratorij spiritus sunt, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Expende etiam cum Ruperto verba Pauli Hebræorum 1. 14. Non ne omnes, &c. Vocat Paulus Angelos spiritus administratorios, missos in ministerium eorum qui hæreditatem salutis capiunt: quasi vero non etiam mittantur in custodiam eorum, qui æternis pœnis depurandi sunt, hi enim Angelos habent tutelares, non minus ac prædestinati. Dicuntur autem peculiariter Angeli missi ad eos qui beatitudine donandi sunt: quia erga eos præcipue apparet diuina prouidentia.

Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est: aut quis inuocauit eum, & despexit illum?

Dixerat nullum hominem in Deum sperasse, qui petita non sit assequutus, quod difficile cuiquam videri poterat, cum multi videantur in Deum sperasse, & à Deo petiisse quibus tamen res pro voto non successit: addit: *Quis enim permansit, &c.* Id est, quis diutius in sperando, vel petendo moram traxit, & in mandatorum obseruatione perdurauit, nec assequutus est? Quasi dicat: oportet in petendo persistere. Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Aut quis eum frustra implorauit?

Quis enim permansit in mandatis eius. Reddit causam quare multi optata non assequuntur, vel quare è tribulationibus, quibus premuntur non eruit eos Deus. Nimirum quia non permanent, id est, quia à virtute desectunt, quarunt enim contra fas, quæ ratione pericula euadant, & ob hoc non assequuntur. Vel non permanent in mandatis, idem est, ac non sunt longanimes, & diu spectant in mandatis eius, id est, iuxta mandata eius, quibus nos diutius sperare præcipit. Vel, si quæris quam ratione multorum preces euanidæ reddantur, illud in causa est, quia non diutius persistunt in oratione, & precibus ad Deum, iuxta Dei mandata iubentis, ut qui orat patienter expectet Lucæ 18. *Oportet semper orare, & numquam desicere.*

In mandatis eius. Græcè in timore eius, quod supra cultum, vel religionem exposuimus.

Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Quæ enim despiciamus nec audire dignamur: vnde despiciere, id est, non exaudire, quidam integrum locum de liberatione à malis, & laboribus exponunt, nos vero absolute de omni re, quæ petitur.

Hugo Cardinalis. Expendit illud *inuocauit*. Neque enim simpliciter ait vocauit, sed inuocauit, id est, intus ex corde vocauit, fideliter, & humiliter deprecando. Pie sane, at non iuxta mentem auctoris vt ex Græcis exemplaribus patet. Ergo inuocare, simpliciter vocare est.

Et despexit illum? His interrogationibus firmiter, & elegantius negatur.

Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est: aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Versus hic multam ad rem moralem segetem nobis ministrat, aliis vero in alia loca omisissis de oratione, & sanctis precibus tantisper sermonem inferamus, & quam facilem is, qui orat, Deum inueniat paucis illustremus. Huius virtutis vim exponit Christus Dominus, in medium illata paræmia cuiusdam hominis, qui media sub nocte domi stertebat cum tota familia clausis vndique, & obseratis ianuis. Accidit, ut eius amicus eadem hora aduentantem ad se hospitem exceperit: quem imparatum inuenit, nihil enim domi reseruauerat, quo canam pararet diuertenti ad se hospiti. Ergo multo cum strepitu vicinum dormientem excitat, & ut tres panes sibi mutuos det, fusis precibus efflagitat. Nec prius ianuam pulsare, & clamoribus obruere hominem destitit, quam surgens quotquot habuit necessarios fuerit elargitus. Se dormientem, & domi quiescentem facit Christus Dominus, cum orationem excipit: qui, ut liceat dormire nihil non donat. Sicut enim qui clamoribus excitatur ægre fert vocantem, & ut hominis molestiam pellat nihil non facit: ita Christus Dominus quietis, & somni appetens fingitur, cum orationibus nostris aures accommodat, ut quadam vi adigi ad concedendum postulata significet. Hoc in primis in te præsentem notat Petrus Chrysologus sermon. 39. his verbis.

O quam dare vult, qui se inquietari taliter, taliter patitur suscitari. ô quam necessitatis esse sue, quod sua potestatis esse vult videri. Hæc Chrysologus, qui, & aliud innuit prioribus verbis. Cum duris amici clamoribus vrgeretur, nec tamen res, pro qua à somno excitatur aliquo modo sibi utilis foret, sed vt amico mutuo daret, nihil tamen asperum, nihil tamen durum, ei qui se vocauit respondit, quod contra consuetudinem factum est. Nempe, licet homines ægrius ferant, cum aliquid ab eis petitur, præcipue si extra opportunitatem id fiat: nihilominus Deus amat hominum precibus sollicitari, vnde non ægre fert si extra tempus interpelletur. Expendit etiam pro eadem re idem Chrysologus, hunc hominem prope ianuam lectum collocasse vt venientes ad se prius exciperet. Diuites, & delicatiores homines ne prætereuntium strepitu excitentur in interioribus domorum stertunt lectos. At diues iste amicus, & cui omnia abunde supperunt iuxta ianuam accumbit, ne petentes non audiret. Vnde, subdit Chrysologus; ô, quam pulsanti iste gestiuè occurere, qui sic fereti sui cubile ipsam collocauit ad ianuam. In hunc sensum expendit verba illa Christi Ioannis 10. *Ego sum ostium.* Non modo Christus lectum ad ostium collocauit, sed ipse se ostium dicit. Nam veluti ostium primum intrantibus domum occurrit, imo excipit. Sic etiam Christus Dominus non modo petentes audit, verum ad petendum inuitat, & lacessit. Addi ad hoc possunt verba eiusdem Christi, *ego sum via*, quia licet ostium introeuntes excipiat quandòque tamen clauditur, & aditum negat, at vero via numquam clauditur noctu diuque iter facientes excipit: ergo Christus Dominus non modo dicendus est ostium, verum, & via, quia venientes ad se semper excipit. Audi loquentem Chrysologum. *O quam non ad ianuam tantum Dominus, sed ipsa ianua, ipse Dominus fuit: ego sum, inquit, ianua, qui dormientibus*

I.

Petr. Chryf.

Petr. Chryf.

Ioan. 10. 7.

Petr. Chryf.

mientibus

Hebr. 1. 14.

VERS. 12.

1.

2.

Lucæ 18.

3.

4.

5.

6.

mientibus seruis pulsantis necessitatem solus, & primus audiuit, quam pius, & misericors, qui quod mandatis docet, probat, & informat exemplis. Expende iterum relata verba Chrysologi, qui dormientibus seruis, &c. ac si dicat: cum in eodem conclauis serui, Dominusque dormirent: vt ipse indicat illis verbis, *Et pueri mei mecum sunt in cubili*: Serui totaque familia in vtramque aurem dormit, nec vociferantis precibus excitantur, solus Dominus audit, surgit, quod petit donat: familia Dei creaturarum vniuersitas est. Ergo licet omnes dormirent, orationique petentium obfunderent, vnus tamen Deus benigne orantes exciperet. Id vero, quod initio proposuimus expressius profequitur Chrysologus his verbis. *Parum est, quod facienti misericordiam nox velabatur, quod largitatem dantis, petentis regat improbitas, nisi ad cumulum pietatis, velanda adscriberetur somnus. Inducit in hac humanitate geminam necessitatis speciem, petentis, & dormientis: vt illum petere hosbes, dare compellat hunc somnus, vt pote, qui propterea se daturum ei dicat in tempore, quod non accurrere amico, sed recurrere videatur ad somnum. Et vt ei magis dormire liceat: quam dare liceat, se petenti, quid plura? Ecce pulsanti illi plus somnus, quam sonus extitit suffragator.* Ergo Deus somno grauis inducitur dum sollicitatur precibus, vt suam rem facere credas, cum petenti homini elargitur, vt scilicet intermissum somnum captare valeat.

2. Lucæ 11. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data

Lucæ 11. 13. dare filijs vestris, quanto magis Pater vester deus fecit. Hac argumentatione spem nostram mire Deus promouet. Id est, si homines, quibus in vsu est mutuo se decipere, & alia pro alijs supponendo fallere, nihilominus filiis suis nequaquam imponunt, neque verba dant: Deus qui nullum fallit, qua ratione carissimos filios decipiet, sed omnino, quod petunt, dabit. Vim huius argumentationis elicit Petrus Chrysologus ferm. 55. his verbis. *Totum quod est pietatis excludit, qui salutare non crediderit, quidquid dederit Pater: aut quomodo Pater poterit filijs dare mala pro bonis, qui mala semper pro bonis paratus est sustinere, pro filijs mortem non fugit, pericula non declinat.* Hac Chrysologus. *Si los hombres que sabendar gato por liebre, iengariarse vnos astros, contodo eso noengarian a sus hijos, mas les dan lo que piensan que les esta mejor, quanto mas hara esto dios, que a ninguno puede engariarse?* Hanc vim habet hæc argumentatio. Addit Chrysologus ideo Deum efformato primo homine è limo terræ reliquos naturali procreationi commisisse, vt ex insito amore Patrum erga filios in spem erga Deum erigerentur, qui Patri se similem facit, dum petita concedit. Si ergo vos, cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, &c. Verba Chrysologi subiucio. Ideoque te Deus Patrem fecit, ideo à te voluit hominem procreari, qui vtrique quod se de terra fecerat poterat fecisse quam plurimos; id egit, vt generando scires quanta esset generantis affectio, & in te amorem tui tantum probares auctoris, quantum ipse auctor pignoris pignori tuo conaris impendere. Et non solum in te, quid esset generantis affectio: sed in feris, & in pecudibus, & in auiibus hoc voluit Deus te videre: qua cum de terra produxerit sola inuisione, postea laborem sentire cõpult generandi.

3. Cum Gabriel Archangelus Zachariam alloquutus ex Dei iussu filium promississet, tandem Patris linguam ligauit illis verbis Lucæ 1. 20. *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, cuius supplicij causa non facile apparet, verba Euangelistæ etiam per otium legentibus. Cũ enim Gabriel de suscipienda prole monuisset, subdit Euangelista. Et dixit Zacharias ad Angelum: unde hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in*

diebus suis. Voluit signo aliquo de miraculo certus fieri. Quid mirum? Similia exorauit Moyses. Non dissimilia quidem, & alij, quamplures. Quare ergo tanto supplicio afficitur Zacharias? Petrus Chrysologus ferm. 90. in ordi. Quia parum orationi suæ fidit. Alij sane qui signa, & miracula petierunt, tunc ad Deum preces non fundebant. Quid ergo mirum, si non satis confirmati ex portentis spei suæ fulcra expeterent. At vero oranti Zachariæ apparet Angelus. Equum ergo erat, vt tantæ virtutis orationem suam crederet, cui aliunde firmitatem addere esset superuacaneum. Merito ergo mutus remansit, qui vocibus suis ex precibus non satis fidit. *Quod vbi Zacharias fratres audiuit* (ait Petrus Chrysologus) *tantum se meruisse suis precibus sacramentum, rei ipsius consideratione territus, sacramenti ipsius estimatione turbatus, nec se meritum credidit, & Deum dubitauit ad hæc talia, & tanta descendere.*

Num. 22. cum populus de terra egressus Moabitarum regionem peragraret periculo perimotus Rex Balac Balaam ariolum accersit, qui contra populum Dei exoret, multisque maledictis populum impetat. *Videns autem Balac filius sephor omnia, que fecerat Israel Amorrhæo, & quod permississent eum Moabita, & impetum eius ferre non possent. Dixit ad maiores natu Madian, &c. Et post pauca; Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terre filiorum Amon, vt vocarent eum, & dicerent. Ecce egressus est populus ex Agypto qui opperit super faciem terra, sedens contra me, veni igitur, & maledic populo huic. Balac qui regionem suam preui videbat ab Hebræis, & ciuitatem eius obsideri; cuncta vastari, non milites legit, non legiones armat, non castra mouet, non ciuitatem munit, commeatu legit, sed Balaam acersit, vt populo maledicat. Scilicet vt notat Origenes homil. 13. in Numeros, nouerat Rex non tam pralium agere Hebræos armis instructos, quam precibus. Ergo non arma alia conquirat, quæ aduersariorum armis opponat, quam preces, quas contra preces obiciat. Fidelium hominum arma, & instrumenta quibus contra aduersarios vtuntur, non tam sunt vis, & industria, quam oratio, qua Deum permouent. Oportebat (ait Origenes cum Rege isto verba faciens) *& te parare arma, exercitum cogere, de constructione prali cogitare, vt hosti adhuc procul posito armis instructus occurreres. Tu vero mittis ad Balaam diuinum, & mittis multa munera, & maiora promittis, & dicis, veni, maledic mihi populo, qui exiit de Agypto, sed Balaam, vt scriptura docet, retulit hoc ad Deum, a quo & venire prohibetur. Sed iterum Rex mittit ad Balaam, & spreis armis: spem totam ponit in Balaam, vt veniat, & verba deferat, & in populum iaculetur maledicta pro telis. Si forte Balaam verbis vincatur populus, quem Regis exercitus superare non poterat. Et infra. Sed, & aliquid amplius puto, quod nouerit Regem, videtur enim audiuisse, quia filij Israel solent populum vincere oratione, non armis, nec tam ferro, quam precibus. Nulla enim Israel aduersus Pharaonem arma commouit, sed dictum est ei Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Sed nec contra Amalechitas tam vis armorum, quam Moysi nauit oratio. Hæc profecto audierat Balac Rex Moab. scriptum est enim audierunt gentes, & irata sunt, dolores comprehenderunt habitantes Philistin. Et infra. Ut autem scias tale aliquid cogitasse Regem ex scriptura verbis. Intellige, que ego à magistro quodam qui ex Hebræis crediderat, exposita didici, scriptum est enim & dixit Moab ad seniores Madian. Nunc ablinget synagoga hæc omnes qui in circuitu nostro sunt, sicut ablingit vitulus herbam campi. Aiebat ergo magister illi, qui ex Hebræis crediderat, cur igitur talis vsus est**

Petr. Chryf.

Petr. Chryf.

Petr. Chryf.

Petr. Chryf.

Origen.

est exemplo, scilicet ablinget vitulus herbam campi? Ob hoc sine dubio, quod vitulus ore abrumpt herbam de campo, & lingua tamquam falce quacumque innenerit, secat. Itaque populus hic tamquam vitulus ore, & labijs pugnat, & arma habet in verbis, ac precibus. Hac igitur sciens Rex mittit ad Balaam, ut ipse deferat verbis, verba contraria, & precibus preces. Duo mihi exponenda circa prædicta verba. Imprimis dictum illud Origenis. Sed Balaam, ut scriptura docet, retulit hæc ad Deum, &c. Ac si dicat: vide quanta cura, & diligentia vsus sit Deus ne Balaam populo malediceret, quod prolixè satis refert scriptura cap. 22. & 23. & 24. Numerorum. Quid quæso maledictus Balaam Pseudopropheta diuini haruspicis, & harioli, qui daemones consulebat nocere poterat populo Israël, quod tanta vi Deus conatur auertere? Nihil sanè. Verum cum vim precum etiam ab hominibus peccatoribus emissarum perspectam habeat Deus, omnia egit, ne Balaam precibus vrgeretur, vel potius adigeretur ut suam mutaret sententiam. Veretur ergo Deus ne precibus Balaam vrgeatur contra populum Israël, vnde eius orationem auertit, omniâque agit, ut eum à tali mente auertat. Tanta est vis precum, quam vel ipse Deus, si liceat dicere, reformidat. Tum insuper addo verba hæc, quæ ex magistro Hebræo ad fidem conuerso hoc loco citat Origenes desumpsisse ex 22. cap. Numer. vbi noster vulgatus hoc modo transtulit. Videns autem Balaam filius Sephor omnia, quæ fecerat Israël Amorrhæo, & quod pertinuissent cum Moabite, & impetum eius ferre non possent, dixit ad maiores nauu Madian, ita debet hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas, vsque ad radices carpere. Quæ verba in nostro vulgato codice maiorem vim habent, quam eo modo, quo ab Origene citantur. Ergo sicut bos depascit ore herbas, & campum tondet, frutices deuastat, non cornibus impetens, non pedibus succulcans, sed ore carpens, ita fideles viri, non armis, non viribus, non industria contra inimicos prævalent, sed ore preces ad Deum fundentes.

5. Semper quidem Deus nobis adest, ut tueatur, & amplectatur, verum dormit, & requiescit, & nisi orationibus excitetur non tam nobis eius præsentia prodest, si verò clamoribus à somno suscitemus, multimodam vtilitatem nobis parit. Ad hunc sensum adducit Origenes hom. 1. ex duabus in Cantic. verba illa sponsæ Cantorum 2. 7. *Adiuuro vos filia Ierusalem, per capreas, cervosque camporum ne suscitatis, neque vigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.* Quæ verba paulò aliter legit Origenes loco citato. *Adiuravi vos filia Ierusalem, in virtutibus, & in viribus agri, ne suscitatis charitatem.* Dormit in nobis Deus, qui charitas est, & nisi clamoribus nostris excitetur, & vi verborum, parum nobis proderit. In hunc sensum adducit verba illa Genes. 49. 9. ex benedictione Iudæ. *Catulus leonis Iuda: ad prædam sili mi ascendiisti, requiescens accubisti, ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum?* Sanè Deus leo est, qui in nostram defensionem præsto est, verum dormit, & nisi oratione excitaueris, leonem quidem auxiliarem habebis, verum leonem dormientem. Vide quid iuuare potest leo dormiens, & quantum tibi proderit si excitetur clamoribus, & orationibus. Verba Origenis aiungo. *Adiuravi vos filia Ierusalem in virtutibus, & in viribus agri, quid adiurat sponsa filias Ierusalem? si leuaueritis, & suscitaueritis charitatem. Quamdiu charitas dormit in vobis, & Ierusalem, sordalescentula, quæ in me non dormit, quia vulnerata sum charitate, in vobis autem, quæ plures estis dormit charitas sponsi. Ad-*

iuro ergo vos filia Ierusalem si leuaueritis, & non solum leuaueritis, sed & suscitaueritis, quæ in vobis est, charitatem. Creator generis humani cum nos conderet inseruit in pectoribus nostris semina charitatis, nunc autem sicut alibi dicitur iustitia dormiuit in ea, sic dilectio dormiat in vobis, sicut quod alibi dicitur, sponsus requieuit, ut leo, & ut catulus leonis. Adhuc in fidelibus, & in his qui corde sunt dubio dormitat sermo diuinus, vigilat in sanctis. Dormitat in his qui tempestatibus fluctuant, suscitatur voce eorum, qui cupiunt vigilante sponso saluari. Hæc vltima verba Origenis. Dormitat in his, &c. referenda ad illud Matth. 8. Vbi cum nauis facta tempestate iactaretur, Christus graui somno dormiebat oppressus. Ad quem accesserunt discipuli, & suscitauerunt, de communi periculo monuerunt, ac tandem Christus pressit ventos, mare in tranquillitatem reduxit. Christus dormit in nauis, id est, in hoc sæculo, omnes ortæ tempestate, periclitamur, sed tantummodo discipuli Christum dormientem excitant, qui sunt illi qui orant eum ad misericordiam suis clamoribus adducunt. Alij verò intra nauim habent secum, sed dormientem, nisi verò prius ab eo somnum excutias oratione procella defæuit, nec te iactare desinet, nisi eum excites.

Matth. 19. Requiriuit adolescens à Christo quam ratione virtutem comparate posset, quem docuit Christus in medium adductis preceptis legis. Dicit illi adolescens omnia hæc custodini à iuuentute mea quid adhuc mihi deest? At illi Iesus: si vis perfectus esse, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me. Exponens hæc verba Origenes tract. 8. in Matth. his verbis vtilem nobis quæstionem mouet. *Conuenienter aliquis querere potest quoniam si perfectus est, qui omnes habet virtutes, ut iam ex malitia nihil, agat, quomodo est perfectus, qui vendidit omnia sua, & pauperibus dedit? Merito ergo Origenes quarit quamam ratione Christianam perfectionem in vnam elemosynam reducat, cum tamen si vera fateri velimus hæc perfectio, quam hic adolescens requirebat omnium virtutum chorum exposcat? Huic quæstioni satis aptè ad nostrum institutum respondet Origenes, nempe ideo Christum Dominum omnium virtutum seriem in vnam elemosynam cōtrahere, quia data elemosyna accipientes sollicitat, ut orationes, pro eo, qui dat, fundant. Oratio enim communis est virtus, & virtutes omnes alias in animam adducit facile, vnde non in elemosynam, sed in orationem omnem pietatem refert Christus Dominus. Tanta vis orationis est. Origenis verba transcribo. *Qui pauperibus tradidit bona sua, eorum orationibus adiunatur accipiens ad suam spiritualem inopiam eorum, qui patiuntur inopiam carnalem, sicut Apostolus ait ad Corinthios scribens, & si hoc modo perfectus, quamuis aliquis (quod humanum est) habuerit passiones. Etsi quis alius hanc inopiam passus fuerit, & magno adiutorio fuerit adiunatus, Deo exaudiente Pauperum Sanctorum refrigeratorum preces, qui tamen similes sunt Apostolis, aut paulo inferiores, pauperes quidem in corporalibus, sicut illi, diuites autem in spiritualibus.**

7. Petrus Ioannes, & Iacobus supra omnes Apostolos alios prosiliebant, magna appetebant: maiora audebant, quam pro viribus præstare possent, in votis supremas sedes, & præfecturas habebant, ergo serpenti malo opportuno remedio Christus occurrit. frequentius quam alios Apostolos ad orationem secum ducebat eos, ut scilicet oratione quo nullum aliud præsentius remedium spiritualium morborum, à morbo, quo afflictabantur, recrearet. Hanc

Num. 22. 2.

Cant. 2. 7.

Genes. 49. 9.

Origen.

Matth. 8.

Matth. 19. 20.

Origen.

Origen.

Origen.

Hanc rationem desumpsi ex Origene tract. 35. in Matth. quam his verbis tradit. *Nec veloces esse ad promittendum sed felicitati ad orandum.*

8.

E bello fugatur Sisaram excipit Iael, cum autem ille siti premeretur, & aquam petiisset illa virem lactis obtulit, quod cum hausisset, obdormiuit, illa verò accepto clauo eius tempora transfixit, factum hoc ex cap. 4. Iudicum ad rem moralem traducit Ambrosius lib. de viduis. Iael Ecclesia Christiana est, fugiens vero Sisara inimici quibus opprimitur, lac oratio, hanc si Ecclesia offerat soporem immittit diabolo, vt dormiens vulneri famineo pateat. *Iael ergo* (ait Ambrosius) *prostrauit, quem in corusco duce, (hoc enim significat interpretatio Balach) manus veterum fugauerat Iudaorum. Frequenter enim vt legimus orationibus & meritis Prophetarum caelestia Patribus afferre subsidia: sed his, iam tum de nequitis spiritualibus victoria parabatur, quibus dicitur in Euangelio: venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Ergo principium victoria à maioribus in Ecclesia: Ecclesia verò non armis secularibus vincit aduersarias potestates, sed armis spiritualibus, quae sunt fortia Deo, ad destruendas munitiones, & altitudines nequitiæ spiritualis. Et ideo Sisara sitis lactis poculo restringitur, quia oratione superatur. Quod enim nobis salutare ad escam, hoc aduersariae potestati lachale ad infirmitatem. Arma Ecclesiae fides, arma Ecclesia oratio est, quae aduersarium vincit.*

Iud. 4.

Ambros.

Ergo ex mente Ambrosij lac, quod Iael in alimentum sibi parauerat, soporem Sisarae conciliat, mortemque infert: quia eadem oratio, quae Ecclesiae vires addit, & alimenta ministrat, eadem, inquam inimicis nostris tam spiritualibus, quam corporalibus, in primis somnum immittit, & dormientes nullo negotio delet. Sed quia Ambrosius cum oratione lac composuit nonnulla mihi subiicienda de lactis natura, quae hanc metaphoram firmare possunt innumeris pene aliis silentio praetermissis. In primis lacte celebrantur funera iuxta illud Aeneidos 3. in funere Polydori.

Virgil.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte

quia qui orat, mortem affert vitiiis, & ad vitam reducit virtutes. Insuper heroes credebantur habitare viam lacteam, indicat Maro Ecloga 5.

Virgil.

Candidus insuetum miratur limen olympi.

Nempe ille, qui pietate sibi ad caelestem beatitudinem viam parauit, tamquam proprium domicilium orationem eligit, nec ab illa vnquam se patitur amoueri. Clemens Alexand. lib. 1. Pedagogo. cap. 6. appellat lac florem sanguinis. Scilicet orationis virtus quasi totius pietatis flos est. Verba subiicio Clementis. *Hic autem sanguis naturali conuerfus concoctione postquam concepit mater, & vterum gerit, consentiente, & compatiente, vt ita dicam, pietate efflorescit, & senescit, vt infans sit absque metu.* Hæc ille. Insuper antiquæ consuetudinis fuit in Ecclesia, vt cum primum aliquis ad Baptismum accedebat mel, & lac acciperet, in cibum: huius consuetudinis meminit Hieronymus aduersus Iulianum, & Tertullianus aduersus Martionem his verbis. *Neque reprobanit lactis, & mellis societatem qua suos infantat.* Prima virtus cui incumbere debet ille, qui viam ingreditur pietatis, oratio est, hæc enim veluti aliarum est fundamentum. Ita Plutarchus de pietate erga fratres. *Satis ergo lactis officina, & dispensatio providentiam eius & sollicitudinem demonstrat.* Lactis officina, id est, vbera maximè ostendunt naturam curam erga filiorum procreationem: miro enim modo lactis instrumenta condidit natura. Dum Deus nos orare docuit maximam pro-

Clem. Alex.

videntiam erga homines ostendit: quia illis instrumentum generale ad omnia bona demonstrauit.

Tertul.

Ioannis 14. 3. Initio concionis à Christo post canam habitata hæc verba præmittit. *Esti abiero, & preparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, & vbi sum ego, & vos sitis.* Quibus verbis beatitudine Discipulos suos donat, & quasi eos in aeternam felicitatem introducit. Postea vero in fine eiusdem sermonis Discipulorum beatitudinem, quam iam donauerat, perit, cap. 17. Eiusdem Ioan. vers. 24. *Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* Præposterus cuiquam videbitur ordo, vt prius donet, & quod donauerat postea dari à Deo petat. Prius sanè petendum erat, vt postquam id quod petebat, accepisset, donaret. Respondet quaestioni Ambrosius lib. de bono mortis cap. vltim. ideo Christum prius donare, quod postea petiturus est, vt ea ratione vim precum commendat, quæ nimirum tanta est, vt prius exaudiat, quam fiat, tanta certitudine, qui orat, consequitur, vt liceat donare, quod petit, antea quam petierit, vel consequutus fuerit. Verba Ambrosij subiicio. *Pater, quos dedisti mihi volo, vbi ego sum, vt illi sint mecum, vt videant claritatem meam. Pulchre autem quod supra promissit, hic poposcit, non ante promissit, & sic poposcit. Promissit quasi arbiter muneris, conscius potestatis, obrinuit à Patre, quasi pietatis interpres.*

Diygar.

Cum tanta pietate erga homines Deus utatur, mirum cuiquam videri poterit, quod quandoque postulatis non annuat. Huius rei causam reddit Ambrosius oratione de excessu fratris sui satyri his verbis. *Misericus Deus: tametsi semper exaudiret homines, iam non ex voluntate libera, sed ex quadam veluti necessitate facere videretur.* Pulchra sane Ambrosiana verba: imò verò, quia tanta pietate erga homines affectus est Deus, quandoque oportet poscentem non exaudiat, ne quis credat ad condonandum postulata Deum, non voluntate, aut libero arbitrio duci, sed vi aliqua, aut fato portari.

9.
Ioan. 14.

Ioan. 17.

Ambros.

10.

Ambros.

11.

Act. 17.

Ambros.

Psalm. 117.

Actorem 3. Claudus ille, qui ad portam templi speciosam ferebat stipem à Petro esflagitauit, cui ille vers. 6. *Argentum, & aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.* Non prætereunda per oscitantiam verba illa. *Quod autem habeo.* Ergo id, quod daturus es ô Petre, nempe sanitatem, quam daturus est claudo, iam habes. Ita sanè, ita est, iam habeo quod autem habeo. Sed qua ratione id, quod habes, petis dari in nomine Iesu Christi Nazareni. *In nomine Iesu Christi Nazareni, surge, & ambula.* Si habes, quare petis, quod iam habes? Imò verò quia petiturus est, iam habet. Tanta enim est vis orationis, vt priusquam petat, iam habeat, id quod petit. Quid ergo mirum, id quod in Christi nomine oratione, prius notauit, cum, & hoc in hominis oratione videre liceat? His verbis Petri, quem retulimus sensum, affert Ambrosius libro de Tobia cap. 18. his verbis. *Audiamus, quid det iste Pauper: sed quod habeo, inquit, dabo tibi in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Habet iustus quod faneret, habet argentum quod faneret, sermones suos fanerat, hoc est iusti argentum. Eloquia enim Domini, eloquia casta: argentum igne examinatur, probatum terre, purgarum septuplum. Hoc faneratur, qui legem accipit, qui legem meditatur, qui legem exercet, hoc fanerant Petrus, hoc fanerant Paulus. Notanda expositio, quam affert Ambrosius verbis Psalmi relatis scilicet. *Eloquia Domini argentum, &c. Psalm. 117. Quem versum non exponit Ambrosius de verbis à Deo prolatis, vt præferte**

præ se ferre videtur, sed de verbis quæ Deo offeruntur, per preces eius, qui petit. Ergo verba eius qui orat ad Deum dicuntur à Dauide, aurum, & argentum, ac si dicat. Magno pretio apud Deum habentur, & tantum valent quantum sonant. Itaque si aurum, & argentum petas verba tua aurum, & argentum sunt, si salutem animæ, aut corporis, sanitas sunt. Cum fundis verba in oratione, iam illud, quod verba quærunt, & significant habes, nec minoris debes æstimare orationem, quam rem ipsa pro qua Deum exoras.

Verba illa Canticorum 4. *Fauus distillans labia tua*, de Ecclesiæ precibus, & oratione dicta accipit communis Patrum expositio. Sed cur quæso non melli sine cera, sed fauo orationem comparauit? Si enim tantum verborum dulcedinem exprimere contenderet potius cû melle à cera purgato quam cum fauo componeret. Ergo causam aliam huius metaphoræ ex Ambrosio transfero lib. 5. Exameron cap. 21. *Denique quid aliud est fauus, nisi quadam castrorum species?* Hæc Ambrosius, fauus, & apes acies ad pugnandum instructas referunt, & militum castra. Ab hac similitudine apum tractationem exorsus est Bucolicus lib. 4. Georgicorum.

*Protinus aërij mellis caelestia dona
Exequar: hanc etiam Macenas accipe partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum
Magnanimosque duces, torisque ex ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & praelia dicam.*

Quin etiam & ipsius faui structura muros refert, & scæto lapide turres. Ergo optimè preces cum fauo componit, quatenus fauus quandam castrorum speciem præ se fert, vt nouerit is qui orat, quodammodo se Deo vim inferre, & instructas acies, & mutales machinas admouere quibus Deum expugnet.

13. Anteuertit Deus preces nostras, largiùsque petita concedit. Rem hanc ex capite 23. Lucæ probat Ambrosius in Psalmum 37. multis criminibus obnoxius pendens in cruce latro his verbis Christum sollicitauit: *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum.* Peritionem expende: tantum petit, vt meminerit, nec tamen illico, sed postquam uenerit in regnum suum. Cui Christus: *Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.* Tu tantum vt meminerim peris: ego vero paradiso te dono. Tu tandem aliquando post multum temporis id exigis: ego vero non in longum tempus distraho, sed hodie mecum eris in paradiso. Vide quam ratione Deus preces nostras, & tempore anteuertat, & vota nostra cumulatiùs exaudiat. *Diximus* (Ambrosium audis) *quemadmodum in ulciscendo inflectat Deus commotionem suam. Dicamus quemadmodum in remunerando proueniat nostram precationem, & doceamus exemplo. Audi illum ex duobus latronem dicentem: memento mei Domine cum veneris in regnum tuum. Respondit Dominus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Ille adhuc rogabat, vt meminisset sui, cum venisset in regnum, & Dominus cum nondum venisset, regnum caeleste iam ei tribuebat. Quam velox misericordia, tardius votum precantis, quam remunerantis est primum.*

14. Sæpiùs Anna mater Samuelis petierat filium precibus, & orationibus, nec tandem antea impetrauit, quam sono vocis exterius tacente, votis tantum modo, & desiderijs Deum pulsaret. Nempè vt innuit Ambrosius ad illa verba Psalm. 3. *Voce mea ad Dominum clamaui.* Noluit Deus vt largitio vocibus, sed desiderio responderet. Sæpiùs enim voce promere non valemus, vel non audemus, quod mente versamus, quod animo concepimus, quod in

votis habemus, vel saltem multum tempus insumendum est in explicando vocibus, id quod citissime animo volumus: ergo Deus non iuxta mensuram vocis, sed desiderij elargitur, vt quam promptus sit ad dandum hac ratione pateat. *Voce mea*

(ait Ambrosius) *ad Dominum clamaui: vox mea ad Deum, & intendit mihi. Quid est mea? potuit enim dicere, clamaui ad Dominum: sed quæ nostra est vox, nisi ista, quæ melior est, quæ nescit errare? nam ex multiloquio peccatum incurrimus, & vitare non possumus. Illa vox Propheta est, quæ ad Deum peruenit, quæ tacente Moyse clamaui ad Dominum. Quæ etiam in orationibus suis Anna clamaui, cum oris sui labia non moueret, & impetrauit filiù, quæ ante diu non impetrauerat, cum corporis sui voce clamasset: de hac dixit Dominus: tu autem cum oras intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum, qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Quid est reddet? hoc est, quod deprecatus es, quod orasti. Sicut enim peccatores de manu Domini recipiunt peccata sua duplicia, ita etiam & iusti recipiunt cum effectu propria postulata. Audi quomodo recipiant. Ascendit oratio tua ad caelum, & descendit ad te. Vnde & in Psalmo legimus: & oratio mea in sinum meum conuertetur, scilicet vt fructum referat postulatam. Ad tornum iterum redeant verba Ambrosij,*

in primis pro hac re adducit verba Christi Domini Matth. 6. 6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Expende cum Ambrosio illud reddet non ait dabit tibi, sed reddet tibi. Quasi Deus non liberaliter sed ex debito solueret. Sane qui orat, quodammodo debito Deum obstringit, vt cum Deus postulatis annuit, potius reddere ex debito, quam gratis donare videatur. Expendit Ambrosius *ascendit oratio tua ad caelum, & descendit ad te.* Quæ verba sunt Tobia 12. expono autem prædicta similitudine: sicut enim ille qui debitum contraxit, vrgetur à creditore, vt soluat, non aliter Deus, ab eo qui petit. Tandem adducit Ambrosius verba Psalmi 34. *Oratio mea in sinu meo conuertetur.* Sane dicendum videbatur, & id quod per orationem postulauit in sinu meo conuertetur. Quæ enim ratione sinus orationem exciperet, quæ proprie ore perficitur? verum orationem hic ponit David pro re, quæ per orationem petitur, & acquiritur, tantumdem enim valet oratio, ac res ipsa quam, per orationem exposcimus, vnde vnum pro alio ponitur.

Canticorum 2.8. *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transfiliens colles. Similis est dilectus meus caprea hinnulôque ceruorum.* Quæ verba in nostrum sensum perducit Ambrosius in proæmio ad Psalm. 41. Ac si dicat sponsa, ego sane velocissimum mihi finxi sponsum meum, ideòque duobus animalibus similem feci, qui alia pernicitate longe superant. Verum ipse longe mea vota præuenit, mentemque superauit, ocyòrque ad me peruenit, quam ego speraram, aut cogitaueram: si quidem non vt ceruus, qui celeri cursu viam carpit, aut veluti hinnulus ceruorum, verum singulis saltibus plures montes, & colles transfiliens, venit. Ambrosij verba transcribo. *Bonus ceruus, cuius est mons domus Dei, in quam tanta celeritate currebat, vt sponsa vota, & desideria præueniret.* Verba illa Ambrosij, cuius est mons domus Dei, exponunt, quæ in eodem capite Canticorum habentur. *Reuertere, similis esto dilecte mi caprea, hinnulôque ceruorum super montes Bether.* Forte Ambrosius non Bether, vt habet codex vulgatus sed Bethel legit. Bethel autem interpretatur domus Dei.

12. Cant. 4. 11.

Lucæ 23. 42.

Ambros.

14. Psal. 3. 5.

Ambros.

Matth. 6. 6.

Tobiaz 12.

Psal. 34. 13.

I 5. Cant. 2. 8.

Ambros.

16.

Matthæi 20. Cum accusaretur Pater familias quod æquam mercedem rependisset eis, qui ad laborandum in vinea sub auroram conducti sunt, ac illis, qui sub vesperam; his verbis detractores allocuitur. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Quæ verba si fides Ambrosio in Psalm. 43. hunc sensum conficiunt. Cur invidia rumpimini, quia ego ultra debitum dono? Cur zelo contabescitis, quia his ultra id, quod sperauerant concedo? Ego enim adeo bonus sum, ut non modo quod à me petitur, sed ultra postulata, ultra vota concedam. Ambrosij verba subiungo. *Vberiora enim sunt dona largientis, quam merces operantis. Propterea illi, qui equalitati mercedis inuiderat, respondit Dominus. Si ego bonus, oculus tuus quare nequam? Patres ergo nostri, ut pote proximi, & heredes Patriarcharum plantati in terra re-promissionis non hoc suis meritis vendicabant, ideo nec Moses eos induxit, ne legis hoc existimaretur esse, sed gratia. Lex enim merita examinat, gratia fidem expectat.*

Ambrosij

17.

Psalm. 45. 1.

Epigraphe Psalmo 45. habita talis est: *Titulus Psalmi: in finem filijs Core pro occultis Psalmus David.* Exponens Ambrosius ibidem dictionem illam pro occultis, adducit verba Christi Domini Matth. 6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. Quid est, quod Deum in occulto, & clauso ostio orare docet: quasi rem aliquam indignam æturi latebras, & tenebras queramus? Sanè responderet Ambrosius, non vult Deus, ut ab alio, quam ab ipso aliquid petamus. Nulli vult patere necessitates, quibus vrgemur, à nullo alio quam ab ipso vult aliquid nos expetere. Vnde oraturis iubet, ut ianuam offeremus, nequis audiat loquentes, & necessitati subueniat. Audi Ambrosium. *Qui se in abscondito vult rogari, quoniam solus est, qui abscondita, & occulta cognoscit.* Expende verba illa *quoniam solus est.* Ac si dicat Ambrosius: Attento animo petitionibus nostris Deus inuigilat, adeo, ut nihil non lustret, quo nobis succurrat, non modo voces, audit, & exaudit, non modo omnia quæque contemplatur, verum intima, & occulta cordis rimatur, ut nihil eorum prætermittat, quæ vel optamus, vel nobis expediunt.*

Ambrosij

18.

Psalm. 48. 3.

Psalm. 48. 3. *Simul in unum diues, & pauper, id est, nullo discrimine discernuntur diues, & pauper, sed quid est quod adeo diuersos tam similes effecit? Os meum loquetur sapientiam.* Id est, ego sane, qui pauper sum multa oratione ad Deum vtar, multa à Deo petam, qui ob hoc multis me diuitiis cumulabit, parèmq; diuitibus reddet. Etiam hanc expositionem ex Ambrosio haui ibidem his verbis. *Alius diues in omni verbo, & scientia, alius pauper: gratia tu diues, quia pauper clamanit, & Dominus exaudivit eum.*

19.

Psalm. 118. 23.

Psalm. 118. *Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur.* Id est, pro tribunali sedebant, & mala aduersum me machinabantur. Sed quid tu, ô, David contra potentes inimicos obiiciebas? quam ratione eorum impetus confringebas? *Ego autem exercebar in iustificacionibus tuis.* Id est, ego autè tanquam ad armamentarium ad preces, & rerum caelestium meditationem confugebam. Hac ratione exponit hunc locum Ambrosius ibidem, qui in eiusdem rei cõfirmationem inducit versum Ps. 108. *Pro eo, ut me diligere, & detrahere mibi.* Id est, cum multas ob causas in mei amorem, & benevolentiam, & amplexus ruere oporteret sine causa odio me prosequuti sunt, sed quid instar clypei contra hostiles impetus obiiciebas? *Ego autem orabam.* Pre-

Psalm. 108. 4.

ces armorum loco contra aduersarios stringebam. *Pro eo (ait Ambrosius) ut me diligere, & detrahere mibi, ego autem orabam.* Aduertimus arma iusti quibus omnes aduersarios repellit impetus, alibi ait: *Circue-runt me, & expugnaverunt me gratis: pro eo ut me diligere, & detrahere mibi, ego autem orabam, hic ait, quod studium ei non exercendi ad belli artes fuerit inuentus, non decipiendi aduersantis astutia vlla cordis, ut illum vinceret, quem videbat, sed aduersus eos præliabatur, quos non videbat, maiorque in eo pietas, quam virtus corporis militabat.*

Ambrosij

Hunc sensum habet iuxta mentem Ambrosij ibid. versum Psalm. 118. *Et veniat super me misericordia tua.* Id est, misericordia Dei, quæ petentis vota, voces, & desideria anteuertere solet. Expressius habent eundem sensum verba Esaiæ capite 58. 9. *Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicit. ecce adsum.* Itaque cum nondum ad finem oratio venerit, ipsum orationis filium interrumpet, & dicit ecce adsum. Præsto est Deus, velox occurrit, neque vsque ad finem patitur protrahi orationem: *Vox dilecti mei, ecce iste venit, saliens in montibus, transfiliens colles.* Dormiens sponsa, quasi per somnium aduentum sponsi desiderare capit: ille vero vel somniantis vota irrita abire non patitur, sed statim adest, sponta eum optabat, legniter viam capientem: ille vero adest præcipiti cursu instar cerni, aut caprea. *Et veniat (ait Ambrosius) super me misericordia tua.* Cum inuocaret igitur Propbeta aderat, ut probaret illud: *quia adhuc loquentibus nobis dicit adsum.* Subdit. *Ecce, inquit, iste aduenit. Adhuc ego eum quero, & ille iam venit, adhuc ego suffragia capto, ut veniat, & ille iam proximus est. Ego festinare mibi charitatem cupio, ego me vulnerari charitate peto, & ad me charitatis ipse festinat. Ego dixi veni, ille salit, & transiit.*

20.

Psalm. 118. 4.

Esa. 58. 9.

Cant. 2. 1.

Ambrosij

Genesis 17. 7. *Et statuum pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis federe sempiterno, ut sim Deus tuus, & seminis tui post te.* Ambrosius in Psalm. 118. paulo aliter legit, scilicet *Deus tuus sum.* Quæ verba hoc modo exponit. *Non dixit, ero: sed iam sum, iam inhabito, iam possideo. Aufert dilationem, ubi inuenit iusti confessionem.* Ergo ut significet Moyse Deum non diu moram trahere, sed præsto esse omnibus, qui eum precibus sollicitant: non per futurum dixit, ero, sed per præsens: *Ego sum Deus tuus, id est, ego vota tua præuenio, & anteuerto.*

21.

Gen. 17. 7.

Ambrosij

Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam. Psalm. 118. Postquam multis modis hunc versum exposuit Ambrosius ibid. tandem satis ad rem præsentem insecut. Hominibus quidem tempus est faciendi, cum rogantur, cum in auxilium miseri clamoribus trahuntur: Deo autem tempus est faciendi, & auxilium præstandi miseris antequam rogetur, antequam beneficio aliquo alliciatur, imo verò dum multis criminibus apud eum homines offendunt, tunc etiam tempus est faciendi, & dandi peccatoribus, ea, quæ illis vitia sunt. Adducit ibidem Ambrosius in eiusdem rei cõfirmationem factum illud Christi Domini Marci 11. 3. *Et alia die cum exirent à Bethania esurit. Cùmque vidisset à longe ficum habentem folia, venit, si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum.* Negotium faceffit interpretibus quare fons omnis iustitiæ Christus ficum maledixerit, cum tamen alieno tempore fructum in ea quæserit. Ambrosius loco citato: hoc factò damnat Christus hominum ingenium, qui tempus aptum exquirunt, ut benefaciant ac si aliquod tempus esset ineptum ad præstanda beneficia. Deus enim

22.

Psalm. 118. 23.

Marci 11. 3.

enim tempora quidem apta expectat ad puniendum fontes : ad benefaciendum tamen omne tempus aptum iudicat. Adducit etiam quod Beatae Virginis vocatae ad nuptias cum filio accidit in Cana Galilee. Inter fercula conuiuii vinum defecit, mater filium rogat huic occurrere necessitati. Cui Christus. *Quid mihi, & tibi mulier? Nondum venit hora mea.* Cum importunitatem temporis causaretur Christus. Illa vocat ministros, iubet aquam haurire, & hydrias implere. Nempe loquendi formulam filij sui perspectam habebat cui nullum tempus ad dandum importunum est. Ergo mater omnia facienda curat, ac si votis filius annuisset, scilicet rerum diuinarum particeps mater, nihil posse impedire iudicauit quominus filius aquam in vinum verteret. Exitus rem probauit, morem gerunt serui, hydrias aqua expleat, & vinum, prælibandum Regi conuiuij offerunt. Hæc omnia tradit Ambrosius, in prædicta verba Psalmi, quæ cum variis modis exposuisset tandem subdit. *Aut fortasse multa nobis admoneri: vult rogari: imò & si rogatus fuerit, & ante tempus venit, & venit ad ficulneam & ante horam venit: ut dicit ad Matrem, illa rogabat pro nobis, illa festinabat dicens: vinum non habent filii. Respondit ei Iesus, Quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. & mater, que sciebat eius affectum dicit ministris quodcumque dixerit vobis facite. Iesus quoque, qui horam suam venisse negauerat, fecit, quod ante differebat, omnia Deo tempore fecit. Omne enim tempus opportunum saluis, nihil præproperum pro salute periclitantium.*

Psalm. 118. *Intra postulat meo in conspectu tuo.* Ambrosius exponens hunc locum aliam inducit ex Græcis codicibus lectionem: nempe. *Intra dignitas mea.* Ergo quam Latinus orationem appellat, Græcus dignitatem vocat. Ad nostrum institutum hæc ratio hic locus pertrahendus. Cum aliquis principem virum in suam sententiam conatur pertrahere, & ut quod petit concedat, omnia molitur, ut hinc inde rationes conquirit quibus hominem in suam sententiam adducat. Rei honestatem, & æquitatem exaggerat, petentis dignitatem multis extollit, hæc quidem homines faciunt, cum alios homines exorare intendunt, illi verò qui à Deo aliquid petunt, nihil his opus habent, sed ipsæmet preces, ipsa tantum oratio dignitas est, quia hominem reddunt dignum, vt exaudiatur. Ergo non multum labore qui Deum petit, in concinnanda oratione, in conducendis rationibus, in euoluendis Rethorum locis, in poliendo stylo, in verborum flosculis, & pigmentis: sed rudibus quibuscumque, & impolitris verbis oret, nam qui orat, vel ob hoc solum dignus est, cui petita donentur. Fortè hoc monet Christus Dominus illis verbis Matthæi 6. 7. *Orantes nolite multum loqui.* Id est, ne multum curetis in polienda, & protrahenda oratione. Vnde subdit. *Sicut Ethnici faciunt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Id est, hanc vanam rerum opinionem abiicite. Muentur homines, non quidem qualibet oratione, sed polita, graui, vehementi, quæ auditorum, & aures permulceat suavitate verborum & animum pungat aculeo sententiarum: secus autem Deus qui quavis oratione, quocumque modo facta permouetur. *Intra (ait Ambrosius) postulat meo in conspectu tuo Domine, sed quia Græcus habet εὐλαβία & εὐλογία. Hoc est intra dignitas mea: licet potuerit scriptor errare, & fecerit, εὐλογία hoc est, deprecatio: tamen hoc quoque explanemus, ut possumus. Nempe cum hominem rogas Regem te dicis, ut contemplationem habeat honoris tui: tangit Deum tua contemplatio*

dignitatis, vt aut misereatur, si venia est postulanda, aut deferat, pro ordine dignitatis. Et cui dicam rogas? Sic vnusquisque ingreditur vt dignitatibus deferatur. Rectè ergo, & delectus Deo dicit. Intra dignitas mea coram te. Habet Christianus dignitatem suam, qui tanto imperatori militat.

Cum languentes ad orationem homines excitare vellet Christus Dominus hominem inducit ad quem amicus multam sub noctem diaerit, hic autem imparatus: ad conuiuium parandum amicum adit, à quo tres panes, quos amico apponat, mutuos petit. *Amice accomoda mihi tres panes, quoniam amicus venit de via ad me, & non habeo, quid ponam ante illum.* Non induxit pro se petentem amicum, sed pro hospite, & peregrino, quem nec de nomine nouerat, ille qui in lecto dormiebat. Si ille, qui petebat, quem multa familiaritate, & beneuolentia sibi in amicitiam deuinxerat, fame premeretur, non mirum si somnum excuteret, amicoque concederet quot panes haberet necessarios. Verum ille non esuriit, sed tantum peregrinus, & tamen Pater familias soporem, & quietem abruptit, familiam excitat, panes conquirat, amico præbet ea, quibus conuiuium ornet. Hoc factò si fides Ambrosio lib. 7. in Lucam vis orationis exponitur, quæ non solum utilis est ei, qui petit, verum etiam aliis omnibus, pro quibus rogat. Pro se quisque Regem adire potest, multaque rogare, pro aliis verò intercedere nisi familiarissimo non datur: oratio autem non tantum pro petente valet, verum pro aliis omnibus. *Quod si diligas (ait Ambrosius) Dominum Deum tuum, non solum tibi, sed etiam alijs poteris mereri.*

Quoniam pius, & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

Reddit rationem eius quod proximè dixerat, nempe. *Respicite filij nationes hominum, &c.* id est, neminem iustum, aut eorum, qui Deum adierint auxilij petendi gratia, auxilio destitutum esse, nempe. *Quoniam pius, & misericors est.* Scilicet Deus, id est, multa pollet clementia, & pietate. *Et remittet in die tribulationis peccata,* id est, dum mala, & supplicia immittit, homines peccatorum labe emundat, ob hanc enim causam præcipuè affligit homines, vt peccatorum sordes eluat. *Et protector est, omnibus exquirentibus se in veritate.* Et iustos, qui non ficto animo, sed vero cum quærunt, à malis, ne faucientur protegit.

Græca variant exemplaria: frequentius ita habent. *Quia clemens, & misericors Dominus longanimis, & multa misericordia, & remittit peccata, & saluat in tempore tribulationis.* Hæc duo longanimis, & multæ misericordiæ frequenter in scripturis sanctis coniunguntur. Psalm. 102. 8. *Miserator, & misericors Dominus: longanimis & multum misericors.* Et Esaia 9. 17. *Tu autem Deus propitijs clemens, & misericors: & multa miserationis.*

Quoniam pius, & misericors. Distinguit Hugo Cardinalis inter hæc duo, vt pius sit, quia beneficia confert, misericors, quia à miseria liberat, sed quo fundamento?

Et remittet in die tribulationis. Nos, & ipsa tribulatione purgat, mundosque reddit. Alij, & remittet in die tribulationis, id est, à tribulationibus homines eruet. Vnde Vatablus hanc partem ex Græco sic transtulit. *Et in tempore afflictionis salutem affert.* Sed hæc aculeo carent.

Ioan. 2. 4.

Ambros.

23.
Psalm. 118. 170.

Matth. 6. 7.

Ambros.

24.

Lucæ 11. 5.

Ambros.

VERS. 13.

1.

2.

Psalm. 102. 8.

Esa. 9. 17.

3.

4.

5. *Et protektor est omnibus exquirentibus se in veritate.* Id est, iustorum, qui cum simplici animo quærunt, vt diximus. Alij, non solum iustos, & eum reuerentes protegit, verum etiam omnes peccatores, si deposita impietate non fiæte ad Deum accedant.

6. *Exquirentibus.* Expendit Hugo dictionem, exquirentibus: quasi aliquid sit supra quærentibus, ipse suam sententiam suis verbis exponat. *Et dicit exquirentibus, id est, extra temporalia quærentibus.* Multi enim quærunt eum in terra, & ideo non inveniunt, quia non bene quærunt, neque exquirunt, vnde Osee 5. in gregibus suis, & armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient. Ergo iuxta mentem Hugonis exquirere est extra quærere, nempe extra temporalia, docet ergo locus extra temporalia Deum quærendum, nempe in seipso, & propter se ipsum, laudo viri pietatem, sed ad sensum historicum minus aptam expositionem iudico. Locus autem Osee longè alium sensum habet: scilicet, Deum nullis sacrificiis fore placandum, ab illis, quibus eo loco malum minatur.

7. *Misericors Deus.* Dionysius Carthusianus. Dicitur autem misericors, quasi miserum cor habens, id est, compassivum in aliorum miserijs, vt loquitur Damascenus. *Et sic Deus non est misericors in Deitatis natura cum mirabilis, impassibilisque existat, sed per similitudinem operis quia ex sua natura miseras hominum releuat, quoniam pius, & misericors est Deus. Pius beneficia conferendo, misericors à malis liberando, vnde sequitur, & remitter in die, &c.*

8. Vide Hugonem. Deus non propter temporalia quærendus. Retulimus eius verba.

ETHOLOGIA XXXII.

Quo quis grauius laboribus atteritur, eo magis Deum præsentem habet.

1. *Quoniam pius, & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata.* Hic versus Deum omnibus facit præsentem præcipuè illis, qui maiori laborum procella vrgentur. His enim Deus præsto est. Hoc de more quibusdam in medium adductis testibus probemus. Dormiebat Christus in puppi, dum nauicula qua ipse cum discipulis vehabatur facta tempestate iactaretur, nec crebra nauis iactatio dormientem excitat, nec ipse somnum excutit, nec discipuli vocant, donec amisso gubernaculo nihil nauarum subsidiis valentibus discipuli magistrum de imminente sibi periculo admonent. *Et ecce motus magnus factus est in mari, ita, vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum dicentes Domine salua nos, perimus.* Matth. 8. 24. Scilicet notante Petro Chryologo serm. 20. Sinit Christus suos periclitari, donec omni abiecto humano subsidio, tanto mirabilius inuocantes eripiat, quanto maiori periculo premebantur. *Mare* (inquit Chryologus) quod pedibus Christi tumentia terga submit, modo quid est, quod vsque ad periculum sui, sauit, furit, contendit auihoris? Et respondet. Fratres gubernatoris peritiam, non probat tempestas terrena, sed procellosa tempestas. Blandiente aura nauim regit vltimis nauia in confusione ventorum prima queritur ars magistri. Hinc est quod discipuli, postquam viderunt sibi industriam nauicorum deperisse ad ipsum gubernatorem, rerum rectorem trepidi confugerunt.

2. Ioannis 11. Periculose decumbebat Lazarus, cuius sorores Magistrum misso tabellario sollicitant, vt veniat, & morbum sæuientem arceat: sed

ipse Christus distulit venire, donec Lazarus quadriduanus vermibus scatens graueolentiam redens in tumulo iaceret. *Ait Iesus tollite lapidem, dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine iam fatet, quadriduanus enim est.* Ergo præsentiam suam subtraxit, aduentum procrastinauit, donec omnia humana subsidia defecissent, nullaque spes restaret: tunc diuina subsidia affulget. Hoc ex Petro Chryologo transfero sermon 63. his verbis. *Mansit in eodem loco duobus diebus. Videtis quemadmodum dat locum morti, sepulchro dat licentiam, sepulchro posse permittit. Atque agit, vt humana spes tota pereat, & tota vis humana desperationis accedat?*

Sæpius per noctem & in secreto cubili sponsa quærit sponsum, nec tamen inuenit: postea verò per plateas, vicos, & triuia quærenti sponsæ occurrit. Cum tamen sponsum quietis amans, & secreta domus requirens potius in secessu adit, quam in hominum frequentia. Ambrosius lib. de Isaac c. 5. ad rem nostram refert factum ex illis verbis Cantorum 5. *Inuenerunt me custodes, qui custodiunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Ergo percussa sponsa dilectum in media turba inuenit, quæ nihil mali patiens, in cubili & lecto non inuenerat, ea enim est vis laborum, & ærumnarum, vt Deum præsentem subito nobis faciant. Ambrosij verba dono. *Multi sunt, qui in otio quærunt Christum, & non inveniunt, & quæsierunt cum in persecutionibus, & cito inuenerunt.*

Psalmo 45. *Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, que inuenerunt nos nimis.* Ambrosius exponens hunc locum retulit aduerbium illud *nimis*, tum ad nomen illud *refugium*, tum etiam ad verbum *inuenerunt*. Vnde hunc sensum verba conficiunt. Deus noster nimis refugium nobis est, cum tribulationes nimis nos inuenerunt, id est, cum quis multis tribulationibus premitur, & vix vlla spes affulget salutis, tunc sanè præsentissimum Deum habemus. Cunque res nostræ in summum discrimen redactæ sunt, tum Dei auxilium certius habes. *Deus noster* (ait Ambrosius) *refugium & virtus adiutor in tribulationibus, que inuenerunt nos nimis, bene nimis ad vtrumque respondet, & vt in tribulationibus, que nos nimis inuenerunt, & adiutor nimis possit intelligi: quanto enim maiores tribulationes fuerint, tanto maiora nobis, & vehementiora adiumenta sunt necessaria.*

In vtramque aurem dormientem sponsam Cantorum 5. his verbis sponsum à somno excitat. *Aperi mihi, soror mea sponsa.* Ratio verò, qua pellicere conatur amore languentem, non transcursum annotanda. *Quia caput meum plenum est rore & ciccinni mei guttis noctis.* Nempè decidens pruina casatiem obstrinxit. Pruina secundum anagogem exponente Ambrosio in Psalm. 118. labores, & ærumnas designat, ergo cum Ecclesia quæ est corpus Christi laboribus vrgetur, tunc Christus ad ianuam adest, auxilium laturus. *Aperi mihi* (ait Ambrosius) *soror mea sponsa, quia caput meum plenum est rore & crines mei guttis noctis. Considera quando maxime pulsat ianuam tuam Deus verbum: cum repletum est caput eius rore nocturno, in tribulatione enim, & tentationibus positas visitare dignatur, ne quis forte succumbat victus ærumnis. Repletur autem caput eius rore, vel guttis, quando corpus eius laborat.*

Marci 5. 38. vocatur Christus, vt filiam archisy-nagogæ exsuscitet. Sed prius quam id aggrediatur vide quid faciat. Imprimis plorantes carpit, substantiantes patitur, eos qui erant in conclauis expellit, parentes

parentes defunctæ puella vocat, discipulos inducit, defunctæ manum tenet, alloquitur eam, tandem in vitâ reducit, vide quot ambagibus vitur Christus, vt defunctam faminam ad vitam reuocet; & compone hoc factum Christi Domini cum alio quod Lucas refert cap. 7. 11. Cum enim Dominus ex itinere funerali pompæ occurrisset, efferebatur enim filius vnicus matris viduæ, Christus accessit, & defunctû sine vlla mora euulanti matri restituit. Qui innumera præmisit, vt puellam fuscitaret citissime adolescentem in communes auras reuocat. Ambrosius lib. 6. in Lucam in lacrymas viduæ rem totam detulit. Scilicet vidua illa vnicum filium etiam amiserat, tot ergo, ac tantæ calamitates Christum vrgebant, & eius auxilium properare cogebant. Mater sane puellæ Lairum coniugem superstitem habebat, nec tamen vnica filia puella dicitur, vnde, & remedium distulit Christus, quo nos docet magis præsentem Deum habere sibi illum, qui grauioribus calamitatibus premitur. *Quæ tamen* (ait Ambrosius) *tantæ diuersitatis est causa? Supra publice viduæ filius suscitatur; hic remouentur plures arbitri. Sed puto quod in eo etiam pictas Domini declaratur, quia vidua mater vnici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur maturitas additur.*

7. *Lucæ 12. 49. Ignem veni mittere in terram.* Cur adueniens Christus igni comparetur non vnica omnium ratio est, vel constans sententia. Ambrosius lib. 7. in Lucam in huius elementi velocissimum motum refert: ergo sensus est, cum tot malis vrgeri vniuersum orbem vidissem, nobisque succedentibus prioribus pene obrui, tantorum malorum miseratione commotus aduentum maturavi, & instar velocissimi ignis opem laturus ocior veni. In hunc sensum adducit verba Christi Domini *Lucæ 22. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor.* Cum videam mala, quibus homines atteruntur temporis dilationem vix sustinere possum, mors mihi accersenda, ardeo moriendi desiderio, quia hæc mors vitam vniuerso orbi reddet. *Ignem* (ait Ambrosius) *veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur, & ideo fortasse Dominus in igne venturus est, vt vitia vniuersa consumat, sui que presentia desideria compleat singulorum, mysteriorumque & meritorum lumen accendat. Tanta igitur nobis dignatio est, vt infundenda nobis deuotionis, & consummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis studium passionis sibi inesse testetur. Qui cum in se nihil haberet quod doleret, nostris, tamen angebatur ærumnis & sub tempore mortis mæstiam præcedebat, quam non ex metu mortis suæ, sed ex mora nostræ redemptionis assumpserat: iuxta quod scriptum est: Baptismo habeo baptizari, & quomodo angor, usque dum perficiam.* Hæc ille: fortè hanc ob causam sub ignis specie Spiritus sanctus discipulis labitur, quia discipuli Christi maximo metu angebantur, quem ex magistri morte conceperant: vnde vix è domo pedem efferre audebant. Velox ergo instar ignis adest extreme periclitantibus. Item hoc idem protendit, rubus ille ardens *Exod. 3.* Rubus mala, quibus atterebantur Hebræi, & flagella, quæ patiebantur ab Ægyptiis protendit, hæc enim sentibus, scorpionibus, & virgis infligebantur, quem rubum ignis circumdat, quia tot, ac tanta mala Dei auxilium maturarunt. Expende insuper verba illa Ambrosij. *Et sub tempore mortis, &c.* Id est, tristitia, quam sub tempore mortis orans Christus præ se tulit, non tam de imminente morte ortum habuit, quam de dilatione eiusdem mortis, adeo enim Christus mori desiderabat ob bonum hominum, vt summa tristitia afficeretur, cū mori differebatur.

8. *Lucæ 16.* Diues ille apud inferos cruciatus recreari aliquantulum perit in tanta tormentorum vi. Hanc autem refrigerationem aquæ nomine designat: quia vt exponit Ambrosius lib. 8. in Lucam aqua tunc utilis est cum sitientibus campis, hianti solo, squallentibus fatis fruges exuruntur, non aliter Dei gratia tunc gratissima accedit, cum multis miseris homo premitur. *In inferno* (ait Ambrosius) *Diues inducitur cupiens aliquid spiritus à paupere refrigerantis haurire. Aqua enim refectio est anima in doloribus constituta. De qua dicit Esaias: saliet aqua in delectatione de fontibus saluatoris.*

9. *Bernardus sermon. 16. in Psalmum. Qui habitat.* Multa colligit pro nostro instituto in primis illud eiusdem Psalmi, *cum ipso sum in tribulatione.* Id est, præsto misero sum dum angitur, adducit etiam verba Iacobi 1. *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Id est, tunc vobis adeste omne gaudium, cum vos omnia aduersa atterunt. Insuper versum Psalmi 33. 19. *Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.* Dei enim natura omnibus prope est, at per auxilium his præcipue, qui tribulantur. Adducit etiam verba Matthæi vlt. *Et ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Terruerat eos prius per labores, & ærumnas quas duraturas dixit vsque ad finem sæculi, nunc autem in ipsis laboribus toto illo tempore opem se laturum protendit. *Vnde stimus* (ait Bernardus) *quod nobiscum sit in tribulatione? Ex eo scilicet quod in ipsa tribulatione nos sumus. Quis enim sustinet? Quis sustineret, quis persisteret sine eo? omne gaudium existimemus fratres, cum in varias tentationes inciderimus, non modo quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei: sed quia iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde. Si ambulauero in medio tribulationis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Ita ergo nobiscum est Deus omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Quando autem nos erimus cum ipso? nimirum quando rapiemur obuiam Christo in aëra.*

10. *Iudicium 5.* Post partam victoriam hoc carmen cecinit Debbora: *Qui sponte obrulistis de Israël animas vestras ad periculum, benedicite Domino.* Quorundam lectio nobis fauet: *Cum nudasset Israël iudicibus.* Id est, cum omni auxilio Israël em nudasset, benedicite, tunc ei gratias agite, scilicet eo tempore maxime serenitas affulget.

11. *Obed autem genuit Iesse* *Matth. 1.* Obed, id est, subditus significat labores, & ærumnas, quas iusti homines patiuntur; Iesse autem refrigerium. Nempe labor suscipit, & generat filium refrigerium videlicet, & remedium eiusdem mali.

12. *Psalm. 7.* *Et exaltare in sinibus inimicorum tuorum.* Id est, cum inimici tui in vltimo vitæ discrimine sint constituti, tunc eis maxime auxilium feres, ob quod beneficium eximiam laudem, & gloriam apud homines consequeris. Rem trita similitudine explicemus. Qui multum in arte medica valet, dum eius peritia in obscuro latet, nec multis nota est, gratum ei accidit, si quisquam periculose decumbat, quem ex arte curans famam late longèque diffundit. Et Dei laus tum maxime omnium ore fertur cum semineces ad vitam restituit. Hanc expositionem ex Basilio hausi hunc locum exponente his verbis. *Aur certe exaltare in sinibus inimicorum meorum, eius modi sensum præfert, quantumlibet in sublime succreuerit malitia, etiamsi per exuberantem copiam aut facultatem posse in immensum, & in infinitum se effuderit pestis, quemadmodum bonus medicus depascens ulceris terminos præoccupans sistere morbum, late vagantem, ac serpentem,*

pentem, & eius continentem contagionem plagis sua disciplina incidere.

13.
2. Cor. 1. 9.

De malis, quæ in Asia perpeffus fuerat Paulus præloquutus subdit 2. Corinth. 1. 9. *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in eo qui suscitatur mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit.* Responsum mortis vocat vltimum vitæ discrimen, id est, iam, iam agebam animam, iam de vita periclitabar, nulla spes affulgebat salutis, sed in tanto discrimine constituto Deus affuit: Deus, inquam, qui suscitatur mortuos, hoc est, qui ad vltimum vsque spiritum deducit, ut inde maiore cum laude eruat. Hunc sensum infert his verbis Basilius in responsione ad interrogationem 206. in regulis breuioribus. *Talis erat Apostolus (ait Basilius) cum diceret responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobismetipsis, sed in Deo, qui suscitatur mortuos. Quippe qui, quoad animi ipsius propositum, ac partem voluntatem pertinebat, quotidie moreretur, benignitate autem Dei in vita retineretur: quæ quidem causa erat, cur fidenter diceret: quasi morientes, & ecce viuimus.* Hæc vltima verba desumpsit Basilius ex 2. Corinth. 6. 9. id est, cum vltimum vitæ spiritum ducere videmur, tunc demum vitæ spes oboritur, cum sol videtur occumbere, tunc aurora coruscare incipit. Sed prius quam hinc ab eo iterum hærendum verbis Pauli 2. Corinthiorum 1. 9. *Responsum mortis habuimus, &c.* Vbi noster vulgatus responsum transtulit, Græcis est ἀποκρίμα. Quam vocem Phocius accipit pro crisi medica. In periculosis morbis obseruant medici dies quosdam, quos criticos appellant, & ex quibusdam signis iudicant de statu, & fine morbi. Ergo cum ærumnæ in extremo vitæ periculo nos adduxerint, tunc quidem non longius abesse remedium iudicemus, id est, nulla iudiciaria, & critica dies tam vehemens iudicium medicis offert futuræ sanitatis, quam nobis certa spes futuræ tranquillitatis affulget ex vitæ periculo in quo versamur.

14.
Gen. 22. 14.

Gen. 22. 14. *Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. Unde vsque hodie dicitur, in monte Dominus videbit.* Tunc Dominus afflictionem Abrahami vidit, cum gladius filij ceruicibus impenderet: nec antea patrem metu liberauit, quam filius in vltimo vitæ discrimine versaretur. Vnde in prouerbum hoc abiit: *Unde dicitur vsque hodie: in monte Dominus videbit.* Id est, finit Deus homines in vltimo vitæ discrimine versari, nec prius eos à malo eripit, quam desperatæ prorsus valetudinis eos viderit. Prædicto modo exponit hanc sententiam Rupertus lib. 6. de Trinitate cap. 33. his verbis. *Hoc nempe apud Hebræos exiuit in prouerbum: ut si quando in angustia constituti sunt, & Domini optant auxilio subleuari: dicant in monte Dominus videbit: & hoc est, sicut Abrahæ misertus est, miserebitur, & nostri, vnde & in signum dati arietis solent nunc quoque cornu clangere.*

15.
Gen. 28.

Genesis 28. Iacob fratrem fugiens scalam vidit, quæ prouidentiam Dei significat, hanc enim, & per se ipsum, & per administratos Angelos in hominibus exercet, sed quando hac scala fruitur Iacob? Cum pro fugas Patriam domum deserit, alienas regiones inquit, fraternum odium pavidus declinat, pene nudus viam aggreditur, omnique auxilio, & viatico destitutus subdicio cubat. Non hanc intra paternæ domus claustra, nec intra maternas delicias suspexit. Nempè id inuit Deus, quod modo dicebam, scilicet tunc diuinam prouidentiam in hominum vtilitates magis inuigilare, cum ipsi acrioribus difficultatibus premuntur. In hac sententia est Rupertus lib. 7. de Trinitate capite 21.

Rupert.

excipe loquentem. O profugum cælestis auxilij, protectione dignum, quia sola fide, atque lectione scripturarum doctus erat, quod ad possidendam benedictionis hereditatem ad seminandi beati seminis expectationem non pompatice sed humiliter, & conscientia supplicis esset ingrediendum. Porro quod veraciter dictum sit: iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, ex isto claret, quod continuo sequitur, videtque in somnis scalam, &c.

In eundem sensum exponit. Rupertus lib. 8. in Gen. cap. 35. verba Sapientia 10. *Hæc venditum iustum non dereliquit; sed à peccatoribus tutauit eum,* id est, fraterna inuidia in prædam datus est Iosephus Ismaëlitis, patrio solo exulare coactus est, heram sibi insidiantem illi, ac tandem quod summam laudem, & gloriam illi parere, æquum esset, carcerem, & vincula attulit. Sed omni auxilio nudatum Iosephum sapientia diuina eripuit, Deus auxiliatus est, ac tandem magna cum laude, & gloria ereptum clarum fecit. *Et quidem (ait Rupertus) bene & cum sapientia digna laude de illo iusto dictum est, hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, quia præiudicium passus est, non habens adiuantem hominem, qui pro illo causam diceret, vel cuius fiducia seruus solitarius iudicium postularet. Recte & ille dixerit: factus sum sicut homo, vel certe factus sum homo sine adiutorio: quia vero sapientia cum illo descenderat in foueam, id est, in cisternam, quo fratres eius submiserunt eum, & in vinculis Aegyptijs non dereliquit eum, recte nihilominus idem dixerit, non quidem inter mortuos viuens, sed inter viuitos Regis liber.*

16.

Rupert.

Væ duplici cordi, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis.

VERS. 14.

His omnibus sententiis arguuntur illi, qui non omnino Deo se credunt, nec omnino sperant in laboribus fore à Deo liberandos. Sed dum infelicitas ingruit ad illicita remedia profiliunt. Hic facilis nexus cum superioribus, nec orationis filum rumpitur. Ergo *væ duplici cordi.* Id est, *væ illi, cui si fortuna arriserit Deum colit, si vero aduersitas ingruat, ab eo deficit.* Huic loco lucem afferunt verba Iacobi 1. 8. *Vir duplex animo inconstans est, in omnibus vijs suis.* Duplicem animo vocauit eum, quem hic duplici corde virum dicit: sed ibi qui cum hæsitacione aliquid à Deo postulat: hic vero, cum hæsitacione se Deo fidit, fauent etiam nostræ expositioni verba Luca 8. *Qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Hoc enim est duplex habere cor. In hunc sensum intelligenda etiam sunt, verba quæ subdit author: & labijs scelestis. Labia scelestia illa appellat, quibus sæpe huiusmodi homines Deum accusant, quod eos in tot, ac tanta mala protruderit, eiusque prouidentiam carpunt. Ergo *væ illis, qui in laboribus constituti de Deo conqueruntur. Et manibus malefacientibus.* Væ etiam eis, qui Dei auxilio minus fidentes in peccata se dant præcipites, vel ad illicita remedia, per quæ mala euadant, manus adhibent. Manus autem malefacientes hic appellamus, eas, quæ ex diffidentia ad malum conuertuntur. Quas hic Græci appellant manus remissas, id est, manus fessas, & diffidentes. Fauet Esaias capite 35. *Confortate manus dissolutas.* Græci ibidem remissas. Quæ verba transferens Paulus Hebræorum 12. 12. *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite.* Ergo hic malefacientes manus appellat illas, quæ labore victæ ad opus prohibitum demittuntur.

1.

Iacob. 11.

Lucæ 8.

Esaiæ 35.

Hebr. 11. 11.

Eodem

Eodem adducendum illud. *Et peccatori ingredienti duabus vijs.* Eandem sententiam aliis verbis aperit, quasi dicat, qui non rectè, & constanter cum Deo ambulat, sed quando felicitas affulserit Deum sequitur, cum verò aduersitate aliqua opprimitur, eum deserit. Similem sensum habent verba illa Eliæ ad populum 3. Regum 18. 21. *Vsq̄ quo claudicatis in duas partes?* Duplici via dicuntur ingredi, quia specie tenus sanctitatem profitentur, si verò animum intuearis in omni vitiorum genere volutantur.

Græcis varia est lectio. Apud illos desiderantur verba illa. *Et labijs scelestis*, insuper dictio illa, *terram*, frequentius autem hac ratione versum effertur. *Va cordibus timidis, & manibus remissis, & peccatori ingredienti duas vias.* Cor timidum appellatur cor minus fidens, incredulum. Iuxta illud Apocal.

21. 8. *Timidis autem, & incredulis, execratis.* Ecce quam ratione timidos, & incredulos coniunxit. Hos noster interpret duplex appellat, nos diffidentes iuxta Græca exposuimus. *Va duplici cordi*, id est, dubitanti. Aliqui ex Græco transferunt. *Va cordibus ignavis.* Sed eodem recidit: loquitur enim de illis, qui ob ignauiam non satis Deo fidentes à bono ad malum deficiunt quos iure optimo ignavos vocat. De cordis hypocrisis versum exponit Dionysius, sed non satis aptè. Augustinus cum vult intelligi, qui partem Deo, partem diabolo dedit. Alij verò mendacem exponunt, quia aliud promittit corde, aliud promittit ore. Iuxta illud Psal. 11. *Labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt.* Atqui certum est illic Psalmodographum mendaces viros carere, dixerat enim. *Diminuta sunt veritates à filiis hominum.* Ergo iuxta phrasim scripturæ duplex cor mendacem significat. Alij verò politicos intelligunt, qui proprio commodo semper intenti, nihil de publico, nihil de religione, nihil de veritate curant: sed præstat data nobis expositio.

Et labijs scelestis. Dionysius. *Nec debita vitant peccata ut sunt iuramenta, periuria, detractiones, susurrations, & discordia seminationes.* Hugo Cardinalis, qui aliud dicunt, & aliud cogitant. *Vel qui laudes diuinis homini attribunt, vel illi de quibus legitur Actorum 12. Herodes vestitus veste nuptiali sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos, populus autem acclamabat Dei voces non hominis.* Vel certè labia scelestasunt labia detractorum, de quibus Psalmus. *Libera animam meam à labijs iniquis.* Hæc ille. Ergo per labia scelestas intelligit mendaces, item laudes Deo debitas hominibus dantes, insuper eos, qui compta oratione populo dant verba, tandem detractores. Hæc quidem ad sensum morale vtilia, cum sensu autem historico nihil commune habent.

Et manibus male facientibus. Nos exposuimus remissis, & dissolutis præ ignauia. Certè per manus opera significantur, quoniam manus præcipuum instrumentum agendorum operum est. Ergo tribus partibus huius sententiæ, tres modos peccandi comprehendit nempe cogitatione, verbo, & opere. Alij per manus malefacientes quodcumque opus peccati exponunt. Lyra *Et manibus malefacientibus.* Scilicet homicidio, rapina, & eiusmodi.

Et peccatori ingredienti terram duabus vijs. Nos exposuimus idem, quod dubium, & anxium. Eandem rem alia similitudine nonnulli explicant. Per duas vias intelligunt intentionem, & opus exterius, id est, aliud opere protendant, aliud animo intendunt. Nonnulli opera, vias occulte, & quæ palam fiunt. Item alij duas vias intelligunt eorum, qui partim Deo cultum adhibent, partim idola venerantur,

ut quondam fecere Samaritani & Israëlita, quos pungit Elias. Rabanus. *Duabus vijs ingreditur, qui facit mala, & sperat bona. Vel qui carnis sectatur opera, & spiritus sanctificationem se arbitratur perficere in timore Dei, vel qui quod Dei est exquirat opere, & quod mundi est querit cogitatione.* Sed longè omnia hæc à mente authoris, certè id, quod prius dixerat. *Va duplici cordi.* Hoc idem exponit, dum addit. *Et peccatori ingredienti terram duabus vijs.*

Et peccateri ingredienti terram duabus vijs. Hinc nonnulli probant nos omnes peregrinos esse, dum vitam hanc temporalem ducimus. Verum Græca exemplaria ostendunt quàm longè à veritate absint, quæ non habent dictionem illam *terram*, sed vt diximus tantum, & peccatori ingredienti duas vias non peregrinationem, sed subdolum animum designantia.

Va dissolutis corde qui non credunt Deo: & ideo non proteguntur ab eo.

Hic versus satis expositus manet in superiori: dissolutum enim cor appellat quod præ dubietate vires amittit, & resoluatur: dum enim non satis fidit Deo liberationem à malis pollicenti ad illicita prolabitur remedia. Ergo *va illi*, qui dubius de Dei promissione, qua in laboribus constitutus se affuturum pollicitus est, ab eo deficit, hi enim sunt, qui non credunt Deo, vel quia omnino Deo diffidit, vel saltem quia dubitat. *Et ideo non proteguntur à Deo.* Et qui de Dei auxilio dubitant, non eripiuntur. Græca clarius nostrum sensum indicant, sic enim habent. *Va cordi remisso, quoniam non credit, propter hoc non protegetur.* Id est, *va illi*, cui cor deficit, qui animo cadit, quoniam non credit, id est, ideo autem animo cadit, quia non satis firmiter Deo fidem adhibet. *Propter hoc non protegetur.* Nudabitur autem diuina protectione quia de Dei auxilio dubitauit. Vnde duplicem causalem habet hæc sententia, nam eius, quod dicit, *va dissolutis corde*, causa est, quod sequitur, *quoniam non credunt Deo.* Huius autem vltterius causam addit. *Et ideo non proteguntur à Deo.* Vel ita, vt prior illa sententia, *va dissolutis corde*, exponatur per subsequentem. *Qui non credunt Deo.* Malum autem, quod ex hac dubitatione procedit indicat vltima pars, scilicet. *Et ideo non proteguntur à Deo.* Vnde Vatablus ex Græco transtulit. *Va cordi collapso: nam cum nullam habet fiduciam, defensore quoque carebit.* Siue hoc autem, siue illo modo intelligas eodem recidit: ideo enim ait author, hominem Dei auxilio destitutum, quia non satis fidenter Dei auxilio fidit.

Dionysius Carthusianus. *Ligandum est ergo, & figendum cor in Deo vinculis charitatis, clavis timoris, anchora spei, regula fidei, & gratiæ firmitate, cum dicat Apostolus optimum est gratia stabilire cor: & Psalmista precatur. Consiqe timore tuo carnes meas.*

Va his, qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuertunt in vias prauas.

Adhuc eidem sententiæ insitit quam clarius tradit. *Va eis qui perdiderunt sustinentiam.* Id est, *va eis*, qui in calamitatibus & periculis constituti, quam de Deo spem conceperant, fore scilicet, vt ab eo liberarentur, abiecerunt. *Et qui derelinquunt vias rectas.* Quasi dicat, & ex defectu patientiæ, & tolerantia viam virtutis, quam ingressi fuerant, perdunt, & ab ea deflectunt. *Et diuertunt in vias prauas.*

prauas. Id est, in peccata defluunt, vel ad illicita remedia dilabuntur, quibus excuterent malum, quo premebantur.

2. Græca breuius. *Ue vobis, qui perdidistis patientiam.* Reliqua, quæ in Latinis codicibus habentur, explicationis gratia addita videntur. Aliqui existimant de his in hac sententia agi, qui à Deo, & auitis legibus descuerant, dum Ptolomeus Ægyptiorum Rex Iudæos diuexabat. sed quis hoc probet?

3. *Vias rectas.* Has opponit prauis, & sinuosis, mandantisque plenis.

4. Dionysius Carthusianus. *Væ eis, qui perdidit sustinentiam, id est, patientiam, qui victi sunt ab ira, tristitia, seu impatientia sua. Quemadmodum in virtute patientia consistit possessio animæ, ita in vitio impatientia consistit perditio eius. Ideo dicit Apostolus, noli vinci à malo.*

VERS. 17. Et quid facient, cum inspicere cœperit Dominus?

1. Quasi dicat, illi qui amissa patientia flagitiis se dederunt, quam amare stebunt, quam ægre dolebunt, dum inspexerint, eos à periculis, & laboribus erutos, qui spem suam firmiter in Deo collocarunt. Cum enim viderint se qui in eisdem ærumnis cum illis erant ad illicita remedia defluxisse, neque ob hoc malum euasisse, è contra verò eos, qui Deo firmiter adhæserunt, ab ærumnis ereptos. Quid rogo facient?

2. Vatablus transfuit. *Quid enim facietis cum Dominus in vos inquiret?* Vnde de die iudicij, locum intelligit, & communiter omnes: sed, ni fallor, germana magis nostra expositio, & ad filium orationis aptior.

3. *Inspicere*, id est, fauere, dexter, vel præsto adest eis qui in malis versantur. Vilitata sacræ scripturæ phrasi iuxta illud Psalm. *Respice in me, & miserere mei.* Et sexcenta alia, cum inspicere cœperit, si de iudicio extremo locum exponas, nota, non ignem, non vermem, non tormenta iudicis irati in medium adduxisse Ecclesiasticum, vt homines terreat, sed solam disquisitionem. Etenim vel hæc sola metum incutere hominibus potest.

VERS. 18. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt viam illius.

1. Quasi dicat, qui timent Dominum facile credunt promissis eius, numinis enim reuerentia, vbi altas egerit radices diffidere diuinis promissis non finit, cum in eum, quem suscipit, ac reueretur, inconstantiam cadere non putet. *Et qui diligunt*, &c. Quasi dicat, qui diligunt illum, à via, quam præscripsi, non recedent, ex amore enim Dei, ad complenda opere eius mandata, venitur: & qui diuina præcepta violat, Deum non amare perspicuum est: *nam qui diligit me, sermonem meum seruat.*

2. *Et qui diligunt illum conseruabunt viam illius.* Amor Dei operibus comprobatur non verbis.

3. *Viam illius.* Præcepta significat, quia per ea ad Deum itur, vilitata scripturæ phrasi. *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Passim obuia habebis similia.

VERS. 19. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei. Et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.

Qui timent Dominum inquirent quæ beneplacita sunt ei. Id est, qui Deum reuerentur, vt præficient, quæ ei placent, satagent. Iis enim, quos maximè reueremur, placere vehementer optamus: & ideo, quæ ei placita sunt, studiose inquirimus. *Et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius.* id est, qui eum amant fructibus amoris diuini, & bonis, quæ ex eo dimanant, replebuntur, amoris fructus vberimos capient. Etenim iuxta sacræ scripturæ phrasim aliquo repleti est, fructibus, vel effectibus, qui ex illo oriuntur, abundare, & eos percipere. Hac phrasi vsus est Sophar ad Iob 20. 11. *Ossa eius implebuntur vitis adolescentiæ eius.* Qui autem sint fructus, qui ex Dei amore prodeunt, indicat vox illa lege. Scilicet Dei legis, & sacrarum scripturarum perfecta cognitio. Hic enim est fructus diuini amoris, vt homini secreta pandat, & mysteria explicet, vel per legem intelligit perfectam legis impletionem, qui enim Deum diligit, eius præcepta opere complet.

Inquirent. Nimirum ne ex ignorantia à mandatis eius aberrent, inquirent ergo, vt exequantur.

Et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Præter adhibitam expositionem, quæ, vt teor, aptior est, alij hoc modo exponunt. Is, qui Deum diligit, legi eius adimplendæ se penitus addicet. Hoc enim est lege ipsius repleti. Nam qui alium totis visceribus amat, cauet eum offendere adhuc in rebus minimis. fauet Vatablus, apud quem hoc modo transfert Tigurina. *Qui reuerentur Dominum, sequentur quæ grata sunt illi: & qui diligunt eum, plenam legi ipsius, nauabunt operam.* Ergo sensus est, qui diligunt Deum vsque ad apices legem implebunt. Alij verò ita exponunt. *Replebuntur lege Dei.* Id est, se ipsos lege Dei implebunt: nihil in se vacuum relinquent, quod lege Dei non impleatur, id est, animum, mentem, omnia corporis membra ad legem Dei aptabunt. Oculos, ne videant, nisi quæ lex Dei permittit, aures, ne audiant, quod Deus arcet ab auditu, &c. Non vt quidam, qui non toto animo, & mente Deum sequuntur. Alij verò hoc posterius Hemistichium ex priori exponunt, dixerat. *Qui timent Dominum exquirent, quæ beneplacita sunt ei.* Id est, curabit, vt eius legem nouerit, subdit. *Et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.* Id est, meditatione legis diuinæ, vt penitus caleat sensa scripturæ, quod idem est, cum supradictis. Alij: *replebuntur lege.* Id est, legem implebunt, nam iuxta Paulum Romanorum 13. *Plenitudo legis est dilectio.* Item alij hac ratione exponunt. *Qui diligunt eum pro summo gaudio ducent, si aliquid eis faciendum præscribitur, & à Deo per legem imperetur. Itaque diligentiū Deum non solum est legem implere, quod ante dixerat: sed magna cum voluptate perficere.* Ergo hi authores per verbum replebuntur intelligunt gaudio replere, gaudio inquam, quod ex præcepto, & obedientia Dei oriri solet eis, qui vehementer diligunt Deum.

ETHOLOGIA XXXIII.

Non segniter adeunda virtus.

Qui timent Dominum, inquirent, quæ beneplacita sunt ei, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Verbum illud replebuntur, vt diximus, significat totis viribus, toto animæ conatu in studium pietatis incumbere. Segniter enim rem aggredi omnibus nocet, præcipue eis, qui studio pietatis inuigilant, quod iam ex Patribus ductis testimoniis planum facio. In bonâ partem interpretatur Origenes hom.

hom. 1. in Exodum præceptum illud Pharaonis Regis Ægyptiorum Exodi 1. 16. *Quando obstetricabis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit interficite eum: si femina reseruare.* Masculus factus significat cogitationes sanctas, & pias: fæmineus vero sæculares, & mundanas: ergo iubet Deus Rex cælestis, vt omnis Hebræus, id est, quicumque fidelis, & pius fæminas occidat, masculos reseruet, & leuet. Illi vero, qui segniter virtutis studium obeunt, similes sunt obstetricibus, quæ vtrûmque reseruarent, tam masculos, quam fæminas: hoc est, qui vtrâque viam terunt scilicet virtutis, & vitij. Audi verba Origenis. *Obstetrices enim mediæ, quadam sunt, & tam masculos, quam nascentes fæminas fouent.*

Exodi 3. 18. *Et audient vocem tuam: ingredierisque tu, & seniores Israël ad Regem Ægypti, & dices ad eum Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum, vt immolemus Domino Deo nostro.* Viam trium dierum iubet Dominus agere Hebræos, nec nisi itinere trium dierum ab Ægypto distent, Hebræos immolare non patitur: scilicet iuxta anagogem, cogitatione, verbo, & opere delinquimus, & eisdem tribus, scilicet verbo, opere, & cogitatione ab Ægypto abducimur. Ergo omnino discendum est à peccatorum tenebris quæ per Ægyptum significantur, nec nisi trium dierum itinere distemus, immolare possumus. Nequis putet licere sibi in media via subsistere. Hæc ratione exponit hunc locum Origenes homil. 3. in Exod. his verbis. *Non vult (ait Origenes loquens de Rege Ægyptiorum) vt totum à se triduum proficiantur, vult in nobis, vel vnum diem suum habere, in alijs duos, in alijs totum triduum ipse possidet, non vult à se longe fieri populum Dei. Vult enim, si non in factis, vel in sermone peccare, vel cogitatione delinquere.* Hæc ille. Ergo Pharaon, id est, dæmon sacrificandi quidem facultatem indulget, id vnum cauet, ne id trium dierum itinere fiat, id est, ne omnino à se homines discedant.

Nemo desipiat, fieri enim non potest, vt simul, quis & diabolo, & Deo locum præbeat, mutuo enim se excludunt, vidit hoc Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abal capite 4. Qui in illius probationem inducit verba Ioan. cap. 13. 26. *Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simoni Iscariotæ, & post buccellam introiuit in eum Satanas, & dixit ei Iesus: quod facis fac citius.* Et infra. *Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo, erat autem nox.* In primis expende verbum illud continuo, nulla enim mora interposita sed statim, ac diabolus ingreditur Iesus expellitur. Nec vtrèque simul habitare possunt, in super expende illud, *erat autem nox* sub vesperâ Pascha celebrabatur: ergo potius vesper erat cum Iudas egressus est, quam nox. Sane tempus materiale quo fruimur, noctem habet; & diem, & crepuscula, quæ horæ sunt intermedia, inter noctem, & diem: at vita spiritalis nec vesperam habet nec auroram, vel in luce, vel in tenebris est, si toto Deum pectore amas in die versaris, si vero in dilectione frigesceis tenebris obsideris densissimis. Ergo Iudas postquam à die recessit statim in tenebras, & in noctem incidit. Cum autem (ait Ambrosius) renunciat improbitati, statim asciscitur virtus. Egressus enim malitiæ virtutis operatur ingressus, eodemque studio, quo crimen excluditur innocentia copulatur. Habes hoc in Euangelio, quia vbi Satanas immisit se in cor Iudæ, Christus recessit ab eo. Momentoque eo, quo illum recepit hunc amisit. Denique sic scriptum est, & post buccellam introiuit in eum Satanas. dixit ergo illi Iesus: quod facis fac celerius. Quid illud? vt quia introierat in eum Satanas, ipse abiret à Christo.

Canticorum 5. 2. *Aperi mihi soror mea sponsa.* Ambrosius libro de Isaac capite 4. expendit pronomen illud mihi. Id est, mihi soli nulli alij præter me. Si enim mihi, & alijs aperias nihil profus effeceris; ergo monet, vt mihi soli ianuam cordis aperias, nam si mihi, & alijs locum dederis, idem profus effeceris, ac si mihi aditum occluseris. Verba Ambrosij dono. *Aperi, inquit, mihi, sed extraneis claudes, saculo clande, neque ipsa foras ad illa materialia prodas.*

Ioan. 3. 19. *Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Hoc est autem iudicium, id est, hæc est summa accusationis: huc reducenda omnia capita criminum, quæ hominibus sub diem extremam iudicij imputabuntur. Nempe quia dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Expende dictionem illam magis, id est, vtrûmque dilexerunt, scilicet tenebras, & lucem. Quis enim est adeo amens, vt tenebras amet, lucem oderit? Sane nullus. Qui vero vtrûmque prosequatur amore, qui tenebras & lucem amplectatur, id est, virtutem, & vitium plures sunt. Sed quæ coniunctio luci ad tenebras? *Et dilexerunt* (ait Ambrosius) *homines magis tenebras quam lucem.* Poterat quidem ita intelligi, quod hi qui mala opera agunt, credentes tamen in Christo, volentes, quidem hæc viuere, sed victi illecebris peccatorum, dilexerunt plus tenebras, quam lucem, id est, vtrûmque dilexerunt, sed magis tenebras.

In hunc sensum adducit idem Ambrosius verba Pf. 36. *Declina à malo, & fac bonum.* Ne putes vtrique te posse intendere, sed si alterum amplectaris, necesse est, vt alterum deseras. O cæca hominû mens, quorum hoc vnum est studium, vt vtrûmque coniungant, virtutem consequi cupiunt, & vitijs nunciæ non remittunt: ideo neque voluptate, quam quærunt, perfruuntur, neque virtutem, cui student, tenent. *Declina à malo* (ait Ambrosius) *& fac bonum, nec bona, malique confundas.* Prius est, vt crimine careas, postea vt innocentia fructum deseras, quo possis esse perpetuus. Expende verbum illud confundas, qui enim virtuti, vitiisque incumbit, ita vtrûmque miscet, vt neque pietas, neque peccatum appareat.

Luca 4. 73. *Et in synagoga, erat homo habens demonium immundum, & exclamauit voce magna dicens sine. Quid nobis, & quid tibi Iesu Nazarenæ? venisti perdere nos, scio quod sis sanctus Dei.* Et increpauit illum Iesus dicens: *obmutescere, & exi ab eo.* Quid rogo peccauit his verbis dæmon, qui pulchram fati laudem de Christo detulit, sanctum, & Dei filium vocitans? Ambrosius in Psal. 118. ideo ægre tulit Christus ex diabolo laudem, quia scilicet diabolus erat, & verbo tenus Christum confitebatur, cum tamen ardentissimo odio in illum ferretur. Illi, qui specie, vel verbo tenus virtutem sequuntur, nec tamen illam animo colunt, nocumentum pietati inferunt, maius sane quam illi, qui iustitiæ terga vertunt, quorum personam hic dæmon sustinet, quapropter repellitur, increpatur, carpitur. *Confitemibus Dei filium* (ait Ambrosius) *imperabat tacere, vt operibus magis quam sermonibus Deus agnosceretur.*

Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentis in manibus vestris Luca 12. Tracta est hæc similitudo à seruulis, qui sub noctem facem Dominis præferunt. Verum expendendum cum Ambrosio in Psal. 118. nomen illud lucerna. Quod in plurali numero extulit Euangelista. Singuli serui, singulas faces ante Dominos gestant, quis vnquam vidit vtrâque manu faces, seu lucernas præferre, iuxta anagogem verba exponenda cum Ambrosio qui plures lucernas ad plures virtutes, vel ad plura opera

4. Cant. 5. 2.

Ambros.

5. Ioan. 3. 19.

Ambros.

6. Psal. 36. 27.

Ambros.

7. Luca 4. 73.

Ambros.

8.

Exod. 1. 16.

Origen.

2. Exod. 3. 18.

Origen.

3.

Ioan. 13. 26.

Ambros.

ra retulit. Oportet ergo vt cūctis virtutibus studeamus, nec ita vni intendamus vt deferamus alias. In eundem sensum adducit Ambrosius quod de candelabro retulit scriptura Exod. 23. 17. *Fecit & lucernas septem.* non vnam tantummodo lucernam in conspectu Domini accendit, sed septem, quæ virtutum vniuersitatem significant, & tu, si tantum vnius virtutis lumen accendas, à Dei conspectu, & tabernaculo abiiceris. Oportet ergo, non minus quam septem accendere, id est, omne vitium fugare, singulis virtutibus inhærare. Illud etiam nota, effusoria simul Moysen Dei iussu fudisse, quæ subinde fomentum lucernis ministrarent, ne extinguerentur: imo verò emunctoria quoque addidit, ne enascentes putres fuisse lumen occudant: tota nocte ardebat lucerna: quia toto vitæ tempore oportet virtutis curam habere. Nullus dies vacuus abeat ab operibus iustitiæ. *Multas habet lucernas,*

(ait Ambrosius) *accende omnes, quia dictum est tibi: sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardent.* Istas lucernas lex significauit semper lucere debere, in tabernaculo testimonij. Tabernaculum enim testimonij, corpus hoc nostrum est, in quo Christus aduenit, per amplius, & perfectius tabernaculum, &c. *Lucent nostrarum lux clara virtutum, ista sunt lucerna ardent, quæ die, ac nocte in templo Dei lucent. Si templum Dei in corpore tuo serues, si membra tua membra sunt Christi lucent virtutes tuæ, quas nullus extinguit nisi eas tunc crimen extinxerit. Lucent ergo semper lucerna tua, arguit Christus etiam eos, qui vtuntur lucerna, si non semper vtantur, dicens: sint lumbi vestri præcincti, &c.*

9.

Genesis 49. Benedicens Iacob filium suum Iudam, tum aliis, tum his verbis animi virtutem laudauit: *Et dentes eius lacte candidiores.* Ad sensum morale refert Ambrosius in Psal. 118. hac ratione. *Nihil cadauerosum, nihil mortuum ore tuo sumas, ne dicatur sepulchrum patens est guttur eorum, sed viuum audias verbum, vt in tuis visceribus possit operari.* Hac ille: nimium oris pulchritudini officit, si quis dentes habeat pallidos aut subnigros, vnde multa cura si quid in eis natum fuerit: eiusmodi abstergitur. Hoc vitium in Maximina notauit Martialis lib. 2. Epigram. 34.

Martialis.

*Et tres sunt tibi Maximina dentes,
Sed plane piceique, buxeique,
Quare, si speculo tibi que credis,
Debes non aliter timere risum
Quam ventum Spanius, manumque Crispus,
Quam cretata timet Gabulla nimbum,
Cerussata timet Sabella solem.*

Ergo dentes Iudæ candore imitantur lac, quod altiori sensu significat nõ modo nihil esse in Iuda putridum, verum eius verba summam albedinem, & candorem præ se ferre. Nihil refert, si vitij nigredinem abiicias, opus est, vt summum candorem virtutum prosequaris.

10.

Iob 1.3.

Insuper Gregorius lib. 1. Moralium capite 28. ad illa verba Iob. 1. *Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum,* per camelos intelligit hoc genus hominum quos præsens ethologia capit. Nempe eos, qui partim virtuti inhiant partim vitia sequuntur. Scilicet camelus aliqua ex parte animal est immundum, ex alia vero parte animalia munda refert. Duo necessaria præfigit lex, vt animal aliquod inter munda connumeretur, videlicet, vt vngulam findat, item vt ruminet, ex quibus vltimum quidem habet camelus, prius vero minime. *Possunt etiam per camelos* (ait Gregorius,) *qui vngulam nequaquam findunt, sed tamen ruminant, terrenarum rerum bonæ dispensationes intelligi, quæ quia habent*

Gregori.

aliquid seculi, & aliquid Dei per commune necesse est eas animas designari. Et lib. 2. Moralium capite 35. exponit iuxta anagogem verba Iob 1. 17. *Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuasert camelos, & tulerunt eos.* Triplici facta manu Chaldæi camelos inuadunt, cum tamen de Sabæis & aliis, qui greges ouium, armenta, & mandras eiusdem Iob furati sunt, vnica tantum facta manu inuasert, quod ad nostrum institutum oportune satis refert ibidem Gregorius. Nempe cameli eos significant, qui partim virtuti student, partim vitia amant, quos non tantum vna via, sed multiplici Chaldæi, id est, dæmones inuadunt. Difficilius enim quis dæmonis laqueos euadit, dum segniter viam virtutis agreditur, & fortius diaboli occuribus impugnetur, forte, quam illi, qui vel omnino virtuti addicti sunt, vel vitii omnino dediti. Boues enim, & oues perfectos viros significant, asini vero peccatores, vtrique autem horum vnica tantum manu impetuntur, camelos vero, qui desides adumbrant, triplex exercitus expugnat. *Quasi enim* (ait Gregorius) *tres turmas contra camelos facere est, terrenarum dispensationum studia, modo illicito opere, modo superflua loquutione, modo inordinata cogitatione vastare, vt dum se administranda exterius mens efficaciter extendere nititur, à sui consideratione separetur, & eo damna, quæ de se metipsa patitur, nesciat, quo erga aliena fortiori studio, quam deceat, elaborat.*

Moriturus Isaac filium suum primogenitum vocat, vt simul cum benedictione ius maioratus concedat, sed prius mandat, vt mensam instruat, & Patri conuiuium paret: sed dum ille multo sudore quid Patri inferat per campos quærit, frater subintrat, & paternam benedictionem rapit. Esau iuxta Gregorium lib. 11. moralium capite 6. eum significat, qui virtutem, & vitium simul amplectitur, qui temporalia venari curat, & simul cælestis Patris benedictioni inhiant. Quorū vtrūque dum sequitur, perdit vtrūque iuxta tritam paræmiam. *Qui duos insequitur lepores, nullum capit.* Audi Gregorium *Qui terrena ambiens, fugitiua sequens, hereditare cupiens benedictionem, reprobatus est.* Et subdit loquens de eodem Esau. *Non inuenit penitentia locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam; quia videlicet fructum non habent lamenta, quæ student cum gemitu desiderare peritura.* Vltima verba desumpsit Gregorius ex Paulo ad Hebræos 12. *Nequis fornicator, aut profanus, vt Esau, qui propter vnā escam vendidit primitiua sua, scitote quoniam, & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est, non enim inuenit penitentia locum, quamquam cum lacrymis inquisisset.* En tibi aliud malum, quod frequentius eos insequitur, qui segniter virtuti manum adhibent, scilicet vt penitendi occasio disfluat.

Eliphaz Themanites his verbis vrget amicum suum Iob cap. 15. 31. quem credidit ficto animo Deum colere: *Non credet frustra, & errore deceptus quod aliquo pretio redimendus sit.* Expendit Gregorius lib. 12. Moralium cap. 24. dictiones illas *aliquo pretio.* Virtutum opera pretium sunt, quo animas nostras à peccatis, & dæmone redimimus. Oportet ergo integrum pretium persolvere, non solum ex parte. Nam illi qui aliquod genus virtutis amant, aliud vero contemnunt, his similes sunt, qui dimidium pretij pendunt, & dimidium reseruant: qui & pecuniam, quam dederunt perdunt, & rem, quam possidere desiderant, non acquirunt. *Unde nunc dicitur* (ait Gregorius) *nec credat, frustra, & errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit, quia elemosyna superbi diuitis eū redimere non valet: quia perpetrata simul rapina pauperis ante Dei oculos ascēdere nõ permittit.*

Nudos

Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes quibus non est operimentum in frigore. Job 24. 7. Quæ verba, vt placet Gregorio lib. 16. Moralium cap. 23. duplex distingunt caput, ex quo homini frigus accidere solet: nonnulli enim algent, quia nudi, vel subditi sunt, alij verò ex aegritudine. Priores nullo negotio frigus pellunt, cum scilicet sibi vestes induunt, solem excipiunt, aut ad focum accedunt: illi verò, quibus rigor ex aduersa virtutine accidit, etiam si multis operiantur vestibus vix frigus abiicere possunt. Hoc genus hominum eos indicat, qui vtrique parti scilicet virtuti, & vitio adhærent: nam hi, & vestiti sunt, & algent, operiuntur quidem virtutibus, sed vitiorum frigore intus premuntur. Prius verò hominum genus eos significat, qui vitia amant genio indulgent omnino, ab his autem multo facilius frigus pellitur, quam à prioribus. Bene autem dicitur (ait Gregorius) quibus non est operimentum in frigore. Operimentum quippe ad iustitiam pertinet, frigus ad culpam, & sunt nonnulli, qui in quibusdam rebus peccata faciunt, in quibusdam vero recta opera sequuntur. Qui ergo ex alijs actibus relinquit, atque ex alijs iustitiam peragit, quid iste, nisi in frigore vestitur? Et alget & tegitur, quia ex alio opere feruescit ad iustitiam, & ex alio frigescit ad culpam.

Job 29. 14. *Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento, & diademate iudicio meo.* Nihil sibi reliquit Job, quod non pietate, & iustitia operiret, alioquin quid prodesset, si partem corporis tegetet, partem verò nudaret. Cui non risum moueret ille, qui aurea veste partem corporis amiciret, partes alias corporis transeuntium obrutibus obiiceret? Aut miles qui partem corporis armaret, partem verò inimicorum telis confingendam ostentaret. Ergo Job ex iustitia, & capitis ornamentum, & colli, & pectoris, omnium denique aliorum membrorum operimenta sibi conquisiuit, nec aliquam partem nudam reliquit. Hoc modo exponit hunc locum Gregorius lib. 19. Moral. cap. 16. qui multis alijs scripturæ locis suam sententiam fulcit, quæ quia legentibus obuia sunt, exponere piget, referre non grauabor. *Iustitia indutus sum* (ait Gregorius) & *vestiui me sicut vestimento, vtrique cum vestimur ex omni parte circumdamur.* Ille ergo iustitia sicut vestimento vestitur, qui se vndique bono opere protegit, & nullam partem actionis peccato nudam relinquit, nam qui in alijs actionibus iustus est, in alijs iniustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit, nec iam bona sunt opera, quæ subortis alijs prauis operibus inquinantur. Hinc enim per Salomonem dicitur. *Qui in vno offenderit, multa bona perdet, hinc Iacobus dicit: quicumque totam legem serauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quam videlicet sententiam ipse diligenter exposuit, cum subiunxit. Qui enim dixit, non machaberis, dixit, & non occides, quod si non machaberis, occidas tamen, factus es transgressor legis.*

Proverbiorum 4. *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Ab excubiis militaribus sumpta est metaphora. Quatuor vigiliis antiqui totam noctem concludebant: à solis occasu, vsque ad mediam noctem duæ vigiliæ numerabantur, totidem à dimidia nocte vsque ad solis ortum. Ergo verbis Salomonis hæc subest sententia *Omni custodia serua cor tuum.* Id est, oportet semper inuigilare, nec vnquam somnos captare. Semper enim inimicus instat, & quocumque tempore nos imparatos inuenerit, inuadit. Quam vtilitatem capies si tribus primis vigiliis obserues, quarta verò vigilia per incuriam ingressum inimicis offeras? Ergo oportet semper attentos esse, somnumque excur-

re. Hunc sensum affert huic sententiæ Gregorius 19. Moral. cap. 16. his verbis. *Cordis ergo oculis circumquaque correptis, vndique nobis adhibenda custodia est, vnde rectè quoque per Salomonem dicitur: omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Dicitur custodia premisit omni, vt videlicet, vnusquisque hinc inde se diligenter inspiciat, & quamdiu in hac vita est contra spirituales inimicos in acie se positum sciat. Ne mercede, quam per has actiones colligit, per alias amittat, ne hinc fores obstruat, & aliunde aditum pandat.* Hæc ille, Non valde dissimili Metaphora exponit eandem sententiam ex Proverb. subinde Gregorius. Scilicet sumpta similitudine à muris ciuitatis. Quid enim prodesset si ciuitas aliqua altissimis, & fortissimis muris circumdaretur, & aditum inimico occluderet, si tamen aliqua ex parte, licet minima, rupto muro ingredienti hostes exciperet? Quod si ad mores transferas argumentum rei præfenti obiicit non infirmum. Virtutes enim instar murorum sunt animæ, ergo, qui multis virtutibus ornat mentem suam eam muris cingit: quod si vnâ tantum virtutem contempnas muri ciuitatis partem subuertis, & aditum ingredienti, hosti obiciis. Rem probat apto satis exemplo Luca 18. Multis virtutibus animum suum ornat Pharisæus ille, scilicet religione, iustitia, temperantia, multisque alijs: quia verò superbix succubuit, diabolo, & spiritualibus hostibus accessum permisit, omniumque aliarum virtutum fructum perdidit. Si qua enim ciuitas (ait Gregorius) contra insidiantes inimicos magno vallatur aggere, fortibus cingatur muris ex omni parte insomni muniatur custodia, vnus vero tantummodo foramen imminutum per negligentiam relinquitur, inde proculdubio hostis ingreditur, qui vndique exclusus videbatur. Pharisæus namque ille, qui in templum oraturus ascendit, ciuitatem mentis suæ, quantum munitione vallauerat, audiamus. Ieiunio bis in Sabbatho, decimas de omnium qua possideo. Qui pramisit gratias ago tibi, magna certe munimenta adhibuit. Sed videamus, vnde insidianti hosti minutum foramen reliquit, quia murum suum, sicut publicanus ille, ciuitate cordis seu insidiantibus hostibus, per elationem aperuit, quem frustra per ieiunium, & eleemosynas clauserat. In cassum munita sunt cætera, cum locus vnus, ex quo inimico pateat aditus, munitus non est.

Machab. 1. 6. 43. de Eleazaro. *Et iuit sub pedibus Elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram, super ipsum, & mortuus est illic.* Rem ad nostrum institutum pertrahit Gregorius lib. 19. Moralium cap. 16. Defidiosi & segnes per hunc Eleazarum significantur, etiam si ipse fortissimus multaque laude apud posteros dignus, & commendatione fuerit. Multi enim homines passim occurrunt, qui præclara facinora peragunt, malas bestias, id est, vitia occidunt, & tamen victi occumbunt aliorum peccatorum mole oppressi. Quid enim emolumentum affert nonnullos spirituales inimicos fugare, si tamen alijs terga ferienda obiiciamus. Contra omnes oportet pugnare, omnes abigere: nulli cedere. Eleazar namque (ait Gregorius) in prælio Elephantem feriens strauit, sed sub ipso, quem extinxit occubuit. Quos igitur iste significat, quem sua victoria pressit, nisi eos, qui vitia superant, sed sub ipsa, qua subiiciunt, superbiendo succumbunt? Quasi enim sub hoste, quem prosternit moritur, qui de culpa, quam superat eleuatur.

Genesis 2. 15. *Tulit ergo Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Duo in mandatis habes ô homo à Deo, nempe, vt virtutes, quæ animæ sunt paradisi, & excolas,

13.
Job. 24. 7.

Gregor.

14.
Job 29. 14.

Gregor.

15.
Prou. 4. 23.

Gregor.

Gregor.

16.
Mac. 1. 6. 43.

Gregor.

17.
Gen. 2. 15.

las, & custodias. Excolas, eorum actus exerceas, postquam verò fructus perceperis custodias, ne quis dulces fructus subripiat. Rogo te quem fructum villicus deciperet ex cultura horti variis arboribus confiti: si tamen fructus non custodiret, quos arbores ferrent, sed palam viatoribus decerpandos offerret? Sanè nullum. Oportet ergo, & hortum animæ excolere, & contra transeuntium audaciam, & peruicaciam custodire, & te qui animæ hortum excolis, & fructus seruare oportet, & virtutum arbores colere. Hunc sensum huic loco attuli ex Gregorio lib. 19. Moralium cap. 16. Eius verba infero. *Vnde bene de ipso quoque parente dicitur, quia posuit eum Dominus in paradiso, ut operaretur, & custodiret. Operatur quippe, qui agit bonum quod precipitur, sed quod operatus fuerit non custodit, cui hoc surripit, quod prohibetur.*

Gregor.

18.
Iob 30. 3.

Iob 30. 3. *Egestate, & fame steriles, qui rodebant in solitudine squalentes calamitate, & miseria: & mandebant herbas, & arborum cortices.* Huius loci anagoge iuxta Gregorium lib. 20. Moral. cap. 11. multum nobis fauet. Arbores præcepta sunt, quæ nos implere tenemur. Arborum istarum cortices mandit quisquis specie tenuis ea præcepta adimpleret: ergo hos carpit Iob his verbis prædictis. Arborum cortices plerumque amariore sunt: & hi, qui ex parte se virtuti adiungunt amara magis faciunt mandata, & difficiliora, quam illi qui toto animi conatu virtuti inuigilant. Gregorij verba subiungo. *Qui rodebant in solitudine squalentes calamitate, & miseria, & mandebant herbas, & arborum cortices. Qui herbas quoque, & arborum cortices mandunt, qui elationis sua obice repulsi in sacro eloquio magna, & inima percipere nequeunt, sed vix in illo quadam terrena, & exteriora cognoscunt, per herbas quippe dicta planiora, per arborum cortices Patrum eloquia exteriora signantur. Qui ergo ea scire appetunt ex quibus docti nequaquam sunt, sed esse videantur, dum in sacris voluminibus vim charitatis erga Deum, ac proximum medullitus non exquirunt, quasi herba vel cortice pascuntur, quia vel ima, vel exteriora sunt, quo mentes superbientium nutriunt.*

Gregor.

19.
Cant. 3. 1.

In lectulo meo quæsiui, quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni. Canticorum 3. Cum facilem se Deus præbeat, his, qui eum inquirunt, quid est, quod se subtrahit, nec se inueniri permittit sponsa tanta cum sedulitate quærenti? Respondet Gregorius homil. 3. in Cantica ideo non inuenisse, licet quærat, quia nocte quæsiuit. Quicumque enim vitiorum tenebras prius non excutit, procul dubio inuenire non poterit. Ergo personam gerit sponsa hoc loco eorum, qui virtutem quidem colunt, sed etiam vitia quædam amplectuntur, hi nimirum quæruunt sed in mediis tenebris, ob quod non inueniunt. Hac ratione exponit hunc locum Gregorius ibidem, loquentem audi. *In lectulo meo per noctem quæsiui, quem diligit anima mea, lectulum sibi sancta anima in nocte facit, dum omnes mundi perturbationes fugiens secretum comparat in quo quiescit, in hoc lectulo, quem diligit, quærit, quia dum ab omnibus solitudinibus mundi vacat in eius inquisitione quomodo ad illum perueniat, non quiescit. Notandum autem quod per noctes quærit, qui modo in hoc mundo viuunt, & perfecte tenebras temporalitatis à se non excutit.* Hac Gregorius hoc idem annotare licet ex illo verbo in lectulo, ille enim dicitur in lectulo quærare sponsum, qui quietem rerum temporalium non deserit. Ergo qui sponsum inquirunt, oportet, vt prius sæcularium rerum lectulum deserat.

20.
Matt. 22. 20. Christum capere Pharisei, & sacerdotes ardentes

quærent, de tributo Cæsari reddendo Dominum consulunt. An scilicet censum dare Cæsari liceat, an non. Vt si negaret tamquam Imperatori infensum & inimicum accusarent, si verò dandum tributum fateretur, contra legem docere clamarent, & grauius in populum agere. Etenim peculiaris ille Dei populus ab omni se tributorum onere immunem credebat. Ergo cornuto argumento Dominum impetunt, vt in alterutram difficultatem incideret. At Christus Dominus inimicorum facili declinatione illudit astum. Ait enim: ostendite mihi numisma census, at illi obtulerunt ei denarium cui imago Cæsaris inscripta erat, inde autem arrepta occasione Christus ait. *Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei Cæsaris.* Subdit ille. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Hæc vltima verba ad rem nostram exponit Ambrosius epistola 1. Prius de reddendo tributo Cæsari mentionem fecit, postea verò de reddendo Deo debito, scilicet. Cum hominibus impiis loquebatur, quorum impietatem ex obliquo taxat: scilicet qui prius, quæ sunt mundi implerent, postea verò Deo inferuire satagerent. Cum tamen è contra faciendum sit, prius enim quæ Deo debemus ex adamussim implere oportet. Postea verò si quid residuum fuerit ad res temporales conuertendum. Ergo impij homines, prius Cæsari, ac tandem Deo, viri verò pij prius Deo, & subinde Cæsari facere satis curant. *Reddite ergo* (ait Ambrosius) *quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Ostendens illos ita esse imperfectos, qui sibi perfecti videbantur vt prius Cæsari, quam Deo soluerent. Unde ait reddite, id est, vos reddite, quæ sunt Cæsaris, apud quos imago, & figura inuenitur Cæsaris.*

Ambros.

Gregorius homil. 22. In Euangelia exponens præceptum Exodi 12. vbi panes azymos sumendos in esu agni Paschalis præcipit lex, ad sensum morale adducit hanc Dei præceptionem, quæ satis aptè nobis fauet. Panis azymus ille est, qui sine admixtione vitiorum ad virtutem anhelat: panis verò fermentatus, qui virtuti quidem incumbit, admixtam tamen habet malitiam, sicut massa pura tritici parum corrumpitur, & acescit, dum illi fermentum aspergitur. In huius rei probationem adducit verba illa Amos 4. 4. *Venite ad Berber, & impie agite: ad Galgalam, & multiplicare prauaricationem: & afferte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. Et sacrificate de fermentato laudem.* Cum Dei lege omne fermentum à sacrificiis arceatur, isti tamen contra ius fermentum offerebant, & de fermento laudem quærebant, id est, bona opera malis admixta, ac si magnum aliquid esset Deo dabant. Quasi illi placerent hoc dono, & ex illis operibus laudem aucupabantur, *Qui mandata misericordiae* (ait Gregorius) *sine admixtione peccati exhibet, ne peruerse diripiat, quod quasi rectè dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bona sua actioni miscuerat: quibus Propheta voce per increpationem Dominus dicebat: venite ad Berber, & impie agite. Atque post pauca, & sacrificate de fermentato laudem, immolat, qui de rapina sacrificium parat.*

21.

Amos 4.

Gregor.

Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas,

VERS. 10.

Tertium bonum reuerentiæ erga Deum hic verus exponit. *Qui timent Dominum, &c.* Quasi dicat, qui Dominum reuerentur apte component corda sua, & conformabunt ad mandata Dei capeffenda: dabunt

1.

dabuntque operam vt nihil in eis appareat, quod à ratione alienum sit : numinis enim reuerentia sanctitatis studium parit. Porro præparandi verbum in scriptura, aptare, componere, exornareque significat. Prouerb. 8. *Quando præparabat cælos aedera*. Id est, quando cælos exornabat, intereram, & Esaia cap. 2. *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium*, id est, mons domus Domini, qui elegans est, apte compositus, ac venustus erit, supra omnes montes. Forte sumpta metaphora ab sponis, quando in sponi domum sunt traducendæ, quæ multa cura se comunt.

2. *Præparabunt* Græcè est, *humiliabunt*. Humilitate enim quis maximè ornatur, vt coram Deo apparere possit. Vel sumpta est metaphora à vase, quod pro liquore infundendo mundatur, vel à domo, quæ præparatur pro excipiendo hospite : vnde transtulit Vatablus. *Quibus Domini religio inest, hi corda sua excolunt, & animos suos coram illo submittent*. Id est, humilitate, & subiectione excolunt animas suas. Ergo iuxta Græca per humilitatem præparatur animus, vt Deum excipiat, quod indicat verbum latinum præparatur. Hugo Cardinalis, ad confessionem, vel orationem retulit, his enim animus præparatur, vt Deum excipiat.

3. *Sanctificabunt animas suas*, id est, sanctas reddent ab omni impuritatis forde eluent; sanctificari autem dicit sumpta metaphora ab eis, qui vel sacrificiis, vel legalibus purificationibus mundabantur, saltem à Nazaræis, qui quibusdam ceremoniis se ipsos sanctificabant, & mundabant.

VERS. 21. *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habent vsque ad inspectionem illius.*

VERS. 22. *Dicentes : si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.*

VERS. 23. *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.*

1. *Qui timent Dominum custodiunt, mandata illius*. Quali dicat, qui timent Dominum perficiendis eius mandatis student, ea implere satagunt. Similia habet supra. *Et patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius*. Et mala, quibus sæpè affliguntur patientes ferent quousque eos consolari, & visitare voluerit. *Dicentes : si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum*. Quali dicat, dicunt enim, si hic pro peccatis, quæ commissimus, mala, supplicia, & pœnas voluntarie non subierimus; cum hinc demigrauerimus incidemus in manus Domini, qui nos acerrime, & sine fine mulctabit, & non in manus hominum. Ergo per pœnitentiam hic non intelligo pœnas, quas quisque de seipso sumit pro commissis peccatis; quod proprie pœnitentia posset appellari, sed inflictas à Deo pœnas, mala, & ærumnas vndique insurgentes patienter tolerare. Addit: *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est*. Quæ verba non ad sententiam proxime allatam referenda sunt, nempe ad illa : *Si pœnitentiam egerimus incidemus in manus Domini, non in manus hominum*, cum his enim nullum sensum congruum habere possunt. Potius referenda sunt ad ea quæ præmiserat, scilicet : *Et patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius*. Ac si hac ratione secum homines isti philosopharentur: *Et patientiam habebunt, vsque ad inspectio-*

nem illius. Id est, mala quæcumque se obtulerint patienter sustinebunt, donec eos à malis eripiat : dicentes: *Si pœnitentiam non egerimus incidemus in manus Domini, & non in manus hominum*, id est, nisi dum viuimus mala patienter tolerando, quoquomodo pro commissis criminibus faciamus satis, durius in futuro sæculo pœnas pro delictis soluemus. *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est*. Quali dicat, hæc etiam causa nos maxime ad pœnitentiam mouere debet, quod illum non modo furor reddit metuendum, sed etiam, & maiestas venerandum, & misericordia amabilem. Perduremus igitur, & patientiam habeamus, celerem consolationem expectantes.

2. Græca breuius, & dilucidius : *Incidemus in manus Domini, & non in manus hominum: sicut enim maiestas eius, sic & misericordia eius*. Quæ verba referenda sunt ad proxime præcedentia, nimirum: *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu suo sanctificabunt*. Græca : *humiliabunt animas suas*. Id est, in periculis, & ærumnis constituti humiliant animas suas coram Deo, Deoque se subiiciunt, huius autem subiectionis causam his verbis testantur: *Incidemus in manus Domini, &c*. Id est, ideo nos Deo affligendos subiicimus in hoc sæculo, quia malum in manus hominum venire, & in hoc sæculo pati, quam futuras pœnas subire. Similia habes 2. Reg. 24. *Melius est, vt incidam in manus Domini (multa enim misericordia eius sunt) quam in manus hominum*.

3. Tigurina apud Vatablum integrum locum sic effert: *Religiosi in Dominum seruabunt mandata eius & donec respiciat ipsos patienter perdurabunt, diligitantes: si minus respuerimus in manus Domini incidamus, potius quam in manus hominum, quanta enim maiestas est ipsius, tanta est, & eiusdem misericordia*. Expende partem illam. *Si minus, &c*. Quæ hunc sensum efficit. Patienter labores feramus, *si minus, &c*. Id est, si vero nos impatientia vicerit, malum ob hoc crimen à Deo, quam ab hominibus puniri, quia tanto Deus homines misericordia excedit, quanto eisdem maiestate superat.

4. *Vsque ad inspectionem* Dionysius Carthusianus vsque ad beatitudinem, quæ in Dei visione consistit, sed longe à sensu authoris. Nos, vsque ad inspectionem, id est, donec Deus misericorditer respiciendo nos à malis eruat, nam iuxta phrasim scripturæ Deum aliquem respicere idem est, ac fauere. iuxta illud Psal. 18. *Aspice in me, & miserere mei*. Paulus de Palacio *vsque ad inspectionem*, id est, vsque ad mortem, vel vsque ad examen, quod post mortem homines subimus. Hugo Cardinalis *vsque ad inspectionem illius*. Actiue, id est, vsque dum nos Deus aspiciat miserendo, vel passiuè, id est, in futuro sæculo, quando in iudicio ab omnibus aspicietur.

5. *Si pœnitentiam non egerimus*. Paulus de Palacio hoc modo superioribus annectit. Dixerat noster author : *Qui timent Dominum custodiunt mandata eius, &c*. id est, omnino se ad Dei mandata, & præcepta conformabunt: dicentes : *Nisi pœnitentiam egerimus, &c*. Id est, & hi, quæ magis se ad præceptorum normam conformes reddent, eo magis se indigere pœnitentia cognoscent, & eo magis fordes animi eluere curabunt. Etenim quo quis magis in virtute proficit eo magis sedulus est in cauendo peccata, & eo amplius noxas animi, & labes, quas prius nouerat, diluere satagit, nos verò magis ad mentem authoris per pœnitentiam laborum tolerantiam exposuimus.

6. *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic misericordia illius*

Prou. 8.
Esaia 2.

VERS. 21.

VERS. 22.

VERS. 23.

2.

2. Reg. 24.

3.

4.

Psal. 18.

5.

6.

illius cum ipso est. Hanc sententiam hoc modo exponit Paulus de Palacio. Secundum enim magnitudinem ipsius, scilicet misericordiae: sic misericordia illius cum ipso est, hoc est, homines quantumcumque misericordes sint, habent tamen misericordiam curtam, & mancā, sed Deus habet misericordiam, secundum totam magnitudinem ipsius misericordiae. In hominibus contracta est misericordia, sed in Deo secundum omnem, quam habere potest, latitudinem, extenditur. Sed minus apta est hęc expositio, nam vt patet ex exemplaribus Græcis relatiuum illius ad Deum referendum est, non ad misericordiam. Hugo Cardinalis duplicem sensum adhibet prædictis verbis. Prior est, secundum magnitudinem, &c. Deus miseretur vt decet eius maiestatem, & magnitudinem. Eadem phrasi supra cap. 1. Secundum datum suum præbet illam diligentibus se. Id est, secundum quod decens est ipsi dare. Qui sensus non longius à vero abest. Posterior: extulit misericordiam suam Deus secundum magnitudinē ipsius Dei. Item Lyra. Secundum enim magnitudinem ipsius. Id est, potestatem puniendi obstinatos, sic & misericordia illius parcēdo pœnitentibus. Quasi dicat, mensura, qua metiri debemus eius bonitatem erga pœnitentes, iustitia est, quam erga eos, qui in peccatis persistunt, exercet. Hęc quidem ad sensus morales apta, minus vero ad mentem authoris dicta.

ETHOLOGIA XXXIV.

Ingens vis diuinæ misericordiae asseritur.

- I. **S**ecundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia eius cum ipso est. Hic verus non modo nos inuitat, verum cogit, vt diuinæ misericordiae vires, in medium adductis Patrum testimoniis de more extollamus. In qua re multa sunt Scripturæ sacræ oracula, multa sanctorum Patrum eloquia, ex quibus pauca huic loco inferam, reliqua vero ad illustrandas alias similes mei Ecclesiastici sententias, asseruabo. Psal. 32. duplicem de Dei misericordia inferit Psalmographus sententiam. Prior misericordiam, & iudicium coniungit illis verbis: *Diligit misericordiam, & iudicium*. Posterior solam misericordiam extulit: *Misericordia Domini plena est terra*. circa hos duos versus notat Basilii ibidem, quod cum de sola misericordia sermonem facit, per præfens loquitur, eamque dominium habere in toto orbe, explorēque cœli intercapedinem, dicit. *Misericordia Domini plena est terra*. Cum vero eam, iudiciūque coniungit, solum ad Dei affectum, amorem, & dilectionem transtulit: *Diligit misericordiam, & iudicium*. Videlicet priori sententia de tempore præfenti loquitur, posterior vero in vltimum iudicij diem retundenda est, id est, nunc pura Dei misericordia viget, & vix iustitiæ opera apparent. In extremo vero iudicio, tam misericordia, quam iustitia caput exerent, mundōque conspiciendas se dabunt: iustitia scilicet in damnatis, misericordia in beatis apparebit: at nunc sola misericordia viget regnat, imperat. Audi verba Basilij. *Diligit misericordiam, & iudicium, misericordia Domini plena est terra, si per se iudicium Dei satis esset ac seuerē, & præcise pro meritis eorum que gessimus nobis rependeret, qua nobis spes reliqua esset? quis ex omnibus saluus fieret? Nunc vero diligit misericordiam, & iudicium, velut assistricē constituta sibi misericordia, & regio iudicij prælata throno*. Fingit his verbis Basilii diuinum iudicium ex diuersis iudiciis constari, quæ sunt multa, & varia Dei attributa, his autem omnibus præsidet miseri-

cordia. Illa ius dicit, reliqua ex eius ore pendēt, aufcultantur, suspiciunt. Addit inferius idem Basilii. *Misericordia Domini plena est terra, in hoc loco misericordia à iudicio distinguitur. Nam terram tantum Dei misericordia refertam dicit, iudicio in tempore definitum reseruat. Hic profecto misericordia, siue iudicio prærogatur, non enim venit, vt iudicet mundum, sed vt seruet, illic vero non est iudicium, siue misericordia, quoniam nequit homo mundo corde, ac liber animo a sorde peccati reperiri, etiam si vnus diei tempore sub terram vixerit.*

Jerem. 5. *Aut non timebitis me dicit Dominus qui posui arenam fines maris*. Timēdum Deum dicit, quia fluctus maris obiecta arena littorea compescuit, ne omnes terræ tractus obreuerent, quod sane magis ad excitandum in nobis amorem, quam timorem valet, & potius opus misericordiae, quam iustitiæ videtur. verum hoc loco innuit misericordiam reliquis Dei operibus palmam præripere, vt vix argumenta habeamus ad cognoscenda diuinæ iustitiæ opera, nisi ea ex operibus misericordiae venemur. Tanta enim est copia misericordiae in Deo, vt alia omnia opera obscurer, tenebrasque offundat.

Gen. 1. 9. *Congregentur aquæ, quæ sub celo sunt in locum vnum, & appareat arida, & factum est ita*. Prædicta verba hoc modo exponit Philo Iudæus lib. de opificio mundi. Cum in prima illa, rerum productione tota aqua amaritudine perfusa esset, & terra admixta acrore suo terræ officeret ad producos fructus, crassiorē partem aquæ, quæ magis erat acida, & falsa, in vastam Oceani immensitatem abire coëgit, subtiliori intra terræ viscera reseruatā, quæ humorem producendis fructibus glebæ ministraret. Hoc si iuxta anagogem intelligas falsa aqua iustitiæ significat; dulcis vero misericordiam; ergo illa tanquam multum terræ nocens abiicitur, hęc vna reseruat. Misericordia penē totam infundit terram, vt vix aliud, quam misericordia appareat. Vix regio aliqua inuenitur, in qua pellucidi non ebulliant fontes, liquidi non diffluant riui, copiosi non decidant imbres, vtiles non scaturiant puteales aquæ. Quidquid in aqua amarulentum erat in iudicium futurum distraxit. Philonis verba adscribo. *Post hæc quoniam vniuersa aqua in totam terram diffusa erat, omnesque eius partes penetrauerat, quemadmodum spongia humorem combibit, vt, ceu palus quadam canosa ex utroque elemento macerata confunderetur, & quodammodo fermentaretur in vnam indiscretam, informemque naturam, iubet Deus, quidquid aquarum falsum erat, & proinde effecturum fertilitati satorum, arborum, collectum in vnum confluerent ex omnibus terræ foraminibus, tum aliam emergere dulci humore in ea relicto ad eius perpetuitatem.*

Esaia 6. *Et audini vocem Domini dicentis, quem mittam? & quis ibit ad populum hunc*. Mittere intendit Deus hoc loco Prophetam, & prius hominem discuit, quærīt, interrogat, an legationem obire velit? Mittit item Moysen Exod. 3. nec tamen eum interrogat, an velit legationem fungere: sed non requisito mandat, vt in Ægyptum abeat, & populum de dura extrahat tyrannide, & in libertatem asserat. Quæ causa tanti discriminis? Dubio responderet Basilii in cap. 6. Esaia ad hæc verba: ideo ab Esaia consensum extorsisse, à Moysē vero nequaquam, quia Moyses ad læta, & suauia mittebatur, scilicet, vt populum, multis præmissis miraculis in libertatem asseruaret, ad beneficia vero conferenda, ita propendet Deus, vt superuacaneum ducat ad hoc consensum extorquere, ex se enim alios fingit. At vero Esaia ad carpendum populi vitia mittitur, & exulcerandum peccatores, quod Deus grauissimum

putat.

Psal. 32. 5.

Basil.

Basil.

2. Jerem. 5. 1.

3. Gen. 1. 9.

4. Esaia 6. 3.

putat, & intolerabile, adeo, vt nulli hoc negotium mandet, nisi prius, ad id perficiendum se sponte offerat, quod item suum ipsum ingenium intendens, facit, cui grauissimum est mala inferre. *Et audiuit (ait Basilius) vocem Domini: quem mittam, & quis iuit ad populum hunc? Moysen vero non interrogat, sed quasi iam haberet ad id accinctum (ait) & nunc veni, mittam te ad Pharaonem Regem Aegypti: ad Esaiam ait, quem mittam, & quis ibit? Quae utriusque causa est? Qui ille quidem mittebatur Propheta pro bono, ac beneficio populo inferendo, hinc vero in ministerium proponitur ad annunciandum res parum amenas, imo permolestas. Quo circa illi quidem mandatum praescribit, huic autem famulatus obeunda legationis in potestate relinquitur Propheta, quod nos homines ira natura comparati sumus, vt qua semel volentes exequenda proposito elegerimus, quamlibet molestia fuerint, tamen eam operosam molestiam deuoramus ac perpetuimus.*

5. *Psal. 77. 31. Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.* Expendit Basilius in hunc locum aduerbium illud *adhuc*, id est, vix carnibus coturnicum degustatis, cum nondum deglutissent, nondum in ventrem traiecissent, tunc ira Dei in illos desauit. Cur non distulit supplicium? verba quae superius reulerat indicant. *Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquae: & torrentes inundauerunt: numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Ideo audiuit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel. Quoniam non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in saluati eius.* Ergo Dei misericordiae parum fisis fuerat populus, in dubium verterat eius benignitatem. An scilicet tam bonus esset, & misericors, vt petenti populo carnes inferret. Hanc populi obrectationem durius Deus accepit, neque diu vindictam distulit, sed eos attriuit, cum adhuc carnes dentibus tererent. Licet alia peccata populi patienter tulerit Deus, hoc tamen sine dilatione castigat, scilicet si de Dei misericordia quis dubitet, si Dei bonitatem verbis laceret, non patitur Deus, non tolerat, sine mora poenam infert. Hunc sensum affert Basilius in scholiis his verbis. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, quoniam enim cum multum diuina potentia cepissent experimentum, Deum non crediderunt escam suppeditare posse. Castigationem illis intulit vt se vtraque prestare, & bona exhibere, & poenas inferre posse ostenderet.*

6. Insuper Deus non à iustitia, sed à misericordia nomen accepit. Licet enim vtraque tam iustitia, quam misericordia Deo adsint, imò vero ipsissimus sint Deus, verumtamen, si opera horum attributorum spectes misericordiae non iustitiae Deo nomen indit. Audi Psalmistam. *Psal. 67. 21. Deus noster, Deus saluus faciendi.* Id est, misericordia illi nomen facit, vt enim ille, qui multis, & praeclearis titulis, & nominibus à progenitoribus acceptis gloriatur, illud gentile nomen sèligit, quod maius decus, & honorem illi afferre potest, & quo illustriorem familiam redolet: ita & Deus cum ex multis praeclearissimisque virtutibus sibi nomen praeripere posset, ex sola misericordia sibi nomen aptauit; aliis omnibus omisissis, quasi haec vna illi plus honoris, & gloriae afferat. *Deus noster, Deus saluus faciendi.* Nomen enim Deus Latinis à dando dicitur.

7. *1. Cor. 1. 3. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis.* Nusquam Deus dicitur Pater iustitiae, appellatur autem Pater misericordiae: quia sicut Pater naturalis ductus, & innata propensione in filios fertur, ita Deus natura ad benefaciendum

propendet. Dicitur autem Deus totius consolationis: quia nullum est miseriarum genus, quod in Deo non inueniat praesentissimum remedium, nullum vulnus, quod hac medicina non sanetur. Hanc expositionem subodoratus est Bernardus serm. 5. de natali Domini his verbis. *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Miseria nostra multiplex non modo magnam Dei misericordiam, sed, & multitudinem querit miserationum.*

Insuper eidem Bernardus serm. 3. de Quadragesima adducit illud Esaiæ 55. *Quarite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.* Quid significat illud *dum prope est*? Nimirum totum hoc praesens tempus vitæ designat, in quo semper Deus prope est, neque longius distedit: sed prope adest, vt tibi opem ferat, quocumque malo labores. Quod Christus Dominus intendit euincere ducta similitudine eius, qui descendens à Ierusalem in Iericho in latrones incidit, cui nullus proximus praeter Samaritanum affuit. *Quarite (ait Bernardus) Deum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est, nec enim tunc erit inuocandi tempus, cum nemini proximus eris Deus, sed alijs quidem praesens, alijs vero nimis valde remotus. Interim tamen ex eo quod proximus dicitur, manifestum est, quod nondum habetur, sed tamen haberi, & inueniri facile potest. Quis tibi videretur proximus fuisse illi, qui incidit in latrones vtrique qui fecit cum eo misericordiam: ergo quia toto hoc tempore misericordiae proximus est.*

Idem Bernardus serm. 4. de Assumptione colligit diuinæ misericordiae mensuram ex magnitudine humanae miseriae. Expende quæso quantis miseris homo sit obnoxius, si corpus cõsideres, quampluribus si animam contempleris. Hunc sensum habent iuxta Bernardum verba illa *Psal. 41. 8. Abyssus abyssum inuocat.* Id est, abyssus nostrarum miseriarum ad se perducit abyssum diuinæ misericordiae. Adducit etiam verba Esaiæ 48. *Infrānabo os tuum laude mea ne pereas.* Id est, cum te videris innumeris pene malis obrui, magnitudinem diuinæ misericordiae memoria recole, quae languentem tuum animum excitauit. Hoc pharmaco virus tristitiae, & pusillanimitatis ex animo depellebat Dauid *Psal. 41. 7. Ad me ipsam anima mea turbata est.* Id est, cum multis me malis vndique circumdatum conspicio animo cado, & pene obruor, sed vnde o Dauid spiritum resumis? Propterea memor ero tui, id est, magnam, qua polles, misericordiam animo verso, ex cuius contemplatione tristitia omnis accedit. *Lazare (ait Bernardus) veni foras: abyssus abyssum inuocat. abyssus luminis, & misericordiae abyssum miseriae, & tenebrarum. Hoc est, quod in Prophetâ legisti, infrānabo os tuum laude mea, ne pereas. Evidentius quoque Prophetâ alius de se ipso: ad me ipsum, inquit, anima mea conturbata est, propterea ero memor tuus.*

2. *Corinth. 1. 3. Dicitur Deus Pater misericordiarum.* Quæ verba his exponit Bernardus serm. 69. in Cantica. *Propter hoc enim non Pater verbi tantum, sed Pater misericordiarum est appellatus, quia imatum habet semper, & parcere. Sicut enim Pater natura ipsa principium est filij, non aliter Deus, quasi connaturalem habet misericordiam.* Quod sano modo intelligendum est. In hunc sensum exponit Gregorius homil. 16. in Ezechielem verba Esaiæ 28. *Ut faciat opus suum, alienum enim opus est eius ab eo.* Loquentem audi. *Opus enim Dei est animas, quas creauit colligere, ad huius aeterna gaudia reuocare: flagellari autem, atque spritis illiniri, crucifigi, mori atque sepeliri: non hoc in sua substantia opus Dei est, sed opus est hominis peccatoris.* Hæc Gregorius. Itaque misericordiam tamquam Deo con-

Bernardus.

8. Esai. 55. 6.

Bernardus.

9.

Psal. 41. 8.

Esaiæ 48. 9.

Psal. 41. 7.

Bernardus.

10. 2. Cor. 1. 3.

Esai. 28. 21.

Gregor.

naturalem prædicat, sed iustitiam tamquam aliunde veniat, misericordia domi nascitur, iustitia de foris à seiscitur.

II.

Apocal. 4. 3.

Apocalypsis 4. 3. *Et Iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdina.* In signum pacis est Deo loquente à Noë. Fortè nullo alio melius misericordia Dei exponitur quam si naturam smaragdi contempleris, quam accipe ex Plinio lib. 37. cap. 5.

Plinius.

Nullus coloris aspectus incundior est: nam herbas quoque virentes, frondesque avidissimè expectamus: smaragdos verò tanto libentius, quanto nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Quin, & ab intuitu alia obscurata aspectu smaragdi recreatur acies. Scalpentesque gemmas non alia gratior oculorum refectio est. Ita viridi lenitate latitudinem mulcent. Quorum verò corpus extensum est, eadem, qua specula, ratione supini imagines rerum reddit. Nero Princeps gladiatorum pugnas spectabat smaragdo. Quæ tu ad misericordiam naturam refer, nihil enim gratius hominibus misericordia Dei, nihil magis intuentium oculis, simul, & animos recreat. Adde etiam Aristotelem

Aristotel.

sect. 12. problemate 3. qui de arcu cœlesti ita scribit. *Quæ etiam ad Dei misericordiam referenda sunt. Quæ per arcum smaragdinum significantur. Arborea reddit odoratas, in quas cœlestis arcus decubuit. Provenit autem odoris ille affectus, ut dictum est, non qualitercumque, se materies habeat, nec enim in viridi, neque in arida: sed in vsta post aquam, qua arcui superuenit, certam reddi suavitatem odoris pastores referunt. Maximeque vbi asphaltus, aut etiam rhamnus est, & genus ex his aliquod, quorum flos suaviter olet.* Hæc Aristoteles. Si insideat misericordia peccatoribus sua uolentiam reddunt.

12.

3. Reg. 7. 23.

3. Reg. 7. *Fecit quoque mare fusile, & stabat super duodecim boues.* Egyptij Apim Deum suum sub imagine bouis colebant, quam superstitionem hauserant Hebræi, qui apud eos tot annos diuersati fuerant. Ergo ut eos ab hoc errore extrahat Salomon mare in quo Sacerdotes sacrificaturi lauabantur duodecim bobus imposuit. Scilicet hac ratione ostendens longè à Deitate abesse, cum ad peccata sacerdotum abstergenda duodecim boues conuenerint. Nam si Deus bos esset ita deberet esse misericors, ut viuis tantum, non modo sacerdotum, sed omnium etiam aliorum hominum foedus absteret.

13.

Psal. 79. 6.

Adeo Deus misericordiam amat, ut non modo quando benefacit, sed etiam cum supplicium inferit misericordia, & Dei benignitas affulgeat. Multis hanc rem probat Origenes homil. 1. in Ezechielem. In primis huius rei testem adducit Regium

Psal. 79. 6.

vatem Psalm. 79. 6. *Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura.* Ita que lacrymæ, id est, supplicia, quæ illata nobis lacrymas extrahunt, hæc inquam lacrymæ cibum, potumque nobis ministrant. Id est, tantam vtilitatem flagella nobis afferunt quam esurienti, & sitienti cibum, & potum.

Origen.

Quod si dubitas (ait Origenes) audi voces tormenti patientium, quomodo sacratum & in tormentis suis clementiam Dei eloquantur: cibabis nos pane lacrymarum, & potabis nos in lacrymis in mensura. Non ait indifferenter in lacrymis, sed in lacrymis in mensura, misericordia quippe Dei in pondere. Si non esset vtile conuersioni peccantium adhibere tormenta peccantibus, nunquam misericors, & benignus Deus pœnis scelera puniret sed quasi diligentissimus Pater ob hoc corripit, ut erudiat. Vides sapientissimum Salomonem quid de Dei correptionibus suspiceretur, fili noli esse pusillanimus in disciplina Dei neque deficias correptus ab eo, quem enim Dominus

diligit, corripit. Ergo supplicia quæ infert cum castigatione quam filiis adhibere solent patres merito comparat Origenes. Quis enim Pater dum delinquentem filium pœna afficit, aliud intendit quam bonum ipsius filij, quem castigat. Adducit paulo inferius verba Psalm. 6. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me,* verbum arguere proprie ad gymnasia litteraria, & ad scholasticas pertinet disputationes, in quibus multis hinc inde collatis argumentis veritas eminet. En tibi quid nobis supplicium Dei præstet, nempe veritatem à nobis extorquet, nos docere, & instruere intendit, non affligere, non atterere, subdit Origenes. *Sed si forsitan aliquis ipso ira nomine offensus eam criminetur in Deum, cui respondēbimus, non tam iram esse, iram Dei, quam necessariam dispensationem. Audi quid sit opus illud Dei quod arguat, quod corripiat, quod emendet, Domine ne in ira tua, arguas me, neque in furore tuo corripas me. Qui hæc loquitur furorem Dei non esse vtilem ad sanitatem, sed ad hoc adhiberi, ut curet agrotantes. Bonitas Dei est etiam in his, qua amara existimantur.*

Psal. 6. 1.

Orig.

Deuter. 4. *Deus noster ignis consumens est.* Verum quid consumit ignis iste, quid pro fomento habet? Nihil profus Moyse assignat. Scilicet Deus ex se vim habet vrendi, & puniendi, sed nisi tu te ipsum fomentum ignis efficias nihil profus nocet. Tu te lignum, tu te fœnum facis ut habet Paulus 1. Corinth. 10. Tibi imputa, si exuraris, si ignis fanè est Deus, natura sua habet illuminare, nequam tamen exurit, nisi tu te materiam aptam igni reddas. Huius expositionis author est Origenes homil. 1. in Ezechielem his verbis. *Ignis iste consumit, sed non est appositum quid consumat ut in quarens inuenias quid sit illud, quod Deus ignis consumat. Deus noster ignis consumens est, quid consumit ignis iste? Non ligna, qua cernimus, non sensibile fœnum, non stipulam, qua videtur, sed si super edificaueris fundamentum Iesu Christi, opera peccati ligna, opera peccati fœnum.*

I. 4.

Deut. 4. 1.

1. Corinth.

Orig.

Romanorum 2. 4. *An diuitias bonitatis, & patientiæ & longanimitatis contemnis?* Cum de Dei iudicio fuerit eloquutus, & de eius ira, oporteret, ut hanc Dei iram, & iudicium thesaurum Paulus appellaret: at ille contrariam viam aggressus est, & cum de Dei iudicio multa præmisisset, ad Dei misericordiam vertit sermonem, quam diuitias, & thesaurum appellat. Huius dubij solutionem habes apud Hieronymum epist. de viro perfecto tom. 4. scilicet non modo thesauros misericordiam suam recondere Deum, dum benefacit hominibus, sed etiam dum supplicio afficit: in ipsa enim Dei iustitia recondit thesauros suos misericordiam, nec vnquam puram inuenies iustitiam, sed semper illi misericordia miscetur. Vnde subdit Paulus. *Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die ira.* Habet ergo iustitia Dei thesauros suos, sed in his etiam thesauris misericordia opes suas recondit: at misericordia nulla supponit opera iustitiæ. *Ipsi solent (ait Hieronymus) truculentiores esse in reos, qui sunt à reatu puriores, Deus autem contra omnem penè fidem ex diuitijs misericordiam suam in malo bonum nactus, in iracundia generans, confirmansque pietatem, peccandi semen in fructum voluit euadere misericordiam.* Huius rei reddit rationem, ut intelligere possimus quanta valet præstare non lasus, qui tantum donat iratus. Ergo ex sententia Hieronymi iustitia recondit opes in bonitate, quia quo meliores sunt homines, acrius grassantur in reos, at è contra in Deo misericordia, & bonitas recondunt opes in iustitia, quia quo sanctior Deus est, eo magis benignus est erga fontes.

15.

Rom. 2.

Hieron.

16. *Gen. 2. 2.* *Et requiescit Deus die 7. Genes. 2. 2. Multa in superioribus diebus Deus considerat, scilicet cœlum, & terram sydera, quatuor denique elementa, ex quibus omnia alia constant, nec tandem quieti indulserat Deus. Postquam vero 6. die hominem formavit, requiescisse dicitur. Pro huius dubij solutione consule Ambrosium lib. 6. Examer. cap. 10. ex cuius sententia, condito homine Deus dicitur requiescisse, quia habebat cui misereretur, cui peccata condonaret. Reliqua omnia, vt pote rationis expertia peccare non possunt: vnus est homo, qui pro arbitrij libertate in vtrâque partem se flectere potest, siue in bonum, cum recte agit; siue in malum cum peccat. Ergo vnus homo capax est Dei misericordiae; quæ peccatis indulget. In hoc vno ergo requiescit, quia hic vnus est, cuius misereri potest, vna Dei misericordia requiem Deo præstat. Requiescit Deus (ait Ambrosius) die 7. fecit cœlum, non lego, quod requiescit: fecit terram, non lego, quod requiescit: fecit solem, lunam, & stellas, nec ibi lego quod requiescit. Sed lego quod fecerit hominem, & tunc requiescit habens cui peccata dimitteret.*

17. *Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum. Verba sunt Dei. Qui cum præscius sit omnium futurorum non apparet, qua ratione in verum sensum aptari possint. Nam si Adam solus remaneret forte nullum esset peccatum, quod consulente vxore factum est, vel saltem non tot essent, at accepta coniuge humanum genus longe latèque dilatauit. Quæ ergo ratione melius fuit Adamum eam ducere, quæ causa est omnium malorum, Ambrosius lib. de Paradiso cap. 8. huius rei causam in Dei misericordiam retulit, nempe maluit Deus multiplicatis hominibus benefaciendi illi occasiones etiam accrescere, quam vnum solum hominem sine noxa condidisse. Quia ex viro solo (ait Ambrosius) non poterat esse humani generis propagatio, pronunciauit Dominus non esse bonum hominem solum. Maluit enim Dominus plures esse, quos saluos facere posset, & quibus donaret peccatum, quam vnum solum Adam qui liber esset à culpa.*

18. *Genes. 9. 12. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis, inter me, & inter terram. Cum arcus instrumentum sit bellicum quid est, quod hoc loco in signum ponitur diuinæ misericordie. Huius rationem habes apud Ambrosiū lib. de Noë cap. 25. Qui ait: arcus si absque sagitta sit nihil nocimenti inferre potest: quid enim nocebit arcus, etiam extensus, nisi telum aliquod, quod emittat, ei imponas? Terrere enim quoquomodo potest, sed vulnus inferre non valet. Ergo arcum suum ponit Deus in nubibus, non sagittam, in tantum enim excreuit eius misericordia, vt etiam iustitiam exatmauerit, & tela, quæ immittat, abstulerit. Arcum meum (ait Ambrosius) ponam in nubibus, non sagittam ponam. Arcus enim instrumentum iaculandi sagittam est, itaque non ipse arcus vulnerat, sed sagitta, & ideo Dominus in nubibus, arcum magis quam sagittam ponit, id est, non illud quod vulnerat, sed quod habet terroris indicium, vulneris effectum habere non solet. Hæc ille, vel forte arcum suspendit, quasi iam rude donatus vulnerandi munus abiciat: & ad mitiorem mentem se traducat. Etenim illi qui in publicis certaminibus sapius victoriam reportauerant suspensio ex alicuius templi tholo armis ad mitiores artes se traducebant. Et Deus postquam nascentis mundi exordio sapius digladiatus est cum peccatoribus, iram deponit, & ex huius mundi abside, arcum, arma scilicet, quibus homines impetebat, suspendit.*

19. *Ambrosius lib. 1. de interpellatione Iob cap. 7.*

exponit verba Iob cap. 14. 12. Sic homo cum dormierit non resurget: donec atteratur cœlum non euigilabit. Vltimam partem huius sententiae paulo aliter legit. Cum dormierit homo non resurget, usque dum cœlum assuatur. Expendit ergo verbum illud assuatur. Sicut enim vestis dissuta facilem aditum præbet ventis, sic nimirum nunc cœlum dissutum est, facilémque aditum præbet ingredientibus, nec assuetur vsque ad futuri iudicij diem. Ergo quisquis non ingreditur, torpori suo, & incuriæ adscribat, multis locis dissutum est cœlum, & ingredientibus aditum pandit. Ingredere, ne assuatur. Possumus etiam (ait Ambrosius) illud atterere, quoniam quod vetus est assuitur. Vel quia nunc cœlum assui videtur nebulis, & noctis tenebris, & croceo diei surgentis rubore, diuersa & discolori specie sæpe coarctatur. Tunc autem nox non erit amplius, & non indigebunt luce lucernæ, & lumine solis, quia Dominus illuminabit super eos. Deploranti Propheta miseriam nostram fragilitatis, quæ & in hac vita requiem non haberet, & vniuersa subito incurso mortis amitteret, Spiritus sanctus insudit, tandiu non resurrecturos homines, donec veniret, qui non assueret vetera nouis, nec vestimentum nouum committeret in vestimentum vetus, sicut ipse dixit: ecce noua facio omnia. Ipse enim est resurrectio, ipse primo generis est mortuus, in quo omnes quidem prærogatiuam futura resurrectionis accipiunt. Verba illa, quæ Ambrosius citat ex Apocalip. 21. 5. Ecce noua facio omnia, hac ratione exponit. Nunc sane cœlum veluti dissilit, & multis in locis corrui, & per rupturas facilem aditum ingredientibus pandit, cum vero dies iudicij aduenerit Deus reficiet, ne quisquam irrumpere, possit, aut illabi.

20. *2. Reg. 24. tribus diebus se immisurum pestilentiam in populum minatus est Deus, quia Dauid per superbiam populum numerauerat, nec tamen vsque ad integrum diem lues defauit, scilicet, notante Ambrosio, in Psal. 47. diuina iustitia terreat homines, nec tamen sinitur grauari. Quærit etiam Ambrosius ibidem quare supplicium Deo quod hominibus infert, malum dicatur sapius in scriptura, & dies quo Deus punit, mala vocetur in sacro eloquio, cuius rei testimonia passim extant in scriptura. Cum enim Deus ab omni malo sit immunis, nihil omnino mali exequi potest, quare ergo vel ipsa dies, qua punit, mala, vel ipsum supplicium malum appellatur? Quid enim iustius, quam fontes punire? Sane omne malum, ita à Deo exulat, vt etiam cum punit bonus sit. Dicitur ergo dies mala, quam in ferendis suppliciis deputauit, quia multum dolet dum punit. Vnde quodammodo mala est illi punitio, & dolorem infligenti, quodammodo dolorem infligit. Vnde ipsam diem malam vocat Deus, id est, dolorem sibi infligentem, vel infelicem, & atro numerandâ lapillo. Nam qui proposuerat (ait Ambrosius) triduo mortem exercere in terra, ne vnum quidem diem passus est præterire: sed ad horam prandij libenter indulgit, & (vt verbo scripturæ utar) habuit penitentiam super malitiam. Vide quomodo te scriptura hortatur, vt & tu penitentiam non refugas, si sequaris Deum, quem sequi debes. Bene addit super malitiam, quia videtur orymis dura esse vindicta. Ideo dies iudicij, dies dicitur mala: de qua beatus est, qui per Deum liberatur, sicut scriptum est: in die mala liberabit eum Dominus.*

21. *Psal. 74. Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fax eius non est exinanita. Plenum dicit calicem, & tamen non exinanitum addit. Scilicet ad terrendum calicem coronat vino furoris, cum autem iram propinat, & vindicta exercenda est vix prælibare sinit.*

Ambros. Hac ratione exponit hunc locum Ambrosius in Psalm. 47. his verbis. *Nam quid aliud miserationis est crimen, quia plus minatur, & minus exigit, qui in remuneratione praeiorum sua promissa custodit, in exactione poenarum praescriptum remordet, cum irascitur, differt, cum miseretur, properat, ut absoluat. Terret, ut corrigat, admonet, ut emendet: praenit, ut ignoscat. Unde alibi ait Propheta de Domino: Calix in manu Domini vini meri plenus mixto: Veruntamen fœx eius non est exinanita. Ad terrendum plenus est calix: ad bibendum non est exinanitus.* Subinde componit Ambrosius relata verba ex Psalmo 74. cum verbis sponsæ Canticorum 1. 2. *Vnguentum exinanitum est nomen tuum.* Ergo de calice furoris & vindictæ ait. *Fœx eius non est exinanita, de oleo vero misericordiæ vnguentum exinanitum est nomen tuum.* Deus enim misericordiam suam ad vltimum vsque, & fundum exhaurit, iustitiæ vero vindictâ non effundit. Vnde subdit Ambrosius. *Ecclesia Christianorum calicem iræ exinanire non nouit sed exinanitum vnguentum.* Hoc modo legit Ambrosius hunc locum Canticorum vbi nos habemus, oleum effusum est nomen tuum.

22. Psal. 6. 2. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.* Id est, ne me corripas sicut homines corripere solent alios, scilicet zelo vindictæ, sed corripe me eodem modo quo tu corripere soles, nempe desiderio sanitatis, & sanctitatis. Hunc sensû affigit his verbis Ambrosius in Psalmum 37. Cuius verba dono. *Nescit ergo irasci, qui author est legum, cui terrendi est voluntas non puniendi. Imitamini ergo Imperatores exemplum diuinum, ut sitis in statuendis legibus seuerioribus, in exigendis supplicijs misericordes, seueritas legum insolentem restringat audaciam, misericordia Principum reos subtrahat poena. Recognoscit igitur Propheta culpam suam, videt vulnera, curari postulat. Qui sanari vult, argui non formidat: sed non vult argui in furore, sed in verbo Dei. Verbum Dei sanitas est; sic enim legimus, misit verbum suum, & sanauit eos, non vult erudiri in ira, sed in doctrina.* Verba illa: *Misit verbum suum, & sanauit eos,* citat Ambrosius ex Psalm. 106. quibus hanc sententiam affigit. Verbum Dei sanitas est, id est, nihil aliud Deus verbis suis intendit, quam hominum salutem, & sanitatem. Quandoque enim arguere videtur, & durius agere cum hominibus, & eos corripere verbis acrioribus, verum tamen nihil aliud intendit quam homines sanare. Sicut enim medicus siue dulcia, siue amara pocula propinet, vnam vtrobiq; languentis sanitatem procurat.

23. Cum Moyses iussu Dei in Ægyptum pergeret, vt inde miseram plebem eriperet, Exodi 4. 24. sic habes: *Cumque esset in itinere in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.* Varias offerunt interpretes huius facti causas: nullum tamen, quem viderim, quærit, quare Angelus, qui Dei personam agebat, in diuersorio occurreret, & ibi nudato gladio Moysen aggressus sit? Sane si hominem punire vellet, satius in itinere, intra sylvarum cõdensa, intra montis angustias, in deserto loco aggrederetur, vbi nullum effugium, adiutorem nullum habere posset: at in diuersorio, in hominum frequentia, non satis apte Moysen impetit. Ducor non inani coniectura ex hac Dei misericordia, vt credam ideo in diuersorio Moysen aggressum, vt adessent qui pro Moysæ Angelum exorassent, & eum de periculo eriperent. Terrere voluit, occidere vero nequam. Scilicet iste Angelus Dominus dicitur quia Dei personam gerebat, cuius etiâ & mores induit. Terret enim, vt à morte liberet. Ille alius Angelus, qui Balaam impetiuit, non in diuersorio, sed in via

aggreditur, scilicet propriam retinebat personam, non Dei; ideo non expectat, donec hominum frequentiam nactus sit, sed in ipsa via terret hauriolum.

24. Psal. 50. *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Iustificari dicitur Dominus dum suam misericordiam omnibus inspiciendam proponit. Ergo tuam magnam misericordiam omnes prædicabunt, cum me tantis criminibus obnoxium, tandem videant absolutum. In hunc sensum exponit hanc Psalmi sententiâ Ambrosius ibidem his verbis. *Non negando autem vtiq; commissi poenitentiam gerebat erroris, atque ita confitendo delictum, iustificabat Dominum, & ipse iustificabatur à Domino. Iustificatur enim Dominus, dum eius prædicatur iustitia, & à Deo venia postulata, simul, & ipse iustificat confitentem & iustificatur in sermonibus suis, sicut scriptum est: dic iniquitates tuas, ut iustificeris.* Ergo verbum illud iustificeris, & actiue sumitur, & passiue iuxta Ambrosium. Dei misericordia, & hominem iustificat, dum parcat eius erratis, & Deum iustificat, dum eius pietas prædicatur. Hæc enim Dei misericordia magnum honorem Deo affert, quod est Deum iustificare.

25. Psal. 102. *Quomodo miseretur Pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est, quoniam pulvis sumus.* Similitudine sumpta à figulis Dei misericordiam erga homines laudat Propheta. Quemadmodum enim figulus dum vas aliquod confecit multum curat ne confringatur, nouit enim quam nullo negotio terri possit: non aliter Deus nouit homines ex argilla, & ex limo plasmasse, facileque confringi posse. Quapropter misericorditer nobiscum agit, magnæque cautela, & diligentia nos contractat. Hunc sensum adducit his verbis Ambrosius in Psal. 118. exponens illud, *manus tuæ fecerunt me,* quam sententiam paulo aliter ipse effert ex Iob 10. *In aliquibus codicibus (ait Ambrosius) inuenimus, manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, nec istud alienum, quia & Iob dixit. Manus tuæ plasmauerunt me, & fecerunt me. Unde, & hic dicitur. Ut meminerit Deus quia pulvis sumus, ut vberioris gratia munus infundat, nec infirmum opus deserat.*

26. Psal. 118. *Iudica iudicium meum.* Id est, multa sunt, quæ quidem mihi obiici possunt, multa, quæ in Dei iudicium discutienda asseruantur, verum illud districte magis puniri solet, scilicet iudiciû meum, hoc est iudicium, quod ego de aliis hominibus tuli. Actius enim defauit in eos, qui vel alios homines damnant, aut iniuste iudicant, ac in eos, qui aliis criminibus se inficiunt. Nempe Deus ardentè homines amat, grauitèrque dolet, si quid homo in alterum hominem commiserit. Vnde præcipue de hoc peccato causam dicere timebat Dauid, vel de illo iudicari. Vel magnam fiduciam assumebat cum se discutiendo hoc crimine liberum iudicabat & omnia circumspectans nullum se damnasse reperiebat. Vnde confidenter se diuino iudicio offert illis verbis: *Iudica iudicium meum.* Id est, impavidus tuam sententiam expecto, qui nullum hominem damnauit. Hanc sententiam subesse his verbis euincit Ambrosius ibidem ex verfu proximo: *Misericordiæ Domini multa.* Id est, benigne admodum in homines Deus afficitur. Ergo relata verba horum causam continent, id est, ideo Deus ægre fert si quis homo proximum suum male acceperit, qui ardentè homines amat, benignèque admodum erga illos affectus est. Ambrosij verba subiungo. *Iudica iudicium meum, possumus etiam intelligere, iudica iudicium meum: quasi grauior causa nobis sit de iudicio nostro, quam de errore dicenda. Errati enim facilius datur venia,*

venia quam improbe in alium iudicanti. Neesse est enim, eam formam in te redire iudicij, quam in alium ipse decernendam putaveris. Quia dixerat Indica iudicium meum, ideo subtextit miseraciones Dei nimium multas esse. Graue est enim de alio iudicare. Vnde etiam scriptum est, nolite iudicare, & non iudicabimini. Cum enim vnusquisque sit suorum confcius peccatorum quomodo potest de alterius iudicare peccato? Expendo verba illa Ambrosij vnde etiam scriptum est. Nolite iudicare, & non iudicabimi, &c. Quæ desumpsit ex cap. 6. Lucæ, hæc autem iuxta expositionem Ambrosij. Nolite iudicare, id est, nolite in proximum iudicium ferre. Et non iudicabimini, id est, nihil profus erit, quod in diuinum, ac districtum vltimumque iudicium contra vos afferri possit. Non quia alia crimina Deus non puniat, sed vt vel hinc noueritis quam seuerè diuinum iudicium grassetur in eos, qui proximis malum aliquod inferunt.

2. Corinth. 1. 3. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis.* Quæ verba hac ratione exponit Ambrosius in Psalm. 118. *Deus enim misericordiarum plenus est, & misericordia eius totum iudicio, & iudicium cum misericordia.* Ac si dicat totus Deus misericordia est, nihil in eo nisi misericordiam videas. De Dei iustitia dicitur. *Iustitia plena est dextera tua.* Iustitia Dei alteram tantum manum occupat, misericordia autem totum Deum explet.

Psalm. 22. *Et calix meus inebrians, quam præclarus est.* Hoc loco, & sæpe alibi supplicium calicem appellat. sacrum oraculum hufus dicti rationem adducit Ambrosius in Psalmum 118. Nimirum vinum soporem infert, ergo supplicium optimè vinum appellatur, quia, et si hominem replet, nihilominus, & somnum inducit, & dum inducit somnum, mali quod infert sensum aufert. Ergo idem est, ac si dicat. Tam Deus est misericors, tanta benignitate erga homines vtitur, vt in ipso quoque supplicio quod inducit remedium contra vim doloris inferat, & pharmacum vulnus infligendo, apponat. Adducit etiam verba illa Christi Domini in consecratione calicis. *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effundetur.* Itaque peccatorum remissionem, & malorum indulgentiam, quæ per Christi sanguinem facienda erat, appellauit Christus calicem, vt hunc calicem calici supplicij opponat. Ac si dicat, in eodem calice attemperatur, & malum infligendum, & remedium eiusdem mali, quod infligitur. Ideo, & pro peccatis infligendum supplicium calicem voco, & remedium eiusdem supplicij, eodem nomine calicem appello. Hæc est mens Ambrosij exponentis verba illa Thren. 4. 21. *Gaude, & latere filia Edon, que habitas in terra Hus: ad te quoque perueniat calix, inebriaberis, atque nudaberis.* Id est, dum percuteris dum furoris calicem habes, simul, & remedium eiusdem mali, scilicet soporem, accipies. Audi loquentem Ambrosium. *Audi & latere filia Idumæe, que habitas in terra Hus, & quidem ad te pertransibit calix, bibes, & inebriaberis adhuc: super vulnus est. Calix enim Domini remissio peccatorum est, quo sanguis effunditur, quoties mundi peccata redemit. Hic calix inebriauit gentes, ne proprij meminissent doloris, sed veterem obliuiscerentur errorem. Bona igitur ebrietas spiritalis, que turbare nescit corporis incessum, leuare mentis non nouit vestigium. Bona ebrietas poculi salutaris, que masticam peccatricis abolet conscientia. Incunditatem vite infundit æterna: ideo scriptura dicit: & poculum tuum inebrians quam præclarum est.*

Difficilis locus apud Tertullianum lib. de Ba-

ptismo cap. 6. mihi inferendus. Cuius sententiam si rectè teneamus, argumentum pro re nostra capiemus. Verba Tertullianica incribo. *Sic enim Tertul. Ioannes ante præcurfor Domini fuit, præparans vias eius: ita & Angelus baptismi arbiter super venturo Spiritui sancto vias dirigit, ablutione delictorum, quam fides impetrat, obsignata in Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Nam si in tribus testibus staret omne verbum, quanto magis dum habemus per benedictionem eisdem arbitros fidei, quos, & sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostræ etiam numerus nominum diuinorum.* Agit Tertullianus his verbis de inuocatione trium diuinarum personarum expressa, quæ fit in Baptismo. Scilicet in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, aitque harum trium personarum testimonium sufficere, vt bona omnia quæ in Baptismo promittantur certissimè sperare possimus. Sumitur enim argumentum à minori (vt dicitur) ad maius. *Quanto magis, &c.* Nam qui mysterijs fidei arcanis, quæ hominum omnem captum excedunt firmum assensum præbemus, freti testimonio trium diuinarum personarum. Multo magis spem erigere, & omnia bona ab eis sperare earundem personarum authoritatem suffulti. Hæc quidem est mens Tertulliani. Verum statim oboritur dubium, quam ratione dixerit. *Quanto magis, &c.* Cum enim Deus ipse sub trium personarum distinctione res difficiles fidei firmet, & bona, & beneficia danda promittat, non magis dignus videtur fide, cum bona promittit, ac quando mysteria credenda exponit. Quid ergo sibi volunt apud Tertullianum dictiones illæ. *Quanto magis?* Sane si Deum ipsum consideremus, sicut promissis excidere non potest, dum promittit, sic nec dum docet, à veritate cadere. Verum nostro modo intelligendi si horum alterum fieri posset, facilius Deus veritatem negaret, & loquens mendacia auribus audientium ingereret, quam excidere à fide promissorum: & ea quæ semel pollicitus est negare, vacuosque à se postcetes repellere, verus Deus, & benignus est, si verò alteram harum virtutum exuere posset, potius veritatem, quam beneficentiam abiiceret. Hæc est mens Tertulliani.

Sæpius mihi humani corporis fabricam contemplati, manuum structura occurrit. Harum enim prior pars in digitos secatur, alia verò, quæ brachio proxima est, quam volam vocamus indiscreta est. Si huius rei causam queras: nonnulli respondent, duas nobis virtutes hoc factò edocuisse naturam. Scilicet dum dimidiam manum in digitos findit, & partitur nos liberalitatem docet, oportet enim in alios esse beneficos, & quandoque pecuniam in alienos vsus effundere. Dum verò dimidiam manum indiscretam reliquit, nos in vsus proprios, necessaria retinere docuit: neque omnia alijs elargiri, neque beneficos in prodigaliteratem ruere. Ergo, vt partem retinere, & partem dare doceat, partem manus fecat, partem absque incisione referuat. Hæc quidem homines: at Deus dum in hæc humana descendit crucis mortem elegit, sibi etiam volas manuum difisci, & confodi passus est, vt nihil omnino intra manus referuare posset, sed volens nolens omnia quæ habet hominibus largiatur, fortè huc allusit sponsa illis verbis Canticorum 5. 14. *Manus eius tornatiles aureæ.* Sicut enim ea, quæ ad tornum mouentur nihil omnino habere quietum permittuntur, & si quid torno imponatur, diffluere statim necesse est, ita etiam quas Christus diuitias continet perfossis manibus in hominum vtilitates, statim deriuantur.

Marci cap. 1. Cum Christus Dominus grauem

Lucæ 6.

27.
1. Cor. 1. 3.

Ambros.

28.
Psalm. 22. 5.

Thren. 4. 21.

Ambros.

29.

in Synagoga orationem haberet, & doceret populum à dæmone oppressus somno orationis filium his verbis abruptit. *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti ante tempus perdere nos, scio quod sis sanctus Dei.* Increpuit autem Christus Dominus loquentem dæmonem. Non satis causa huius increpationis apparet. Tertullianus lib. 4. contra Martionem his verbis eam assignat. *Increpuit illum Iesus planè inuidiosum, & male adulantem: quasi hæc esset summa gloria Christi, si ad perditionem hominum venisset, & non potius ad hominum salutem.* Expende verba illa. *Male adulantem.* Ac si dicat: id diabolus his verbis intendebat vt Christo assentaretur, & dulci adulatione deliniret, ne eum expelleret. Arguit autem eum Christus, quasi male ei assentatus fuerit, dum eius vires aduersus dæmones extulit illis verbis. *Venisti ante tempus perdere nos.* Sed quare male af-

sentatus est Christo, dum ait eum venisse ad perdendos dæmones? Nimirum quia eius laudes captat, ab eo, quod Christus minimi faceret. Rem trita similitudine expono. Quia alium palpari in votis habet, eum laudat ab ea re, qua ille, qui laudatur, maximè gloriatur, verbi gratia, si quis adulari desiderat militi, eius effert vires, & res in bello, fortiter gestas, si auaro, à diuitiis eum commendat, si fœminæ à pulchritudine, &c. Ergo eum Christus Dominus pluris misericordiam, quam iustitiam faciat, desipuit planè ille, qui vt eius gratiam captaret, non à misericordia, sed à iustitia laudes decerpfit. Desipuit ergo planè diabolus, qui Christo assentaturus non à præstando beneficio, sed ab inferendo malo laudes captauit. Nam si fieri posset, vt Christus gloria vana efferretur, hanc non à iustitia, sed à misericordia captaret.

ECCLESIASTICI

CAPVT TERTIVM.

VERS. I. Filij sapientiæ Ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia, & dilectio.

I.



HILII, id est, discipuli. Iam enim diximus supra nomen filius apud hunc authorem discipulum sapius significare. *Sapientia*, id est, qui sapientiæ se erudiendis tradiderunt. *Ecclesia iustorum.* Supple sunt congregatio iustorum & piorum hominum. *Et natio illorum.* Hoc est filij, qui ex his nascuntur. *Obedientia*, & *dilectio*, id est, obediens, est, & amabile. Hic enim phrasi Hebraica abstractum ponitur pro concreto.

2:

Filij. Dionysius Carthusianus triplicem affert causam ob quam hoc loco discipuli sapientiæ appellantur filij. Prima est, quia sapientiam amant, vt filij amare solent parentes. Secunda quia eius studio syncere intenti sunt, vt paruuli, qui nihil aliud norunt, quam parentes suos. Amantes ergo sapientiam ad nihil aliud, quam ad eius studium distrahantur. 3. Quia filij adoptiui sunt sapientiæ increatæ.

3.

Iustorum. Ea enim est vis patetnorum exemplorum, vt iustorum filij obedientia, & dilectio appellentur, quasi necesse sit eos filios bonis esse præditos moribus qui à piis parentibus originem trahant.

4. Hugo.

Et natio illorum obedientia, & dilectio. Hugo Cardinalis. *Et natio illorum, id est, hæc virtutes sunt iustorum natio.* Quasi dicat, genus iustorum hominum virtutes sunt. Non multum gloriandum de generis nobilitate, sed de virtutibus, quæ veluti nostrum genus sunt. Addit verò Hugo. *Moraliter autem obedientia, & dilectio sunt natio iustorum, id est, nascuntur à iustis per doctrinam verbi, & exempli: omnis enim vita iustorum circa has duas virtutes, id est, obedientiam, & charitatem maximè versatur: per obedientiam abscondentes, & abnegantes se ipsos, per charitatem se, & sua pro Domino relinquentes.*

5.

Obedientia, & dilectio. Has voces quidam intelligunt actiue, passiuè alij. Nos passiuè interpretati sumus. *Et natio illorum dilectio.* Id est, filij erga parentes pij maximè sunt amabiles: aliorum be-

nevolentiam maximè conciliant. Alij verò intelligunt actiue, id est, diligunt, filij iustorum hominum multa, & mutua benevolentia sese diligunt. Dionysius Carthusianus per nomen dilectio intelligit idem, quod misericordes erga pauperes. Dicuntur autem obedientia, & dilectio nominibus, vt vocant logici, abstractis, ad augendam vim significationis eorundem nominum. Adeo obedientes oportet esse filios, vt ipsa obedientia videantur, quod si fecerint eos omnes in charis habebunt.

Hæc sententia Græcis non extat. Videtur tamen addita tamquam præcæmium eorum quæ de pietate filiorum erga parentes inserit author, merito autem postquam Ecclesiasticus egit de Dei reuerentia, & dilectione iam subdit multa de filiorum ductu erga parentes, quæ virtus illis proxima est.

ETHOLOGIA XXXV.

Filij mores paternos frequenter imitantur.

Filij sapientiæ Ecclesia iustorum; & natio illorum, obedientia, & dilectio. Vt diximus in expositione abstracta pro concretis Hebræorum more ponuntur, vnde sensus est, filij sapientium, congregatio iustorum sunt, obedientes, & dilecti. Ea enim est patetnorum exemplorum vis, vt quodammodo filiorum moribus vim inferant, omninoque sibi quam simillimos reddant, vt hinc parètes nouerint quantum intersit filiorum educationi, quod nihil haurire possint filij à parètib; quod eorum mores deturpare, & inficere possit. Rem hanc nonnullis planà faciamus. Marci 6. 22. *Cum introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi.* Non casu aliquo addit Euangelista puellam impudicam saltatricem, & inuerecundam filiam fuisse Herodiadis: sed vt facile nouerit quis, vnde tam pessimos mores hauserit, scilicet matre adultera, à qua non minus flexus corporis, & animi noxas, quam ipsam naturam accepit. Hoc annotauit Petrus Chrysologus sermone. 174. his verbis. *Cumque intrasset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, &c. Reuera suam credidit tunc Herodes cum talem vidit, nam putasset alienam,*

Marci 6. 22

Petr. Chry

nam, si pudicam vel aliquantulum prauidisset.

Ante mortem non laudaueris quemquam: Eccles. 11.

Hunc locum optimè interpretatur Ambrosius lib. de bono mortis cap. 8. de vita Patris in filios. Phrafi enim scripturæ dicitur Pater viuere in filiis. Ergo sensus est: prius quam mores filiorum notos habeas, ne laudaueris Patrem, nam filiorum mores parentibus imputantur, à quibus omnino ingenium hauriunt. Verba Ambrosij audi: *Ante mortem non laudaueris quemquã, vnusquisque enim in nouissimis suis cognoscitur: & in filijs suis estimatur: si bene filios instruit, & disciplinis competentibus erudit. Si quidem ad negligentiam Patris refertur dissolutio filiorum.*

Ambrosius lib. 5. Exameron. cap. 22. Quærit quare luscinia, seu philomela eo tantum tempore suauiter moduletur, dum ouis incubat, aut pullos excludit, reliquo vero anni tempore fileat? Nimirum respondet Ambrosius in ea causa est, quod philomela quasi anium choro præses à natura præficitur, reliquasque omnes volucres vocis suauitate superat, oportet ergo vt à principio vocem flectere discat, & suauiter canere. Ergo oportet, vt cum primum lucem pulli hauserint, parentes dulce modulantes audiant: neque enim aliud quidquam addicent, quam quod viderint parentes suos facere. Verba audi: *Quid autem de luscinia dicam? quæ peruigil, custos, cum oua quodam sinu corporis, & fouet gremio, in somnem longe noctis laborem cantilena suauitate solatur. Vt mihi videatur, hæc summa eius esse intentio, quæ possit non minus dulcibus modulis, quam foru corporis animare, in fetus oua, quæ foueat.*

Genes. 9. 22. *Quod cum vidisset Cham Pater Chanaan, verenda scilicet Patris suis nudata nunciavit duobus fratribus suis foras. Nondum natus erat Chanaan. Quid ergo oportuit dicere Chan qui vidit Patris pudenda, Patrem fuisse Chanaan? Respondet Ambrosius lib. de Noë cap. 30. ideo filium addidisse vt facile quis scire posset; vnde perditos mores Chanaan hauserit, nempe ex Patre Chan facile enim Pater mores in filios tranferit. *Quæro nunc (ait Ambrosius) cur non simpliciter dixerit, vidit Chan nudationem Patris, sed vidit Chan Pater Chanaan. Vtique Chanaan natus non erat. Cur ergo nomẽ addidit filij, nisi vitio authoris deformaretur hereditas, & authoris filij nequitia grauaretur? Et Pater igitur in filio, & in Patre filius redarguitur: habentes stultitia, nequitia, impietatis quoque commune consortium. Nec poterat fieri, vt bonum generaret filium, qui bono Patri nequam filius, & natura, & eruditionis degener exiisset.**

Cum multa peccassent duo filij Heli Ophni & Phines misit Deus ad Patrem, qui eorum vitia his verbis carperet. *Quare calce abiicistis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi, vt offerrentur in templo meo? Patrem alloquitur, qui nihil peccauerat, & tamen per plurale verba infert. Quare calce abiicistis, &c. Scilicet annotante Gregorio lib. 2. in cap. 2. 1. Reg. filiorum crimina, etiam paternam innocentiam maculant. Sunt ergo filiis parentibusque communia peccata. Notandum vero est (ait Gregorius) quia plurali numero dicit: calce abiicistis victimam meam, vt non tantum ad Heli quod dicitur pertinere videatur.*

Cum profæctionem in patriam ornaret Iacob, imo fugam ex domo foceri meditaretur, Rachel vxor Iacob, filia vero Laban surripuit idola Patris sui: sic enim habet oraculum Gen. 31. 19. *Eo tempore ierat Laban ad tendendas oues, & Rachel furata est idola Patris sui. Cum multa essent in prædiuiti domo, quæ Rachel præripere posset, nihil aliud abstulit, quam paterna idola. Rem si ad mores transferas, vitalem nobis sensum affert: videlicet filios pater-*

nas imagines, & idola secum importare, etiam si longius discesserint, id est, semper paternos mores imitari, eosdem Deos colere, eadem idola venerari. Subodoratus est hunc sensum Chrysofomus homil. 57. in Genes. suam sententiam his verbis promit. *Furata est Rachel idola Patris sui. Animaduerte quantum in hoc studium impenderet, cum nihil aliud à Patre auferre voluerit quam idola eius, idque faciebat ignorante viro, neque enim ipse permisisset, hoc fieri. Hæc ille. Addi potest ad eiusdem rei confirmationem adeo Rachelem diis paternis adhæsisse, vt quamuis postea ob illorum custodiam de vita periclitaretur, maluit tamen eos asseruare, quam liberari tanto periculo, si furtum Patri proderet, firmiter enim adhaeret filiis paternum ingenium, adeo, vt vix ab illo auelli patientur.*

Marci 12. 33. Multis probat rem hanc Christus Dominus iuxta sensum Chrysofomi hom. 42. in Mar. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum, siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali. Ergo rem probat sumpta similitudine, tum ab arboribus, tum ab animalibus. Arbor enim vnaquæque iuxta naturam, & genus suum fructum producit, neque enim ex quercu poma, aut glandes ex malo medica decerpere fas est. Filij fructus sunt, qui ex Patre, tanquam ex arbore proueniunt. Ergo iuxta naturam Patris mores haurire necesse est, scilicet ex arbore iuxta eius naturam proueniunt. Insuper necesse est vt animalia, quæ ex alijs nascuntur paternam naturam referant, neque enim animal cicur, & mite ex vipera vnquam originem traxit. Verbu illud, quomodo potestis, difficultatem infert non necessitatem. Denique (ait Chrysofomus) quoniam non pro se, sed pro spiritu verba facit acrius inuehitur dicens progenies viperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Id autem & accusantis est, & superiora ipsorum exemplo confirmantis. Ecce namque, inquit, cum deprauata vos arbores sitis bonum fructum producere non potestis. Quare non mirandum si male loquimini, quia cum à malis parentibus male educati sitis, mentem quoque malam possideris. Expendit etiam Chrysofomus ibidem verba illa: Progenies viperarum. Cum enim eos carere vellet, qui de pietate maiorum maxime gloriabantur: & genus suum ab Abrahamo Isaaco, & Iacobo iactabundi trahere dictabant, oportune prius hanc eorum præsumptionem percudit, vt eorum vitia carperet. Verisimile enim non erat, quod tantorum virorum progenies in tam fæda vitia corruisset. Ergo vt eos prius malis moribus imbutos ostendat filios viperarum appellat: genus Abrahami cum abscindit. Verba Chrysofomi infero.*

Vt igitur ostendat nihil eos à progenitoribus lucratos fuisse, ab Abrahâ quidem coniunctione ipsos abscindit, similitum vero morum progenitores ipsis attribuit, & à nobilitate Abrahæ denudauit. Hæc Chrysofomus.

Author operis imperfecti homil. 1. in caput 1. Matthæi expendit verba illa Euangelistæ. *Roboan autem genuit Abiam. Interpretatur autem Abias Pater meus veniens. Quia filius similitudinem Patris refert tam expressam, vt non alius ab ipso Patre, sed ipsissimus Pater videatur venire in filio. Roboan autem (ait hic author.) Genuit Abiam. Abias autem interpretatur Pater meus veniens, vel Patris mei hic. Forsitan hic Abias similis natus fuerat Patri suo in corpore, ideo appellarunt eum: Pater meus veniens. Quasi alter Pater veniens: quasi alter Pater nascens. Vel Patris mei hic, quasi Patris sui hæc esset imago. Prosidemia autem Dei sic ordinauit eum vocari: quia sicut Roboan cepit re-*

2.
Eccle. 11. 30.
Ambros.
3.
Ambros.
4.
Gen. 9. 22.
Ambros.
5.
1. Reg. 2. 19.
Gregor.
6.
Gen. 31. 19.

Chrysof.
7.
Mar. 12. 33.
Chrysof.
Chrysof.
8.
Matth. 1. 7.
Imp.

Anna matris Samuelis. Hæc filium suum adhuc puerulum Heli sacerdoti erudendum tradidit. Mirum tamen est quod pessimos mores non hauserit eorum, qui intra domum secum agebant. Etenim duo filii Heli, Ophni, & Phines prostratæ profus erant pudicitia, opprimebantque per vim feminas, quæ sacra facturæ ad tabernaculum accedebant, & contra ius, & fas sacrificiorum ritum invertebant. Insuper Heli erat deses, & filiis peccantibus conuiebat. Inter tantam verò vitiorum colluisionem illæsus permansit Samuel; ne mireris sed ad Parentum Samuelis mores oculos conuertere. Plus enim in Samuele valuerunt Sanctorum parentum pietas, & iustitia, quam conturbantium pessima exempla. Et hac de causa sancta mater Anna non dubitauit tenellum puerum, & qui facile ad ingenium sociorum præ ætatis teneritudine flecti poterat in Heli sacerdotis domum inducere. *Quando quidem (subdit Chrysofomus) illa filium suum ipsi commendauit, ac tradidit, neque enim Heli erat ex illis qui potuissent eum admodum fingere: quomodo enim potuisset, qui neque proprios quidem filios potuit? Sed fides, & promptitudo mulieris totum fecerunt.*

Chrysof.

14. Hebr. 11. 4.

Hebræorum 11. Fide Abel ampliore hostiam obtulit, quam Caim. Quærit Chrysofomus homil. 22. in epistolam ad Hebræos, quare seriem Sanctorum ordinaturus Paulus ab Abel exordium cepit? Non modo ob temporis rationem, sic enim, & eius Parentes, qui per pœnitentiam commissam noxam deleuerunt, commemorare oportebat, sed ob pietatis magnitudinem, fortè hæc aliorum hominum quos recenser, longè superauit. Sed vnde quæso hæc Abelis iustitia in tantam magnitudinem excreuit? Chrysofomus, quia, ex parentibus peccatoribus ipse originem traxit. Loco enim miraculi habendum est si filius malos parentum mores dediscat. *Et hoc (ait Chrysofomus) crudeliora passus est, quod, & à fratre, & primus, & tam probabiliter, & rectè viuendo, nullius exemplum habens, quem imitaretur, occisus est. Ad quem enim attendens imitatus est hic, ut sic honoraret Deum, & Patrem, & matrem, sed & illi magis contumelia affecerant Deum pro tantis beneficijs.*

Chrysof.

15.

Chrysof.

Inducit Chrysofomus homil. de Ioseph. Sanctum Patriarcham heræ blanditijs non cedentem, & cum hæc verba loquentem facit: *ne fallaris, virtutem meam non vinctes. Ioseph filium Iacob non vinctes illius Iacob, qui in ventre cum esset supplantauit: ac deinde cum Angelo quoque colluctauit, ne fallaris, non minus valide, quam Pater luctor.* Itaque Chrysofomus fortissimum argumentum ad confirmandam filij virtutem ex paterna pietate sumendum esse censuit.

16.

Pfal. 64.

In hunc sensum exponit Augustinus verba Psal. 64. *Verba iniquorum præualuerunt aduersus nos, vel, vt ipse legit. Sermones iniquorum.* Verba exponit vulgari similitudine. Patria verba, & sermonem nullo labore, aut arte puer addiscit, si quis autem ex exteris loqui velit, vix multo labore perfectè assequetur? eadem profus ratione natura duce puer paternum ebibit ingenium, nullo labore, si verò quisquam velit dediscere quod à parentibus hausit multa difficultate vix assequi potest. Ergo (ait David) sermones iniquorum præualuerunt aduersus nos, id est, patriæ voces, & vernacula lingua, multum in nobis valuit, nulloque negotio addiscimus; exterorum verò verba vix aliquando efformare potuimus. *Quid est (ait Augustinus) sermones iniquorum præualuerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis? Quod nati sumus in hac terra,*

August.

iniquos inuenimus, quos loquentes audiuimus. Si possem explicare quod sentio, adiuuet me intentio charitatis vestre. Omnis homo vbicumque nascitur ipsius terra, vel regionis, vel ciuitatis linguas discit, illius imbutur moribus, & vita. Quid faceret puer natus inter paganos, vt non coleret lapidem, quando illum cultum insinuauere Parentes: inde prima verba audiuit, illum, errorem cum lacte suxit. Et quia ibi qui loquebantur maiores erant, & ille, qui loqui discerebat infans erat, vnde poterat Paruulus nisi maiorum auctoritatem sequi, & sibi bonum ducere, quod illi laudabant?

2. Corinth. 3. De splendore Moyfis, quem ex consortio cum Deo hauserat, his verbis Paulus. *Ita vt non possent intendere filij Israël in faciem Moyfis.* Illos, qui intentis oculis suspicere non poterant Moysem, vocat Apostolus non filios Iacob, vt aliàs, sed filios Israël. Inditum est autem Iacob nomen Israël, quia Deum vidit. Igitur sensus est: adeo isti à paterna virtute defecerant, vt neque Moyfis iubar excipere valuerint, cum tamen pater Deum ipsum infixis oculis sit intuitus. Maximo enim vitio vertendum est filiis, si ab auita virtute, pietateque desciscant. Innuit hunc sensum Augustinus in Psal. 64. his verbis. *Et quid ait Apostolus ita vt non possent intendere filij Israël in faciem Moyfis.*

17.

2. Cor. 3. 7.

Augustin.

Alloquutus Regius vates Psal. 77. ad populum, præter morem longo vitur exordio, quo difficultatem rei, de qua acturus est, inculcat. Attentiones, & audiores reddit authores suos. *Attendite popule meus legem meam; inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Et multa alia. Sed quare tam attentos facit auditores? Vnde eorum, quæ dicturus est, difficultas accreuit? Subdit. *Ne fiant sicut Patres eorum, generatio praua, & exasperans,* id est, difficile est vt mores, quos à parentibus hauserunt, deponant: atque à deo huc omnem curam intendere oportet non osecitanter rem agere, & ego quoque difficilem me sustinere prouinciam fateor, dum eos auito ingenio exuere contendo. Hunc sensum tradit Augustinus ibidem his verbis. *Et obliui sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis: coram Patribus eorum fecit mirabilia.* De ipsis Patribus paulo ante dicebat, *quod esset generatio praua, & amaricans: ne fiant, inquit, sicut Patres eorum, generatio praua, & amaricans, & cetera quæ adhuc de sua generatione dicuntur. Cuius imitationem eo modo cauendam præcipit alteri generationi, vt ponat in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei.*

18.

Pfal. 77. 1.

August.

Misit in eos canomyam, & comedit eos. Psal. 77. Hæc vna ex plagis, quas passi sunt Ægyptij. Canomya musca canina est, dicitur autem canina, quia acrius pungit, & instar canis morder. Hoc muscarum genus ex alijs muscis originem trahunt, sed aculeo instar canum pungunt. Iuxta Augustinum ibidem malos filios malorum parentum refert canomya, semper enim filij pessimos mores parentum in peius imitantur, adeo, vt si parentes pungebant veluti muscæ, ipsi dentes infigant instar canum. Breuibus his verbis rem pressit Augustinus. *Canomya canini mores sunt, qui neque parentes, quando nascuntur, vident.*

19.

Pfal. 77. 45.

August.

Matth. 9. 27. *Et transiente Iesu (scilicet postquam Archisynagogæ filiam suscitauit) sequuti sunt eum duo ceci clamantes, dicentes: miserere nostri fili David.* Hic & sæpe alibi, qui ad Christum curandi accedebant ipsum David filium appellabant, non modo honoris causa, sed vt misericordiam extorquerent, scilicet miserere nostri, qui à piissimo Davide genus ducis, decet enim filium clementiam, & pietatem paternam

20.

Matth 9. 27.

paternam imitari. Hunc sensum affert Augustinus in Psalm. 67. his verbis. *Elegit David seruum suum, tribum ergo Iuda propter David, David autem propter Christum, quo transeunte clamauerunt cæci: miserere nobis fili David. Et continuo misericordia eius lumen receperunt, quoniam verum erat quod clamauerunt.* Inducit ad eandem rem probandam Augustinus ibidem verba Pauli 2. ad Timoth. 2. *Memor esto Dominum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum carnem.* Quare enim ait Apostolus Christum Dominum resumpsisse eandem carnem, quam ante mortem gestabat, nempe carnem ex semine David. Quid enim ad rem propositam ab Apostolo intererat? Multum sanè. Nempe eo loco Apostolus discipulum armat contra imminentes tempestates. Præmiserat enim. *Nam qui certat in agone non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Laborantem agricolam oportet primum, de fructibus percipere.* Et subdit. *Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum Euangelium meum, in quo laboro usque ad vincula quasi malè operans.* Ergo ad confirmandum discipulum in laborum tolerantia optimè præmittit adhuc Christum indutum esse carne, quam à Dauide acceperat. Ac si dicat, non deposuit Christus misericordiam, & benignitatem, quam à parente David acceperat, quando mortuus est, eandem carnem, quam prius habuit ex semine David nunc etiam gerit: ac proinde eandem etiam misericordiam, & pietatem erga miseros resumpsit, vnde non oportet labores detrectare, sed forti, & constanti animo sæuientibus procellis sese obicere. Cum multa Apostolo suppetere argumenta, quibus Christi pietatem, erga humanum genus commendaret aliis omnibus omissis huius tantum meminit, nempe à Dauide genus trahere, à quo & misericordiam simul hausisse necesse sit. *Hoc autem (subdit Augustin.) non transeunte dicit, sed attente commendat Apostolus scribens ad Timoth. memor esto Dominum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum Euangelium meum in quo laboro usque ad vincula, quasi malefaciens, sed sermo Dei non est alligatus. Ipse itaque Saluator factus ex semine David figuratur in hoc loco nomine David aperiente Domino in parabolis os suum.*

2 I.

Sed quid Apostolum commemoro? Ipse etiam Dominus in commendationem, & confirmationem suæ pietatis, & misericordiæ maternam pietatem & misericordiam protendit. Hunc sensum habent, si fides Augustino verba Psalm. 88. *Memor esto, quia mea substantia, numquid enim vane constituisti omnes filios hominum? Vidit Christus Dominus post Adami peccatum omne genus humanum in barathrum ruere, rogat autem Deum, ut labentes teneat, & lapsos erigat, ne homines omnes pessum eant.* Vnde ait. *Numquid enim vane constituisti omnes filios hominum? Id est, tu homines condidisti, ut pietate se exerceant, & superas sedes tandem occuparent: numquid hoc tuum consilium frustrabitur? Numquid hæc tua mens nullum profusus effectum habebit, cunctis hominibus ad inferos ruentibus? Et veluti quæreretur, quodnam remedium tantis malis adhiberi posset, ait: ecce ego adsum fons, & principium sanctitatis & misericordiæ, qui præcipientes homines tenere potero, opemque fererentibus. Sed vnde probat Christus Dominus sibi tantam adesse misericordiam & pietatem, ut hominibus valeat, & velit auxilio esse? Memor esto quia mea substantia. Id est, memineris me ex intemerata virgine, & sanctissima puella progeneratum, vnde non possum non simul cum carne misericor-*

Psalm. 88. 48.

diam hausisse, & pietatem. Tu in terim hinc & nostrum institutum confirma, & quanta sit Beata virginis puritas, & pietas, & in homines misericordia expende. Verba Augustini dono de Christo loquentis. *Memento quia est mea substantia. David iste dicit, posuit in carne in Iudæis, posuit in spe in Christo, memento quia est mea substantia. Non enim quia Iudæi defecerunt defecit substantia mea. Etenim de populo illo virgo Maria, de virgine Maria Christi caro, & caro illa non peccatrix, sed peccatorum mediatrix. Illic est enim, inquit, substantia mea, non enim omnino in te id radix venit semen, quod promissum est, dispositum per manus in manu mediatoris.* Et subdit. *Memento quia est mea substantia, non enim vane constituisti omnes filios hominum. Ecce omnes filii hominum seruiunt in vanitatem, quos tamen non vane constituisti. Vnde eos mundares à vanitate, numquid nihil tibi seruasti? Illud quod tibi seruasti, vnde mundares homines à vanitate, sanctus ille tuus in eo substantia mea: ex illo enim mundantur omnes, quos non frustra constituisti à propria vanitate.*

Hoc idem confirmat Augustinus ex verbis Psalm. 94. *Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea.* Duo nobis expendenda ad rem propositam cum Augustino. In primis verbum illud obdurare, arguit Hebræos, qui à pessimis parentibus originem trahebant, quique infideles fuerant Domino, cum illos Moyses per desertum in Palæstinam traiceret. Quorum filii ait. *Nolite obdurare corda vestra.* Peccata enim illa, quæ ab improbis parentibus filij trahunt, non modo animam inficiunt, verum peccata indurant. Vnde non simpliciter ait, ne auertatis cor vestrum, vel quid simile, sed nolite obdurare, quia eiusmodi vitia hominem in malitia, & peccatis confirmatum reddunt. Expendenda item vox illa. *Patres vestri.* id est, ideo in vobis tantum peccata valuerunt, quia non denuo in vobis nata sunt, sed illa à parentibus, quodam hæreditario iure accepistis. *Ubi tentauerunt me (ait Augustinus) Patres vestri, iam tales non sint Patres vestri, nolite eos imitari. Patres vestri erant, sed si non imitari fueritis Patres vestri non erunt: tamen quia de his nati estis, Patres vestri erant.* Et subdit. *Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Quare dixisti nolite obdurare corda vestra? Quia memineritis, quid soleam facere Patres vestri: nolite obdurare corda vestra. Quemadmodum in illa auaritudine secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me Patres vestri, &c.* Expendo verba illa Augustini. *Patres vestri erant, &c. Quibus hunc sensum adscribit Davidicæ sententiæ, nolite obdurare corda vestra sicut in irritatione, ubi tentauerunt me Patres vestri.* Id est, si eos qui vos genuerunt imitamini, & me ad iracundiam irritatis, sicut illi in deserto me irritauerunt, Patres vestri sanè erunt: sin verò vultis hanc malorum parentum coniunctionem abolere, eorum mores abiicite, pietatem colite, & hanc generis coniunctionem deponetis; fieri enim non posse videtur, ut eos non imitemur, ad quos genus referimus: vnde si imitatio cessat simul & generis coniunctionem cessare necesse est.

Sed quamuis mores paternos filij hauriant, nihilominus frequentius matres imitantur, ab his enim adhuc pueri educantur, & cum ipsis commorantur. Vnde maternum exemplar sæpius ante oculos proponitur Iobo in primis cap. 15. 14. *Quid est homo, ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere.* Iuxta Gregorium lib. 12. Moralium cap. 16. additur vox illa de muliere ab Eliphace, ut huius

August.

2. ad Timoth.

2. 8.

Augustin.

August.

2. 1.

Psalm.

August.

23.

Iob 15. 14.

huius rei difficultatem augeat. Si Patrem solum homo respiceret tanquam exemplar ad vitia, difficile sane pessimos mores, quos à Patre accipit, excutere posset: cum vero non modo Patrem, sed etiam matrem male operantem conspicit, quæ quæso ratione materna exempla, quæ ad malum pertrahunt obliuisci valebit? *Vbi additur (ait Gregorius) & iustus appareat natus de muliere. Primam quidem viro iniustitiam mulier propinabit in Paradiso, quomodo ergo ille iustus apparebit, qui de illa natus est qua iniustitia propinavit exitium?*

Iudicium Patris audite filij, & sic facite vt salui sitis.

Iudicium Patris audite filij, id est, ô, mei discipuli, quos ego erudiendos suscepi, audite iudicium Patris, id est, audite qualiter vos gerere debeatis erga parentes vestros. De hoc enim mihi nunc sermo instituendus. *Et sic facite vt salui sitis.* Audita vero executioni mandate, vt diutius vitam protrahatis. Hoc enim præmio obedientes filios Deus remunerat.

Nonnulla exemplaria Græca aliter sententiam efferunt, nempe: me Patrem audite filij, vt scilicet author libri personam induat parentum filios suos monentium. Multo melius vulgatus exponit illud iudicium Patris, ita vt sapientia introducat loquens filios & docens qualiter se gerere debeant erga parentes.

Iudicium Patris. Vatablus ita exponit. Auribus excipite ô auditores mei quod parentes vestri vos docent. Hoc est enim iuxta illud iudiciũ, & sententia Patris. Longe melius nos, iudicium Patris, vel iuxta Græca sententia Patris exposuimus id quod erga parentes filij præstare debent, quodque sapientia docet parentibus exhibendum. Etenim *Iudicium Patris* phrasi Hebraica officia parentibus exhibenda significat, & qua ratione filij se gerere debeant erga parentes. Iudicum 13.12. Manue ad Angelum, qui filium promittebat, inquit. *Quando sermo tuus fuerit expletus, quid vis, vt faciat puer, aut à quo se obseruare debebit?* Hebraice ad verbum. *Nunc veniat sermo tuus, quod erit iudicium pueri, & opus eius?* Itaque hoc loco iudicium Patris passiuè sumptum proinde valet, atque hic, quod cum Patre agendum sit, & quæ officia illi exhiberi ratio postulat.

Patris. Dionysius Carthus. Dei. Alij sapientiæ loquentis 3. authoris, qui patris personam induit, tandem alij iudicium Dei præcipientes reuerentiam erga parentes. Nos vero melius, parentum, quorum sententiæ, & admonitiones audiendæ, executionique sunt mandandæ à filiis. Hanc vocem *Patris* expendit insuper Hugo Cardinalis hoc modo. *Accipitur autem hoc, non solum de Deo Patre, sed etiam de Patre carnali, quibus nos obedire admonet ex amore, per quod dicit Patris non Domini. Serui enim ex timore obedient, sed filij ex amore. Vnde Ephes. 6. filij obedite parentibus vestris in Domino, id est, in his, quæ non sunt contra Dominum. Vnde quia non est obediendum in his quæ contra Dominum indiscrete præcipiuntur, ideo dicit author iudicium Patris, id est, discretum mandatum Patris, quod ex solo amore præcipitur.* Ergo iuxta Hugonem ideo vocatur iudicium Patris, quia obediendum est ex amore, sicut filij obedire solent parentibus non metu percussis, quod ad seruos pertinet. Expendit autem locum Pauli Ephes. 6. *Filij obedite parentibus.* Id est, quicumque subditi estis prælati vestris ex amore obedite, vt filij obedire

solent parentibus. Secundo iuxta eundem *iudicium Patris.* Id est, obedite præpositis vestris quando ipsi iudicio ducuntur & ratione, non vero quando aliquid contra Dei leges præcipiunt. Tandem præceptum superioris iudicium vel sententia dicitur, quia illud detrectare nefas est, tanquam rem sanctam & legem à Deo latam, quæ vobis iniunguntur excipite. Vel iudicium dicitur quo ostendatur præceptiones prælatorum detrectare nefas esse. *Haec de obedecer lo que manda el superior, como sententia pasada encosí Inzgada, de que no ay apellacion.*

Audite. Auribus excipite, memoriæ mandate, opere implete. Vnde subdit, *& sic facite.* Neque enim non satis est audire.

Filij. Aliqui codices Græci habent filij dilecti. plures apposito carent, & noster vulgatus hoc modo legit. Vnde retinenda lectio.

Et sic facite, vt salui sitis nonnulli exposuerunt, vt à multis periculis, quibus iuuenum atas obsidetur, liberi sitis. Nos vero respexisse credimus authorem ad verba Exodi 20.12. *Honora Patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuius super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Et Deuteron. 5.16. *Honora Patrem tuum, & matrem sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.* Merito enim immature à viuis abscondit Deus eos, qui, quam à parentibus vitam acceperunt, non vertunt in eorum auxilium, & pietatem. Vnde subdit:

Deus honorauit Patrem in filiis: & iudicium matris exquirens firmavit in filios.

Præmiserat & sic facite, vt salui sitis, quasi filiorum salus ex officiis parentibus exhibendis pendere nunc eius dicti causam reddit. Deus enim honorauit Patrem per filios, cum scilicet filiis præcepit vt parentes honorarent. Et exquirens officia matri exhibenda, puniensque filios, qui matrem non colunt, id enim totum verbum exquirens complectitur. Stabiliuit, ratumque fecit iudicium scilicet matris per filios. Hic rursus iudicium matris significat officia matri exhibenda.

Græca nõ habent verbũ illud *exquirens.* Quod si auferatur, dilucida magis, erit oratio hoc modo. *Deus enim honorauit Patrem in filiis.* Id est, dum filiis honorare præcepit parentes, eosdem parentes honore affectit, *Et iudicium matris firmavit in filios.* Et dum filiis iussit vt matribus obtemperarent earũ leges, & præcepta rata ac firma reddidit. Noster autem interpres addidit verbum exquirens, quo ostenderet Deum punire eos, qui matrum præceptis non obtemperant: vel sollicitum esse, & sæpius quærere, quanam ratione hoc præceptum de pietate exhibenda erga parentes, compleatur. Oportuit autem de matrum præceptis peculiariter sermonem inferre, quia sæpè filij despiciunt materna iussa, quia à mulieribus exhibita, vt Augustinus se fecisse dolet, quia quantumuis essent salubria, mulieri obtemperare, despiciebat. Vtrũque autem parentem Deus complectitur, vt versu superiori retulimus, quia tam matrem, quam Patrem oportet reuereri. Dilucide autem totam sententiam vertit Tigurina apud Vatablum, quo nostra expositio firmatur. *Domini enim Patrem liberis, honorabilem reddidit, & sententia matris attribuit autoritatem in filiis.*

Deus enim honorauit. Paulus de Palacio. Deus naturalem authoritatem dignitatem, & imperium dedit Patri in filios. Hugo Cardinalis ita exponit hunc locum, præmiserat parentes à filiis suspiciendos,

VERS. 2.

1.

2.

3.

Iud. 13.12.

4.

Hugo.

Ephes. 6.

5.

6.

7.

Exod. 20.12.

Deut. 5.6.

VERS. 3.

1.

2.

3.

dos, nunc vero rationem addit: *Deus enim, &c.* id est, et si alia omnia naturæ iura deessent, ideo filij parentes reuereri debebant, quia Deus hunc amorem maxime præscribit. Addit secundam expositionem idem author. Deus enim, &c. id est, honorem impensum Patri à filio reddet ei Deus remunerando eos pro patribus, quos honorauerunt, & in hoc honorat Deus parentes, quod remunerat filios pro cultu illis exhibito. Ego vero non de præmio filijs exhibito pro cultu erga parentes locum intelligo: sed de præcepto à Deo imposito à filiis, ut parentes diligant, quo maxime parentes Deus honorat. Lyra hac ratione exponit. Deus enim honorauit Patrem, id est, honorare præcepit. in filiis, id est, per filios.

4. *Et iudicium matris.* Dionysius Carthus. sicut per Patrem intelligitur Deus, ita per matrem Ecclesia, cuius præcepta obseruare debemus, sed mystica isthæc.

5. *Exquirens,* id est, castigans filios, qui debitam obedientiam parentibus negant. Exquiro enim sapius in sacris Scripturis sumitur pro punio. Gen. 42. 22. *En sanguis eius exquiritur.* Vel exquirens, idem est, quod inquirens. Maxime enim sollicitus est Deus, quânam ratione præceptum de obediendo parentibus impleatur.

Gen. 42. 22.

6. *Firmauit,* id est, ratum, & validum reddidit præceptum à matre iniunctum filiis propria scilicet autoritate ratiens. Lyra, *Firmauit in filiis, quia firmiter exquirat obseruatores ad præmiandum, & transgressores ad puniendum.* Itaque verbum *firmauit* significat inflexibilem Dei sententiam, & pœnam erga illos, qui impij sunt erga parentes.

Lyra.

VERS. 4.

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.

VERS. 5.

Et sicut qui thesaurizat, ita, & qui honorificat matrem suam.

1.

Qui diligit Dominum, &c. Græca breuius, & dilucidius, unde illorum sensus præmittendus, ut nostræ lectionis sententia clarius appareat: sic enim efferunt utrûmque versum. *Qui honorat Patrem, veniam peccatorum impetrat. Et qui honorat matrem suam, est veluti, qui thesaurizat.* Ac si dicat: duplici bono Deus cumulat eos, qui parentibus obtemperant, scilicet peccatorum admissorum condonatione, & bonorum omnium donatione. Ergo filiorum reuerentia erga parentes, & eorû orationem commendat, qua veniam de sceleribus commissis deposcunt: & large diffuere in eisdem cælestia bona facit. Ad hunc ergo sensum referenda sunt verba nostræ vulgatæ editionis. Sed non est idem omnium modus exponendi. Aliqui sic aptant: *Qui diligit Deum,* scilicet adimplendo præceptum de reuerentia, & pietate erga parentes, exorabit pro peccatis, id est, facilem eum nanciscetur, dum eum pro peccatis deprecatus fuerit. Alij vero sic. *Qui diligit Deum.* Veniam postulabit peccatorum, quæ scilicet contra parentes commisit, & ab illis deinceps abstinebit: cui post diurnas preces eius modo peccata condonabuntur. Itaque cum primum quis ad Deum se conuerterit de impetranda venia peccatorum, quæ in parentes commisit, cogitat: quasi summi parentis dilectio, cum terrenorum parentum offensa stare non possit. Ergo Dei dilectio à pietate erga parentes initium sumit. Tigurina hoc modo locum effert. *Qui reueretur Patrem peccata expiabit, abstine-*

bit ab illis: votorumque quotidianorum compos erit. Triplex ergo bonum assignat eis qui parentes diligunt: nempe, *peccata expiabit.* id est, peccatorum veniam impetrabit: *abstinebit ab illis,* id est, contra vterio-rem lapsum fulcietur: *Votorumque quotidianorum compos erit.* Id est, facile Deum in suas preces trahet. Posterior versus, nec difficilem sensum continet, neque longius abest à Græco exemplari. *Et sicut qui thesaurizat, &c.* Et sicut qui opes aggerat, sic etiam, qui matrem colit, opes nimirum accumulât; per honorem enim matri impensum, diuitias illi offert Deus, quas alij multo cum sudore acquirunt.

Qui diligit Deum exorabit pro peccatis. Aliqui hac ratione interpretantur, exorabit nimirum pro peccatis ipsorum parentum. Sicut enim lobi dilectio erga filios patrem sollicitabat, ut pro eis numen placaret veritus ne quid in quotidianis computationibus deliquissent, non aliter amor filiorum erga parentes filios impedit, ut Deum pro ipsis litent. Carthus. *Qui diligit Deum.* Id est, qui veniam peccatorum suorum, quoad culpam adeptus est, quæret à Deo, ut similiter & pœna illis peccatis debita, remittatur. Sed neuter sensus est, ad mentem authoris.

Exorabit. Hugo Cardinalis, id est, corde orabit. Necessaria quidem est ad orationem animi intentio, sed hæc hoc loco authori neque in mentem venit.

Continebit. Id est, abstinebit, intra debitos limites sese continebit. Aliqui, perseverabit.

In oratione dierum. Quidam exponunt in oratione quotidiana, id est, quandocumque orauerit per omne vitæ spatium exaudietur, semper voti compos euadet. Vel in oratione quam singulis diebus, homines habere solent ad Deum optata adipiscuntur. Alij vero per vocem illam in oratione dierum difficultatem innui existimant, hoc modo. *Qui Deum diligere instituit, ab amore parentum initium diuinæ dilectionis captat: Et in oratione dierum exaudietur.* Et cum hoc peccatum de irreuerentia, & impietate erga parentes graue nimis sit, nec facile expiari possit, tandem aliquando, post effusas preces diu veniam impetrabit. Triplicem sensum addit Dionysius Carthusianus his verbis. *Et in oratione exaudietur.* Eius verba refero. *Primo in oratione dierum, id est, in oratione per dies multos stabiliter continuata, oportet enim perseveranter orare. Secundo in oratione dierum gratia, quando videlicet homo est in statu salutis, & orat ex charitate 3. in oratione dierum, id est, fusa pro felici adoptione dici æternitatis, seu vitæ æternæ, qua per dies pluraliter exprimi solet: iuxta illud in Psalmo longitudine dierum adimplebo eum.* Ergo iuxta Dionysium oratio dierum est, oratio perseverans, vel oratio facta in statu gratiæ, vel fusa pro beatitudine consequenda. Breuiter annectam, quas his verbis Hugo Cardinalis expositiones accumulât, ne in longius abeam. 1. *Oratio dierum, id est, oratio* Hugo. *assidua 2. oratio dierum, oratio facta, ut homo diu viuat: hoc enim præmio cumulatur pius filius erga parentes 3. oratio dierum est oratio virtutibus fulta, & talis auditur vel in eo, quod sperat, vel in æquivalenti, infra 3 5. D. oratio humiliantis: se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur.* Ergo iuxta Hugonem oratio dierum est, oratio quæ iuuentutem excedit. Iam grandiori statura, & procerò corpore. Sicut enim infans, aut puer nec viribus pollet, neque ad iustam corporis magnitudinem peruenit, accrescente autem ætate accessio etiam corporis fit, & virium: ita etiam oratio, nisi fulcietur virtutibus tenera adhuc ætate & exiguo corpore est. Dum vero virtutum accessionem

accessionem acceperit, ad iustam vsque magnitudinem peruenit. Rem confirmat Hugo verbis nostri auctoris cap. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrat.* Id est, etsi omnes alias virtutes crementum afferant orationi non modicum: verum humilitas ad tantam proceritatem eam perducit, vt eam vsque ad nubes crescere faciat. Hac enim phrasi magnam corporis staturam, & proceritatem significamus iuxta illud Aeneidos 10.

— *Caput inter nubila condit.*

Et sicut qui thesaurizat, non solum ad pretiosissimarum rerum, & ingētis vis pecuniae repositionem locum aptandum existimo, sed ad quamcumque rei temporalis acquisitionem, hoc modo obedientia erga parentes omnem rerum temporalium abundantiam inducit.

ETHOLOGIA XXXVI.

Pietas erga parentes utilis filijs.

ET sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Thesauro similem facit hic versus cultum filiorum erga parentes, videlicet propter eximias utilitates, quas ipsis filiis infert Genes. 28. Profectus Iacob ē paterna domo vidit scalam cuius superior pars cœlum ipsum pertingebat. Deum in nixum summitati scalæ, & angelos descendentes, & ascendentes in quiescentis auxilium. Cur tam subito propitium numen inuenit, & auxiliares Angelos? Respondet Chrysofomus homil. 54. in Genesim ideo, tantorum mysteriorum cognitionem meruisse Iacob, ideo presentes sibi Deum, & Angelos inuenisse, quia dictis maternis audierat, & ex eius præscripto tam longam obibat peregrinationem. Ergo qui parentibus obtemperant, obtemperantes sibi Deum, & Angelos inueniunt. *Considera obsecro* (ait Chrysofomus) *eximiam curam misericordie Dei, quia enim iuxta consilium matris propter timorem fratris suscepturam peregrinationem, & quasi errorem quemdam viam facere, & solum, atque ab alijs abstractum, nullamque habentem consolationem vilo ex loco, sed totum in supremum auxilium proiectum statim in ipso initio volens confirmare alacritatem eius apparet & dicit. Ego sum Deus Abraham.* Notante iis verbis Chrysofomo statim in ipso initio itineris languenti Iacob auxilium Deus fert, quia eis, qui parentibus cultum deferunt, citissime Deus adest, neque eorum desideria diu differt.

Matth. 8. 19. *Et accedens vnus scriba ait illi: magister sequar te quocumque ieris, & dicit ei Iesus: vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Alius autē de discipulis eius ait illi: Domine permitte me primū ire, & sepelire patrem meum, Iesus autem ait illi: sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Mirum sanē quod illum, se in eius societatem tam auide dantē abiiciat: hunc discedere cupientem, veluti inuitum retineat. Augustinus sermon. 6. de verbis Domini huius causam refert ad pietatem istius filij, qui de paterno funere erat sollicitus, scilicet sub pietatis specie sensim diabolus conabatur eum à Christi societate extrahere: oportuit autem vt Christus Dominus dæmonis fraudes detegeret ei, qui tanto studio patetnæ pietati incumbebat. *Pic quidem* (ait August.) *excusauit: & ideo dignior, cuius excusatio remoueretur.*

Matth. 4. 21. *Et procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicula Zebedæo patre eorum, resicientes retia sua, & vocauit eos.* Cum sæpius Christus Dominus hos duos

fratres vidisset, vt pote sibi generis necessitudine coniunctos, cur demum nunc eos vocat, & in Apostolos seligit? Chrysofomus homil. 14. in Mattheum huius rei causam refert ad illa verba Euangelistæ. *Cum Zebedæo patre eorum.* Id est, vna cum patre resiciebant casses, patrem comitabantur, ei morem gerebant, dictis audiebant, senectam solabantur operaque fouebant. Ergo ob hanc in parentem pietatem, & sedulum studium digni profecto fuerunt, vt in Christi Domini societatem asciscerentur. *Nec sanē* (ait Chrysofomus) *parua sunt hæc documenta virtutis, facile omnem tolerare pauperiem, de iustis laboribus viuere, mutua sibi charitate connecti, secum habere inopem patrem, ac in eius obsequio laborare.*

Cum Christus Dominus in cruce pendens multa diuinitatis suæ signa edidisset: imo tunc plura, quam per totum vitæ spatium: tandem matrem discipulo commendauit, quo factō maximē Deum se esse testatus est, sol obscuratus est, terra dissiluit, velum templi scissum est, tota mundi machina est dissoluta, vt omnia auctoris sui passionem testarentur, sed illud multo clarius, multoque euidentius latentem in Christo diuinitatem explicuit, scilicet cura erga matrem. Vnde cum alij Euangelistæ prædicta miracula quibus diuinitatem Christi assererent, retulissent, vnus Ioannes reliquis Euangelistis altior ad hanc maternam pietatem confugit, qua certius morientis deitatem probat. Hæc est mens Ambrosij lib. 10. epist. cap. 79. *Testis est igitur idem arbiter, de materni pudoris affectu. Et inferius hoc testamentum Christi est de matris integritate, hæc Maria locuples integri pudoris hereditas: hic totius finis consummationis. Denique hoc dixit, & emisit spiritum, consummans omne mysterium bono sine pietatis.* Expende verba illa Ambrosij. *Denique hoc dixit, & emisit spiritum.* De paterna erga se cura conquestus videtur Christus in cruce his verbis. *Deus Deus meus vt quid me dereliquisti.* Ergo vt Patrem in suam tutelam pertrahat pietatem Christus exhibet erga matrem. Et securus spiritum paternæ curæ commendat, qui curam matris in vltimo vitæ spiritu non abiecit.

Ioannis 2. *Et deficiente vino dicit mater eius ad Iesum, quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora mea, dicit mater eius ministris: quodcumque dixerit vobis facite.* Christi Domini verba factō eiusdem Christi videntur contraria, nam cum præmisisset, nondum venit hora mea, sine mora maternis precibus acquieuit, aquam in vinum vertit, quod negauerat. Chrysofomus homil. 21. in Ioannem ad pietatem erga matrem Christi factum retulit, sanē nondum erat tempus, vt Christus exhibendis miraculis principium daret, nisi matris oratio accederet. Maternæ ergo preces tempus maturauerunt, & miracula ante tempus extorserunt. Tanti Deus facit erga parentes cultum. *Cur autem* (ait Chrysofomus) *cum nondum horam suam venisse dixerit impleuit tamen matris voluntatem?* Et subdit. *Propterea, vt matri honorem exhiberet, & non omnimodo contumax videretur matri, neque genitricem tam multis presentibus pudore afficeret.*

Matthæi 27. Dominum Iesum cruci affixum inimici circumstabant, & multis probris patientem vrgebant, potissimum illis verbis, quæ retulit Euangelista. *Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere, si filius Dei est, descendat de cruce.* Pro suggestu loquens Christus se filium Dei sæpe dixerat, quæ res præcipuè malè torfit Iudeos, & ob hanc eum in crucem egerant: ergo in signum eius, quod prædicauerat, quæruunt, vt de cruce descendat. Vrgebat

Ecdes. 35.

6.

1.

Chrysof.

2.

Matth. 8. 19.

Augustin.

3.

Chrysof.

4.

Ambros.

5.

Ioan. 2. 3.

Chrysof.

6.

Matth. 27. 41.

bat ex aduerso paternum præceptum, vt scilicet salutem hominum ad finē vsque perduceret. Vicit, vt pat est, obedientia paterna Iudaicam improbitatem, & bonum, quod inde affulgebat, scilicet eorum ad fidei conuersionem. Verum si illi sana mente Christi factum pensassent, multo fortius argumentum ex hac obedientia Christi erga Patrem haurire poterant, ad confirmandam diuinam Christi filiationem, quam si paterna præceptione posthabita, eorum petitionibus acquiesceret, patibulumque desereret. Nihil enim tam probat Christum Dominum ad Deum genus referre, quam paternum mandatum exequi. Rem totam prefficit Chrysofomus his verbis homil. 59. in Ioannem.

Chrysof.

Alios saluos fecit se ipsum non potest saluum facere: & si filius Dei est, descendat de cruce, neque propterea descendit, quia filius Dei est.

7.

Cum Christus Dominus suam mortem futuram præuidisset, cur ad extremum vsque spiritum protraxit matris curam? Possēt sanē multo ante tempore, vel saltem imminente passionis tempore eam curam discipulo mandare: distulit tamen donec animam ageret. Huius rei causam attulit Chrysofomus homil. 84. in cap. 19. Ioannis: quia nimirum parentum cultum, & obedientiam nullis terminis claudendam significare voluit, & vsque ad vltimam vitæ periodum duraturam. *Ipsē autem* (ait Chrysofomus) *Crucifixus matrem suam discipulo commendat, erudiens nos ad vltimum vsque spiritum parentum curam habendam.* Hæc ille. Cum quis morti proximus est, cum adstantes monere solent, vt erga Deum charitate, & amore se exerceat, multa de spe, multa de fide secum verset, vt in his virtutibus, quæ præcipuæ sunt, & in Deum proximè tendunt, se exercent in tanto discrimine muniant: at Christus Dominus ex omnibus virtutibus vnā pietatem selegit, ad quam sub mortem se exerceret. Insuper de patre videtur conquestus Christus Dominus sub mortis articulum illis verbis. *Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti?* Expende dictiones illas vt quid. ac si diceret, si ego maternam curam neglexissem, dignus sanē essem, quem tu pater desereres, & inter inimicorum probra, & immitia tormenta derelinqueres, nec mihi vllam opem, auxiliumue præstares; cum vero tanta pietate matrem suspexerim, quid quæso est in causa, vt me dereliquisse videaris? Vix enim capi potest, quod Deus eum deserat, qui parentum curam gerit.

8.

Ioan. 19. 23.

Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius, &c. Subdit autem Euangelista, *stabant autem iuxta crucem Iesus, &c. dicit matri suæ: mulier ecce filius tuus, deinde dicit discipulo: ecce mater tua.* Non casu aliquo factum est, vt postquam Christus despexit milites vestimenta sua sorte diuidentes, statim ipse matrem discipulo commendaret. Quasi dicat, hi quidem milites certissimum diuinitatis meæ proferunt argumentum, & facto meam diuinitatem ostentant, cum opere compleant, quod tot retro sæculis de me scriptum est Psalm. 21. *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Oportet ergo me eidem veritati subscribere, & occultæ, diuinitatis argumentum certissimum edere. Sed quod istud erit? Matrem meam discipulo commendabo, multam curam erga parentes exhibebo. Hoc sanē indicium me Deum esse testabitur. Hunc sensum mente concepit Chrysofomus homil. 84. in Ioannem. Et his verbis premit. *Et milites quidem hæc fecerunt: ipse autem matrem suam discipulo commendauit.*

Chrysof.

Morti proximus, Christus matrem suam discipulo commendat. Huius causam habes apud Chrysofomum homil. 84. in cap. 19. Ioannis his verbis. *Cum in tempestate ab ea appellatus est, inquit, quid mihi, & tibi mulier? Et alibi: quæ est mater mea? Hic immensam charitatem ostendit, & commendat eam discipulo, quem diligebat.* Id est, cum Christus Dominus durius videretur egisse cum matre, cum ab eo miraculum exegisset apud Chanaam Galilææ: voluit in cruce pendens amoris erga matrem indicia edere non obscura, quibus si quid videbatur durum aboleret. Noluitque sibi à quoquam vnquam impietatis crimen posse obici.

9.

Chrysof.

Discipulorum fugam, quam sub Christi mortem discipuli inierant grauius doluit Christus, & mala, quæ sub eodem tempore passi sunt insuper, & aliarum feminarum, quæ eum crucem baiulantem comitabantur misertus est, nec tamen vel Discipulos, vel feminarum aliquam præter solam matrem cuiquam commendauit, vt ostenderet quod maiori diligentia parentibus inseruire oporteat. Hunc sensum planè tradit Chrysofomus homil. 84. in cap. 19. Ioannis his verbis. *Sed cur non alius cuiuspiam mulieris meminisset cum adesset? admonens quidam amplius matribus esse tribuendum.*

10.

Chrysof.

Chrysofomus homil. 16. in Matthæum cum Christus Dominus Matth. 5. & 6. Decalogi præcepta veluti muniat, quid est, quod à quinto, non occides, exorsus est? Data in lege præcepta, quæ Decalogi vocamus quibusdam adhibitis consiliis fortius munit, vt longius absint homines ab eorum violatione, videlicet, iubet lex. *Non occides.* Ipse addit, ne irascaris. *Qui bilem motam sedat facile manus continebit ne occidat, hoc & de aliis præceptis ibidem videre licet.* Ergo quærit Chrysofomus, cum singula præcepta Christus muniat, quasi adhibito muro, ne comminuantur, cur à quinto exorsus est præcepto, nempe non occides? Oportebat etiam & superiora non immunita relinquere. Quæsitio his verbis responderet Chrysofomus. *Bene autem neque ipsorum præceptorum confundit ordinem, sed ab eo primum cepit, à quo in parte Moralium etiam lex fuerat exorsa. Nam id est in omnibus conuenientiam legis ostendere vtriusque, ego agtem dico vobis, qui irascitur fratri suo temere, reus erit iudicio.* Ac si dicat Chrysofomus præcepta illa prima, quæ ad Deum pertinent satis superque ex se ipsis commendata sunt, cum in Deum immediatè tendant, vt virtutes Theologicae, quæ primo præcepto commendantur, vel saltem oblique, vt actus religionis, quæ secundo, & tertio præcepto præscribantur. Vt puta non iurabis: & memento quod diem Sabbati sanctifices. Ergo his præmissis quæ sua dignitate satis sunt commendata omnia alia oportebat præcepta munire, quæ moralia dicuntur, quia ad proximos respiciunt, quorum primum est non occides, & hoc vnum ante omnia alia munit dicens. *Qui autem irascitur.* Hæc Chrysofomus, sed lapsus memoria videtur in hac enumeratione tantus doctor, ex præceptis enim moralibus non est illud primum non occides: sed illud. *Honorapaterem tuum, & matrem tuam.* Pietas enim erga parentes virtus moralis est, cum non Deum immediatè sed homines, parentes scilicet respiciat. Ergo si ordinem virtutum moralium Christus obseruaret, oporteret, vt à pietate exordium caperet. Verum mihi respondendum est pro Chrysofomo, nimirum tanti Deum pietatem erga parentes facere, vt hanc non inter virtutes morales numerandam esse deceat, sed in Theologarum virtutum nu-

11.

Chrysof.

merum referendam quodammodo, & religionis.

12. *Matth. 15.* Accusauerunt Iudæi discipulos apud Christum, quod ante cibum non se abluerent superstitiosis quibusdam purificationibus, quas ex suo cerebro confinxerant. Christus autem Dominus in eos accusationem detorquet his verbis. *Quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram, nam Deus dixit: honora patrem, & matrem: & qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur, vos autem dicitis: quicumque dixerit patri, vel matri, munus quodcumque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Verba sane difficilia, & quæ in varias partes interpretes diftraxerunt. Sequor hoc loco expositionem Chrysofomi homil. 52. in Matthæum, non prohibuerant Iudæi, vt filij parentibus, vel honorem deferrent, vel necessaria ad vitam suppeditarent. Quis enim adeo vecors, vel amens esset, qui rem adeo innato lumini absconam conaretur inducere? Dicebant autem, hoc non ex necessitate aliqua, & naturali obligatione otiri, sed ex libera filiorum voluntate. Chrysofomi verba subinfero. *Nonnulli aliter exponunt: donum quodcumque ex me tibi proderit, id est, nullum honorem tibi debeo, sed donum tibi datum sit, si à me honoratus fueris.* Hæc Chrysofomus. Ergo violasse dicuntur Iudæi legem Dei, & irritas fecisse præceptiones diuinas, non quia præceptis paternis non obtemperandum inferebant, sed quia hoc non ex necessitate, sed ex voluntate exordium sumere affirmabant. Quid ergo diceret Christus, si docerent non esse deferendum cultum parentibus, aut non esse opera iuandos.

13. *Matth. 8. 20.* Et accedens vnus scriba, ait illi. *Magister sequar te, quocumque ieris, & dicit ei Iesus: vulpes foueas habent, & volucres cæli nidus, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine permittite me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi: sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Illum ad se venientem abiicit, hunc à se fugientem tenet; causam Augustinus ferm. 6. de verbis Domini in pietatem erga parentes refert. Est enim pietas valde admiranda virtus, & qui in illa se exercet, utilis est ad Christi consortium, vnde tenendus, etiam si abire velit. Qui vero erga parentes inuisericors est pellendus à Christi consortio. Forte ille scriba immitis fuit erga parentes, hauserat, quis dubitet, doctrinam, quam in scribis, & Phariseis Christus Dominus carpit Matthæi 15. *Quare, & vos transgredimini præceptum Dei, &c.* Innuit hoc Christus dum ab aquilis, & vulpibus similitudinem capit. Hæc enim animalia filiis suis escam ex præda conquirunt: volucres pullis suis dum adhuc implumes sunt, multa cura, & diligentia cibum quæritant: vulpes item idem filijs præstant. Nec tamen iidem filij parentibus officium rependunt. Sicut de ciconia fertur. Ergo alterum ex his ob pietatem laudat, & trahit, alterum ob impietatem contemnit, & reiecit. *Renouat ergo (ait Augustinus) ira cupientem, trahit alterum nescientem: eodem quippe loco ait, sequere me. Et ille: sequar te, sed sine primo ire, & sepelire patrem meum, pie quippe excusauit, & ideo dignior, cuius excusatio remoueretur, vocatio firmaretur.*

14. *Matth. 15. 3.* accusant Pharisei discipulos, quod non lotis manibus mensæ accumberent, contra accusatores accusationem inuertit Christus Dominus. *Quare, & vos transgredimini præceptum Dei, & reliqua quæ retulimus num. 12.* Hæc verba hac ratione exponit Augustinus lib. 1. Quæstion. Euangel. q. 16. scilicet exposuisse Phariseos verba legis, quæ agût

de honore exhibendo parentibus hoc modo. Scilicet filij tenentur ad exhibendum cultum parentibus, & necessaria præstandum ad vitam, tunc quando non possent per se sacrificia offerre: cum vero ad eam ætatem peruenissent, vt possent pro se hostias inferre, nullo peccato teneri, etiam si parentibus non ferrent opem. In hos ergo inuehitur Christus Dominus, & eos carpit, qui præceptum de cultu exhibendo parentibus ad certum aliquod tempus pertraherent. *Munus (ait Augustinus), quodcumque est tibi proderit, id est, munus quod offerens causam ei, ad te iam pertinerebit: quibus verbis significant filij iam non sibi opus esse parentum pro se oblationes, quod ad eam ætatem peruenissent, vt possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos, vt possent hoc iam parentibus dicere, cum hoc dixissent, negabant Phariseos reos esse, si parentibus suis non præstarent honorem.* Hæc ille. Sed vereor huius loci interpretatio est; vt his verbis Christus Dominus carpat avaritiam sacerdotum, qui vt proprios census augetent qui ex oblationibus, & sacrificiis, & donis Deo oblatis illis cedebant in vsum, hanc interpretationem commenti sunt. Cautum erat lege diuina, vt filij parentibus ad vitam necessaria suppeditarent, hanc sacerdotum hoc modo illudebant. Si filius aliquis Deo vouerit, illum non licet expendere, neque parentibus elargiri etiam in extrema rerum difficultate constitutis. Vnde plures filij facultates Deo vouebant per summam fraudem, vt hac ratione expositibus parentibus specie religionis negarent. Hos ergo increpat Dominus. Ergo Deus tanti facit, quod filij parentes foueant, quod nolit sibi offerri, quod illi necesse habent.

15. *Matth. 3. 15.* dum Christus baptizaretur vox patris insonuit. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Quæ verba exponit Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum, hac ratione. Qui ad vnguem ad meam voluntatem, & placitum se se efformauit, qui ad nutum mihi pareat. Ergo hæc vltima verba, prima exponunt. Præmiserat *hic est filius meus dilectus.* Si quis vero noscere velit, quid hoc nomen filius contineat, quæ ratio huic nomini subsit, iam expono, in quo mihi complacui, id est, qui neque latum vnguem à patris voluntate discedit. Ergo ille filius est, qui omnino ad paterna præcepta se aptat: ille vero qui præceptiones paternas detrectat, neque filij nomen meretur. Verba Augustini subiicio. *Vt intelligatur hoc dictum esse ab omnibus (scilicet Euangelistis, qui verbis dissident, non sententia) tanquam diceretur in te placitum meum constitui, hoc est per te gerere quod mihi placet.*

16. Augustinus tractatu 19. in Ioannem ad illa verba: *Mulier ecce filius tuus* ex duplici capite nostram sententiam fulcit: in primis expendit verba illa quæ subdit Ioannes: & ex illa hora accepit eam discipulus in suâ. Componit nomen illud *hora* cum eodem nomine apud eundem Ioannem capite 2. *Nondum venit hora mea.* Cum enim Beata virgo filium orasset, vt accumbentium indigentia succurreret, respondit filius: nondum venit hora mea. Id est, hoc miraculum quod à me fieri petis iuxta vires diuinæ naturæ faciendum est, quam à te non accepi. Adueniet tamen tempus mortis, & passionis meæ, in quo humanæ naturæ, quam à te, o mater, assumpsi indicia non obscura edam: tunc temporis cum res tua tractetur, & agatur, quidquid liberit iniungere poteris. Ergo Christus Dominus argumenta præclara, & indicia edidit, vtriusque naturæ, nempe diuinæ, & humanæ. Deum testatus est, cum miracula edidit, maternam curam tantum huma-

næ naturæ indicium in patibulum distulit, quia crux veluti cathedra lignea fuit, ex qua id, quod hominibus faciendum erat, docuit. Ergo præcepta illa, quæ nobis necessaria, & sibi gratissima erant è cruce edidit, vt nostris altius mentibus infiderent. *Et ex illa hora (ait Augustinus) accepit eam discipulus in suam. Hæc nimirum est illa hora de qua Iesus aquam conuersurus in vinum dixerat matri. Quid mihi, & tibi est mulier, nondum venit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc non erat, in qua deberet agnoscere moriturus de qua fuerat mortaliter natus. Tunc enim diuina facturus, non diuinitatis, sed infirmitatis matrem veluti incognitam repellebat. Nunc vero humana iam patiens, ex qua fuerat factus homo affectu commendabat humano. Tunc enim qui Mariam creauerat innotescibat virtute: nunc vero quem Maria pepererat, pendebat in cruce. Moralis igitur insinuat locus, facit, quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruxit præceptor bonus, vt à filiis pijs impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud, in quo erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis.*

August.

1. Tim. 5. 8.

Ex hac sane doctrina didicerat Paulus Apostolus, quod docebat si quis autem suis, & maxime domesticis curam non prouidet fidem negauit, & est infideli deterior. Quid autem tam domesticum quam parentes filiis, aut parentibus filiis? Ergo sicut miracula à Christo facta eius diuinam naturam, ita pietas erga matrem humanam probat. Item verba, quæ citat Augustinus ex Paulo habes 1. Timoth. 5. 8. Quæ sententia peiores facit impios filios, quam infideles homines.

VERS. 6.

Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur.

1.

Qui honorat patrem suum iucundabitur in filiis. Id est, multam, & copiosam sobolem numerabit. Etenim omnes homines ducere naturam posteritatem habere desiderant. Et in die orationis suæ exaudietur. Id est, quæ Deum precatus fuerit, impetrabit.

2.

Iucundabitur in filiis. Nos ad posteritatem retulimus. Alij ad placidos filiorum mores referunt, vel ad vtrumque simul hoc modo. Numerosam prolem hæc habebit, ingentis gaudij segetem. Peculiariter redusi potest ad obedientiam filiorum erga parentes, id est, qui parentes veneratur filios habebit, qui eandem reuerentiam sibi præstent. Hanc expositionem tradit Dionysius Carthusianus his verbis. Nam sicut ipse pater condonat: sic filios suos verbis, & factis edificat. Scilicet vt eadem sibi præstent. Sensu morali per filios intelligit Hugo bona opera: hæc enim magno gaudio homines afficiunt. Glossa discipulos. Etenim vir pius multos suæ virtutes imitatores relinquet. hoc enim modo loquitur. In filiis, id est, in sobole, vel in discipulis, quorum nutrimento gaudeat quia magistris, vel parentibus suis obediunt, vel melius fructum bonorum operum accipimus. Paulus de Palacio ad corporis rectam habitudinem, & robur locum transfert. Filios habebit rectè valentes animo, & corpore. Hoc enim supplicio Deus afficit inobedientes filios, vt ex ipsis filij debiles infirmo corpore, & non sana mente oriuntur. Dionysius Carthus. hoc paternis exemplis tribuit. Multum enim teneros filios paterna exempla mouere solent. Id est, bonis moribus, & pietate filiorum gaudebit.

Dionys.

Hugo.

3.

Palacio.

Hugo.

Et in die orationis. Phrasi Hebræa, dum orauerit. Paulus de Palacio in die orationis, non dixit in oratione dierum, sed eodem die, quo effusa est, exaudietur. Id est, statim sine mora. Hugo Cardinalis: Dies orationis proprie dicitur tempus vacuitatis à sollicitudine temporali. Unde Matth. 6. cum oraueris intra cubiculum tuum,

& clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Hæc ille. Ergo diem orationis intelligit dum res temporales despiciamus. tunc enim multum erga Deum nostra valet oratio. Et hac ratione exponit locum nostri authoris capite 35. Loquetur sapientia tempore vacuitatis. Id est, tum maxime familiariter cum Deo versamur, quod ab anima omnem diuitiarum curam abiicimus. Et eundem sensum iuxta hunc auctorem habent verba illa Matthæi 6. Intra cubiculum tuum, &c. Id est, omnibus his temporalibus rebus oculos claude, & profus amorem earum abiice, & tunc facile quidquid ab eo petieris, consequeris. Addit Hugo, vel dies orationis est tempus tribulationis, quia tunc maxime est orandum, & tunc fit oratio ex corde, vt dicitur Psal. Ad Dominum cum tribulauer clamauit: & exaudiuit me. Hæc quæ ex Hugone retulimus ad sensus morales aptari possunt.

Eccle. 31.

Matth. 6.

Qui honorat patrem suum vita viuet longiori; & qui obedit patri, refrigerabit matrem.

VERS. 7.

Qui honorat patrem suum, vita viuet longiori. Qui patri suo cultum exhibet vitam protrahet. Et qui obedit, & qui paternis dictis audit, refrigerabit matrem, id est, requiem, & quietem ei præbebit. Turgina hoc modo locum transfert. Qui reueretur patrem longa vita fruatur, & qui Dominum audit matri suæ acquiescet. Id est, Dominus vbi legem fanciuit de parentum cultu, scilicet Exodi 12. 12. & Deuteron. 5. 6. vtrumque parentem scilicet tam patrem, quam matrem coniunxit. Vnde qui diuinæ legi intendit facere satis, vtrumque parentem honorare debet.

1.

Vita viuet longiori. Exodi 20. 12. Honora patrem tuum, & matrem tuam vt sis longiuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Et Deuter. 5. 16. Honora patrem tuum, & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore. Nec immerito spatium vitæ illi contrahitur, qui ea abutitur in eiusdem vitæ auctores, qui vero vitæ suæ principia tutatur eandem etiam vitam producit. Dionysius Carthus. Quod certum est de vita gratiæ in presenti, & de vita gloriæ in futuro. Hugo vim huius promissionis ad spiritualis quoque patres extendit, scilicet magistros, & prælatos.

2.

Exod. 20.

Deut. 5. 16.

Dionys.

Et qui obedit patri refrigerabit matrem. Id est, pro doloribus, & partus pressuris requiescere facit. Alij, & qui patri obtemperat, matrem, quæ semper filio timet, recreat: sperat enim per eam obedientiam fore à periculis liberandum. Vel sperat fore, vt sibi quoque, quando opus fuerit, obedientiam exhibeat. Dionysius Carthusianus: spiritualiter autem qui obedit Prælato aut Deo creatori, refrigerat, atque latificat matrem suam Ecclesiam. Paulus de Palacio: Refrigerabit matrem. Id est, in sepulchro condet. Scripturæ enim Phrasi refrigerium pro sepulchro ponitur Sapientiæ 4. 7. Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Id est, in sepulchro requiescet. Et secundum hunc sensum posterius hoc Hemistichium cum priori congruit. Præmiserat enim: Qui honorat patrem suum vita viuet longiore. Et subdit: Et qui obedit patri: refrigerabit matrem. Id est, non rapietur ante parentes, sed superstes erit, eorumque funeri aderit, terra condet, sepulchro mandabit, id est, diutius vitam protrahet.

3.

Sap. 4.

Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt.

VERS. 8.

Quia

1. Quia multa de honore, & reuerentia filiorum erga parentes dixerat, aggreditur iam exponere, quid sibi velit, reuerentia hæc, & honor. Neque enim satis est si filij parentibus assurgant, caput detegant, exteriorem cultum exhibeant, sed necesse est, vt etiam necessaria ad vitam subministrant. *Et quasi dominis seruiet his qui se genuerunt.* Id est, veluti seruatorum opera, vtuntur domini, & quidquid serui acquirunt in vtilitatem dominorum cedit, non aliter filij se gerere debent erga parentes suos, vt scilicet eos, re, & opera foueant, hæc enim officia timor Dei exigit. Neque abhorret à phrasi scripturæ vt honor etiam ad alia officia præter exteriorem cultum referatur, vt habetur 1. Timoth. 5. *Qui bene præsent presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo.* Iuxta quorundam expositionem duplici honore, id est, duplici alimenti portione, supra viduas de quibus egerat, quæque Ecclesiastici sumptibus alebantur.

2. *Et quasi dominis seruiet.* Quidam ad reuerentiam solummodo referunt, & reuerentiam deferat filius parentibus, ac si domini essent, magna scilicet animi submissione. Ex hoc loco deducit analogiam, & obedientiam Dionysius Carthusianus. Etenim obedientiæ dediti homines peculiari ratione filij Dei asseruntur. Inducit ad hoc probandum verba Pauli 1. Corinth. 4. *In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Id est, per obedientiam, quam Euangelio exhibuistis. Et Gal. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Id est, qui ab obedientia descendiistis, & à filiatione, nunc autem, dum per obedientiam iterum respiciistis, in filios iterum vos adopto. Insuper Iacobi 1. *Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis.* Id est, per voluntariam obedientiam nos genuit. Accipe eius verba. *Et quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt, in esse natura scilicet parentibus carnalibus loco, & tempore opportuno, vel in esse fidei, ac gratia, vt pralatis & prædicatoribus.* Sicut quibusdam scribit Apostolus. *In Christo per Euangelium ego vos genui, & rursus Galatis scribens: filioli quos iterum parturio.* Sic enim præsertim nos generat, iuxta illud. *Voluntariè genuit nos verbo voluntatis.* Et quasi dominis, alij legunt, & quasi dijs. Dijs enim parentibus, & magistris parem gratiam referre non possumus. Ergo indicat parentibus inseruiendum, eodem penè cultu, quo Deo seruiamus. Vel dijs, id est, non coactè, vt serui dominis seruire solent, sed libere, religiose, & deuote, vt Deum reuereri par est. Vel quasi dijs ea ratione, vt familiaris colloquutio cultum & reuerentiam non minuat erga parentes.

ETHOLOGIA XXXVII.

Filij parentibus obedientiam præstare debent.

1. *Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt.* Hic versus nos cogit iterum de obedientia filiorum erga parentes nonnulla super addere. Philo lib. 1, de opificio mundi per paradysum multis arboribus confutum intelligit animam iusti variis virtutibus refertam. Tandem per arborem vitæ intelligit virtutem pietatis quam filij, parentibus exhibent, & merito, nam quemadmodum fructus arboris huius vitam protendebat, ita etiam pietas filiorum vitam protrahit. *Honora patrem tuum & matrem, vsis longæ super terram.* Multa insuper addi possunt, ex quibus pietatem erga parentes, & arborem vitæ componas. *Paradysum quidem (ait Philo) principalis*

vis anima, que est plena ceu planities innumeris opinionibus, per arborem vero vita pietas inter omnes virtutes eminentissima, per quam immortalis redditur anima: sicut per dignationem boni, malique arbitra prudentia, qua discernit res naturaliter contrarias.

Deuteronom. 5. 16. *Honora patrem tuum, & matrem sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.* Expende cum Philone lib. *Quod deterius potiori insidietur,* verba illa, vt & bene sit tibi, dicendum videbatur, vt bene sit illis scilicet parentibus, quos honoras, & quibus opera tua faues: at vero Deus contrariam omnino rationem innuit, scilicet, vt bene sit tibi. Maius enim emolumentum percipit filius, dum necessaria largitur parentibus, quam ipsi parentes, dum oblata à filiis accipiunt. *Sicut enim (ait Philo) qui bonum virum laudat, declaratus est se ipsum multare, ita qui cedit præstantiori, quamuis dicatur illi præstare beneficium, reuera de seipso bene meretur.* Testis est his meis dictis ipsa natura, & leges huic consentanea, diserte enim præcipiunt sic: *honora patrem tuum, & matrem tuam, vt bene sit tibi, non his, qui honorantur, inquit, sed tibi.*

In 1. legis tabula ea præcepta inscripsit Deus, quæ ad ipsum pertinent. In 2. vero quæ à proximo, In capite vero huius secundæ tabulæ proscripsit præceptum de honorandis parentibus, scilicet. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Silicet medium hoc præceptum statuit inter diuina, & humana, quia licet ad diuina non pertingat, attamen humana longè excedit, & est veluti medium quoddam inter vtraque. Hanc sententiam sumpsi ex Philone lib. *Quis rerum diuinarum heres.* His verbis. *Quintum de honore habendo parentibus, nam hac quoque sacrata est, quippe quæ refertur non ad homines, sed ad authorem geniture rerum omnium, cum quo pater aut mater collati non gignunt: sed instrumenta a gignendi sunt.* Hoc præceptum situm est in consensio quinary, pertinentis ad pietatem, & alterius cohibentis iniurias multas, ad maleficia: quandoquidem mortales parentes fines sunt mortalium potentiarum, quæ naturales genitrices rerum omnium permisissent, huic infimo generi mortali potentiarum, ad imitationem earum seminare, atque gignere. Præceptum de pietate erga parentes quintum numeratur à Philone cum tamen apud nos, quartum locum obtineat inter præcepta Decalogi.

Genes. 37. Vidit Ioseph per somnium fraternos manipulos suo manipulo caput submittere. Hoc somnium cum retulisset patri, nihil asperum ei loquutus est. Vidit insuper solem, & lunam, & stellas vndecim eum adorantes, quod somnium etiam retulit patri. Cui pater. *Quid tibi vult hoc somnium, quod vidiisti? num ego, & mater tua & fratres tui, adorabimus te super terram?* In tibi causam ob quam de priori somno non increpuit Iosephum pater, de posteriore vero duriuscule cum illo egit. Nam licet vtrumque somnium imperium futurum pueri protenderet, verum prius de quocumque imperio obtinendo etiam circa exterarum gentes, exponi poterat. At vero hoc posterius apertè ostendebat Iosephum adorandum fore à fratribus, & patre, & matre, quod nullo modo dissimulandum putauit pater, sed agrè tulit, & puerilem audaciam repressit, scilicet patres hoc in primis carpent, si quid filij aduersus cultum parentibus exhibendum moliantur, vel per somnium. Hoc ex Philone desumpti lib. de Iosepho his verbis. *Visus erat videre ad se venientem solem, & lunam, & stellas vndecim, quod pater miratus in mentem recondidit de euentu præsagij sollicitus. Grauius autem obiurgauit filium timens ne*

1. Timoth. 5.
1. Corint. 4.
Galat. 4.
Iacob. 1.
Dionys.

2. Deuter. 5. 16.
3. Exod. 20. 12.
4. Gen. 37. 10.
Philo.
Philo.
Philo.

quid ille peccaret. Potest ne, inquit, fieri, ut pater, materque, & fratres adoremus te? Nam per solem patrem, per lunam matrem, per undecim stellas fratres significare videris. Quod caue, ne unquam in mentem tibi, mi puer, veniat, trade potius obliuioni visiones istas nefarias. Nam sperare, & expectare principatum inter domesticos res abominanda est, me iudice, neque aliter iudicare puto ceteros, quibus aequalitatis, & cognationis iura nota sunt.

5. Duo præcepta habes in lege, quæ si iuxta anagogem interpreteris aptime nostram sententiam

confirmant: alterum habes Leuitici 22. 28. *Bos, onis, & capra cum genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ, die autem octauo, & deinceps offerri poterunt domino, siue ille bos, siue onis non immolabuntur cum fetibus suis.* Si ad sensum moralem referas tanta cura filij respicere debent parentes, vt, vel mortui, & occisi, & flammis semiusti sustinere non possint iniuriam parentibus illatam, sed ex ipsis flammis rediuiui surgant ad sumendam vindictam de morte parentum. Alterum præceptum habes

Exod. 23. 19. *Non coques hadum in lacte matris suæ. Quam legem repetit Exod. 34. 26. Et Deuteron. 14. 21.* Cuius eadem cum superiori causa est. De

vtroque præcepto differit Philo lib. de Charitate, nostramque sententiam his verbis tradit. *Atque vt magis etiam infereret in animos multiplices, variasque mansuetudinis, & equitatis species alio præcepto simili cauit, ne quis immolaret matrem, & natam ex ea pecudem, aut si vtraque victima cadenda est, fiat id saltem diuersis temporibus. Extreme enim crudelitatis fuerit matrem genitricem cum animali ex ea progenito: & quo pretextu, nisi aut ventris, si sacrificij nomen falsum est, cades enim sunt huiusmodi non sacrificia, non admittente Deo tam prophana sacra, altare suum. Quin & ignis ipse scinderet se bifariam, diffugiens ne contaminaretur complexu, non miscendarum victimarum: aut etiam confestim exstingueretur, opinor, ne sacram aeris naturam flammis impuris pollueret. Quod mensis gula scuitiam? Absurda sunt enim voluptates eiusmodi. Quæ voluptas est in esu carniuum, si tenerorum, & lactentium animalium miscantur in maternis visceribus. Ipsa membra si quis assanda figat, eisdem veribus videntur raptura silentium præ indignatione facinoris & plurimis conuiuijs profusissima gulam explentem se nefarijs dapibus. Certe veritum est, eisdem legibus ne templum subeat animans vlla grauida, neue mactetur, nisi partu lenato, quod latent: in vtero fetus non minus aestimetur, quam in lucem editus.*

6. Comparat Philo lib. de Decalogo cultum, qui exhibendus est parentibus cum eo quem sibi vult Deus deferri. In primis post præcepta Decalogi, quæ ad Deum pertinent, statim subdit legem de honorandis parentibus. Tum etiam cauet Exod. 21. 27. *Ne quis patri, vel matri maledicat, imo eum, qui huius peccati reus est eidem pœnæ subdit ac illum qui Deo maledicit, causam reddit Philo loco citato, nempe parentes quadam etiam ratione dij sunt, hoc solo discrimine differunt, quod Deus communis est parens totius vniuersi, at verò pater, aut mater peculiaris est Deus cuiuscumque filij. Ergo sicut rerum vniuersitas diuinum illud numen colit, quo agente hæc omnia condita sunt, simili ratione vnusquisque filius peculiarem suum Deum adorat, scilicet patrem, & matrem. Oportuit enim homines habere Deum aliquem similem sibi quem oculis haurire possent, & cum eo verba miscere. Et postea (ait Philo) non obuoluent faciem præ pudore homines parentum contemptores. Damnant suam incu-*

Philo.

riam, in re, qua vel sola erat curanda, vel ante alias præferim, cum non tam conferatur, quam referatur beneficium? Filiorum enim nihil est proprium, quod non parentibus debeant, à quibus vel acceperunt, vel acquirendo adiui sunt. Habent ne igitur pietatem, ac sanctitatem, principales virtutes in anima, an eiecerunt eas è pectore? Deo enim administrant parentes in gignendis liberis. Ceterum, & qui ministerium spernit, spernit, & principem, & sunt, qui audacius exaggerantes nomen parentum, aut patrem, matremque, Deos conspiciens: illius virtutis imitatores fingendis animantibus, hoc solum differre, quod Deus sit mundi genitor, hic filiorum tantummodo.

Non modo aliarum rerum primitias sibi offerri præceptum Deus, verum, & filiorum Exod. 13. 2. *Sanctifica mihi omnem primogenitum.* Expode cum Philone lib. *De præmys sacerdotum, & honoribus rationem quam huius præcepti subdit legislator, mea sunt enim omnia.* Id est, sicut ego alia in dominorum potestate subieci, sic filios in paternam potestatem dedi. Ergo, & filiorum primogenitos mihi offerant, sicut aliarum quarumcumque rerum. En tibi qua ratione filij in parentum potestate dati sunt, nempe non alio modo, quam pecudes reliquæ omnia animalia, vel inanimata quæcumque. Ergo eandem habet pater potestatem erga filios, ac erga reliqua omnia, quæ ad ipsum pertinent vt Deo reddantur. Neque filij aliter illi subieci debent, vt pro voluntate illis vtantur, ac domus supellex. *Hic lex (ait Philo) non contenta primitijs omnium prouentuum alias insuper exigit animarum, atque corporum, nam liberi sunt parentum partes separabiles. Imo (si verum fateamur) inseparabiles propter communem sanguinem, & latentem quandam rationem generis dimanantem à maioribus natua beneuolentia coniungente affectus mutuos. Vocat Philo liberos parentum partes separabiles, quæ etiam appellatio obedientiam filiorum erga parentes firmat. Vt enim pes, vel manus ad nutum homini pareat, quod si difficilius iussa exequatur, hoc ex contracta infirmitate euenit, non aliter filij sine mora parentibus obediunt. Quod si ad præcepta capeffenda difficilius moueantur graui procul dubio morum ægritudine tenentur. Attamen (subdit Philo) & horum exiguntur primogenita primitiarum nomine, vt appareat gratam esse facultatem, vel presentem, vel qua expectetur in posterum, id quod cecidit in laudem coniugij, sacrari primum eius fructum.*

Genes. 9. 20. Chan peccat, & Chanaam filius eius maledicitur. Ad sensum moralem factum inflectit Basiliius in cap. 13. Esaiæ. Nempe Chan interpretatur commotio, hæc autem non maledicitur, sed filius eius. Rem aperiamus. Quædam crimina sunt, ad quæ naturalis quadam libidine, & commotione concitatur homo vt puta luxuria, ad quam ardore sanguinis trahitur: item ira, quæ sanguine circa cor agitato, hominem percellit, sunt autem alia criminum genera, ad quæ nullo naturæ motu rapitur homo, imo vero ab eis infractis naturæ repagulis cohibetur. Ex quibus in primis est impietas erga parentes, quam vel ipsa natura horret, naturali enim ductu mouetur homo ad exhibendam reuerentiam ei, à quo, & naturam accepit. Prioris generis crimina significantur per Chan, qui commotio dicitur, posterioris verò in filio. Ergo quamuis Chan peccet, maledictione tamen non feritur, quia illi, qui ex commotione peccant digni sunt, quibus indulgentia largiatur. Ille verò qui nullo incitante delinquit, maledictione dignus est. *Eundem in modum (ait Basiliius) & Noë ubi rescitit*

7. Exod. 11.

Philo.

Philo.

8.

Basiliius. quid

quid sibi fecisset filius eius iniur, dixit : maledictus Chan. Atqui contristatus erat, attamen ipse nequaquam maledicitur, sed germen eius, propterque ipsius nefarium opus figurate nominatur Chanaam. Ac si dicas *κόλος*, id est, commotio: quod eam in patrem offensam fecerit commotione, & calore concitatus, non per habitum etiam natura insutum, eoque in Chan non recidit maledictio, id est, in calorem, sed in Chanaam filium, & in opus in anime commotionem profectum. Humana etenim natura arduum est, & perquam difficile perpetuam in corde conservare puritatem. Vel forte Chan punitur in filio, quia filij ad parentes pertinent non aliter quam res familiares, aut corporis salus, quibus punire solet Deus peccantes.

Genesis 32. *Iacob quoque abiit itinere, quo caperat: fueruntque ei obviam Angeli Dei.* Nempe tanquam victori triumphalem hymnum accinentes. Cum in Mesopotamiam pergeret, Angeli ei affuerunt, non tamen eum tanquam victorem celebrabant, sed tanquam pugnantem opem ferebant, descendentes nimirum per scalam. Rupertus lib. 8. de Trinitate cap. 4. refert ad obedientiam parentibus præstitam. Etenim tam pater quam mater fugam inire consuluerunt, ut ex Mesopotamia uxorem sibi seligeret. Nempe mater Genes. 37. & pater Genes. 38. his verbis accipe inde tibi uxorem de filiabus Labam auunculi tui. Ergo postquam iussa patris, & matris ad vnguem explevit, reuertenti ex Mesopotamia accurrunt Angeli fausta clamantes. Videlicet eum, qui dictis paternis parerit, oportet tanquam victorem faustis acclamationibus excipere. Ac si iam omnes spirituales inimicos debellauerit, vitia profligauerit, demones dare terga coegerit: quasi iam terrena deserens cælestibus choris insertus Angelicam omnino vitam agat. *Igitur Iacob (ait Rupertus) postquam præcepta patris peregit reuertentes ei fuerunt obviam Angeli Dei, ut sciamus quia post obedientiam laborem, cuique viro fideli superest, supernis illum reuelationibus glorificari, & cælestium spirituum crebra visitatione remunerari.*

Plutarchus in problematis refert filios prosequi solitos funera parentum velato capite. In primis velare caput solebant, qui Deos adorabant. Ergo ut ostenderent parentes habendos esse loco Deorum à filiis, eorum funera amictu capite insequebantur. Insuper caput velabant reorum, in quos capitalis sententia ferebatur, ut de Naamam pater Esther 7. & 2. Reg. 15. Ergo profitebantur filij tantum de paterna morte doluisse, ac si ipsi capitali supplicio essent addicti.

Cassiodorus lib. 2. epistolarum refert ciconiam inter omnia animalia curam gerere de parentibus, cum præ ætate effæta sibi consulere non possunt. Hoc ciconiæ ingenium cecinit Alciatus Emblemate 30.

*Aërio insignis pietate ciconia nido,
In vestes pullos pignora grata fouet.
Taliæque expectat sibi munera mutua reddi
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia spes soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.*

Addit Cassiodorus ibidem: ideo non immerito vita longa seruantur, qui pietatis officia non relinquunt.

In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum.

Ut superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat.

Honora patrem tuum. Cultum, & reuerentiam illi

exhibe: Opere, & sermone. Id est, non solis verbis, sed re, & opera. In omni patientia. Et eos si morosi fuerint, quod in senibus frequens est, patienter fer. Ut superueniat tibi benedictio ab eo. Ut hac ratione tibi pater benedicat, & fraternæ benedictionis fructum assequaris. Et benedictio illius in nouissimo maneat. Et patris benedictio, quum agens animam tibi impertietur, perpetuo duret. Frequens est mentio in Scripturis sacris de benedictionibus, quas parentes morti proximi filiis largiebantur. Hoc de Isaac, hoc de Iacob Scriptura sacra testatur, quo respiciens Ecclesiasticus ait, & benedictio illius in nouissimo. Id est, quam tibi morti proximus largietur maneat, ratæque apud Deum sit benedictio.

In opere, & sermone. Nec satis est verbo, & exteriori cultu parentes reuereri, sed etiam facultatibus adiuuare. Hæc verba aliqui coniungunt cum antecedentibus hac ratione: *Et quasi dominis seruiet eis, qui se genuerunt, in opere, & sermone.* Sed melius noster interpres cum subsequenti coniunxit modo prædicto. *Lyra, in opere, & sermone, id est, veraciter.* Non solum verbis, sed etiam facultatibus. Hugo Cardin. ad sensum moralem hæc verba inflectit. O tu fili, qui alterius verbis permotus virtutis viam aggressus es: memineris, & te debere in eandem pietatis societatem, quos potueris, comites asciscere, opere. Id est, rectorum factorum exemplo, & sermone, id est, verbis ad virtutem pertrahentibus: & patientia, id est, eorum difficiles mores patienter ferendo.

Et omni patientia. Hoc in Græcis codicibus non habetur, additum autem videtur à nostro interprete ad significandum difficile esse, ut iuuenes seniorum mores patiantur. Vel ob illius ætatis morositatem, vel ob ingeniorum diuersitatem, vel ob præceptorum rigorem. Morosi enim plerumque sunt, & difficiles senes. Vnde Ps. 91. 15. Tamquam peculiari præuilegium de piis senibus dicitur. *Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & bene patientes erunt, ut annuncient.*

Ut superueniat tibi benedictio ab eo. Nonnulli latini codices habent à Deo, sed hic error librariorum est, qui exigua litterarum mutatione à Deo transcripserunt, quod dicendum erat ab eo. Græci pro ab eo habent ab hominibus, sed melius noster vulgatus ab eo, scilicet à patre. Ut pater tuus tibi benedicat, vel à Deo dicitur, quia quam pater filio dat benedictionem Deus ratam habet.

Et benedictio illius in nouissimo maneat. Etenim loco Prophetiæ habetur, quidquid sub mortem filii parentes accinunt. Ut pater de maledictione Noë, & de benedictionibus Isaac, & Iacob. Hæc verba in Græcis exemplaribus non extant, addita vero videntur à latino interprete, ut vim paternæ benedictionis significaret. Hæc verba quidam intelligunt de morte non patris sicut nos exposuimus, sed filij: hac ratione. honora patrem tuum, ut benedicat tibi, cuius benedictionis vis, & efficacia ad mortem vsque te comitabitur: per totum vitæ curriculum tecum erit, & sub mortem maximè patebit, vbi, & periculum maius, & vires omnino prostrant. In nouissimo. Hugo Cardin. id est, in vita æterna. Distinguit enim duplicem benedictionem, alteram, quæ temporalia largitur, alteram quæ æternis donat. Loquentem accipe. *Est autem benedictio duplex, scilicet benedictio dextera, quæ est collatio spiritualium, & sinistra, quæ est collatio temporalium.* Priori benedictus est Iacob, id est, vir iustus, secunda benedictus est Esau vir pilosus, id est, peccator Gen. 27. vnde Psalm. 72. *Ecce ipsi peccatores abundantes in saculo obrinuerunt diuitias, iusti autem*

9.
Gen. 32. 1.

Gen. 37.
Gen. 38.

Rupert.

10.

11.

VERS. 9.

VERS. 10.

1.

2.

3.

Psal. 91. 15.

4.

5.

Hugo.

Gen. 27.

Psal. 72.

autem

Jerem. 12. *autem affliguntur. Super quo admirando conqueritur Ieremias 12. Quare via peccatorum prosperatur, bene est omnibus, qui operantur iniquitatem? De priori benedictione loquitur author hic. Unde sequitur, & benedictio illius in nouissimo maneat, id est, in vita aeterna.*

VERS. 11. *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.*

1. Quantum valeat patris benedictio ad filiorum felicitatem, quantumque timenda sit matris maledictio explicat. Quasi dicat: benedictio patris stabiles reddit filiorum domus, & ab eis calamitatum quodcumque genus depellit. Maledictio autem quam mater infert eisdem euertit, & à fundamentis euellit. Author ad orationis ornatum, quandoque utitur voce matris, quandoque vero patris: alias enim & patris maledictio infelicitatem maximam filiis importat, & matris benedictio multis bonis auget.

2. *Benedictio patris, &c.* Hunc versum per causalem legunt Græci hoc modo: *Benedictio enim patris, &c.* Dixerat vers. præcedenti: *ut superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat.* Dictorum reddit causam. *Benedictio enim, &c.* Multum curent filij de parentum maledictione, aut benedictione, nec inanem putent superstitionem, frequentius enim tam maledictionis, quam benedictionis verba, fortiuntur effectum, quem protendunt. Hugo Cardinalis. Passiue sumpsit hæc verba: benedictio patris, id est, qua pater benedicitur à filio; & maledictio matris, id est, qua mater maledicitur à filio, firmat, vel eradicat domos filiorum, vel quia bona, vel mala parentum, ad filios vsque deriuantur. Vel quia cum pater filium suum benedicit, non modo filium ferit, sed vsque ad nepotes, & pronepotes, & longam seriem generis descendit. Sed prior expositio menti authoris non congruit.

3. *Firmat domos filiorum.* Et si ad quæcumque bona temporalia referri possunt verba, præcipue tamen ad diuurnitatem vitæ filiorum, iuxta id quod dixerat. *Qui honorat patrem vita viuet longiore.* Hoc enim est domos filiorum firmare. Fortè melius: *Firmat domos filiorum, id est, multorum filiorum patres facit, & copiosa sobole ornatur.* Nam iuxta Scripturæ phrasim firmare, vel stabilire domos est, longa ornare posteritate, & generis serie. Exodi 1. *Et quia timuerunt obsterices Deum, adificauit eis domos.* Id est, multorum filiorum matres effecit; & ut ex Hebræo transferri potest: *Dedit eis prolem numerosam.* Et iuxta has expositiones à contrario sensu intellige verba quæ subdit. Maledictio autem matris eradicat fundamenta. Continent enim antithesim. Hugo Cardin. verbum maledictio passiue accipit, id est, maledictio qua mater à filiis maledicitur. Hæc inquam filios, & eorum bona demolitur. Nam licet ira deprecatio turpis sit ei, qui imprecatur, & noxia, parentes autem diris deuouere immane scelus est, quod multum consequitur supplicium, sed ut supra diximus hæc expositio non est ad mentem authoris. Idem Hugo. Per matris maledictionem intelligit Ecclesiæ excommunicationem. Eius verba transfero. *Maledictio autem matris, id est, qua mater maledicitur, carnalis, vel spiritualis per excommunicationem, eradicat fundamenta domorum, vel ciuitatum, ad litteram, quia cum aliquis, vel aliqua ciuitas excommunicatur ab Ecclesia fundamenta eius eradicantur in poenam eius sicut factum fuit de Hiericho Iosue 6. In tempore illo imprecatus est Iosue dicens: maledictus sit coram*

Exod. 1.

Hugo.

Iosue 6.

Domino, qui suscitauerit, & adificauerit Hiericho ciuitatem.

ETHOLOGIA XXXVIII.

Parentum benedictio innumera bona filijs affert.

Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Magna vis paternæ benedictionis est, ita ut ex ipsa filiorum felicitas pendeat. Vnde religiose filij paternam benedictionem conquirebant, quasi rem ipsis maximè vtilem, nullumque non mouebant lapidem, ut illam præriperent, quod videre est in Iacob & Esau. Huius rei causam in Deum refert Ambrosius lib. de benedictionibus Patriarcharum cap. i. Etenim ut filios ad præstandam reuerentiam parentibus pertraheret, prosperam, vel aduersam filiorum fortunam ex paterna benedictione pendere fecit. Ut etiam si ex parentibus rerum copiam, aut hæreditatem non expectarent, saltem illis parentem, ut fulmen maledictionis vitarent. Diuitum filij timent ab ipsis exhereditari, vnde saltem ob hoc illis morem gerunt: pauperum vero filij, etsi nihil expectent paternam tamen expetunt benedictionem, tanquam totius felicitatis originem. *Primum omnium* (ait Ambrosius) *quantam discimus parentibus referre reuerentiam, cum legimus quia qui benedicebatur à patre benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat, ideo hanc prerogatiuam donauit Deus, ut filiorum pietas prouocaretur. Prærogatiua igitur parentum disciplina est filiorum. Honora ergo patrem, ut benedicat te. Honoret pius patrem propter gratiam, impius propter Dei timorem. Et si pauper est, & si non habet diuitiarum copias, quas relinquit filijs, habet tamen benedictionis hæreditatem, qua sanctificationis opes successoribus largiatur. Et multo plus est beatum, quam diuitem fieri.*

Psal. 77. *Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit.* Miratus Dauid tribum Iuda electam ad regnum omissa, & contempta tribu Ioseph, fatius sane mirari posset, quod repulerit tribum Ruben, cum hic maior natu fuerit inter filios Iacob, & cui iure naturæ debebatur ius regni, mirum sane, quod eo prætermisso Iudam quarto loco natum præfecerit. Vel saltem in admirationem rapere quemquam potest, quod disturbata tribu Benjamin, ex qua Saulem elegerat, Dauidem ex tribu Iuda illi suffecerit. Quid ergo est in Iosepho, quid in Ephraim erat, quapropter miretur Dauid illos ad regnum non cuectos. Augustinus ibidem respectiue ait Dauidem Iacob Patriarchæ benedictiones. Cum enim Ruben natu primum benediceret potius illi peccata obiecit, quam aliquid faustum pollicitus est: vnde non mirum quod cum Deus reiecerit, etiam si esset omnium primus, vnde facilis Deus in promissiones eius venit, & preces, verbisque à Iacob dictis annuit. Cum vero multa fausta sibi imprecatus moribundus Iacob filio Ioseph, & nepoti Ephraim, quem diuaticatis manibus maiori præfecit sane mirum fuit Dauidi his prælatum Iudam; tanta enim est vis benedictionis, aut maledictionis paternæ. *Non dixit* (ait Augustinus) *repulit tabernaculum Ruben, qui fuit primogenitus Iacob, nec eos, qui sequuntur, & Iudam nascendo præcedunt, ut illis repulsis, & non erectis, tribus Iuda eligeretur: poterat enim dici merito illos repulsos, quia in benedictione Iacob, qui filios suos benedixit peccata eorum commemorans grauius detestatur.*

Miris

Miris modis afflixit Pharao Ægyptiorum Rex Hebræam plebem ne aucta defectionem meditaretur. Vnde eos coquendis lateribus deputabat, ne in venterem laxati æditis fætibus auergerentur sed frustra res accidit, nam quo magis Hebræos atterebat eo magis multiplicabantur. Hoc refert Rupertus ad benedictionem illam, quam Iacob huius populi author ab Isaacho patre præripuit. Genes. 27. 28. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, &c.* quam sententiam iuxta anagogem interpretatur Rupertus lib. 1. in Exodum cap. 5. Ita vt per rorem cæli intelligatur diuina cura, & benedictio, atque erga homines prouidentia. Per pinguedinem autem terræ paterna benedictio significatur. Vt enim segetes ad opatam maturitatem perducere nequeunt, nisi eis aura, & cœlum faueat insuper, & terra succum ministret, neutrum enim sine altero sufficit. Non aliter ad filiorum felicitatem, & eorum erga Deum obedientia, & filiorum erga parentes cultus exposcitur, neutrum enim sine altero felicitatem inducit. Vide igitur quantum paterna benedictio valeat, vt cum Domini benedictione valeat comparari. *Æstu namque laboris (ait Rupertus) operosa natura radix non crescit, sed potius post laborem cibi potusque ac somni acidior fit, quibus rebus voluptas non moritur, sed effota gliscere, & prorumpere gessit. Frustra igitur sic inuidia pugnabat præsertim ubi cæli ros & natura pinguedo, id est, Dei & patrum benedictio sterilem esse Israël non sinebat.*

præ ætate desipiat, patienter fer, & senectutis errores, & molestias facile condona. *Et ne spernas eum in virtute tua.* Et tu iuuenis sanus, & vegetus, viribus corporis, mentisque acumine valens, ne vilipendas patrem, sed illum iuua & necessaria ad vitam suppedita. *Eleemosyna enim patris non erit in obliuione.* Nam quæ patri ex pietate contuleris, nunquam Deus obliuioni mandabit.

Suscipe senectam patris tui. Aliqui, reuerere canos paternos. Frequenter enim in sacra scriptura suscipere, est reuereri. Non abnuo, sed certè huic loco aptari non potest, vt patet ex Græcis exemplaribus, quæ si fideliter transferas habent. *Subleua in senectute patrem tuum.* Id est, ei succurre dum præ senectute sibi non sufficit. Præcipuè autem senectutis meminit, quia cum ad eam ætatem patres perueniant, maximè indigent filiorum auxilio.

In vita illius. Id est, numquam dum vixerit, ne contristes eum, ne eum tristitia afficias.

Et si defecerit sensu. Dum enim homines ad multam vsque senectutem perueniunt minus mente valere solent, & quandoque planè desipere. Hunc etiam parentum defectum patienter ferendum monet author. *Sensu:* Græci prudentia. Id est, etiam si minus prudentia polleat, qua maximè senes solent abundare, omninoque sit stolidus; hoc etiam illi dona. Ac si dicat, cum parentes nos in infantia, & pueritia planè amentes tulerint, nos eis vicem rependere debemus, dum illi præ nimia senectute, in eundem sensus defectum peruenierint. Hoc sonant verba Pauli 1. Timothæum 5. 4. *Discat primo domum suam regere: & mutuum vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo.*

In virtute tua. Nonnulli ad facultates referunt, id est, etiam si pater ad summam paupertatem deuenit, tu verò diuitiis abundes, ne spernas eum, sed foue. Quandoque enim filij diuitiis, vel dignitatibus clari parentes pauperes, & humiles despiciunt. Melius autem nomen virtus corporis vires, & robur designat hoc loco: hanc autem virtutem author opponit senectuti debili: virtusque iuxta communem modum loquendi Scripturæ magis robur corporis quam facultates designat. Machabæorum 1. *In virtute sua faciebat hoc Israël.* Scilicet Antiochus, id est, Israëliticæ plebi, iuuenibus ex Israël.

Eleemosyna autem patris non erit in obliuione. Id est, quidquid patri porrexeris, quo, eius indigentiam subleues. Tigurina transtulit. *Neque enim præstita patribus benignitas dabitur obliuioni.* Alij per eleemosynam patris intelligunt bona quæ pater filio præstitit, quæ non erunt in obliuione coram Deo, sed semper à filiis vicem exposcent, verum hæc expositio vim infert verbis. Nonnulli de eleemosyna spiritali pro parentum animabus à filiis exhibitam exponunt. Certè quodcumque opus bonum parentibus à filiis ex pietate exhibitum eleemosyna hoc loco commode dici potest. Quidam hunc versum cum consequenti coniungunt hac ratione. *Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum. Et in iustitia edificabitur tibi.* Quasi tam patri, quam matri subueniendum dicat, sed de hoc iam subiicio.

Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum. VERS. 16.

Et in iustitia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. VERS. 17.

Nam

3.

Gen. 27. 18.

Rupert.

VERS. 12.

VERS. 13.

1.

2.

3.

VERS. 14.

VERS. 15.

1.

2.

3.

4.

1. Tim. 5. 4.

5.

Machab. 1.

6.

VERS. 16.

VERS. 17.

Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum. Locus difficilis distrahit in varias expositiones auctores. Facilius illa est: pro peccato matris, scilicet, pro comportato, & tolerato peccato à filio restituetur tibi bonum, id est, filius multorum dolorum crementum accipiet si parentum peccata facilis tulerit. Fauet quod superius dixerat. *Si defecerit sensu veniam da ei.* Si desuperint parentes patienter sustine. *Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum.* Et si quodcumque aliud peccatum, vel defectum paratum sustinueris, multis te bonis Deus augebit. *Et in iustitia edificabitur tibi.* Et æqua lance iustitia seruata pro boni in parentes collati magnitudine, donaberis præmio. *Et in die tribulationis commemorabitur tui.* Et cum in aduersitate fueris constitutus, commemoratio de te fiet apud Deum, scilicet tibi benigne faciet Deus, & te à malis eripiet. Rem apta similitudine exponit. *Et sicut in sereno glacies soluentur peccata tua.* Et veluti cum aer purus est, & sudum cælum solis calore vigente glacies soluitur: sic peccata tua, & tristitia, mærorque quæ ex illis accrescere solent, soluentur, & euanescent.

Nam pro peccato matris restituetur tibi. Huius versus sententiam, cum quidam non caperent, qua scilicet ratione pro matris peccato restituendum est, aliter transtulerunt nimirum. *Pro bono facto matris.* Contrario nimirum sensu, sed Græca exemplaria, quam longè à vero abeant ostendunt, sic enim habent, *ἀντὶ τῆς ματρὸς*, id est, pro peccatis, ergo profus retinenda vulgati codicis lectio. Nā pro peccato matris restituetur tibi. 1. Nos exposuimus pro errato à filio patienter tolerato restituetur filio bonorum cumulus. Quem sensum si admiseris leniter omnia, & expedite currunt, Græca quoque exemplaria non difficilem nobis sensum offerant, quæ hac ratione transtulerunt. 2. *Et pro peccatis readificabitur tibi.* id est etiam si quandoque collapsus fueris in peccata readificabitur tibi, id est, in pristinum statum dimissis nimirum criminibus restitueris à Deo 3. Sensus est, Lyrani. *Pro peccato matris*, id est, pro eleemosyna in subsidium defunctæ matris porrecta. *Restituetur tibi bonum.* Aquis donis à Deo afficeris, magno enim præmio Deus remunerat filios, qui eleemosynis datis vita functis parentibus subueniunt 4. Alij verbum illud *pro peccato*, quod difficultatem ingerit, accipiunt non pro peccato ipso, sed pro hostia, qua peccatum abluitur, dum pro illo offertur. Frequens enim est, vt quam quis hostiam vel oblationem pro peccato offert, peccatum

3. Cor. 5. 21.

appelletur, iuxta illud 2. Corinthiorum 5. 21. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit; vt nos adificemur iustitia Dei in ipso.* Ergo sensus est si quam filius obtulerit hostiam pro peccatis parentum, multis bonis cumulabitur à Deo. Alij verò pro peccato matris, id est, pro peccatis in parentes maxime sub filiorum iuuentem commissis, restituetur tibi. Hoc est. Bene fac parentibus in senectute, hac enim ratione, si qua in ipsos peccata iuuenis commisisti, facile delebis. 5. Expositio genitium matris coniungit cum nomine bonum hoc modo. Pro peccatis tuis restituetur tibi bonum matris, hoc est, bonum quod in matrem contulisti. Quæ expositio nisi paululum verba derouerit, rectè conuenit cum præcedentibus: eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Tigurina sententiam curtat, & sensum faciliorem reddit, nam vbi nos habemus. *Eleemosyna enim patris non erit in obliuione.* *Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui.* Et sicut in sereno glacies soluentur pec-

cata tua. Sic transfert. *Neque enim præstita patri benignitas dabitur obliuioni: sed aduersus peccatum extruetur tibi propugnaculum.* Recordabitur tui tempore calamitatis tue: & vt per serenitatem glacies, ita peccata tua resoluentur. Et certè nomen matris Græcis non est, quod si auferas reliqua facilem sensum habent, etiam in nostro codice vulgato, vt integram sententiam ad benignitatem in partem conferendam reuoces hac ratione. *Eleemosyna enim patris non erit in obliuione.* *Nam pro peccato restituetur tibi bonum: & in iustitia edificabitur tibi.* Et in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Quibus verbis multa commoda aggerat Ecclesiasticus, quæ per pietatem in parentes collatam sibi filius asciscit.

Peccato, Græcis peccatis. Aliqui pro benefacto. Sed minus bene. Aliqui per nomen peccatum intelligunt oblationem, quæ pro peccato offertur, hostiam, vel sacrificium, quod non insolens est in Scriptura.

Matris. Hæc vox in Græcis codicibus non extat, quam si expungas, facilem sensum reddes. Adhuc verò videtur à latino interprete, vt hanc sententiam similem redderet aliis eiusdem capituli, quarum prior pars de patre, posterior de matre sermonem infert.

Restituetur tibi bonum. Hugo Cardinal. *Et nota quod dicit restituetur: qui enim facit eleemosynam, vel dat, accommodat Domino ad usuram, sicut Prouerb. 19. Generatur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.*

Et in iustitia, id est, pro eleemosyna, hæc enim iustitia sapius in sacris litteris appellatur. Psal. 14. *Domine quis habitauit in tabernaculo tuo? &c. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Id est, qui à peccatis abstinet, & insuper misericorditer, facultates suas pauperibus impendit.

Edificabitur. De hac re diximus supra ad versum 11. huius capituli. *Benedictio patris firmat domos filiorum, &c.* Consule ibid.

In die tribulationis. Audi Hugonem Cardinalem. *Et dicit in die tribulationis, non in nocte, quia in-storum tribulationes dicuntur dies, quia illuminant, & clariores efficiunt. Vnde Tobias de felle piscis recuperauit visum. Tob. 11. Vel diem tribulationis dicit, diem iudicij, & fortis quisque tribulatur præ timore. Vnde Sophon. 1. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. In die illa commemorabitur Deus eleemosynarum pauperibus impensarum.* Hæc, ille tribulatio iustis dies est, quia eos gaudio afficit, & diluminat. Lyrani. *Et in die tribulationis, id est, mortis.*

Et sicut in sereno glacies. Similitudo sumpta est ab hyeme, sub quam glacies frigoris rigore con-crescit, ac triste tempus inducit, non aliter peccata ex defectu feruoris charitatis contrahuntur, mæroremque animo inducunt. Sicut autem leni aspirante aura hyems abit, & glacies soluitur, & sudum cælum animum exhilarat, non aliter dum misericordia, & pietas animum tangunt, & peccati concretionem soluant, & menti summam lætiti-am afferunt. Teste Dionysio hic hanc metaphoram innuit Christus Dominus Lucæ 12. *Quod superest, date eleemosynam: & omnia munda sunt vobis.* Id est, stitem emendicantibus portigite, & sicut aura lenis glaciem soluit, & cælum nubibus nudat, eadem ratione eleemosyna conscientia nubila discutit, & mærorem abstergit. In eundem sensum adducit verba illa Prouerbiorum 15. *Per fidem, & misericordiam purgantur peccata.* Quæ sententia eadem similitudine exponenda sunt. Verba Dionysij tranfibo.

transcribo. Et sicut in sereno glacies soluentur peccata tua, id est, peccata tua dimittentur, & soluentur, sicut glacies resoluitur solis calore, dum serena est aura. Hinc Christus in Euangelio, quod superest, inquit, date elemosynam, & omnia munda sint vobis. In prouerbis quoque fertur, per fidem, & misericordiam soluentur peccata. Similia habes infra capite 43. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Esaiæ 18. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur.

Quam malæ famæ est, qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.

Quam mala fama est, qui derelinquit patrem, id est, quam male audit apud omnes, qui indigent patri ad vitam necessaria non suppeditat. Et est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Et diuinæ maledictioni obnoxius est, qui ad iracundiam matrem prouocat, vel ob negatam opem vel aliam ob causam.

Mala fama, Græcis βλάσφημος. Quæ vox duplicem habet significationem, scilicet maledicum, & execrabilem. In posteriore significatione sumpsit vulgatus. Vnde reddidit, quam mala fama est, quasi ab omnibus odio habeatur, & execretur. Nihil enim communi hominum sensu tam exosum hominem reddit, ac in parentum necessitatibus se subtrahere. Si vero iuxta priorem Græci nominis expositionem interpretemur duplicem adhuc habere sensum potest prædictus versus. Tam execrabilis est, qui parentibus opem non fert, ac blasphemus, qui Deum disteriis impetit. Posterior sensus est, vt hæc verba referant illud Exodi 21. & Leuitici 20. Qui maledixerit patri suo, aut matri morte moriatur. Ac si dicat, si ille qui patrem aut matrem diris deuouet, Dei iudicio morti addicitur, quam mortem subire non merebitur, qui re, & opera non fauet.

ETHOLOGIA XXXIX.

Quot malis subiaceant filij, qui parentum iussa detrectant.

Quam mala fama est qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Præfens sententia nos cogit nonnulla mala recensere ex innumeris quæ pati solent filij qui parentes non honorant. In primis nomen filij amittit. 2. Reg. 18. 5. Et præcepit Rex Ioab, & Abisai, & Ethai, dicens: seruate mihi puerum Absalon. Non filium vocat, quem inter reliquos liberos charissimum habebat, sed puerum. Nam teste Ambrosio in Psalm. 118. contra patrem rebellando filij nomen iuste amiserat. Post mortem vero eiusdem Absalonis, quando nece crimen purgauerat, filium vocat 2. Reg. 18. 33. Absalon fili mi. fili mi Absalon, & fortasse (ait Ambrosius) querendum sit, qua ratione ante puerum dixit, postea filium nominauit, cur non in utroque aut puerum dixit, aut filium? si vere, & puer erat, qui parricidio petebat patrem. Non ergo pietatis nomen accipere debebat, sed infirmitatis, ideoque vir iustus, quod religionis fuit, tacuit, quod infirmitatis aspexit. Ubi vero mortuus est apud pium patrem persona crimen defecit, natura remansit. Hæc Ambrosius, expende verba illa, sed infirmitatis, &c. Itaque non modo Dauid rebellem filium, filij nomi-

ne priuauit, verum etiam, & nomen pueri ei indidit, quod debilitatem, & infirmitatem sonat. Nihil enim imbecillius, nihil infirmius eo filio, qui parentibus non obtemperat: è contra vero illis parere viros fortes, & decet & efficit.

Recenset Paulus longam seriem illustrium virorum, quorum meminit Scriptura, & exordium capit ab Abel his verbis Hebræorum 11. Fide Abel ampliore hostiam obtulit, quam Cain. Oportebat ab Adamo initium capere, qui contractam labem pio dolore aboleuit. Chrysostronus homil. 22. in caput 11. ad Hebræos ait ideo ab Abel ordinem narrationis cepisse, quia ille omnium primus pœnam delictis paternis debitam persoluit. Peccauit Adamus, & pœnam mortis incurrit, hanc primus soluit Abel, ideo in albo illustrium virorum primus recenseri debet. Ergo Abel (ait Ambrosius) & recte obtulit, & recte diuisit; sed pro his, quam retributionem accepit? interemptus est morte fraterna, & condemnationem, quam pater pro peccato commiserat, hanc ipse primus recepit rectus existens.

Genes. 9. 18. Erant ergo filij Noë, qui egressi sunt de arca Sem, Chan & Iapheth: porro Chan ipse est pater Chanaan. Vnius Chan filij referuntur, scilicet vt eius effusa libidinis meminerit Moyses. Cum enim reliqui filij à venere abstinuissent præcipue tempore nimis duro, Chan libidini insuerat. Vnde ipse nudatum patrem inspexit, nudidatum irrisit, euulgauit. Impietas enim in parentes libidini proxima est, vnde ille filius in venerem effusus patrem irrisit. Hoc dixerim cum Chrysostrono hom. 28. in Genesim his verbis. Dignum hic fuerit, vt inquiremus, quare diuina scriptura hos tres filios commemorandos subdit, Chan autem erat pater Chanaan? ne putetis obscuro absque causa fuisse additum, nihil enim in diuina scriptura continetur, quod non aliqua ratione dictum sit. Quare autem assignauit, Chan autem erat pater Chanaan? Voluit enim per hoc illius intemperantia nimietatem insinuare, eo quod neque calamitatis magnitudo, cum coercere potuit, neque tanta in arca angustia infrenatam illius concupiscentiam sedauit, sed quamuis senior nondum filios procrearat, hic incontinentia deditus, in tempore tanta indignationis, & generalis interitus, quo orbis comprehensus erat, rei venerea deditus fuit. Iam statim ab initio mentis sue, malitiam monstrans. Itaque non multo post propter contumeliam in parentum maledictionem suscepturus erat, eius filius Chanaan.

Item filius, qui parentibus obedientiam non præstat, dignus est, vt hæreditatem, & ius primogenij amittat. Genes. 9. 20. Euigilans vero Noë ex vino, cum didicisset, qua fecerat ei filius suus minor ait. Expende cum Chrysostrono hom. 29. in Genesim, nomen illud minor. Ex tribus Noë filiis natu minimum vocat Chan, cum tamen inter fratres medium locum obtineat, vt aperte indicat Scriptura hoc cap. n. 17. Erant ergo filij Noë, qui egressi sunt de arca Sem, Chan, & Iapheth. Natu maior fuit Sem, hunc sequitur Chan, ac tandem Iapheth. Verum qui egrediens de arca secundo natus dicitur, dum parenti suo debitam reuerentiam negat originis ordinem amisit, & vltimo loco natus numeratur. Dignus quippe est, vt à dignitate cadat, qui patrem non honorat. Quæ fecerat sibi (ait Chrysostronus) filius suus iunior. Secundus enim erat, & maior natu quam Iapheth: licet tantum illo etate prior erat, voluntate tamen minor, & temeritate illum excessit. Nam quia noluit intra suos limites manere amisit honorem sibi à natura traditum.

Absalon à patre defecerat, & coacto exercitu eius regnum inuaserat, verum à paterno exercitu victus, & in fugam actus suspensus caesarie à quercu

Dionys.
Esaiæ 18.
VERS. 18.
4.
2.
Erod. 21.
Leuit. 20.
1.
2. Reg. 18. 15.
2. Reg. 18. 33.
Ambros.

2.
Hebr. 11. 4.
Ambros.
3.
Gen. 9. 18.
Chrysof.
4.
Gen. 9. 20.
Chrysof.

cu insequenti Ioab latus iaculis perfodiendum obtulit. Delictum cum pœna componit Chryso- stomus, in Psalm. 3. cuius verbis, quia plane aurea sunt, nihil addendum putavi, ne aliquid ex eorum nitore deteram. Ergo ea transcribo. *Ex arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat, & vinctus erat à ramo ramus, qui erat à paternâ affectione abruptus, & caput detinebatur, qui genitoris caput auferre contende- bat, & tanquam fructus pendebat ab arbore, qui natura agricolam volebat abscindere, & in corde iaculo confossus erat, illic occisus, ubi cadem parabat, & tunc videri poterat spectaculum admirabile mulo equitans, & pilorum coma à coma arboris detinebatur, & coma tenebat coma tyrannum, ibi eum contendens, ubi diadema. Quid poterat ergo Absalon suspensus in medio cœli, & terre? Cœlû cum non admittebat: si ergo primum insurrectorem eiecit diabolus, quomodo ipsum insurrectorem secundum amisisset?*

Ergo componunt hæc verba Chrysofomi dæmoni peccatum insurgentis in Deum omnium parentem cum peccato Absalonis, qui David patrem opprimere tentavit. Dæmones vocat Paulus ærias potestates, quia multi illorû æris regionem occupant, vt ascendentes in cœlum hominibus dolore crucientur. His similis fuit Absalon in ære sus- pensus. Quem cœlum auerfabatur, neque terra tanto crimine patiebatur pollui. Terra eum auerfabatur (subdit Chrysofomus), non pollui ferens passibus par- ricida. Si enim Dathan deuorauit, quia contra Moysen fuerat loquutus, & os suum aperuit aduersus eos, qui eum improperabant, quomodo potuisset ferre pedes currentes aduersus genitorem? & cum in arbore sublimis penderet pulchrum Epitaphium David ei cecinit: vidi impium super exaltatum, & eleuatum, tanquam cedros libani, & transiui, & ecce non erat. Verba hæc quæ citat Chry- sofomus habes Psalm. 3. quæ continere putat pul- chram proscriptionem pro sepulchro inobedientis filij, quibus verbis possunt aptari omnes leges, quas pro scribendo Epitaphio authores tradunt. Vnde

Epigraphe quoque Psalm. facta est, scilicet. *Psalmus David cum fugeret à facie Absalonis.* Ad eundem sen- suum adducit Chrysofomus caput eiusdem Psalm.

Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me. Ac si dicat, in cassum me hos- tes circundant, frustra è medio me tollere conan- tur, nam cum parricida filius exercitum ducat, facili, imo nullo negotio inimicos omnes ad inter- necionem vsque delebo. Quas enim vires habere potest filius, qui à patre descituit? *Domine quid multi- plicati sunt (addit Chrysofomus), qui tribulant me? Circumspectus sum tentationibus, circumdor torrentibus malorum, descendit periculosus laqueus, venerunt flumina hostium, venti spirauerunt in meam animam, irruerunt volentes eam a te dimouere: sed fundatur supra petram fidei, non cado, sed procumbo, vt dicam: Domine quid multi- plicati sunt qui tribulant me? Qui ex me genitus est, contra me est.* Respexit Chrysofomus sententiam illam

Christi Domini Matth. 7. *Similis viro stulto, qui adifi- cavit domum suam super arenam.* Filius qui aduersus patrem insurgit, ædificat super arenam ruituram domum, quæ ipsum opprimat.

Psalm. 7. *Domine Deus meus si feci istud, si est iniqui- tas in manibus meis.* Silentio obuoluit David, quid- nam istud esset. Ex proscriptione Psalmo affixa patet quidnam hoc esset, scilicet: *Psalmus David, quem cantauit Domino pro verbis Chusi filij Ienimi.* Histo-

riam habes 2. Reg. 16. 6. Ita autem loquebatur Semei, cum malediceret Regi: *Egredere, egredere vir sanguini- num, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersam sanguinem domus Saul.* Ergo cum David fugeret Ab- salonem filium his verbis proscindebatur à Se-

mei, pro quibus & Psalmum composuit. Ergo ait David: *Domine Deus meus si feci istud.* Quid est istud? Id est, si ego quidquam contra patrem meum molitus sum, merito hæc eadem à filio meo paterer. Tam ingentem calamitatem ob nullum aliud crimi- men, quam ob inobedientiam in parentes meruisse, sibi videbatur David. Nullum enim est tam ingens supplicium, quo dignus non reddatur filius, qui in patrem insurgit. Ergo, ait David, cum ego parentes semper suspexerim quid est in causa ô, Deus, vt ego tantorum malorum fluctibus obruar? Insuper pec- catum filij alto silentio pressit, nam hoc tam imma- ne crimen est, vt vox ipsa efferre recuset. Vnde premit illis verbis *Domine Deus meus si feci istud? Si est iniquitas in manibus meis?* Iniquitatem vocat non deferre cultum parentibus, quasi sola impietas hanc nomenclaturam mereatur, & vix alia peccata huic collata tali nomine digna sint. Huius exposi- tionis author est Chrysofomus ibid. his verbis. *Videamus ergo quid hic etiam orans dicit: Domine Deus meus, si feci istud? Quid est si hoc feci? quod patior in- quit, si insurrexi aduersus patrem, si hic me inique gessi, sed neque hic quidem, eum, qui affectu iniuria, dicere nomi- natim in animo inducit, sed pro filio erubescit, & pudore afficitur: quemadmodum si quis vir generosus, videns uxorem suam adulterari, non nominatim quidem eius deli- ctum in medium proferre sustineat, ita etiam hic.*

Imminentem Dei iram Iudæis protendit Bap- tista Matth. 3. 7. *Progenies viperarum quis vos demonstra- uit fugere à ventura ira?* Id est, cum viperas imitemi- ni, quanam ratione, desæuientem Dei iram subter- fugietis? Viperæ dum in lucem editur, matrem occidit, ergo à viperis non longe abest inuitabile Dei supplicium, id est, à filiis, qui parentes suos dilacerent. Vnde aliis omnibus efferarum bestiarum generibus, & rapacium volucrum omiffis vnus viperæ meminit, quæ nascens maternam aluum proscindit. Licet enim Dei iustitia tardius aliter peccantes puniat, properat tamen in filios impios. Hunc sensum affigit his verbis Chrysofomus hom. 11. in Matth. loquentem audi. *Bene autem illos genimina viperarum vocauit, siquidem id serpentium gen- us ita in parentis festinat exitium, vt aluo, qua porta- tur, exesa in vitam prodeat morte gignentis, quod isti quoque faciebant patrum sanguine, ac matrum madentes, & sceleratis manibus, eos, à quibus ad veritatis lumen du- cebantur, interficientes magistros.*

Lucæ 15. Adolescentior ille filius post effusam libidinem ad meliorem mentem reuersus, & do- mum repetens his verbis mulcere patrem aggressus est. *Pater peccauit in cœlum, & coram te.* In cœlum di- citur peccare filius, qui contra patrem peccat, nam contra pietatem parentibus debitam qui delinquit, peculiari ratione Deum offendit. Sunt enim aliqûe virtutes, quas Theologales appellamus, quæ imme- diate Deum respiciunt, his sumillima est pietas in parentes, quæ quodammodo Theologalis virtus dicitur, quia contra patrem est, qui terrenus Deus appellatur. Hoc dixerim Chrysofomo inhærens hom. 4. in Lucam his verbis: *Pater peccauit in cœlum & coram te. Ostendit scriptura hunc patrem non homi- nem intelligi debere, sed Deum, quando non solum cœlum nominat, in confessione peccatorum panitens supplex, sed adiecit: in conspectu tuo.*

Deuter. 21. 18. *Si genuerit homo filium contuma- cem, & proteruum, qui non audiat matris, aut patris im- perium, & coërcitus obedire contempserit, apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: filius iste noster protervus, & contumax est, monita nostrâ audire contemnit: commessa- tionibus*

Chrysof.

Chrysof.

Psalm. 3. 1.

Psalm. 3. 2.

Chrysof.

Matt. 7. 27.

6.

Psalm. 7. 4.

Sap. 7. 1.

2. Reg. 16. 6.

7. Matth. 3.

Chrysof.

8.

Lucæ 15.

Chrysof.

9. Deut. 21.

tionibus vacat, & luxuria, atque conuiujs, lapidibus, cum obruet populus ciuitatis, & morietur: auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israël audiens perimescat. In primis expende cum Philone lib. de temulentia criminum ordinem. Proteruius, contumax, monita nostra audire contemnit. Quid inde? Comestationibus vacat, & luxuria, atque conuiujs. Etenim qui in parentes suos peccat, facile in alia etiam crimina ruit. Philonis verba subiicio. Ergo quatuor crimina hic obiiiciuntur contumacia, proteruitas, profusio in conuiuia, & temulentia, grauissimum vero vltimum natum ex primo, videlicet contumacia, atque ita per gradus auctum, nam anima cum primum cœperit rectorem contemnere, proteruitate in contentionem que ad extremum terminum prouenit temulentia, dementia causam, & insipientia. Hæc Philo. Expendo etiam verba legis. *Vt auferatis malum de medio vestri.* Veluti enim dum pestis grassatur multa cura, & diligentia obseruant ne quis contingat eos qui tabo affecti sunt, ne scilicet morbum contrahant, haud aliter filius contumax, & paterna iussa detrectans, dira lue inficitur quam alij omnes ab illo excipere possunt, ergo tollendus de medio ne reliquos inficiat. Quapropter ex præscripto legis lapidibus obruitur, ne propius accedens carnifex eadem cum illo peste inficiatur.

Alto somno pressus Noë iacebat in terra seminudus virilia patris impudice vidit filius eius Chan, & visa fratribus euulgauit. Genes. 9. 24. *Euigilans autem Noë ex vino cum didicisset, que fecerat ei filius iunior ait: maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis.* Expendit Rupertus lib. 4. de Trinitate cap. 27. verba illa *seruus seruorum.* Seruus in Scriptura quandoque dicitur in bonum sensum, scilicet propter humilitatem, vel aliam ob causam. At verò seruus seruorum dicitur vt iteratum nomen seruile ingenium indicet infamemque seruitutem. Hæc autem poena proponitur irrisori filio. *Non dixit solum (ait Rupertus) seruus erit, quo nomine etiam bona, vel voluntaria seruitus solet significari, sed seruus seruorum, inquit, eris: quo additamento seruitus extrema, imo seruilis nequitia solet exprimi.*

Expende iterum cum Ruperto lib. 4. de Trinitate cap. 27. verba illa, quibus euigilans Noë percussit impudentem filium. *Euigilans autem Noë ex vino, cum didicisset que fecerat ei filius minor, ait: maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis: dixitque. Benedictus Dominus Deus Sem sit Chanaan seruus eius.* Quæ verba multa cura addita sunt à Moysè, quia ad rem quam agebat maximè erant commoda. Scilicet, tunc hæc scripta sunt à Moysè, cum Hebræorum populum de Ægyptia seruitute educeret, & in Chananæorum regionem ductaret. Populus Hebræorum genus ducebat à Sem, Chananæi verò à patre Chanaa, ergo vt ciuibus suis Moyses animos adderet, & contra Chananæos certam victoriam caneret his verbis vsus est, quæ quondam in nepotem suum Chanaan iaculatus est Noë. Tantum enim est peccatum in parentes commissum, tanta vis paternæ maledictionis, vt tot exactis sæculis homines qui genus à Chanaan ducebant subdiderit filiis Sem, & post tot sæcula, quasi inultum remansisset crimen illud Chanaan vltiorem vindictam exposcebat. *Benedictus Dominus Deus Sem (ait Rupertus) id est, Deus Abraham, Abraham quippe natus est de Sem, sit Chanaan seruus eius. Ne ergo dicatis nequaquam ad hunc populum valeamus ascendere, quia propior nobis est, vel quia proceræ statura, ne inquam, hæc vel eiusmodi dicatis, quia reuera populus maledictus est, vobisque seruus, & tribu-*

tarius erit, quia per patrem Noë prophetatum est.

Rupertus lib. 4. de Trinitate cap. 37. notat Chan filium Noë, qui patrem irrisit merito hoc nomen accepisse, est autem Chan idem, quod contentiosus filius, qui parentibus non parer, dicitur contentiosus quia qui obedientiam parentibus non præstat in poenam impietatis in omnium vitiorum poenam finitur proculcari. Chan (ait Rupertus) qui interpretatur callidus, videlicet impatiens, semper & callens ad rixam, atque contentiosus, qui infirmitatem patris nunciat foris.

Fili in mansuetudine opera tua perface, & super hominum gloriam diligeris. VERS. 19.

Nouam his verbis aggreditur tractationem, nimirum de humanitate erga omnes asseruanda. Quasi dicat, fili in omnibus operibus tuis mansuetudinem, modestiam, atque animi moderationem serua. *Et super hominum gloriam diligeris.* Id est, ob quam humanitatem exhibitam, magis te commendabilem reddes, quam ob faustum, vel supremæ dignitatis apicem. Omnes quidem monet, præcipue tamen populi rectores, qui cum tot distrahantur curis, sæpius diuersarum rerum fluctibus obruentibus iræ fræna laxant.

In mansuetudine opera tua perface. Quæ enim per nimiam festinationem fiunt, vix vnquam perficiuntur. Ergo agenda res miti, & tranquillo animo. Et vt est in veteri proverbio. *Propera leniter.*

Perface. Hugo Cardinalis, non solum primam, sed vltimam manum admoue, hoc enim maximè humanitate conficietur. *Lyra perface,* id est, opus ex se bonum, ex debito modo agendi perface. Quandoquidem enim opus per se pium ex indebito agendi modo vitiatur.

Et super hominum gloriam diligeris. Græcis est. *Et ab homine probato diligeris.* Nam quamuis animi modestia mansuetum hominem commendabilem reddat omnibus, sed præcipue probatis, & piis hominibus. 2. sensus confici potest hoc modo, fili in omnibus actibus tuis præfer animi modestiam: & præter gloriam, quam ab omnibus obtinebis, ab eis etiam, quod pluris faciendum est, diligeris. Addit. 3. Expositionem Dionysius. *Et super hominum gloriam diligeris, id est, specialiter eris cunctis amabilis, ultra communem hominum conditionem, & qualitatem.* Nec displiceret, nisi Græca obtarent. Hugo quintam addit, & super hominum gloriam diligeris, vel plus quam humana gloria, quam homines multum diligunt.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. VERS. 20.

Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. VERS. 21.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Pro celsitate tuâ honoris gradu submitte te in omnibus rebus. *Et coram Deo inuenies gratiam.* Et Deo vehementer placebis. *Quoniam magna potentia Dei solius.* Nam vni Deo summa competit potentia. Et dum potentiores homines se illi subiiciunt, hanc eius potentiam agnoscere se declarant, & hac ratione maximè eum honorant.

Quanto magnus es. Græcis quâto magnus es tanto humilia te in omnibus. scientia perspicua, triplicem huius sciētiae rationem reddere possumus. Primam tradit Augustinus lib. de sancta virginitate c. 31. nã superbiæ vitium maiori imperu eos aggreditur, qui

August.

in dignitatum vertice constituti sunt, vnde maiori nisu conari debent ad humilitatem. *Mensura humilitatis* (ait Augustinus) cuique ex mensura ipsius dignitatis data est, cui est periculosa superbia, qua amplius amplioribus insidiatur. Secundam rationem addit Gregorius homil. 9. In Euangel. *Cum augentur dona* (ait Gregorius) rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo humilior, atque ad seruiendum Deo promptior quisque debet esse ex munere, quanto se obligatiorem esse conspiciat in reddenda ratione. Hac enim ratione locus sublimis nos humiles reddet, si non quantum reliquis excellimus, sed quam tremendo iudicio, & discussione nos reddit obnoxios contemplerur. 3. Ratio est quia praefectura subridens fortuna, & felicitas magnam conflat inuidiam, quam inuidiam magna ex parte vitat animus submissus, & humilis.

3. *In omnibus.* Hugo Cardinalis, coram omnibus, vel in omnibus, vel pro omnibus, quae habes, quia nihil habes quod non accepisti.

4. *Et coram Deo inuenies gratiam.* Haec pars in nonnullis Graecis exemplaribus deest. Verior tamen est nostra lectio, quae eam asciscit, magisque cum consequenti cohaeret.

5. *Et coram Deo inuenies gratiam.* Tigurina hac ratione integrum locum extulit. *Quanto maior es eo te geras submissius, ut gratiam inuenias apud Dominum.* Modum praescribit, quo homines Deo se submittere debent, nempe eo modo, quo illi qui dignitatem ambiunt se deiiciunt, & humiliant coram eis, a quibus se consequuturos expectant, quam praesentant, dignitatem. Quid enim non faciunt? quo non se deiiciunt, ut eorum gratiam aucupentur? Hugo quanto magnus est generis nobilitate, vel scientiae sublimitate, vel honoris dignitate. *Et coram Deo inuenies gratiam.* Hugo Cardinalis, quam amisit primus homo per superbiam.

6. *Quia magna potentia Dei solius.* Quid, o homo in excelso loco constitutus superbis? vnus enim Deus incircumscriptam habet ditionem, & potentiam. Ast homines nec multis imperant, nec multum possunt. Dionysius Carthusianus. *Quia magna potentia Deo solius.* Quia solus Deus a se ipso habet potentiam, at verò homo a Deo, iuxta illud 1. Corinthior. 4. *Quid enim habes quod non accepisti?*

1. Corint. 4. *Quid enim habes quod non accepisti?*

7. *Et ab humilibus honoratur.* Dum animi submissione animi magnitudinem restantur praecipue Principes, & in praefecturis constituti.

ETHOLOGIA XL.

Humilitatem colere magnam animi
virtutem protendit.

I. **Q**uanto maior es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Ne quis putet aliis se subdere abiectioni animi indicium esse, hoc verum occurrit noster Ecclesiasticus, & longe aliter se rem habere proloquitur. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*, id est, quo quis magis innata animi virtute gaudet, & moribus praestat, eo magis aequum est, ut humilitatem colat. Ergo humilitas magnam animi virtutem indicat. Hoc nonnullis Sanctorum Patrum auctoritatibus fulciamus. Cum oblatam sibi a Deo legationem subire recusaret Moyses his verbis loquutus est Exod. 3. 11. *Dixitque Moyses ad Deum. Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem & educam filios Israel de Aegypto?* Haec verba, quibus se Moyses excusat, magis Dei animum incendunt, ut tenitentem vrgeret, nempe ille qui humili

Exod. 3. 11.

voce se excusat ad munus aliquod obeundum, eisdem verbis se dignum fateatur, vnde cum subinde de Dei nomine quaereret Moyses, hac ratione Deus respondit. *Dixit Dominus ad Moysen: ego sum, qui sum. Ait: sic dices filiis Israel, qui est misit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moysen: hac dices filiis Israel: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi in aeternum.* Ideo enim Deus dicit. Ego sum qui sum, ut se non fluere, & dilabi, ut reliqua omnia mortalia fateatur. Sed semper eundem perfistere significaret, hoc ipsum humilium animis se communicare protendit. Sicut enim Deus per se existit, nec casibus humanis, aut temporis mutationi subiaceret, sic etiam humilis nulla varietate concutitur, quapropter hoc nomen sibi indidit Deus cum humilem Moysen alloqueretur. Huius sententiae est Rupertus lib. 1. in Exodum cap. 13. cuius verba subiungo. *Quis ego sum ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel ex Aegypto. Bonum quidem, & imitatione dignum humilitatis exemplum: ideo vocanti ad tantum, tamque gloriosum ministerium dicere, quis ego sum? & pro conscientia vel aestimatione ipsius subauditur munus: quapropter talem velut ex abrupto salientem eius percunctationem placido vultu suscipiens Dominus Deus, ego, inquit, ero tecum, & hoc habebis signum quod miserim te. Ac si dicat, Etsi nullus es: ego Dominus qui Deus patris tui Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob: ego, inquit, ero tecum in ore tuo, & in manu tua signa faciam, ex hoc, inquam, significabitur hominibus, quod miserim te, sine quo non potest quidquam facere homo.* Eidem humilitati tribuit

Rupert.

Rupertus eodem lib. cap. 14. Quod plura Deus responderit, quam Moyses quaesierit. De nomine Dei quaesivit Moyses, Deus autem duplex nomen addidit. Prius illud est, ego sum, qui sum, posterius illud Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, tanta enim benevolentia humilis Deum deuincit, ut plura concedat, quam ille petere audeat. Insuper, & timenti Moyli vires addit, & signa se facturum promittit, quae omnia ob humilitatem meruit. *Dixit Deus (ait Rupertus) ad Moysen. Ego sum, qui sum: sic dices filiis Israel. Qui est misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in aeternum, & hoc memoriale meum in generationem, & generationem. Ad vnam percunctationem duo reddidit, quia fortis erat inquisitor, qui pulsabat. Fortis, inquam, vera fortitudine, quae est virtus humilitatis. Quae in usu, vel exercitio diuina colloquutionis tantum excreuit, ut fortem, vel iratum Deum postmodum remittere posset stans in conspectu eius in confractione cordis.*

Rupert.

Genesis 28. dormiens Iacob vidit scalam & Angelos Dei descendentes, & ascendentes. duo mihi notanda cum Ruperto lib. 7. de Trinit. c. 21. ex hoc loco. In primis hac visione perfruitur Iacob non stans, sed solo incubans. Nam ille qui per superbiam stat caelestium rerum cognitione non perfunditur, ille verò qui per humilitate terrae affixus est, caelestia penetrat. Hunc (ait Rupertus) imitantur quicumque benedictione Dei Patris & Filij eius Iesu Christi cum gratia Spiritus sancti missi ad spirituale semen seminandum depositis secum numeribus nudi, & expediti ad destinatum tendunt, vigilantque, & in omnibus laborant, & sobrii sunt, nihil se scire iudicantes, misit Iesum Christum, & hunc crucifixum, & cum Apostolo dicentes, non habemus hic civitatem permanentem, sed futuram inquirimus. Illis porta haec aperitur, & ascendentibus scala haec erigitur, quae huic apparuit, per quam illi ascendentes, & descendentes Angeli ministrant. Posterius illud notandum est cum Ruperto, non Angelos quiescentes vidisse,

2.

Rupert.

vidisse, sed ascendentes, & descendentes. Id est, non alios ascendentes, & alios descendentes, sed eisdem descendentes, quos ascendentes vidit. Imo vero non alia ratione ascendentes, nisi quia descendentes. Ascendere enim, & descendere iuxta anagogem idem est. Eo enim quo quis amplius per virtutes, & morum ingenuitatem ascendit, eo magis per humilitatem descendit. Vnde prius præmisit ascendentes, & subdit descendentes, quia quo magis per pietatem interior crescit, eo magis per humilitatem se aliis dimittit. *Non aliud* (subdit Rupertus) *ascensus ille, & descensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere. Scala vero erecta nostra est vita in hoc seculo, quæ humiliato corde à Domino erigitur ad cælum. Latera vero huius scalæ dicimus esse corpus nostrum, & animam, in qua latera diuersos gradus humilitatis, vel disciplina euocatio diuina inseruit ascendentes.*

Basilium in caput 8. Esaiæ adducit verba illa Eccl. 18. *Cum consummauerit homo, tunc incipiet.* Id est, quo quis magis virtuti studuerit, & maiores profectus fecerit, eo magis humilitati operam dabit. Audi Basilium: *Ait enim scriptura cum consummauerit homo tunc incipiet, & cum quiescit tum indigebit. Utique nemo nouit quanta experientiam suam ipsius cognitionem, nisi gustum qualencumque ceperit scientiæ, præter quam quod bonus ipse Dominus eis pollicetur multo commodiora.*

Esaiæ 6. 5. *Va mihi quia tacui vir pollutus labijs ego sum.* Tunc se pollutum dicit cum Deum omnis sanctitatis fontem intuitus est, tunc se polluta labia habere fatetur cum loquentes Seraphinos audiuit. Quo enim quis in cælestium rerum contemplatione proficit, eo se amplius despicit. Quod & in Moysè & Abrahamo notat Basilium ibidem cuius verba excipe. *Consimilem in modum Moyses, is enim etiam si eruditus est omni sapientia Aegyptiorum, & dexterritate ingenij, ac solerti providentia eos omnes transcendisset, cæcenus autem non intellexit se vocis esse gracilioris, & tardiloque dum exaudiuit oraculum Dei loquentis. Tunc enim primum suam agnouit infirmitatem. Abraham quoque cum se ei Deus exhibuit conspicuum, tum professus se esse terram, & cinerem. His proxime, & Esaias accedit, qui cum vidisset sedentem super solium excelsum, & eleuatum, contemplatisque esset mundum habitabilem vniuersum adimplentem, & spiritus seraphicos, illam sanctificationis vocem multo cum tremore exprimentes, tum primum se erumposum, ac miserum appellauit, tum labijs suis cognouit adhaesisse immunditiam: quare dignus tunc habitus, qui vnus ex Seraphin manibus expurgaretur. Nec ante ex sententia Basilij purgantur verba Prophetæ quam humilitatem profiteatur, humilitas enim ad purificationem viam pandit.*

Ex lino, & hyacintho induere sibi vestimenta iubet Deus sacerdoti, nam per linum iuxta Rupertum lib. 4. in Exod. cap. 22. terra significatur, quæ humile quid sonat, per hyacinthum vero aërem adumbrat, qui sublimitatem, & celsitudinem notat. Ergo sacerdos vtrâque vestem simul induat, quia animi humilitas, simul cum virtutum celsitudine coniungit. *Primum linum* (ait Rupertus.) *vestimentum terram significat, 2. Hyacinthinum aërem in colore demonstrans, quia de terra eius paulatim ad cælestia subleuatur.*

Cum in Galilea multa miracula exhiberet Christus, his verbis confanguinei adoriuntur Ioan. 7. 3. *Dixerunt autem ad eum fratres eius: transi hinc, & vade in Iudeam.* Id est, cum tantis miraculis in te conuertentium tuentium oculos, quid te intra Galilæam contineres, perge in Ierusalem tendit Iudææ Metropo-

lim, vt ibi principum virorum beneuolentiam captes. Quid apud infimæ conditionis homines, agricolæ, & piscatores moram trahis. His verbis suadebant Christum Dominum, vt populi plausibus inhiaret, huius tam superbæ admonitionis latentem causam aperit Euangelista illis verbis. *Neque enim fratres eius credebant in eum,* his dictis internam perfidiam horum hominum aperit Euangelista. Sicut enim vir pius humilitatem sectatur, non aliter impius superbia erigitur, imo superbia amissa fidei iudicium est. Hoc notaerim ex Augustino tractatu 28. in Ioannem his verbis. *Si hæc facis manifesta te ipsum mundo, & continuo: neque enim fratres eius credebant in eum. Quare in eum non credebant? quia humanam gloriam requirebant. Nam quod eum videntur mouere fratres gloria illius consulunt: facis mirabilia, innotescit, id est, appare omnibus, vt laudari possis ab omnibus. Loquebatur caro carni, sed caro sine Deo, carni cum Deo. Loquebatur enim prudentia carnis verbo, quod caro factum est, & habitauit in nobis.* Hæc Augustinus. Vide infantiâ, si hæc facis manifesta te ipsum mundo, imo vero, quia hæc facis supprime te ipsum mundo. Quæ enim quis in virtute maiores facit progressus eo magis humilitati studet.

Iethro socer Moyses genero in occursum venit, multis negotiis pene obrutum vidit, consulit, vt iudices eligat, qui causas populi dirimant Exod. 18. 21. *Prouide autem de omni plebe viros potentes, & similes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.* Augustinus quæst. 68. in Genesim legit: *Et qui oderit superbiam.* Multa quidem in iudice requiruntur, vt tantum munus exercere valeat, quæ omnia vno verbo complexus est prudens senex, & qui oderit superbiam. Fieri enim non potest, vt qui humilitati inuigilant, omni etiam virtute non exornentur. *Videndum est etiam* (ait Augustinus) *ne illic voluerit Deus ab alienigena admoneri Moysen, ubi & ipsum posset tentare superbia, sedebat enim iudiciaria potestate solus vniuerso populo stante: nam hunc sensum indicat, cum ipse Iethro eligi iussit ad indicandas causas populi, qui odissent superbiam.*

Cum teneretur Moyses studio videndi faciem Dei his verbis eum loquentem audiuit Exod. 33. 20. *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit homo, & viuet.* Hæc verba ad sensum moralem inflectit Augustinus serm. 49. de tempore. Hac ratione. Non videbis faciem meam, id est, non me familiariter vteris, qui viuit, id est, qui sibi multa arrogat, qui superbit. *Qui enim inflatus spiritus habet familiariter cum Deo agere non poterit, sed qui summis se gerit, humiliter de se sentit, & veluti mortuus est.* *Secundum hanc vitam* (ait Augustinus) *dicitur Moysi, nemo faciem Dei vidit, & vixit. Non enim viuendum est in hac vita, vt illam faciem videamus. Moriendum est mundo, vt Deo in sempiternum viuamus.*

Matth. 19. Requiriuit à Christo adolescens de preceptis ad pietatem necessariis, cui Christus: *vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me.* Non satis est facultates abiicere, non satis est elemosynas elargiri vltra hoc, & aliud requiritur nempe *veni, & sequere me.* Quid ergo est illud veni, & sequere me? Augustinus hom. 34. ex. 50. hoc refert ad id quod præmiserat: *Dicite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiæ animabus vestris.* Ille ergo perfectus est, qui per humilitatem sequitur Christum. Audi Augustinum. *Vende inquit & da pauperibus, & veni sequere me. Quare te sequor. iam vendidis omnibus, distributis pauperibus, nunc persequeris sum, quid opus est, vt te sequar? sequere me, quoniam mitis sum.*

Rupert.

3. Eccl. 18. 6.

Basil.

4. Esaiæ 6. 5.

Basil.

5.

Rupert.

6. Ioan. 7. 3.

August.

7.

Exod. 18. 21.

August.

8. Exod. 33. 20.

August.

9. Matt. 19. 21.

August.

sum, & humilis corde. Potest enim quisque dare sua pauperibus, nondum mitis, nondum humilis corde? Certe potest.

10.

Pfal. 93. 18.

Sicut ille qui humilis est, pietatis penum sibi comparat, ita qui superbit ruinam proximus est Pfal. 93. 18. *Si dicebam motus est pes meus.* Augustinus ferm. 13. de verbis Domini expendit pronomen illud *meus*. Et hac ratione explicat. *Si dicebam motus est pes meus.* Nimium mihi confidebam, quasi gradum figere possem, & nulla ratione pes nutaret. Verum pedem meum dicebam, & mihi aliqua ratione fidebam, ecce decidi, & didici pedem meum non vocare. Cum vero ad Dei misericordiam confugi, leti, me collegi, gradum firmaui, vnde subdit eodem loco: misericordia tua adiuuabat me. Hanc expositionem haui ex Augustino exponente illud factum Petri, qui cum super aquas ad Dominum deferretur, videns ventum validum timuit, & cum obrueretur ad Dominum clamauit, qui dextra Petrum tenuit. *Videns* (ait Augustinus) *ventum validum timuit, & cum capisset mergi exclamauit: Domine perece, libera me, presumpsit de Domino, potuit de Domino. Si titubauit vt homo, redit ad Dominum. Si dicebam motus est pes meus, Psalmus loquitur, sancti Cantici vox est, & si agnoscamus, & nostra, imo si velimus, & nostra est, si dicebam motus est pes meus, quare motus, nisi quia meus? Et quod sequitur, misericordia tua adiuuabat me, non virtus mea sed misericordia tua.*

11.

Pfal. 117. 13.

Impulsus euerfus sum vt caderem: & Dominus suscepit me. Pfal. 117. 13. Augustinus ibidem legit, *vt cumulus arena impulsus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me.* Nihil facilius loco moueri potest, quam cumulus arenae, quem lenis aura disiciit. Cum ergo (ait Dauid) ita facile dispergi possem, ac tenuissimus puluis, multique in meam perniciem conspirassent tamen loco dimoueri non potui. Causam vero subdit statim: *Fortitudo, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Id est, non meae virtuti innoxius sum, nihil de me presumpsi, omnia ad eum retuli, vnde in tantam fortitudinem deueni, vt instar rupis nullis aduersantium fluctibus cesserim. *Fortitudo mea,* (ait Augustinus) *& laudatio mea Dominus, & factus est mihi in salutem, qui ergo cadunt, cum impelluntur, nisi quia sua sibi fortitudo, & sua sibi volunt esse laudatio? Nullus quippe in certamine cadit, nisi cuius fortitudo, & laudatio cadit. Quapropter cuius fortitudo & laudatio, est Dominus, tam non cadit, quam non cadit Dominus.*

August.

12.

Pfal. 112. 1.

Pfal. 112. *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.* Quasi vero solis pueris liceat nomen Domini laudare. Augustinus ibidem ex sensu morali respondet, solis pueris hoc licere. Nam pueri iuxta anagogem significant humiles. Ergo solum humiles Deum laudant, dum per animi submissionem debitum cultum ei exhibent. *Incipitis enim laudare* (ait Augustinus) *sed sine fine laudate, ex hoc ergo, & vsque in saeculum sine fine laudate. Ne dicatis nunc incipimus quidem laudare Dominum, quia pueri sumus, sed cum creuerimus, magnique fuerimus nos ipsos laudabimus. Non sic pueri, non sic propterea dicit Dominus per Esaiam: ego sum, & vsque dum senescatis, ego sum. Id est, sepe laudandus est qui est, quid est, laudate pueri Dominum ex hoc. Laudate senes, & vsque in saeculum. Ergo ex sententia Augustini solum pueri, id est, humiles laudant Dominum sicut ait Psalmus ex hoc nunc & vsque in saeculum, id est, semper, in aeternum. Laudatio ab humili Deo adhibita similis est laudi, quam Deo exhibent beati.*

August.

13.

Danielis 3. tres pueri intra flammam illæsi omnes creaturas ad laudes Dei conuocant, ac tandem post dracones, post fulgura, & grandinem se ipsos infe-

runt. *Benedicite Anania, Azaria Misael Domino.* Huius rei causam assignat Chryostomus hom. de tribus pueris. Nempe omni virtutum laude pollebant, & eos ignis vis venerabatur, ceterum sibi præ humilitate elegerunt vltimum locum. Scilicet quo quis maior est, eo rebus omnibus se postponit. Et quos Rex Babylonius, & circumfusa plebs tanquam Deos venerabatur, ipsi se omnibus rebus subdiderunt. *Quid igitur prodest, quod tot ordinibus dumeratis in posterum ipsi nomine proposito sint relati?* His verbis dubium proponit Chryostomus. Cui ipse. *At enim, quia supra naturam erat res illa, quia humanam naturam excedebat, si quidem in corpore ingressi fornacem calcauerunt. Ne quis eorum, qui seducti erant propter miraculi nouitatem appellare eos Deos auderet, & adorare multo iustius, utpote à quibus superatus ignis fuisset, vt nequid tale ex peccatoribus eueniret, iccirco suam indicant seruitutem, & seque adorare consententur dicentes: Benedicite Anania Azaria Misael Domino.*

Chrysol.

Chrysol.

Cum Apostolus nos commoneat de bello, quod semper cum diabolo gerere oporteat hac ratione loquitur. *Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & c.* Nostram cum diabolo pugnam, luctam appellat: addit vero Apostolus quæ ab hac metaphora longe dissident. *Propterea accipite armaturam Dei, & c.* Cum pugnam nostram cum diabolo luctam appellasset, multa cura, & diligentia omnibus nos armis induit, scilicet pectus lorica, pedes calceis, scutum addit, & c. Hæc sane cum lucta nihil habent commune, nam ille, qui luctatur omnia impedimenta abiicit, non modo arma, verum, & vestes, & corpus oleo vngit, vt teneri non possit. Quare ergo, quem Apostolus cum diabolo luctantem inducit omnibus armis munit, quæ magis illi impedimento, quam utilitati esse possent? Augustinus in Psalm. 45. iuxta anagogem locum exponit. Est enim idem inermis, & armatus nudus, & vestitus: imo vero quo magis quis per virtutum indumenta vestitur, eo magis per humilitatem armatur. Ergo & nudus est, & vestitus, inermis, & armatus, armatus per virtutes, nudus per humilitatem. Adducit etiam verba Pauli 2. Corinthiorum 12. *Ego autem gloriabor in infirmitatibus meis.* Et subdit rationem: *Vt inhabitet in me virtus Christi.* Id est, tunc in me habitare cognoscam Christi virtutem cum per humilitatem gloriarus fuero in infirmitatibus. Signum enim virtutis internæ humilitas est. Inducit etiam verbum 11. ex Psalm. 45. *Vacate & videte quoniam ego sum Deus.* Id est, pietati toto pectore incumbite. *Quid inde? Et videte. Quid? quoniam ego sum Deus, hoc est, quod vos non fitis dii, sed quod ego solus sim Deus, quidam enim adeo se extollunt, vt diuinitatem quodammodo videantur arripere. Valdebar enim* (ait Augustinus) *quasi per te, conturbaris in te, perde arma quibus presumebas: audi Dominum dicentem: sufficit tibi gratia mea. Dic tu, quando infirmior tunc potens sum. Apostoli vox est, omnia arma sua perdidit, tanquam fortitudinis suæ qui dicebat. Ego autem non gloriabor nisi in infirmitatibus meis: veluti si diceret, non curro aduersus Deum, in crassa ceruice scuti mei. Quando autem nos Dominus suscipit, numquid inermes dimittit? Armatus nos sed alijs armis Evangelicis veritatis continentia, vel alterius spei. Arma hæc habebimus, sed non à nobis, arma autem quæ à nobis habuimus arserunt, si tamen igni illo Spiritus sancti incensi sumus, de quo dicitur, & scrua comburent igni. Quid postea in te esse cupiebas, infirmum te fecit Deus, vt fortem te faceret de se, qui infirmabar de te. Quid ergo sequitur vacate? Ad quam rem? Et videte quia ego sum Deus. Hoc est non vos, sed ego sum Deus.*

14.

Ephes.

2. Cor.

Pfal. 45.

August.

15. *Lucæ 15.* Adolefcens ille qui patrimonium profuderat dum fe patris filium iactabat longe erat à filiatione, dum verò in fe reuerfus, dixit non fum dignus vocari filius, cuius fum, verè filius factus est, tunc. *Cum autem longe effret vidit illum pater ipfius, & misericordia motus, & accurrens cecidit fuper collum eius & ofculatus est eum. Dixitque ei filius, peccavi in cœlum, & coram te. Iam non fum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad feruos fuos, cito proferte ftolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamentum in pedes eius, & adducite vitulum fuginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Scilicet perierat cum fe inaniter filium iactabat, inuentus est, cum fe alienum dixit, & mercenarium. Ita Auguftinus in Pfalm. 18. his verbis. *Et quia illo gloria Dei facti fumus, quo digni non fuimus, dicit ad patrem suum. Non fum dignus vocari filius tuus, infelix per humilitatem impetrat felicitatem, & fe ostendit dignum quod conficitur indignum.**

16. *1. ad Timoth. 1. 12.* *Gratias ago ei, qui me confortauit Chrifto Iefu Domino noftro, qui fidem me exiftimauit ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui, & persequutor, & contumeliofus.* Vide qua ratione occafiones captet tantus Apoftolus fe ipfum deprimendi. Ipse fe vocat blasphemum, & contumeliofum, quod argumentum est certiffimum interna pietatis. Vnde fubdit Apoftolus. *Superabundauit autem gratia Domini noftri Iefu Chrifti, cum fide, & dilectione, que est in Chrifto Iefu.* Id est, multis virtutibus abundo, quapropter opus est, vt me exterius humilem profitear. Hunc fenfum affert Chryfoftomus homil. 3. in hanc epiftolam his verbis. *Beatus hic vir eam (scilicet humilitatem) vt plurimas omnibus in locis occafiones aucupatur animum suum eiusmodi franco comprimere. Quia enim illis maxime laborare opus est, vt veram confequi humilitatem poffint, qui magnarum sibi virtutum conscy sunt, magnam sibi vim inferant necesse est, vt conscientiam recte factorum se fe femp offerentem obrundere queant.*

17. Rem probat Chryfoftomus trita fimilitudine homil. 26. in Matth. Sicut enim ille, qui cœlum ab imis locis intuetur, propius sibi adesse credit, si vero in montis verticem afcendat, quo plus cœlo appropinquat eo longius distare confpicit. Non aliter quo quis longius abest à vera virtute & perfectione, eo magis se profeciffe credit. E contra vero quo proximior est, eo longius distare fatetur. Exemplo fit tibi Abraham, qui tum demum fe puluerem, & cinerem dixit Genef. 18. cum Deum hospitio excepit. Adducit etiam verba Pfalm. 21. 7. *Ego autem fum vermis, & non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Qui per humilitatem vermem se dicit, vide quid per veritatem addat. *Et anima mea illi viuert, & semen meum feruiert ipsi.* Ergo qui Deo interius per pietatem viuert, hic per humilitatem exterius omnibus hominibus fe subiicit. *Age igitur (ait Chryfoftomus) nos quoque quantum in virtute proficimus tantum nosmetipfos amplius conteramus, quoniam, & hoc magna omnino virtutis est. Sicut enim quanto acutius viderimus tanto magis difcimus, quam longe à cœli regione distamus: sic etiam quanto fuperius ad virtutis afcendimus excelsum, tanto amplius docemur, quam fit inter Deum, & nos grande difcrimen. Nam sane magna pars est ista Philofophia meritum suum poffe dignoscere. Ille est maxime fe ipsum sciens, qui se esse nihil existimat, propterea quippe, & Dauid, & Abraham postquam ad summum iam virtutis euaserant, tunc istud dico precipue videntur impleffe. Nam vnus qui-*

dem dixit se esse terram, & cinerem, alter vero se vermem vocabat. Et cuncti animo sancti horum timore deiciuntur. E regione vero qui arrogans esse mauult ipse est, qui se à cunctis deterius ignoret.

Chryfoftom. homil. 3. in Matthæum certiffimam regulam statuit, qua quis metiri potest, quantum in virtute profecerit. Scilicet quisque illud est, quod se esse non credit, è contra verò illud non est, quod se esse existimat. fulcit dictum verbis Christi Domini Lucæ 17. 10. *Sic & vos cum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite. Serui inutiles fumus.* Tunc monet vt nihil se esse dicant, cum omnia profecerint, neque enim aliter omnia esse, & omnia feciffe putandi sunt, nisi cum nihil omnino se esse ipsi credunt. Rem multis probat exemplis Chryfoftomus ibidem. In primis Centurio ille Matth. 8. tum dignus fuit ad quem Chrifthus diuerteret, cum dixit. *Domine non fum dignus vt intres sub tectum meum.* Addit etiam testem Paulum 1. Corint. 15. *Non fum dignus vocari Apoftolus. Qui se indignum cœnfit, qui Apoftolus vocaretur antonomasticus Apoftolus dicitur. Adeo vt si hoc nomen Apoftolus absolute proferatur vnum Paulum significet. Exemplo etiam fit Baptista, qui se indignum dixit Ioan. 1. vt pedes Christi tangeret, corrigiam calceamenti folueret, calceolue portaret, hic igitur, vt Chriftrum Dominum baptizet, & manus Christi capiti imponat, eligitur. Addit in super dicta Petri Lucæ 5. Hic enim in admirationem actus ex magna piscium, quam ceperant, copia, ait: *Exi à me Domine quia homo peccator fum.* Et ille qui per humilitatem à se Dominum repellebat, dignum se ostendit, vt Ecclesiæ fundamentum fieret, & femp cum Chrifto connecteretur, tamquam fundamentum ædificio. Et in vnuerfum quisque illud est quod se esse non præsumit; illud vero esse definit quod se esse iactat. *Quando enim (ait Chryfoftomus) aliqua re defecerimus habemus eum proculdubio debitorem ob res bene gestas tantum, quando vero nihil arbitramur nos benefactos, amplius etiam de tali mereamur affectu, quam propter ipsa opera, que fecimus. Itaque si bona tua magna vis facere, noli esse magna putare, aliter enim magna esse non poffunt, sic enim Centurio dixit, non fum dignus vt intres sub tectum meum, & propterea dignus effectus est, supraque omnes Iudeos iure mirabilis. Sic & Ioannes non fum, inquit, idoneus foluere corrigiam calceamenti eius, & idcirco factus est amicus sponse, manum, quam indignam calceamenti esse dicebat, eam Chrifthus ad caput suum subleuauit, sic etiam Petrus ait, exi à me Domine quia homo peccator fum, & propterea factus est Ecclesiæ fundamentum. Nihil enim Deo sic est amicum, quam si quis in minimis annumeret. Hoc enim est caput totius Philofophia atque fastigium, qui enim humiliatur corde, atque conteritur, non effertur inani gloria, non inuidia liuore, non iracundia furore vexabitur, non vllis alijs vitijs subiacebit. Nam si contritam manum etiam si millies in altum leuare velimus, non poffumus, ita etiam, si animam conteramus, quamlibet innumere illam instando eleuare voluerint passiones, nec tamen tunc quidem poterit extolli. Hæc Chryfoftomus, sed priusquam hinc ab eo expendenda mihi verba Chryfoftomi. *Et idcirco factus est amicus sponse.* Si negauit Ioannes Baptista se dignum esse, qui Christi calceamenta, aut folueret, aut portaret. Hæc autem officia ad seruos pertinebant. Antiqui enim cum domum intrarent, aut ad mensam accumberent, soleas, quod genus calceamenti est, sub ligaculis quibusdam ad id factis facile foluebant, ne pauimentum inficerent, vel decumbentes lectulos deturparent. Testem adduco Martialem, qui cum**

18.

Lucæ 17. 10.

Matth. 8. 8.

1. Cor. 15. 9.

Lucæ 5. 18.

à Poëta inuitaretur legendis suis carminibus nimis auido hac ratione loquitur.

*Deposui soleas affertur protinus ingens
Inter lactucas, oxigarumque liber.*

Hoc autem munus obibant serui qui dominos suos comitabantur. Ad hunc morem respexit, Ioannes Baptista verbis citatis, non sum dignus soluere cortigiam calceamenti, vel non sum dignus, qui vel seruorum officium Christo impendam, hic autem qui se indignum seruum factus est in amicum asciscitur.

19.

Lucæ 2.12.

Christum Dominum recens natum annunciant Angeli, & signum, quo puerum inuenirent, protenderunt his verbis. *Lucæ 2. Et inuenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.* O admirandam Christi Domini humilitatem, locum elegit bestiarum tuguriolum, quo tenera membra corporis imponeret. Pastores autem ad quærendum Christum his verbis se hortabantur. *Eamus usque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod fecit Dominus, & ostendit nobis.* Verbum vocant Pastores eum, quem Angelus puerum appellarat. Sed unde quæso Dei esse verbum in mentem venit Pastoribus? Scilicet ex verbis Angeli. *Inuenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.* Scilicet fieri non potest, vt qui ad tantam se humilitatem deiecit occultam diuinitatem non celet, & intrinsecus claudat. Huius rei testis est Hieronymus ibidem his verbis. *Et viderunt verbum quod factum erat, vt iam tunc Euangeliste Ioannis principium dedicarent.*

Hieronym.

20.

Ioan. 8.28.

Ioannis 8. 28. *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Cum ad lucem cæcurent Hebræi nec Christum Dominum Dei esse verum filium fateri vellent, in tempus mortis & passionis eos remisit his verbis Christus Dominus, scilicet purgatis oculis numquam melius Deitas elucefcit, quam dum humilitatem contemplantur. Ad quæ verba respexit Nazianzenus orat. 1. de pace his verbis. *Ita, & merore impleor propter meum Christum, cum cerno eum hac de causa contemni, & pro nihilo haberi, ob quam maximè honorare æquum erat.*

Nazianzen.

21.

Rom. 9.23.

Rom. 9. 3. *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.* Vel patienter ducerem quodammodo à Christo separari, vt fratribus meis Hebræis confulerem. Rupertus ibidem, tunc se firmiter Paulus Christo adherere monstrauit cum se ab illo secludi, & separari optauit. Verba Ruperti subiungo. *Quia Deus charitas est, Deus humilitas est, & cū per humilitatem, sine per charitatem à Deo procul quisquam absit, miro modo à Deo quasi recedit, tamè illi proximus sit.*

Rupert.

22.

1.Reg. 9.7.

1.Reg. 9. Saul simul cum seruo asinas quærebat, quas cum inuenire non possent, consulere pergunt Samuelem. Sed Saul hac ratione comitem alloquitur. *Ecce ibimus, quid feremus ad virum, panis defecit in sitarcis nostris, & sportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quidquam aliud.* Hæc Saul ad seruum suum, ille inquam Saul, qui ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. Iuxta sensum moralem exponit Gregorius in hunc locum hac ratione. Quo quis altiori pietate reliquos excedit miserabiliorem proficitur. Ille alius comes Saul, qui multo illo minor erat ratus est, se aliquid habere dignum quod Prophetæ dare posset. *Rursum puer respondit Sauli, & ait, ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram.* Scilicet ille qui minor est habere se putat diuitias, quas Prophetæ possit porrigere. Verba Gregorij subiicio. *Habent propriam mentes humilium, vt spiritualium dona habeant.*

Gregor.

sed in his quæ habent, se non attendunt, quia enim ab Spiritu sancto virtutum dona percipiunt, ideo Sanctus spiritus, qui dona tribuit, ea, eis ab æstimatione tollit, vt in virtute conuersationis hæc habeant, in tumorem elationis non habeant. Bene ergo de Saule dicitur ab humero, & sursum eminebat super omnem populum, & dixit ad puerum suum, panis defecit in sitarcis nostris. Hæc Gregorius. Qui optimè notat præmississe scripturam ante præmissa verba Saulem excessisse cunctos Israëlitas ab humero, & sursum. Quid enim opus erat præmittere proceræ stature fuisse Saulem, vt postea dicat, in tantam egestatem deuenisse, vt nihil profus haberet, quod porrigere posset Samueli? Sanè hæc nisi ad mores retuleris frustra sibi fuisse coniuncta suspicaberis, verum iuxta anagoge hunc sensum habent, quæ ex Gregorio retulimus, multamque nobis fauent. Nimirum quo quis maior est, eo se humiliorem effingit, & pluris indigentem. Bene ergo (subdit Gregorius) de Saule dicitur ab humero, & sursum eminebat super omnem populum, & dixit ad puerum suum, panis defecit in sitarcis nostris, & sportulam non habemus, quia electi viri ad disponendum sanctæ Ecclesiæ culmen idonei, in his etiam per humilitatem prauos se aspiciunt, in quo opere per virtutem magni sunt.

Gregor.

Chrysoström exponens Psalm. 29. inflectit ad rem præsentem parabolam illam de publicano, & Pharisæo Lucæ 18. qui precaturi simul templum ascendunt, nempe publicanus internam pietatem ostendit, dum nihil boni habuit, quod de se proferret. Ille vero qui plenus buccis se extulit, omnino se virtute vacuum, ostendit. Hoc enim tanquam parabolæ coronidem imposuit Christus Dominus illis verbis. *Amen dico vobis descendit hic iustificatus ab illo.* Id est, publicanus humiliter de se loquendo virtutum diuitias præ se tulit, ille vero, id est, Pharisæus multa de se iactando virtute vacuum ostendit. Nullus (ait Chrysoström) desperet de malis suis, nullus presumat de meritis suis. Presumptores, & de operibus vestris, quasi bonis erecti timete, Pharisæum agnoscite, vt illius mores ad vestram salutem proficiant.

23.

Lucæ 18.11.

Chrysol.

Pulchrè ad rem hanc adducit Gregorius verba illa Annæ matris Samuelis. *Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat.* Dicit Saræ effusam Dei liberalitatem erga hominem illum ditare. Valde Deo est proprium homines subleuare, & extollere. Sed quam ratione verum est, quod Deus in paupertatem redigit homines, & humiles faciat? Si iuxta mentem Gregorij locum exponamus, & facilem habet intellectum, & nostram sententiam fulcit. Scilicet Deus hominem pauperem facit ditando, quia quo plus diuitiis spiritualibus auget, eo se pauperiorem ostendit. Humiliat item subleuando, quia tunc præcipuè homo se despicit quando pietate abundat. *Dominus itaque (ait Gregorius) facit pauperes, quia dum æterna electis bona insinuat, eo se pauperiorem tenent, quo à veris se diuitiis pulsos vident.* Unde & Rex ille, qui & sæculi possessione lautissimus erat, quia ei veras diuitias Dominus ostenderat, clamabat ad eum dicens. *Respice in me, & miserere mei quia vnicus, & pauper sum ego.* Hinc Prophetæ Ieremias electi cuiusque illuminationem in se exprimens, ait. *Ego vir videns paupertatem meam. Itaque Domino pauperem facere est in contemplatione bonorum perennium electorum mentes ad contemptum rerum visibilibus excitare.* Verba quæ citat Gregorius nempe. *Respice in me, & miserere mei,* &c. Habes Psalm. 24. id est, misericordia multa me prosequere, ô Deus, quia pauper sum, id est, quia humilis, quia meam ego pauperiem fateor. Item adducit verba ex Thren. 3.

24.

1.Reg. 1.1.

Gregor.

Psalm. 24.11.

Ego

Ego vir videns paupertatem meam, id est, dum quis ad virilem aetatem, hoc est ad perfectam virtutem venerit, tunc paupertatem suam videt, id est, se humilem agnoscit, & faretur.

Eundem sensum affigit Gregorius illis verbis Canticorum 8. *Si dederit homo omnem substantiam domui suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Id est, cum quis ad summum pietatis culmen peruenierit, & amore Dei arserit, tum demum seipsum respiciet, & nihili faciet. Homo (ait Gregorius) omnem substantiam domui suae pro dilectione tribuit, quando quidquid in mundo possidet, pro dilectione tribuit, ut abiciens, quod impedit, Deum diligit, & terro puluere solitudinum oculos aperiat, ut eum videat. Et cum omnem substantiam dederit, quasi nihil eam despiciet, quia post, quam oculi terfit, & Deum conspexit, in illius visione, quidquid possederat, nihili pendit. Hoc Apostoli fecerunt, quia non solum possessa, sed etiam cupita, ut Christum sequerentur dimiserunt. Quibus ipse Christus, pro quo omnia dimiserant dicebat: cum feceritis omnia quae loquutus sum vobis, dicite serui inutiles sumus.

Iob 29. 5. *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius, qui soluit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra saluginis.* Contemnit multitudinem civitatis clamorem exaltoris non audit. Circumspicit montes pascuae suae. Ad sensum moralem adducit haec verba Gregorius lib. 30. Moral. cap. 29. Hic onager qui solitudinem habitat, & deserta colit, montes circumspicit, vel ad multam pietatem, & arcanorum cognitionem perducitur. Adducit etiam pro eadem te verba Psal. 83. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco quem posuit.* Satius sibi figeret hanc scalam, & ascensiones, in montibus, ex quibus ad alta facilius ascensus, sed iuxta anagogem melius in conuallibus figitur, quia quo quis altius per hos virtutum gradus ascendit, eo amplius per humilitatem descendit. Circumspicit (ait Gregorius) montes pascuae suae, montes pascuae sunt alta contemplationes interna refectiois. Sancti enim viri quanto magis se exterius despiciendo deiciunt, tanto amplius interius reuelationum contemplatione pascuntur. Unde scriptum est: *ascensiones in corde suo disposuit in conualle lacrymarum: quia quos exterius in fletu continet conuallis humilitatem, eos interius subleuat ascensus contemplationis.*

Iob 31. 33. *Si abscondi quasi homo peccatum meum.* Gregorius 22. Moral. cap. 9. expendit voces illas quasi homo. Nihil enim hominis magis proprium nihil commune magis, quam variis exculcationibus obtegere, si quid mali commiserit. Si quid vero boni egerit, laudare, extollere, in medium afferre. Ergo ait: *Si abscondi quasi homo peccatum meum.* Quia ille qui humiliter peccatum suum in publicum edit extra sortem hominum censendus est, & ad Angelorum naturam peruenisse, vel potius dignitatem induisse. *Vsitatum* (ait Gregorius) generis humani vitium est & latendo peccatum committere & commissum negando abscondere, & comictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis haec augmenta nequitiae ducimus ex quo ipsam radicem traximus. Et inferius. Bene ergo Iob cum diceret: *si abscondi peccatum meum, interposuit, quasi homo, hominis quippe esse proprium conspiciet, quod ex parentis veteris imitatione descendit.*

1. Reg. 15. 16. Postquam Saul deliquit hac ratione ad eum loquutus est Samuel Dei iussu: *Nonne cum paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es.* Teste Gregorio 26. Moral. cap. 21. dictiones illae in oculis tuis nobis fauent. Tum magnus factus Saul coram Domino, cum se minimum aestimatione sua

finxit: postquam vero regia dignitate elatus in oculis suis magnus esse cepit, coram Deo minimus factus est. Sic Saul (ait Gregorius) ab humilitatis merito in tumorem superbia culmine potestatis excreuit. Per humilitatem quippe praelatus est, per superbiam reprobatus, Domino aetate, qui ait: *nonne cum esses paruus in oculis tuis caput te constitui in tribubus Israel? Paruulum se ante potestatem viderat, sed fultus temporali potentia iam se paruulum non videbat, ceterorum namque comparatione se preferens magnum se esse iudicabat. Merito autem modo cum apud se paruulus, apud Dominum magnus, cum vero apud se magnus, apud Dominum paruulus fuit.* Eadem repetit lib. 18. Moral. capite 22. Qui in eiusdem rei probationem inducit verba Esaiæ 5. 21. *Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes.* Id est dum vosmetipsos tanquam prudentes, sapientesque laudatis, eam, quam habere videbamini sapientiam prudentiamque perdidistis. Inducit insuper versum Psal. 187 *Qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit.* Deus humilia respicit, quia eos suscipit, & veneratur, qui se aliis omnibus subiiciunt, eos vero, qui se aliis praeferunt, despiciet. Unde (subdit Gregorius) unde per Prophetam dicitur: *va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes. Tantum ergo sit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi. Tanto pretiosior Deo, quanto propter eum vilior sibi, quia humilia respicit, & alta à longe cognoscit.*

Iob 9. 30. *Si lotus fuero, quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissima manus meae, tamen sordibus intinges me.* Duo mihi in his verbis Iob notanda ex Gregorio 9. Moral. cap. 28. in primis illud adverbium quasi, quod non veritatem rei, sed similitudinem significat. Quod altiori sensu exponit Gregorius hoc modo. Cum me ipsum mundissimum, & purissimum putabam, & quasi ad niuis albedinem accessissem, verè non eram mundus etiam si me ipsam niuem albedine referre mihi videret. Mundus non eram, sed quasi mundus, id est, exterius nitorem praeferebam, intus tamen nigredine deturpabar. Ille autem vere mundus est, qui se immundum putat. Expende etiam verba illa *sordibus intinges me*, quae aliquid à Deo valde alienum significare videntur. Deus enim nos à peccatis mundat, neminem autem inficit, aut sordibus intingit, quid ergo sibi volunt verba Iobi? iuxta Gregorium bonum sensum habent, & nobis fauent. Id est, ille ipse, qui mihi mundus videbar, dū à te longius abessem: ille idem mihi visus sum immundus, & impurus, dum ad te propius accessi. Unde tu me sordibus aspersisti, id est, eas, quibus aspersus eram, sordes agnoscere fecisti. *Per manus autem* (ait Gregorius) quid aliud, quam opera significantur. Unde quibusdam per Prophetam dicitur: *manus vestrae sanguine plena sunt, id est, opere crudelitatis.* Notandum vero quod vir sanctus non ait, *fulserunt manus meae, sed veluti mundissima manus meae, quia quousque poena corruptionis adstringitur, quamlibet bonis operibus insudemus veram munditiam nequaquam apprehendimus, sed imitamur.* Unde apte subiungitur, *tamen sordibus intinges me.* Deus nos sordibus intingere dicitur, intinctos sordibus demonstrare. Quia quanto ad illum verius per bona opera surgimus, tanto subtilius vitæ nostrae sordes agnoscimus, quibus ab eius munditia discordamus.

Fauct item nobis Gregorius lib. 5. Moral. capite 22. dum sensu morali expendit verba Eliphaz apud Iobum cap. 5. 13. *In horrore visionis nocturna, quando solet sopor occupare homines.* Noctem, & somnum vocat humilitatem in qua spiritus conquiescit, & flatus superbiae consopiantur: tunc autem se

Gregor.

Gregor.

29. Iob. 9. 30.

Greg.

30.

Iob 5. 13.

se

25. Cant. 8. 7.

Gregor.

26. Iob 29. 5.

Psal. 83. 6.

Gregor.

27. Iob 31. 33.

Gregor.

28. 1. Reg. 15. 16.

se ingerit sensibus nostris Deus multarumque rerum cognitione nos illustrat. Fulcit suam sententiam Gregorius versu 11. Psal. 34. *Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?* Si rerum naturam spectes ossa nostra nec verba promere possunt, nec Deum laudare. Hoc enim munus ad os, & ad linguam pertinet. Verum sensu morali per carnem intelliguntur imperfectioris virtutis opera, minora, & parum firma: per ossa vero adumbrantur virtutes adultæ, & quæ maiorem habent firmitatem instar ossis. Ergo hæc potius quam illa dicunt: *Domine quis similis tibi?* quia quo quis magis in virtute profecit, & veluti osseam habet pietatem, eo magis se despicit, & Deum authorem omnium bonorum veneratur. Insuper adducit illud Iudicium 13. Apparuit Angelus parentibus Sampsonis: Pater vulgari opinioni fidem adhibens his verbis clamare capit versu 21. *Statinque intellexit Manue, Angelum Dei esse, & dixit ad uxorem suam morte moriemur, quia vidimus Deum. Cui respondit mulier. Si Dominus nos vellet occidere de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset. Vtæque Sampsonis parens Angelum Domini vidit, & tamen vir trepidat, multoque timore soluitur, vxor viro animos facit, eum confirmat. Quod sane nouum, & inusitatum est, nam fæminæ facilius quam viri metum concipiunt, & ab illis solent roborari. Ergo nos cum Gregorio ad analogem referamus. Reliquæ virtutes præter humilitatem virile quid habent, at animi demissio nescio quid fæmineum sapit: vnde aliæ omnes per virum, hæc per fæminam significantur. Vir, qui fæminam excedere viribus solet, trepidat, nam aliæ virtutes concutiuntur metu. Sola humilitas reliquas virtutes confirmat. Itaque nisi hæc adsit reliquæ omnes timent, & quatiuntur metu, si vero hæc vna adsit reliquas omnes consistere facit.*

Gregorij verba audi. *Quid per ossa nisi fortia acta signantur, de quibus per Prophetam dicitur. Dominus custodit omnia ossa eorum, & saepe ea, quæ agunt homines esse alicuius momenti æstimant, quia districtiōis intima, quam sit subtile iudicium ignorant: sed cum per contemplationem rapti superna suspiciunt ab ipsa aliquo modo præsumptionis sua securitate liquefcunt, & tanto magis in diuino conspectu trepidant, quanto nec bona sua, digna eius examine, quem conspiciunt, pensant. Hinc est enim quod is qui fortia operando profecerat, per spiritum subleuatus clamabat: omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi, ac si diceret, carnes mea verba non habent, quia infirma mea apud te funditus silent. Ossa autem mea hæc magnitudinis laudem dicunt, quia ipsa etiam, quæ esse minime fortiora credidi, tua consideratione cõtemiscunt. Hinc est enim quod Angelo viso Manue pertimescens dicit: morte moriemur, quia vidimus Dominum, quem vxor protinus consolatur dicens: si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocausta, & libamenta non accepisset. Quid sit hoc, quod ad visionem Angeli vir sit timidus, & mulier sit audax, nisi quod nobis quoties caelestia demonstrantur, spiritus quidem pauore se concutit, sed tamen spes præsumit?*

3 I.
Amos 7.14.

Rem hanc insinuat Amos cap. 7. versu 14. *Responditque Amos, & dixit ad Amasiam: non sum Prophetæ, &c. Qui autem se vatem his verbis negauit, statim incipit futura prædicere. Et nunc audi verbum Domini, &c. Nunquam expressius futura prædixit Amos, quam dum se esse Prophetam negauit. Dum se dimisit, & Prophetia, qua ornabatur exiit, perspicacioris Prophetiæ spiritus in eum illapsus est: meretur enim ille, qui se humiliat, eandem rem habere, quam à se abiicit. Non sum Prophetæ (ait Gregorius lib. 3. Moral. cap. 41.) ubi, & subdit, neque filius*

Gregor.

Propheta, sed armentarius puer ergo sum vellicans sycamoros, quomodo autem Propheta non fuit, qui de futuris tot vera prædixit? aut quomodo Propheta fuit, qui de se in presenti denegauit? Sed quia eadem hora, qua requisitus est prophetia sibi spiritum deesse sensit, de seipso testimonium veraciter intulit, dicens: non sum Prophetæ. Qui tamen sequutus adiunxit, & nunc audi verbum Domini: hæc dicit Dominus: vxor tua in ciuitate fornicabitur, &c. Quibus prophetia verbis aperte ostenditur, quia cum de se illa loqueretur, impletus est, & mox habere prophetandi spiritum meruit, quia se Prophetam non esse humiliter agnouit.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.

VERS. 11.

Altiora te ne quæsieris. Quæ præ difficultate captum tuum superant, ne complecti satagas. Et fortiora te ne scrutatus fueris. Et quæ mentem tuam fugiunt, animo persequi desine. Sed quæ præcepit tibi Deus ea cogita semper: sed ad præstanda mandata diuina animum tuum, & mentem conuerte. Et in pluribus eius operibus ne fueris curiosus: id est, quæ ad te attinent Dei opera cogita, quia vero plurima ex his ad te non pertinent, circa ea ne curioso occuperis.

Tigurina: Difficiliora, quam quibus par sis, ne quæras: & ne scrutaris stulte, quæ vires tuas superant. Quæ tibi mandata sunt à Deo sancte meditare, neque plurimum operum eius esto curiosus.

*Altiora te ne quæsieris. Nempe docuerat humilitatem, quæ in doctrina maximè necessaria est, ne quis cereis alis volitans Icareis fluctibus obuoluiatur. Græca apud Complutenfes: Altiora te imprudenter ne quæsieris. Additum vero videtur aduerbium illud imprudenter, ne hic locus videretur omnem disquisitionem damnare. Altiora te, id est, difficiliora, quam pro captu tuo consecrari par est. Iubemur sane quærere Deum qui nobis altior est, Psal. 104. *Lætetur cor quærentium Dominum. Ad Coloss. 3. Quæ sursum sunt quærite. Et Esaiæ 55. Quærite Dominum dum inueniri potest. Neque his aduerlatur præsens sententia. Tantum modo enim prohibet earum rerum inquisitionem, quæ captum nostrum superant, quod sequens Hemistichium ostendit: Et fortiora te ne scrutatus fueris: etenim illud fortius appellatur, quod vires nostras superat.**

Et fortiora te ne scrutatus fueris. Huic sententiæ ob eandem rationem Complutenfes addiderunt aduerbium stulte hac ratione. Et fortiora te ne scrutatus fueris stulte. Fortiora vocat altiora, difficiliora. Hoc monet Paulus Rom. 11. Non plus sapere, quam oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem.

Sed quæ præcepit tibi Deus. Id est, quæ ad te pertinent: quæ præcepit Deus, vel facienda vel cognoscenda, vel quæ noluit te latere. Hanc sententiam Græca non habent: & videntur hæc ad hunc sensum addita, ne multum insudemus in his rebus cognoscendis, quæ solum ornare, & diluminare intellectum possunt: sed eis maximè incumbamus, quæ executioni mandanda sunt.

Cogita semper. Nempe continuo, quam fieri possit frequenter. Hac enim ratione aditum curiosus cogitationibus obturabis. Ergo abiicienda earum rerum cura, quæ ad nos non pertinent. Optime enim Bernardus: Ingratum est Spiritui sancto, quicquid ei obtuleris, neglecto eo, ad quod teneris. Et Augustinus. Sunt qui desertis virtutibus, magnum aliquid se agere arbitrantur,

Psal. 104.
Col. 3.
Esaiæ 55.

Rom. 8. 11.

Bernardus
August.

arbitrantur, si uniuersam hanc corporis molem, quam mundum uocamus, curiose perscruentur. Et Richardus. *O quanti ueritatem querunt, non in ueritate, sed in uanitate.* Et Gregorius magnus. *Grane curiositatis est uitium, quod dum mentem circa aliena, & externa occupat, eam sibi semper abscondit.* Hæc autem inquisitionis moderatio sobrietas mentis apud Paulum appellatur Romanorum 12. *Non plus sapere, quam oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Sicut enim cibi, potusque subfarcinatio vires corporis obruit, animi facultates ad sua munera obeunda inhables reddit, frequenter infirmitates asciscit, non aliter curiosa rerum disquisitio animi vires pessundat. Ita enim habet Hugo Cardinal. ad hunc locum. *Altiora, quæ transcendunt intellectum: & quanto magis intelliguntur, eo minus apparent, unde Psalm. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.*

Et in pluribus eius operibus ne fueris curiosus. Videlicet in eis, quæ ad nos non pertinent, quæ pleraque sunt, vel in eis, quæ nos implere non tenemur, vel quæ nos latere uult Deus. Hæc pars Græcis non extat.

Non est enim tibi necessarium, ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

Rationem præteritorum reddit. Docuerat non incumbendum uanis, & curiosis rerum inquisitionibus, his uerbis dicti rationem reddit: nempe, quia necesse non est ea quæ uel Deus occulta esse uoluit, uel natura abscondit, inuestigare. Nam quæ ad nos aliqua ex parte pertinere possunt, ea nobis Deus coram inspicienda obiecit.

Tigurina. *Non enim opus est, ut oculis tuis arcana præuideas.* Quædam enim obuoluit Deus caligine, ut dictis eius fidere assuescamus.

Non enim necessarium, nam cum Deus celauerit, testatum reliquit se nolle ad hanc rerum cognitionem homines obligare.

In superuacaneis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius operibus non eris curiosus.

In superuacaneis rebus. Et remedium offert ad cohibendum immoderatum appetitum cognoscendi opera Dei efficacissimum. Quasi dicat, res inutiles & superuacaneas, noli variis modis perscrutari, omnesque ut aiunt ad uinguem examinare, & hoc pacto plura Dei opera curiose non inuestigabis. Qui in rebus parui momenti solet esse curiosus, in multis Dei operibus curiosus erit. Ergo ut curiositatem, in operibus Dei frænemus, assuescamus in aliis rebus immoderatum inquirendi laborem cohibere, ut in pluribus Dei operibus, quæ ad te non pertinent, non sis curiosus, disce in rebus superuacaneis, quæ ad te non attinent, animum frænare.

Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.

Dixerat non omnia quæ Deus fecit perscrutanda, nec curiose inquirenda, huius rei rationem reddit his uerbis. *Plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi.* Id est, plura quam sensus hominis capere possit, Deus ostendit. Unde si hæc omnia disquirere uelis, prorsus necesse est, ut mens euagetur, & fessa succumbat, fauent Græca, ad quæ latina referenda sunt: plura enim quam sensus hominum capiat, ostensa sunt tibi.

Plura enim, &c. Alium sensum meditati sunt nonnulli latini, sed inconsultis exemplaribus Græcis, scilicet: quid ea, quæ Deus occulta esse uoluit perscrutari, cum magnam disquisitionis segetem offerant, ea, quæ Deus obtulit humanis obiecit? Ergo his contentus ab aliis, quæ occulta sunt, mentem cohibe, fauet Tigurina, quæ hac ratione præsentem sententiam, cum præcedenti coniungit. *Plura negotijs tuis, ne cura, nec superuacua scruteris multifariam: nam plura, quam pro humano captu, tibi sunt patefacta.* Id est, cum aliqua pro modulo tuo temperata Deus obiecerit tibi, alia uero à te celauerit: illis contentus, ab his abstine. Vel est sensus. Cum tibi plura, quam aliis (alloquitur enim uirum sapientem) Deus reuelauerit, & ostenderit, ut quid fixa à Deo disquisitionis repagula transilire meditaris. Dionysius Carthusianus. *Plura enim supra sensum hominum ostensa sunt tibi, id est, Deus in scripturis plura te docuit, quæ intellectum tuum excedunt, propter quod proponuntur tibi.* Ergo iuxta hunc auctorem hic est sensus. Plura in Scripturis sanctis credenda proponuntur tibi, quæ discutere nefas est, Paulus de Palacio: ó tu qui Euangelij felicia tempora es assequutus, cogita, quanto maiorem mysteriorum cognitionem Deus Christianis obiecerit, quam quondam eis, qui sub Mosayca lege uitam traduxerunt, ergo his contentus noua inuestigationi modum pone. De his enim dixerat Esaias 45. *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, ut scias quia ego Dominus.*

ETHOLOGIA XLI.

Carpuntur curiosius abdita inuestigantes.

Uersus 22. 23. 24. 25. Eos carpunt, qui curiosius inuestigant abdita, & arcana mysteria, præcipue quæ ad Deum pertinent. Non est animus in Theologos, aut Philosophos desauire, qui multa subtilitate Dei, & naturæ secreta rimantur, maiorum auctoritatem, & fidei lucem præferentes. Hoc nostri temporis nouatores faciunt damnantes quod non intelligunt & instar nocturnarum auium lucem non ferentes. Eos tantum exosos habet nostra Ethologia, qui aliena placita despiciunt, & uolare alienis alis nituntur. Hac in re multus est Philo nonnulla feligam. lib. 1. de Allegorijs legis, quærit quare homini animam rationalem Deus indiderit media inspiratione, Genes. 2. *Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ.* Nempè responderet Philo eundem hominem, quem animabat, docere uoluit qua ratione posset animam rationalem exercere, abdita, & arcana penetrare, scilicet, si Deo magistro utatur, si Dei uerba suscipiat. Dei anima, & halitus necessarius est, ut anima rationalis ad rerum difficilium cognitionem perueniat. Sicut enim spiritum rationalem non haberemus nisi Deus inspirasset, ita & eius cognitionem habere non poterimus, nisi ipse suum fauorem animo nostro inspiraret. Audi Philonem. *Tria enim hic requiruntur, quod inspirat, quod inspirationem capit, & quod ex inspiratione accipitur.* Deus inspirat, mens inspirationem capit, Spiritus ex inspiratione accipitur, quid ergo ex illis colligitur? *Unio fit horum trium porrigente Deo à se ipso, manentem uim per medium spiritum uiuque subiectum. Hic quid aliud nisi & cogitatione recipimus eum? Alioquin quomodo anima Deum intellexisset, nisi ipse inspirando attingisset eam, quantum fieri potuit? Neque enim ausa fuisset humana mens tam alte ascendere, aut attentare Dei naturam nisi Deus ipse trahenda subleuasset eam*

Richard. Cogor.

Rom. 12.

Hugo.

7.

VERS. 23.

1.

2.

3.

VERS. 24.

1.

VERS. 25.

1.

2.

Dionys.

Esaiæ 45.

1.

Gen. 2.7.

Philo.

etiam ad seipsum quatenus fas erat humanum intellectum subleuasset.

2.

Genes. 3. 8.
Genes. 2. 9.

Genes. 3. 8. *Abcondit se Adam, & vxor eius à facie Domini in medio ligni paradisi.* Scilicet in medio eius ligni de quo sic supra dixerat. cap. 2. num. 9. *Lignum etiam vite in medio paradisi lignumque scientia boni, & mali.* Ergo sub arbore se abscondit Adam & vxor eius, quia illi qui nimium sibi fidunt, & proprio iudicio maximè nituntur illi maximè à Deo se abscondunt. Qui ergo Deum non fugit, qui diuinitatem non affectauit, qui à Deo non vult latere, qui à paradiso timet exulare sub arbore scientia non delitescat. Hoc item ex Philone dixerim lib. 2. Allegoriarum his verbis. *In medio, inquit, arboris paradisi, hoc est in medio intellectu, quia ipse est tamquam medius paradisi, scilicet totius anima, nam quisquis à Deo fugit, confugit ad se ipsum. Cum enim duo sint intellectus, alter vniuersalis, qui est Deus, alter sensus cuiusque. Quisquis à Deo fugit, confugit ad vniuersalem. Talis autem relicto intellectu proprio fatetur, nihil esse intellectum humanum ad Deum omnia referens, contra quisquis fugit ad Deum, negat eum causam vilius rei, sibi ipsi quod facit tribuens.*

3.

Exod. 31. 2.

Postquam Deus in monte docuit Moysen fabricam tabernaculi, & qua ratione effingenda essent, singula quæ ad illud pertinebant, tandem ait ad eundem Moysen cap. 31. Exod. *Ecce vocauit ex nomine Beseleel filium Uri, &c.* Huic Beseleel iubet Deus vt committat Moyses fabricam tam tabernaculi, quam eorum, quæ ad tabernaculum pertinebant. Cum tamè non huic artificis, sed Moyse horum omnium exemplaria in monte Deus ostendisset. Satius enim videbatur, vt artifex ipse Beseleel montem ascenderet, & à Deo acciperet integram rerum faciendarum rationem. Ad rem nostram hoc Dei factum transtulit Philo libr. 2. de Allegoriis legis. Non quilibet aliquis dignus est, qui immediatè à Deo doceatur, sed vnus Moyses, id est, illi qui præclari sunt virtutibus, & sanctitate. Reliqui verò non tantum sibi arrogent vt immediatè à Deo doceri velint, sed ex ore Moyse Dei iussa capebant. Adducit item Philo ibidem verba Numerorum 12.

Num. 12. 6.

Cum Aaron & Maria durius contra fratrem Moysen loquuti fuissent his verbis eorum audaciam repressit Deus. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum, at non talis seruus meus Moyses qui in omni domo mea fidelissimus est, os enim ad os loquitur ei, &c.* Quibusdam, id est, imperfectis Deus per ænigmata innotescit, alii, id est, sanctissimis viris palam apparet, oportet ergo nos illorum dicto tamquam ex tripode suscepto, nec nostræ inquisitioni multum fidere Philonis verba licet longiuicula subscribo. *Qui ita colligunt, per umbras Deum percipiunt, animaduertentes artificem per ipsius operam. Sed est alius perfectior, puriorque intellectus magisque mysterijs initiatus qui non ex operibus causam cognoscit, quasi ex umbra solidum corpus, sed demergens supra creatura omnia manifestè increatum contemplatur, vt ipse per se comprehendat eius, & hoc est verbum eius, & mundum hunc vniuersum, hic est Moyses ille qui loquitur: ostende mihi te ipsum, manifeste te videam, &c.* Et infra. *Quamobrem Moysen vocauit, & loquutus fuit, ei Deus: Beseleel item vocauit, sed non similiter, verum illum cognitionem Dei percipientem ex ipsa summa causa, hunc autem tamquam ex umbra ex creaturis opificem ratione colligentem. Quapropter inuenies tabernacula, & vasa eius omnia à Moysè, deinde à Beseleel delineari, paratæque. Moyses enim exemplariorum est artifex. Caterum Beseleel imagines eorum exprimit. Nam Moyses Deo monitore vri-*

tur iuxta exemplar, quod ostendi tibi in monte omnia facias. Beseleel autem Moysè, & merito. Quia, & Aaron, hoc est ratio, & Maria, hoc est, sensus insurgentes contra eum, diserte audiunt, si quis fuerit inter vos Propheta Dei in visione, & umbra apparebo ei Deus, non manifestè. Moysè vero, quia fidelis est in tota domo mea os ad os loquetur, non per ænigmata.

Manna de quo Exod. 4. 16. apertè sapientiam significat, de cælo depluit, quia à Deo exigenda est sapientia, & quisquis sui ingenij dexteritate nixus à Deo non requirit, labitur. Item iuxta mensuram datur vnicuique, alioquin in vermes putrescit. Quisquis magis sapit, quam oporteat sapere desipit, vtrumque notauit Philo libr. 2. Allegoriarum his verbis. *Vident alimenta anima non terrena, & corruptibilia, sed verba quæ Deus pluit, sublimes puraque natura, quæ nunc cælum nominantur. Egrediatur sane populus, & omnis catus anima, incipiatque colligere scientiam, non acruatim, sed quantum sufficit in diem, sic enim fit primum, vt ne simul, & semel exhauriantur immensa opes gratia Dei: sed exundet torrentis in morem deinde, vt quisquis sumpta mensura, quæ sufficit, reliquorum dispensationem permittat Deo, qui vero vult omnia colligere desperationem sibi parat, & molestiam maximam. Desperat enim si nunc tantum, non etiam in posterum, sperat sibi pluiturum commoda: & infidelis est, si non credit, & nunc & semper gratiam esse dandam, copiose his, qui digni sunt. Et demens est si putat se posse inuito Deo seruire, quæ collegerit, paruo enim momento eum, qui securitatem, conscientiamque mentis sibi arrogat per iactantiam infirmum reddit, incertumque custodem rerum, quæ seruire sibi videbatur: collige ergo omnia, quæ sufficiunt & conueniunt, vt neque plus satis exuberent, neque infra modum collecta inopiam offerant.*

Deuteronom. 20. 8. Variis de causis milites ab Hebræorum exercitu pellebantur, & in domum se conuertere iubebantur, illa omnia ad sensum moralem perducit Philo libr. de agricultura, hi enim qui nec dum vel domum dedicarunt, vel fructum vineæ carpservunt, vel in vxoris amplexus nondum ruerunt, vel corde sunt pauidi, eos significant, qui prima scientiarum rudimenta vix attigerunt, hos autem arcet oraculum à sacro bello. Ergo qui in sacris litteris non multum versatus est, vel in illis, & profanis non multum profecit, non audeat cum hæreticis de sapientioribus hominibus manus conferere. Atqui dixerit aliquis (ait Philo) cur non ô mirande, non hos præ cateris in bellum emittis, & acies quibus vxores, domos, vineas, aliisque possessionibus sunt locupletes, pro quibus tuto retinendis pericula, vel gravissima tolerabunt facile? Nam isti quibus nihil tale est cum nullum habeant pignus virtutis necessario non eadem vtuntur industria? An hoc te monet, ne forte qui non percepervunt fructum è suis possessionibus, ne in posterum quidem percipiant, at qua potest esse bello victis è suis prædijs utilitas? Sed non vincuntur, mulètabuntur igitur ob desertam militiam. Postquam verbis prædictis quæstionem mouit Philo, vt iuxta anagogen diuersa tyronum genera per hos, qui à bello expelluntur significari præmisit, tandem subdit. *Harum principia ferme ad pueros attinent, sicut enim procus nondum est vir, erit tamen, eo modo quicumque bona indole præditus generosam castamque virginem ducturum se sperat eruditionem, moxque procum agit. Sicut enim huius cura est incrementum stirpium, ita discendi studiosus dat operam, vt prudentia contemplationes angeantur plurimum. Postremo perfectiones ad adificium domus absolutè, sed nondum consolidatæ. Omnibus tamen his tam imperfectis, quam insipientibus, & proficientibus conducit vitam sine contentione agere, & abstinere à Sophistarum dimicationibus*

tationibus turbulentam litem ad subuertendam, adu-
randamque veritatem, semper meditantibus, quia veritas
pacem amat, quam illi prosequuntur odio, quod si descen-
derit in hoc certamen homines simplices cum peritissimis
omnino succumbent. Incipiens quia imperitus, proficiens
quia imperfectus, perfectus autem quia nondum exercita-
tus in virtute.

6. Duo nomina indita sunt antiqui populi parenti,
scilicet Israël, & Iacob, quo duplici nomine duo
hominum genera significantur iuxta Philonem lib.
de Temulentia. Imperfectorum, & rudium alterum,
alterum vero perfectorum, & sapientum. Nomen
enim Iacob, quod interpretatur supplantator eum
significat, qui in tyrocinio adhuc versatur, quem
luctari conuenit, & digladiari. Alterum vero no-
men est Israël, quod interpretatur videns Deum,
quia diuina intueri non tyronum, nec luctantium,
sed perfectorum tantummodo est. Ergo quisquis
vel in sapientia non admodum se exercuit, vel in
virtute non profecit non audeat diuina intueri, vel
scrutari. Verba Philonis subiicio. Quando igitur me-
ditator ille Iacob exanthlans virtutum certamina per-
mutaturus erat mores pro oculis, verba pro operibus,
effectum pro perfectione, benignissimo Deo volente, illu-
strare mentis eius oculos, ut iam manifeste caperat, quod
iam auditu perceperat, oculis enim tutius creditur, quam
auribus. Insonuit ergo ei hoc oraculum non nominaberis
post hac Iacob, sed Israël erit nomen tuum, quia cum Deo
validus fuisti, & cum hominibus. Est igitur Iacob, discen-
tis, & proficitis nomen, pendens ex auditu viribus,
perfecti vero Israël, nam visionem Dei nomen id signifi-
cat. Et que virtus potest esse perfectior, quam cum, qui est
videre Deum.

7. Post submersos Ægyptios in mari rubro Deo
cecinit Moyses hymnum Exod. 15. Equum, & ascen-
sorem proiecit in mare. Quæ verba indicant ideo in
mari submersum Pharaonem, quia equo ueheba-
tur. Quasi hoc crimini dandum sit potentissimo
Regi, quod equo infidebat. Altiori sensu expono
cum Philone lib. de Temulentia. Ita se res habet,
quia equo veclus Pharaon in mare proiectus est.
Nempe intellectus equus est, si hunc prudentia
moderetur, vtilis est admodum, si vero peruicacia,
& audacia eidem fræna laxent in præceps seipsum,
& sefforem agit. Moyses quoque pariter (ait Philo)
postquam vidit Regem Ægypti iactatissimum illum cum
D.C. curribus, id est, instrumentalibus corporis motibus,
& cum triumuiris eorum perfectis, qui etiam si nihil in
rebus sit stabile, tamen putant de cunctis sentiendum tan-
quam certis, & immutabilibus. Hos inquam ubi videt
meritas impietatis poenas luisse, & suum exercitum incur-
sationem effugisse hostium, egregie præter opinionem ser-
uatum, Hymnum canis Deo vero, iustoque remuneratori
ac decemissimo, & huic felicitati aptissimo. Exorsus car-
men, quod equum, & ascensorem in mare proiecit, & in-
tellectum veclatorem a pravo quadrupede, id est, bruti affe-
ctus impetu deleuerit succursor, & protector factum, per-
fficacia anima, cui perfectam salutem impertit.

8. Genes. 11. 4. his verbis se mutuo adhortantur
homines ad ædificandam turrim. Venite faciamus
nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cæ-
lum, &c. Quæ verba ad nostrum institutum inflectit
Philo lib. de confusione linguarum. Turrim ædifi-
care conantur quæ cælum vsque pertingat: quasi
vero tota terra sufficeret, etiam si in modum tur-
ris supponeretur, ut cælum pertingere posset. Hi
sunt qui sui ingenij acumini plus æquo tribuunt,
& sibi ad cælestia cognoscenda viam sternere fas
esse credunt. Hi sapius in plano molem ædificant,
ut illi alij in campo Sennaar non in edito aliquo

loco, quia quo minus ingenio pollent, amplius se
scire garrunt: denique hanc turrim nequaquam ad
iustam magnitudinem finit Deus perducere, quia ho-
rum, qui nimium sibi confidunt conatus irritos
Deus facit. Adducit autem ad eandem rem proban-
dam factum Abelis, & Caini: nam Abel de primi-
tiis gregis obtulit, Cain vero, quod marcidum erat,
& corrosum de frugibus terræ. Sunt enim nonnul-
li, qui multa se posse assequi suis viribus confi-
dunt, hi sane significantur in Caino, qui neque
meliora offert neque primitiua: at vero, qui omnia
quæ fiunt in Deum referunt, hi sane cum Abelo de
primogenitis gregum Deo inferunt. Philonis ver-
ba subcribo. Deum autem causam esse negat, aut con-
tendit non esse primariam, ideo primitias agricultura sua
sibi reponit, contentus obtulisse Deo de fructibus. Quan-
uis exemplum salubre haberet in proximo, nam frater
eius primogenita, non secundarios gregis partus sacrificat.
Consuetus antiquissimas causas esse penes auctorem anti-
quissimum. At impius opinionem tueretur contrariam, intel-
lectum habere sua voluntatis potestatem liberam, & sen-
sum sentire quod vult Et infra. At arrogantes filij ha-
reditatem a patre acceptam cupiunt ad cælum extruere,
donec iniustitia virtutis unica vitiorum hostis aggressa cini-
tates communitas contra miseram animam, & has demo-
litur, & turrim cuius nomen in Iudicum libro scripturæ
extat. Id Hebraice dicitur Phaniel. Interpretatur autem
auerſo Dei. Nam quavis munitio, quæ per rationes proba-
bilis aſtruitur ad nihil aliud adificatur, quam ut mentem
diuertat, & desleat a cultu Dei, quo conatu, quid potest
esse iniquius?

9. Cum fugientibus hostibus instaret Gedeon, &
lassi milites cibum quærent, ipse mutuum come-
meatum quæsiuit, ab eis qui habitabant turrim
Phaniel. Ipsi vero vacuum hominem remiserunt,
quibus iratus Gedeon Iudicum 8. 9. Cum reuersus
fueri in pace destruam turrim hanc. Interpretatur au-
tem Phaniel iuxta Philonem lib. de confusione
linguarum auerſo a Deo. Nam qui sibi sapientiam
arrogant, contra Deum munitiones extruunt.
Hanc autem turrim Gedeon destruit, quia vir sa-
piens, quantum sibi noceat arrogantia nouit, vnde
hanc demolire conatur. Demolitur autem turrim (ait Philo)
Philo) cuius nomen in libro Iudicum scriptum extat, id
Hebraice dicitur Phannel, interpretatur autem auerſo
Dei. Nam quavis munitio, quæ per ratiocinationes proba-
les aſtruitur, ad nihil aliud adificatur, quam ut mentem
diuertat, & desleat a cultu Dei, quo conatu quid potest
esse iniquius? Verum contra hanc turrim depredator, &
hostis iniustitia suscipit expeditionem qui Hebraice vocatur
Gedeon, & interpretatur predomum receptaculum.
Iurauit, inquit, Gedeon Phanelitis dicens: cum victor in
pace reuertar, diruam turrim istam. Egregia comminatio
decens animam hostiliter affectam erga malos, & im-
pios: fore ut subruantur omnes rationes, quæ ducunt ad pie-
tatem, & solet ita fieri. Cum enim mens conuertitur, de-
struitur quod auersum fuerat. Et quod iure mireris huius
demolitionis tempus air esse non bellum sed pacem: mentis
enim subtilitate, quieteque, quam pietas solet parere, sub-
uertitur omnis ratiocinatio, quam struxit impietas. Sunt
enim multi qui sensum turris immobilem extollunt tempo-
pore, ut ad cæli fines pertingat. Ergo notat Philo Ge-
deonem non belli sed pacis tempore hanc turrim
subuertisse: scilicet cum variis vitiorum fluctibus
obruimur non cognoscimus quantum a vera sa-
pientia distemus, si vero pacata sint omnia hæc nos
cognitio subit.

Genes. 22. immolaturus filium pergebat Abra-
ham: Cumque duo pergerent simul dixit Isaac patri suo:
pater mi: at ille respondit: quid vis filii? Ecce inquit ignis,

Philo.

Iud. 8. 9.

Philo.

10. Gen. 22. 6.

Et ligna ubi est victima holocausti? dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti fili mi. Hoc loco Isaac personam eorum gerit, qui curiosius in quaestiones profiliunt ad se non pertinentes, si fides Philoni lib. de profugis. Pater autem, qui filij disquisitionem ad Deum reducit, eorum induit personam, qui sibi non fidentes, nec sensibus suis nisiu tribuentis curiosas interrogatiunculas auersantur. Ergo si quis à te quaesierit, quod nullam affert vtilitatem, hunc ad Deum referet, docéque à Deo quaerere. *Ecce ignis, & ligna (ait Philo) sed ubi pecus in holocausti materia? Aliter enim respondentem, Deus providebit sibi victimam, mi puer ac mox inuenientem suppositam. Et ecce arietem cornibus haerentem in frutice sabeth. Videamus quid à dubitante quaratur, quid respondens ostendit, 3. quid inuenitur. Percontatio talis est: ecce ignis causa efficiens, ecce ligna materia patiens, ubi effectus quod requiritur 3. Ac si dicat. Ecce intellectus calidus, candensque spiritus, ecce intelligentia, tanquam materia, sed ubi 3. illud, videlicet intelligere? Rursus ecce visus, ecce color, ubi videre? Et in uniuersum ecce sensus index, ecce obiecta eius materia, ubi ipsum sentire? haec sciscitanti par est respondere: Deus sibi ipsi providebit: nam illud 3. Dei proprium est, ipsius enim providentia, intellectus percipit, videt visus, sentit sensus quilibet, sed aries inuenitur haerens, hoc est, ratio quiescens, & assensum cohibens, optima enim victima est quies, & basitania in his rebus, quarum certa fides non est. Nam scriptura hoc tantum dicit, ei nota sunt omnia, qui clarissima luce sibi ipsi illustrat omnia, quarum, certa fides non est. Nam scriptura hoc tantum dicit: Deus videbit, cui nota sunt omnia, de cetero apud creaturam magnum silentium est, quae magna caligine funditur, in tenebris autem nihil tutius quam quiescere. Duo insuper notanda mihi circa haec verba Philonis. In primis Deum promissis ab Abrahamo non defuisse. Cum enim curiosius quaerentem in Deum retulisset, certus ipse de Deo, inquit: Dominus providebit sibi victimam fili mi, nec eum mens fefellit, sed Deus ei arietatem obiecit loco filij maectandum. Scilicet ille, qui in Deum refert si quid dubitat, & ab eo quaestionum difficilium solutiones expectat, numquam fallitur, sed Deus iuxta mentem, & fidem illius respondet. Insuper aries ille haerens cornibus ostenditur, & quasi vepribus alligatus, ne se mouere possit, quia in rerum abdita rum consideratione quiescere debemus, nec multum laborare in eis, quae nostrum captum excedunt. Rem probat Philo apto exemplo, qui enim tenebris circumfusus est non audet se mouere ne impingat. Ergo securitas in quiete est eis qui tenebris obsepuntur, periculum in motu. Humano intellectu denso tenebrarum caligo offusa est. Ergo donec de caelo lux afflugeat, quiescamus, & multa cum cautela difficiles quaestiones aggrediamur, ne impingamus. Tum etiam haec quies omnium victimarum optima à Philone dicitur, quia hoc maxime in nobis Deus desiderat, ne scilicet curiosi simus, tamen aries inter vepres haeret, qui curiosus multis curis pungitur.*

II.
Exod. 24. 6.

Exod. 24. 6. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Sanguis, qui ex hostiis profluit sapientiam significat iuxta Philonem lib. Quis rerum diuinarum haeres. Huius autem sanguinis dimidia pars craterae imponitur, pars altera altari infunditur. Scilicet non oportet, ut nos nobis omnia committamus, nec tanti acuminis nostros sensus iudicare, ut omnia possimus, certo intuitu discernere. Bona pars Deo reseruanda est, & altari infundenda. Nec minus mirandum est (ait Philo) victimarum san-

Philo.

guinis aqua distributio, quem summus Pontifex Moses ex natura prescripto diuisit: sumptum enim dimidio sanguinis, dimisit illum in crateras, reliquum vero dimidium, profudit eum apud altare: ut ostenderet esse duplex genus sacratae Deo sapientia, alterum diuinum, alterum humanum; & diuinum quidem esse syncerum, nullam mixturam vitiatum, quamobrem Deo syncero, atque inpermixta unitati libatur, humanum vero mixtum temperatissime profundit, & dispergit in nostrum genus mixtum temperatum, compositum, quod inducit membrorum, morumque temperamenta, & concordiam.

Exod. 12. 3. Sin autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum. Mauult Deus, ut vicinus vocetur ad mysticam carnem, & ad agnum comedendum, quam quod pauper familia nimio cibo se ingurgitet. Et si enim Paschales sint epulae, si tamen ultra debitam mensuram assumantur, & stomachum grauant, & morbum inferunt. Ergo non modo temperare oportet circa scientias saeculares, & his modum adhibere. Verum & erga sacras facultates moderate incumbere. Haec enim, quia sacratiores dum honestius appetuntur, frequentius nocere solent. Haec ex Philone sumpti lib. Quis rerum diuinarum haeres. his verbis. Similem analogicam aequalitatem, licet inuenire in Pascha, ut vocant, est autem Pascha quando anima brutos affectus meditaturo dediscere, & rationalem animam tranquillitatem, vltro aduocat. Praecipitur autem sic, si pauci fuerint in domo, adeo ut non possint agnum assumere, assumatur vicinus proximus, pro animalium numero, ut supputatione facta cedat cuique sua portio, qua, & dignus est, & indiget. Cum autem agri nouelli coloni diuiduntur, maior portio pluribus, minor paucioribus attribuitur, quod iniquum videtur parua multis, magna vero paucis tribui, magnitudinis eius non capere.

Genesis 26. puteos tres dicitur fodisse Isaac, ubi repertae sunt aquae, tandem quartum puteum fodit nec aquam inuenit. Ad rem propositam deflectit factum libro de infomniis Philo. Ex quatuor elementis mundum dicit componi, scilicet terra, aere, aqua, & caelo, nam ille à ratione elementorum ignem reicit, vel saltem per caelum, & aether ignem intelligit. Tria igitur elementa priora, nostris obtutibus subiacent, atque ita de illis multa disquirere fas est, at vero de quarto elemento, id est, de caelo, nihil omnino differere possumus, nos praeterit, nostrum praeterrolat intellectum. Etenim licet de rebus corporeis nonnulla disquirere possimus, verum altiora, & magis abdita, quae caelestia sunt, & diuina omnino ignoramus. Proximum fuerit (ait Philo) considerare, cur quatuor effessis puteis per Abrahami, & Isaacchi domesticos, quarto eideque vltimo, iuramenti nomen inditum est. An illud forte subindicare vult, quod cum omnino quatuor elementa sint, ex quibus constat hic mundus, & in nobis ipsis totidem, ex quibus formati sumus, in humanam speciem, tria possunt intellectu percipi. Quartum vero est incomprehensibile omnium iudicio. Quandoquidem in mundo insunt haec quatuor, terra, aqua, aer, caelum: ex quibus caetera tamen si difficile percipi possunt, quartum vero est incomprehensibile hominum iudicio. Et paulo inferius subdit: haec est causa cur puteus aridus iuramentum nominatur, quod quarti huiusmodi elementi inquisitio infinita est, & inperspicua. Iuxta eandem anagogem exponit Philo ibidem illud Genes. 24. 35. Quarto concepit, & peperit filium, & ait: modo confitebor Domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam, cessauitque parere. Quarto loco, edit Lia Iudam, quae post partu parere desinuit, Iudas quarto loco natus caelum, id est, quartum elementum significat. In cuius inquisitione defatigatur noster intellectus, neque quid

quidquam assequi potest, quod cæleste sit, & spirituale. Licet enim quodammodo hæc terrena oculis lustret, eorum naturas, & varia accidentia assequatur, verumtamen cælestia, & spiritualia humanum caput omnino excedunt. *Quin, & virtutem Liam* (subdit Philo) *audiuimus post editum quartum filium desisse parere, non essetam, sed cessantem, vel potius reuertam aliquandiu, sensit enim, vt opinor, vim pariendi elanguisse in se, quando Iudam, hoc est, confessionem perfectum factum protulit.*

Cum Iacob apud fratrem Esau offendisset, ob præreptam benedictionem his verbis eum affatur Rebecca Mater Genes. 27. *Vade ad Laban fratrem meum in Aran habitabisque cum eo dies paucos.* Ad sensus morales rem perducit Philo lib. de insomniis. Rebecca patientia interpretatur, Iacob illum, qui se exercet significat, Laban vero sensus nostros materiales adumbrat. Ergo oportet vt per aliquod tempus, qui se exercet, demoretur in harum rerum materialium consideratione, nec statim altorum rerum considerationi se fidat. Mittitur autem à matre patientia, quia oportet patienter ferre moram quam in his rebus inferioribus cognoscendis, trahit. Verum ab eadem matre tandem reducitur in paternam domum, quia cum in his inferioribus cognoscendis aliqualem moram traxit, tandem ad superiora euehitur. *Laban enim* (ait Philo) *non speciem, non genus, non idæam, non aliud quidquam ex his, qua solo intellectu comprehenduntur, sed a rebus manifestis tantum pendens in conspectum, auditumque, & similes potentias veniunt, ciuitatis in iu Charris habet, ubi amator virtutis Iacob, & peregrinus non diu habitat, semper de redditu cogitans. Eum Rebecca mater, id est, patientia sic alloquitur: surge, vade ad Laban fratrem meum in Charras, & habita cum eo dies aliquot, ad breue temporis spatium propter necessitates compositi corporis, longa autem ciuitas, & vita ei seruetur in ciuitate illa intelligibili. Quamobrem opinor & auis eius à scientia denominatur Abraham non diu in Charris durare potuit.* Expende verba illa Philonis. *Quamobrem, &c.* Primo Abraham egressus de Vr Chaldæorū, & habitauit tempus aliquod in Aran, quam hic Philo vocat Charras, vt habes Genes. 11. 32. *Veneruntque vsque Aran, & habitauerunt ibi.* Nec diu ibi persistere passus est Deus, nam inde non multo post extraxit eum. Genes. 12. Scilicet postquam aliquantum temporis in Aran commoratus est, tandem eum inde extrahit Dominus, & regionem aliam ei ostendit. Nempe iuxta Philonis anagogem oportet, vt prius his rebus materialibus incumbamus, vt ad ea, quæ altiora sunt gradum facere possimus. Moritur autem Thare Pater Abraham in Tharan, quia nisi prius Pater noster moriatur, id est, affectus noster, nequamquam nos Deus extrahet à rerum materialium cognitione, nec ad cælestia deducet. Hanc analogiam disertè prosequitur Philo his verbis. *Legitur autem eum natum anno septuagesimo quinto, quando hanc ciuitatem reliquit, quamuis pater Thara, qui interpretatur odoris speculatio vsque ad obitum ibi vixerit. Diserte enim in sacris litteris dicitur Thara in Charris, mortuum siquidem speculator virtutis non cibis, odoribus, non alimentis fruebatur, nondum idoneus, vt saturaretur prudentia, imo vel degustaret, sed tantum olfaceret. Quemadmodum enim canis venaticus, aiunt, è longinquo ad feras peruenire odorem sequutus, cuius eximio sensu à natura sunt præditi, eodem modo à iustitia, cæterisque virtutibus exhalantes suaves auras amator scientia vestigat, cupiens originem tanta voluptatis assequi, illuc cursitatis, & vel ipsò honestatis odore, tanquam sacro nidore se recreans.*

Sæpius Deus in scriptura dicitur nobis occurrere, passim obuia sunt exempla, vnum pro multis offeram Exod. 4. 24. *Cumque esset in itinere in Ægypto occurrit ei Dominus.* Scilicet Moyse in Ægyptum eunti, si fides Philoni lib. de insomniis hoc est, discrimen inter venire, & occurrere, quod is dicitur venire, qui data opera ad nos accedit, ille vero occurrere, quem casu conuenimus. Ergo Deus nobis occurrit, alia ad nos veniunt, quia frustra damus operam, vt Deum adeamus, & nisi prius ipse se nobis ostendat, in cassum eum quærimus. Effugit enim nostrum conatum, superat nostrum captum. *Illud autem* (ait Philo) *egregie dictum est, non venisse in locum, sed occurrisse, venimus enim sponte, occurrimus sape inuitati, quando repente Dei sermo allucens inspectatum gaudium spe maius anime desolata comes futurus porrigit: nam & Moyses, vt occurrat Deo ducit populum gnarus venturus ex improviso, & inuisibiliter ad desiderantes occurrere.*

Psal. 14. Hæc de viro iusto verba habes. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Quædam veritates oportet, vt animo asferuentur interius, quædam vero exterius prodere conuenit. Hoc faciendum est iuxta captum eorum, qui audiunt. Nimirum si parum in virtute, & sapientia profecerint, oportet, vt eorum magister obscuriora mysteria corde premat neque in discipulos euulget. De quo dicitur. *Qui loquitur veritatem in corde suo.* Id est, qui nouit corde premere difficiliora mysteria, cum auditores ad audiendum non sunt idonei. Cum vero ad eos rationem habemus, qui multum in virtute, sapientiaque profecerunt, tunc intimos animi sensus promere licet. De quo subdit posterius Hemistichium. *Qui non egit dolum in lingua sua.* Id est, qui sapientiam, quam corde retinebat etiam in auditores suos effluere fecit, quando scilicet, quæ dicebantur tenere poterunt. Hunc sensum affigit his verbis Basilius ibi. *Forsthan sententiola hæc, & tale aliquid nobis repræsentat, quod ea, quæ de veritate sunt, hoc est mystica, loqui conuenit, non cum quolibet, secum proximo, hoc est, non proponenda, illa esse vulgo, sed narranda his qui in mysterijs, & sacramentis communicauerint.* Hæc Basilius, expende illud proximo. Id est, ei qui prudentia, & sapientia magistro proximus est abdita mysteria dicere licet.

Eundem sensum iuxta mysticum intellectum habent verba illa Psal. 32. *Ponens in thesauris abyssos.* E contra dicendum videbatur. Ponens thesauros in abyssis, sed iuxta anagogem iure dictum, notat Basilius ibid. Nempe thesauros vocat homines multa sapientia & prudentia, pietatèque conspicuos, in his ergo thesauros ponit, quia his sacra mysteria pandit: ab alijs vero, qui minus sapientia pollent, neque pietate illustres sunt, omnino abscondit. Basilius verba subiicio. *Ponens, inquit, in thesauris abyssos, communi sententia magis congruere videbatur si dixisset: ponens in abyssis thesauros, hoc est in mysterio, & arcana suas diuitias continens. Nunc autem quasi quædam pretiosa digna diuinis thesauris abyssos dicit esse. Non satis scio an ipsa rationes, quæ de diuino sunt iudicio arcana quedam ille nec ulli arcana menti comprehensibiles, hic vocentur abyssos, propterea quod rationes hæc diuina, tantum agnitioni reseruate sunt, quibus singula dispensantur. Quod enim iudicia singulorum abyssos vocata sunt in alio Psalmo didicimus: iudicia tua abyssos multa. Si igitur quæris, an peccatoris vita pro-rogetur, iusti vero incolatus huius dies abreuerentur, quare iniustus prosperatur, iustus affligitur, &c. Hæc sane omnia cum inciderint menti tua, fac memineris, quod iudicia*

15.
Exod. 4 24.

Philo.

16.
Psal. 14. 3.

Basilius.

17.
Psal. 32. 7.

Basil.

dicia Dei sunt abyssus. Et quod in diuinis recondita sunt, & inclusa thesauris, neque quibusuis facile comprehensibilia, & credenti quidem ex Deo promissio est: dabo tibi thesauros absconditos inuisibiles.

18.
Ioan. 10. 27.

Ioannis 10. 27. *Ones mea vocem meam audiunt. Expende cum Basilio homil. 27. verbum illud audiunt, non ait inuestigant, aut curiosius rimantur, subtilius disputant. Falluntur enim illi qui putant sese posse subtiliori disquisitione diuina arcana penetrare, hoc non fit curiosa disputatione, sed humili subiectione. Hec denum est (ait Basilius) cognitio Dei, obseruantia videlicet preceptorum Dei, non inanis illa curiositas, non essentia Dei, & supra mundanorum inuestigatio, non rerum inuisibilium inuestigatio. Cognoscunt me mea, & cognosco meas. Satis sit scire pastorem esse bonum, animam suam posuisse pro omnibus. Terminus hic sit diuine cognitionis. Quantum vero sit Deus, & qua illius mensura, & qualis essentia, talia sciscitanti sunt periculosa, ei qui rogatur perplexa, & talium medicina est silentium.*

Basil.

19.
Esa. 7. 2.

Basilii in capit. 7. *Esaia. Requieuit Syria super Ephraim. Et inferius. eo quod consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romelia. Ipse vero paulo aliter legit, nempe. Consensit Aram cum Ephraim, & stupore commota est anima eius. Adducit vero ad sensum moralem hoc bellum quod Ephraim contra Iudam mouit. Nempe Ieroboam decem tribus occupatis ne populus disfluere ad adorandum Deum in Ierusalem, vitulos aureos conflauit, & populo adorandos dedit. Iuxta anagogem ille vitulos aureos fingit, qui vano verborum splendore permotus eloquentiam colit, & se scire aliquid putat, cum orationem concinnare nouit. Basilij verba subiungo agentis de Ieroboam. Hic vaccas aureas commentus est, & effinxit, festosque dies illis attribuit ex corde suo confictos. Cum igitur oratio cuiuspiam Gentilis magnum quid inclamans se implicauerit haeretico, & a veritate aberranti, per captiosas, & dialecticas argumentationes, tunc Aram dicitur conspirasse cum Ephraim desiderio habens demoliri substructiones domus David, & expugnare locum cultura verissime Dei.*

Basil.

20.
Psal. 32. 4.

Psal. 32. *Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide. Basilius in scholiis huius loci notat dictionem illam in fide, id est, non nobis obicit Deus mytheria sua discutienda sed credenda. Ergo ne quis multa curiositate Dei arcana rimetur, sed potius caeco quodam ductu erga illa feratur, & fidem dicenti Deo adhibeat. Audi Basilius. Quonian rectum est verbum Domini, iuste, inquit, omnia gubernat omnium Dominus. Et proposui vobis operum suorum contemplationem ad credendum, non autem ad curiose quomodo facta sint inuestigandum, libet, ut quae ab ipso sunt citra curiositatem probemus, & vitia quidem curia habeamus: hanc vero misericordia, & iudicio ornemus.*

Basil.

21.
Exod. 8. 15.

Exod. 8. 15. *Percussit Moyses Aegyptum immittis cyniphibus, quam plagam ad sensum moralem deducit Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 33. his verbis. Iuxta anagogem puluerem terra percutere & cyniphes facere est, in condemnationem superbi hominis, qui vtiq; pulvis est, talia in scripturis verba facere, quae sensus audientium, quia intelligere digni non sunt a vero repellant, quemadmodum cyniphes & oculis ne videant, & auribus ne libere audiant molesta, atque importuna existunt. Ergo hoc muscarum genus iuxta verba Ruperti nimis curiosos homines designant. Scilicet oculis nocet pulvis, cyniphes vero dormientibus obstrepunt, & somnum excutiunt. Proculdubio isti homines sibi ipsis offiunt, & dum oculorum suorum aciem acuere conantur, puluerem, & tenebras sibi iniiciunt. Auditui quoque nocet, dum*

subtiliora quam par est, audire concupiscunt, ob hoc non ex alio quam ex puluere cyniphes fiunt.

Non comedetis ex eo crudum quid, neque coctum aqua, sed tantum assum igni. Hoc de agno Paschal. Exod. 12. 9. iuxta Rupertum lib. 2. in Exodum cap. 1. ille crudum agnum deuorat, qui nihil aliud credit, quam quae oculis spectat; ille vero aqua coquit, qui nimis curiose Dei arcana rimatur. Ergo media via nobis incedendum est, ut neque crudum deuoremus, neque aqua decoquamus. Igne assatur in altari (ait Rupertus) operatione namque Spiritus sancti panis corpus, vinum sit sanguis Christi, sed istud non capit humana sapientia. Repellitur ergo illa non tam sapientia quam curiositas dum repetendo dicit, non comedetis ex eo crudum quid. Crudum namque comedere nihil aliud est, nisi quod videtur estimare, & coctum aqua comedere est, quomodo sit velle carnaliter diiudicare, sed comedetis, inquit, tantum assum igni, id est, totum attribuetis operationi Spiritus sancti, cuius effectus non est destruere, vel corrumpere substantiam, quamcumque suos in usus assumit, sed substantiae bono permanenti, quod erat, inuisibiliter addiscere quod non erat. Idem Rupertus inferius cap. 12. exponit verba, quae de ritu comedendi eundem agnum subdit Scriptura. Caput cum intestinis vorabit. Per caput intelligit arcana mytheria, per intestina captu facilia, ergo, haec, & illa voranda, id est, mente tenenda, sed non ab eisdem, familia enim Ecclesiam, & fidelium congregationem significat, in qua qui sapientiores sunt caput vorant, quod simplicioribus non licet, his mollia intestina capienda seruantur, id est, quae facilia sunt. Caput cum pedibus (subdit Rupertus) & intestinis vorabit. Hoc facere omnes communiter possunt, singularim quippe adimplere non possunt. In magna enim, & in parua domo sunt, & perfecti, quorum sit solidus cibus, quale est osseum caput, sunt, & paruuli, quorum infirmo dente vix intestina mollia terantur. Denique caput vorare est alta diuinitatis Christi eloquia viriliter capere, verbi gratia, quale est illud, in principio erat verbum, & Deus erat verbum. Pedes vero vorare est, neque illud ignorare, quia verbum caro factum est. Eodem recidit teste ibidem Ruperto quod de eodem agno additur. Si quid ex eo remanserit igne comburetis. Id est, si quid ex his, quae vobis credenda proponuntur vestrum captum, & intellectum excedat, igne comburetis, id est, Spiritus sancti vi factum credite. Sed quia valde difficile est (addit Rupertus) ut nihil ex eo remaneat igni comburimus, quando hoc de mysterio incarnationis eius intelligere, & penetrare non possumus, sancto Spiritui humiliter reseruamus, ut non superbe quis audeat vel contemnere, vel denunciare, quod non intelligit, sed hoc igni tradit cum Spiritui sancto reseruat.

22.
Exod. 12. 9.

Rupen.

Rupen.

23.
Cant. 4.

Auerte oculos tuos quia ipsi me auolare fecerunt. Cant. 4. id est, quia in me oculos intentos, infixosque habebas bono tuo consulens diffugi, & abij. Ergo ipsi me auolare fecerunt, quia tibi nocere possem, si te curiosius insipientem sustinerem, sed durum videtur quod Deus intendere alicui nocere possit. Cum tamen ex Deo viso innumera nobis bona suboriantur. Rem exponit Theodoretus in hunc locum aptissima similitudine: lux oculis nostris necessaria est ut videre possimus: verum haec lux si nimium crescat oculis officit, & ipsam visionem impedit. Non immerito Deus lux dicitur, quia si debito modo nostris oculis infundatur ocalorum aciem acuit, si vero eius mytheria velimus discutere nimia luce circumfusi videre omnino non possumus. Ea namque (ait Theodoret.) lucis natura est, ut sicut oculum illustrat, sic etiam ledat.

Theodon.

Ezechielis

Ezechielis 3. *Et dixit ad me: fili hominis quodcumque inueneris comede, comede volumen istud.* Nonnulli putant caput tantum voluminis deuorandum obiiici Ezechielis. Solet enim Epigraphe præfigi libro in qua pressis verbis animus authoris præscribitur, & quid in toto libro contineatur proscribitur, quod titulum vocamus, vnde Origenes vertit *caput libri*. Sed quid quæso est in causa, quod non integer liber traditur Prophetae, sed solum titulus libri? Polychronius ibid. quia et si Ezechiel tantus sit Propheta, nihilominus integrum librum capere non potest, oportet ergo, vt tantum caput libri porrigatur. Quotocumque enim mentis acumine homo polleat, exhaurire Dei sapientiam non potest, satis fit, vel summam prælibare. *Humana natura* (ait Polychronius) *non poterat vorare totum librum, & ideo porrigitur illi caput, atque id non nisi manu Dei.*

3. Reg. 19. 9. Dominus transit, & vultum suum Elias pallio operit, scilicet vt cernere possit oculis velamen obiiicit. Quo significauit secreta Dei mysteria nequaquam comprehendere posse, sed pallio, id est, silentio obtegenda. Ita exponit Gregorius homil. 13. in Ezechielem his verbis. *Hinc est etiam, quod Elias, cum vocem Domini secum loquentis audiret, in spelunca sua ostio sterisse describitur, & faciem velasse, quia cum per contemplationis gratiam vox superna intelligentia fit in mente, totus homo iam intra speluncam non est, quia anima carnis curam non possidet, sed stat in ostio, quia mortalitatis angustias meditatatur.* Et subdit. *Dum per supernam gratiam ad altiora intelligenda ducimur, quanto subtilius leuamur, tanto semper ad humilitatem nosmetipsos intellectu nostro premere debemus, ne conemur plus sapere, quam oporteat sapere.* Nota insuper circa relata verba Gregorij Eliam ad ostium speluncae existentem, Deum vidisse, quia quantumcumque expressam Dei cognitionem Deus hominibus infundat, adhuc plura, & maiora de Deo cognoscenda restant, & vix in limine cognitionis stamus.

Cum enixe Moyses peteret à Deo, vt seipsum conspiciendum daret, tandem audiuit Exod. 33. *Posteriora mea videbis.* Quasi vero Deus forma aliqua corporea circumscribatur, quæ parte anteriori, & posteriori constet. Ergo iuxta anagogem exponenda verba Petrus Chrysologus serm. 131. hac ratione ad verum sensum adducit. Posteriora Deus obiiicit conspicienda, quia quod ad homines spectat, est Deum sequi, & imitari, vestigiisque inhaerere: verum priora eius vel faciem inspicere non licet, quia hoc longe humanam facultatem superat, nempe Dei arcana perquirere, disquirere, comprehendere. *Denique Moyses* (ait Chrysologus) *qui de seruo in amicum, de homine promouetur in Deum Dei faciem querit sed non inuenit: petit sed non accipit, & vt posteriora tantum Dei videat, admonetur, quatenus homo Deum querat sequi, non præcedere: nec ante Deum quæsum, querere præsumat, sed qua post Deum sunt omnia adorator agnoscat.*

Matthæi 2. *Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecesserat eos.* Lux quæ præmittitur, ad ducendum Reges & sapientes Chaldaeos in Christi canubula non refert solem sed stellam. Sane Deum natum, in exhaustum, & incomprehensibile lumen monstrare debebat sol qui totius caelestis luminis origo est, non stella, quæ à sole lumen accipit. Præcipue cum viatoribus iter monstraret, non modo nocte sed etiam die. Verum id intendit Deus hoc facto, quod nos probare aggressi sumus: nempe quamcumque etiam præclaram Dei cognitionem, nequaquam omnino tenebras discutere, sed aliqualem tantum

lucem præferre, nec omnino exhaurire possumus abdita Dei mysteria. Sequor hac in re Petrus Chrysologus serm. 144. his verbis. *Quantam stella magis nocte dedit quærentibus lucem, tantum Doctores sermo ortus Dominici præbet audientibus claritatem, vt Christum inuenisse gaudeant, discutere non præsumant.*

Leuitici 2. *Quod autem reliquum fuerit de sacrificio erit Aaron, & filiorum eius.* Legem hanc refert ad sensum moralem Origenes homil. 4. in Leuiticum. Populus offert, & quod reliquum est de sacrificio in vsum Aaronis, & filiorum eius cedit, Per populum rudes homines intelligit, qui de diuinis mysteriis pauca libant: Aaron vero, & filij eius doctiores, & sapientiores homines adumbrant, ergo quod illis reliquum est, his referuatur. Id est, si quis è populo arcana nostræ fidei mysteria non calleat, doctoribus, & magistris discutienda referuet: ipse vero eorum placitis fidem adhibeat. *Ex his ergo edocemini, vt quæ auditis in Ecclesia, tamquam muta animalia, veluti ruminantes ea, veluti reuocetis ad memoriam. Sed si aliqua memoria superfuerint, & intellectum vestrum superauerint, facite quod presentis mandati præcipit auctoritas, dicens. Quod autem superfuerit ex his, manducabit Aaron, & filij eius si quid superauerit, & excesserit intellectum tuum vel memoriam tuam serua Aaron, hoc est referua sacerdoti, referua Doctori, vt ipse manducet, ipse discutiat, ipse exponat.*

Ad rem moralem pertinent iuxta Origenem homil. 4. in Num. quod lex iubet Leuitici 4. 4. sacerdotibus nempe Aaron, & filiis eius datur nuda frui arca testamenti, & vasis sanctuarij: at vero filiis Caath nequaquam, sed multis velaminibus obtecta portanda humeris obiiiciuntur. Scilicet Aaron, & filij eius eos significant, qui sapientiores sunt, & multa sapientia pollent: filij vero Caath rudes adumbrant, quibus non intellecta, aut videre, aut portare vasa tabernaculi licet, id est, ne audeant curiosius discutere, quæ ab alijs doctioribus proponuntur, inandantur, sed cæca fide his credant. Hi autem filij Caath monentur ne nudis vasis sanctuarij incumbant, ne moriantur: sapientius enim hi, qui nimis sibi fidunt, sibi ipsis mortem asciscunt, dum altiora quam par est, inuestigare satagunt. Hunc sensum habent iuxta Origenem ibidem verba illa quæ subdit Moyses eodem capite num. 18. *Loquunturque est Dominus ad Moysen, & Aaron dicens: nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur: si tetigerint sancta sanctorum.* Id est, o vos sacerdotes ne in tecta obiiiciatis portanda vasa sanctuarij filiis Caath, ne scilicet illi, dum oculis hauriunt non sibi permessa pereant. Hoc idem dicitur doctoribus, & magistris: o vos qui alios longe scientia & prudentia superatis, ne cognitiu difficilia rudioribus discutienda offeratis, ne dum illi altiora se perquirunt, despiciant, & in errorem corruant. *Nolite* (ait Origenes) *exterminare de tribu sua plebem Caath. Si quis vero sacerdos est, cui vasa sacra, id est, mysteriorum sapientia secreta commissa sunt, discat ex his, & obseruet quomodo hæc oporteat intra velamen conscientie custodire, nec facile proferre ad publicum. Aut si res potuit proferri, & inferioribus, id est, imperfectioribus tradere, nec nuda proferat, nec aperta ostendat & penitus patentia, alioquin homicidium facit, & exterminat plebem.*

Multos quoque supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.

Alia ratione in medium adducta homines deterrere

28. Leuit. 2. 3.

Origen.

29.

Leuit. 4. 18.

Origen.

VERS. 26.

I.

24. Ezech. 3. 1.

Polych.

25. 3. Reg. 19. 9.

Gregor.

26. Exod. 33. 23.

27. Matth. 1. 9.

- terret ab inquisitione rerum abditarum. *Multos quoque, &c.* Quasi dicat, multos præterea decipit incerta & non satis explorata operum Dei cognitio, & in falsa opinione, & vanissima scientia mentes illorum fixas tenet. Ergo significat multis nocuisse quam de Deo hausisse certam scientiam crediderant, cum tamen longius ab eo abessent, iuxta illud Romanorum 1. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Quia nimis suæ scientiæ fidebant, neque aliorum dictis acquiescere voluerunt præ doctrina sua, in profundum errorum barathrum demersi sunt.
2. *Supplantavit* Græcis simpliciter *decepit*. Vim autem metaphoræ exponit Hugo Cardinalis: id est, *fidei fundamentum subripiunt*. Est enim fides reliquorum omnium bonorum spiritualium basis, & fundamentum.
3. *Suspicio* Dionysius Carthusianus, *suspicio illorum, id est, propria suspitione, seu præsumptione, qua suspicabantur se posse incomprehensibilia penetrare. Supplantauerunt, & perdididerunt se ipsos*. Lyra: præsumptio de suo ingenio.
4. *In vanitate*. In rebus superuacaneis, & vanis, minimèque vtilibus. Alij in vanitate, id est, in rebus ad nos non pertinentibus. Alij in rebus falsis, quæ iuxta phrasim Scripturæ vana, seu vanitas dicuntur tandem alijs in rebus duris, & quæ nullo firmo fundamento fulciuntur.
5. *Detinuit*. Id est, firmiter adhærere fecit, adeo, vt nullis rationibus à sententia, quam semel imbiberant, dimoueri potuerit. Hoc autem malum intulit illis proprium studium, & doctrina. Alij legunt, diu tenuit.
6. *Sensus*. Græcè mens sed latinis frequens est vsus vt pro mente sensum exponant.
7. Post hanc sententiam inserunt Complutenſes aliam, quæ neque in latinis, neque in Græcis exemplaribus inuenitur. Ea vero est: *Pupillas non habens carebis luce, intelligentia autem expers, ne profitearis*. Id est, veluti. Ille qui pupillis carens; & cæcus effectus lumen excipere non potest: neque alijs viam ostendere: eadem ratione, qui rerum cognitione destituitur, alijs lucem, quam non habent, communicare non potest, vnde à docendo abſtineat. Hanc sententiam ita tranſtulit Tigurina: *Pupillis orbis, lumine carebis: cognitionem itaque cuius expers es, ne profitearis*.

ETHOLOGIA XLII.

Qui curiose arcana mysteria discutiunt, multis periculis patent.

1. **P**ostquam in superioribus Ecclesiasticus nimiam curiositatem remouere conatus est, tandem, vt penitus depellar, quæ ex illa mala orientur, hoc versu 26. attigit; *multos quoque supplantavit suspicio illorum, &c.* Id est, multi dum se suis pennis audacius crediderunt, & altiora lustrare conati sunt misere in errores multos sūt prolapsi. Hoc & antiquorum hæreticorum audacia, & nostri temporis nouatorum petuacitas satis, superque ostendit. Qui cum poliendæ orationi tantum operam dedissent sacre Theologiæ pelagum & diuinæ Scripturæ abyssum ingressi naufragium misere fecerunt. Ergo & nos Ecclesiastici vestigijs inherentes aliqua subiiciamus mala, quibus patent discutientes difficilia subtilius, quam par est. In primis Ambrosius lib. 1. de interpellatione Iob cap. 9. in hunc sensum exponit versum illum cap. 28. *Sapientia ubi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Quasi multum periculum im-*

mineat eis, qui sapientiam quærunt, nisi multa cautela vtantur, vt enim illi qui longiori nauigationi se committunt, notatos in charta scopulos ante oculos præferunt, ne incaute impingant: ita ait Iob eum qui altissimarum rerum cognitionem captat oportere magna animi moderatione rem agere, ne ad scopulos allidatur, ne desipiat. In huius rei probationem adducit verba illa Romanorum 11. *Noli altum sapere, sed time*. Id est, ô, tu qui altiora rimaris, time: multum tibi periculum imminet dum arcana persequeris, neque metum omnino abicere valebis. Insuper illud 2. Corinthiorum 12. 4. *Et audiuit arcana verba, que non licet homini loqui*. Quæ audiuit secreta, paulo non licet loqui, quia rudiores sunt qui audiunt: & ideo, quod multum illis prodesse potuisset, forte nocuentum afferret. Regis mentem non licet disquirere, nec summi Imperatores Dei sine periculo consilia discutimus. *Non licet tibi* (ait Ambrosius) *scire, ô homo, altiora sapientia, ideo scriptum est, noli altum sapere, sed time*. *Quid curiose queris inuestigare, quod tibi non expedit scire, neque cognoscere datur? Paulus audiuit aliqua secreta sapientia, qua prohibitus est, alijs intimare, ideo raptus est in paradysum, raptus vsque ad 3. cælum, vt audiret ea, que in terris audire non poterat. Si qua audiuit homo non licet ei loqui, quemadmodum, que non audiri inquirere? Imperatoris huius in terris non licet tibi scire consilia, & vis scire diuina? non licet tibi curiosus inuestigare que in terris geruntur: & curiosus inquiris, quid supra cælum agatur? Expende verba illa Ambrosij, *Ideo raptus, &c.* Docturus Deus Paulum ad 3. cælum prius hominem euexit, quia licet in terra positum eadem docere posset, inuit tamen secreta rimari non licere ei, qui in terra reperit, sed ei, qui ad cælum vsque se extulit, id est, non licere abdita arcana disquirere imperfectis hominibus, sed eis qui multum in virtutibus profecerunt. Insuper expendo verba illa Ambrosij: *Si qua audiuit, &c.* Pulchra enim argumentatione pungit eos qui audaces sunt, in difficilioribus quæstionibus exquirendis. Scilicet si Paulo non licebat, quæ mente conceperat, & animo verfabat, verbis promere, quis audebit ea discutere, quæ neque mente comprehendit, neque animo concepit?*

Canticorum 1. 5. *Nolite me considerare, quod susca sim, quia decolorauit me sol*. Sol iste, qui animam nigram reddit, cognitio est rerum altissimarum, quam si quis perquirat, multam nigredinem contrahit. Qui aliorum syderum lucem, & Planetarum in bar oculis spectat nequaquam nigredinem excipit, qui vero radijs solaribus patet, multam nigredinem ex eius aspectu contrahit, vnde mysteriorum intellectus non dicitur lux stellarum sed Solis, quia multum officit eis, qui curiosius ea inuestigant. Hunc sensum desumpti ex Origene priori hom. ex duabus in Cant. his verbis: *Quia decolorauit me sol. Ne admirerini coloris esse me terri, sol despexit me, pleno quippe radio in me luminis sui fulgor illuxit, vt eius sim calore suscata*.

Leuitici 11. 41. *Omne quod reptat super terram abominabile erit, neque assuetur in eibum. Quidquid super pectus quadrupes graditur, & multos pedes habet sine per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est*. Eodem modo immunda iudicat illa animalia, quæ nullum, & quæ multos habent pedes. Hæc duo genera animalium iuxta Philonem lib. de migratione Abrahæ duo hominum genera adumbrat, quæ Deus valde odit. Ea enim animalia quæ reptant, quæque nullum habent pedem eos homines protendant, qui rudes omnino sunt, neque scire curant quæ sibi ad salutem sunt necessaria, illa vero animalia,

Rom. 11. 1

2. Cor. 12. 4

Ambros.

2. Cantic. 11

Orig.

3. Leuit. 11. 41

animalia, quæ multos pedes habent, eos significant, qui plus æquo curiosi sunt, & nimis subtilia supra caput suum discutiunt. Vtrumque genus immun- dum est, neque esui, neque sacrificiis aptum: ne- que facile dignosci potest, vtrum eorum Deus ex- osum magis habeat, verba Philonis subscribo. *Præ- ceptum est enim, quacumque multos pedes habent inter om- nia reptilia terra, nolite comedere, quia sunt abomi- nanda: non est autem abominanda anima, quæ vna sui parte rept in terra, sed quæ omnibus, aut pluribus ha- rens vestigijs sui corporis, neque valens ad diuinos cæli cursus caput attollere, atque sicut multipedes, ita pedi- bus carentes reptiles bestiola damnatur, illa, propter cau- sam iam dictam, ha, quia tota humi iacent, & ne mini- mum quidem attolluntur ab ea.* His dictis Philonis ad- di potest quod animalia, quæ multos pedes habent tardiora ad cursum frequentius sunt. Accidit enim sæpe, vt quo quis maiori conatu altiora se discutere satagit, eo magis se tardigradum ostendat. Et quo plures pedes habeat eo ineptior sit ad cursum. Acci- pe Aristotelem lib. de spiritu cap. 4. in fine capitis. *Sic etæ quoque, quæ obuia non sunt, sed inter ceteras cau- sus latent, velut quamobrem multipeda tardissima sint, cum tamè quadrupeda sint celeriora bipedibus: an ne, quod toto corpore super terram gradientur? Aut quia natura frigidior cum sint, difficilius moueri queant, aut aliam ob causam?* Hæc Aristoteles, has quas assignat cau- sas tardioris motus ad rem moralem traduci pos- se non vacat.

Incantatorum virgæ in serpentes versæ à virga Moyfis deuoratae sunt. Et quæ si propriam naturam seruarent illæ sæ manerent altiore naturam in- dutæ prædæ patuerunt, & propriam etiam natu- ram amiserunt. Exod. 7. 10. Hoc idem pluribus accidit, qui dum propriam figuram contemnunt, & altiora, quam par est perquirunt, etiam illa, quæ habebant amittunt, & vt est in veteri Proverbio Camelus cornua desiderans amisit etiam aures. Se- quor hac in re Philonem lib. de migrat. Abrahæ, cuius & verba transcribo. *An non vides incantatores, & veneficos arte cum Dei verbo pugnare, & conari simi- lia, non tam, vt suam scientiam reddant celebrem quam vt illudant alijs? Nam virgas in dracones transformant, aquas in cruentum colorem vertunt, ranarum reliquias trahunt in terram incantationibus, quæ omnia miseri trahunt in suam perniciem, & decipiuntur, dum se pu- tant decipere.*

Genesis 1. 31. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Duo mihi notanda pro hac re, ex his verbis. In primis illud *cuncta*: ac si diceret, vnus est Deus, qui cuncta cognoscit, qui cuncta discutiit, & nota habet: homines vero licet nonnulla nouerint, multo plura ignorant. Insuper notanda verba illa. *Et erant valde bona.* Ac si dicat: hoc est discrimen inter scientiam humanam, & diuinam, quod diuina scientia ducit ad laudandum ea, quæ Deus fecit. Nam cum ea, quæ à Deo condita sunt, perfe- cta sint, Dei cognitio illa laudanda proponit: at vero sapientia, & cognitio humana frequentius no- rum, & eorum quæ fecimus despectum inducit, quia multa in nobis, & in operibus à nobis factis contemnenda inspiciunt. Vtrumque ex Philone no- tauerim lib. 6. de migratione Abrahæ his verbis. *Quis est igitur finis recte sapiendi? Se ipsum, & omnem creaturam damnare stultitia. Nam agnoscere suam igno- rantiam finis est scientia. Cum vnus solus sit sapiens, qui solus Deus est, ideo pulcherrimè Moyse inducit eum, & Patrem omnium rerum, & iudicem dicens: vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Nemini enim decebat totam creaturam diligenter perspicere, nisi*

ei qui creauerat. Expende ex Philone verba illa totam creaturam, &c. Quasi dicat, homini quidem datur, vt partem aliquam creaturæ, & quæ de foris appa- rent conspiciat, totam vero introspicere, & lustrare nulli datur nisi Deo.

Numerorum 16. 1. Grauius tulit Moyse illo- rum hominum detractionem, quam cum ad Deum retulisset supplicij insolentia Moyse iræ subscripsit. Tanta iræ, & supplicij causam refert Philo lib. de profugis in eorum, qui contra Moysem reuelau- rant, conditionem. Core enim, & focij eius ex Le- uitarum erant genere, & sanctorum ministri, hi au- tem tantum sibi arrogauerant, vt summum sacer- dotium appetere, vnde merito contriti sunt. Qui enim propria conditione oblitus altiora cogno- scere quam par est desiderat, etiam ea perdit, quæ habebat. *Nec desuerunt (ait Philo) qui volentes à In- nitorum conditione ad regnum ascendere, & quo nihil in vita præstantius est, ordinem turbare, non solum nefaria spe frustrati sunt, verum etiam presenti fuerunt priuati. Nam eos qui cum Core conspirant lex narrat excidisse ab vtraque. Sicut enim non eadem discunt viri, quæ pueri, sed sua cuique ætati disciplina conueniunt, sic interdum natura fert, vt animæ pueriles maneant etiam in senili- bus corporibus: è contra etiam perfecta inueniantur in florentibus adhuc, & pubentibus.*

Exod. 3. *Dixit ergo Moyse: vadam, & videbo vi- sionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Hoc loco Moyse adhuc spiritualium rerum rudis eos significat, qui ex humanis, diuina etiam metiri con- antur, neque aliud sibi suadent futurum in diui- nis, quam quod in humanis rebus quotidie fieri cernunt. Natura enim comparatum est, vt ignis fomentum pereat dum flammam concipit: hoc idem & in diuinis fieri suspicatus Moyse miraba- tur, quod rubus flammæ materiam ministraret, nec tamen consumeretur, sed longe alia via incenden- dum est, ait Deus, neque ad normam rerum corpo- raliū spiritualia quoque, & diuina pertrahat, o Moyse. *Solue calceamenta, id est, ne ex rebus cor- poralibus, & mortalibus diuina metiaris. Locus enim in quo stas terra sancta est.* Id est, quæ altiora sunt spiritualia, & cælestia, ne cum humanis ter- renisque componas. Hunc sensum tradit his ver- bis Philo libro de profugis. loquentem audi. *Olim discendi cupidus sollicitus est desiderio cognoscendi, cau- sas, quibus efficiuntur res in mundo, maxime necessaria. Cum enim videret, quidquid creatum est corrumpi, gigni- que tum ea quæ percunt, & quæ permanent obstupescens exclamauit, dicens. Rubus vritur, & non comburitur, locum enim ante ea inaccessum non scrutatur curiosus, vt naturarum diuinarum habitaculum, & frustra labora- set, nisi subleuatus fuisset misericordia, prouidentiaque Dei seruatoris omnium, qui ex adyto hoc oraculum edi- dit, ne appropinques huic, ac si dicat, ne accedas ad talem cognitionem, nam huic curiositati satagenti humane vi- res non sufficiunt. Sed facta quedam mirare stans, de causis vero ex quibus gignuntur, corrumpunturue, ne sis sollicitus. Nam locus in quo stas sanctus est. Qualis lo- cus? Nimirum ad rationem causarum, pertinens, qui tantum naturarum diuinarum est, quod Deus neminem mortalem dignetur causarum notitia.*

Genesis 21. de Sara. *Visitauit autem Dominus Saram sicut promiserat, & completi, quod loquutus est. Conce- pitque, & peperit filium in senectute sua.* Vel vt legit Philo lib. de profugis Conceptum peperit. quæ ver- ba non longe abeunt à nostro vulgato. Expendit autem illa Philo, conceptum peperit, vel concepit, & peperit: ac si statim post conceptum fatum pe- pererit, nec decimum mensem expectauerit. Sanè

iuxta historiam concepit Sara, & post nonum mensem peperit. Iuxta anagogem vero notantur, qui proprijs lucubrationibus, & studiis altissimarum rerum cognitionem tribuunt, quasi ipsi se ingenij dexteritate ad quarumcumque rerum difficultium intellectum possint euehere. Ergo tempori, curæ, diligentia, ingenio, attribuantur rerum abditarum cognitionem, non Dei misericordiae, & gratia. Sara ex gratia Dei concepit ex eadem factum edidit, & quicumque altiora lustrat Dei gratia opus habet. Insuper pro eadem re adducit ibid. Philo

Exod. 1. 19.

responderunt. *Non sunt Hebraei sicut Aegyptia mulieres, ipsa enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas pariunt.* Aegyptia obstetrices ingenium, industria, studium, lucubratio sunt, hæc autem Hebræis mulieribus opem ferre nequaquam possunt ad partum, quia diuinarum rerum cognitio ex nutu Dei pendet, neque his rebus haberi potest. vtrumque ex Philone accipe. *Ad hunc ordinem pertinet omnis à se ipso doctus sapiens, neque enim cogitationibus meditationibus, laboribusque proficit, sed mox natus paratam inuenit sapientiam, iam irroratam sibi caelesti pluuia, cuius meraco hausto exhilaratus perpetuo temulentus est ebrietate sobria. Salua rationis integritate. Hic est ille, quem Isaach vocant oracula. Quem non tempore alio concepit, alio peperit anima, conceptum enim, inquit, peperit, quasi sine tempore, non enim homo nascitur sed mens purissima, ingenio magis, quam arte bona.* Quamobrem genitricem eius dicuntur defecisse muliebria, hoc est, consuetudine humana, & rationalia: nouum enim hoc prodit genus plusquam rationale, & vere diuinum à se ipso doctum, non humanis commentis eruditum, sed furore diuino. An ignoras quod Hebraei ad partum non habent opus obstetricibus? Pariant autem, ut ait Moyses, priusquam veniant obstetrices, artes scilicet & scientia, & à sola natura opitulante adiuuantur. Hæc ex Philone. Sara conceptum Isaacum peperit, quia cælestium doctrina non naturali ordine sed ex Dei gratia venit, nec tempore acquirenda, sed si Deus eam infuderit quandoque sine mora doctos efficit. Ob hoc Sara non prius concepit, quam ei muliebria fieri desinant, quia humana conquisitio deficit in mysteriorum cognitione, neque ingenij vires eam possunt adipisci.

9.

Genes. 16. 6.

Genesis 16. 6. De Agar ancilla Abraham cum heram suam iratam fugeret. *Cumque inuenisset eam Angelus Domini iuxta aque fontem in solitudine, qui est in via Sur in deserto.* Philo lib. de profugis legit, *iuxta puteum.* Iuxta puteum orat Agar ancilla Abraham, inde eam remouit Angelus, & in domum herilem remisit. Scilicet iuxta Philonem ibidem ancilla hæc eos significat qui parum in scientia, & pietate profecerunt. Hi autem iuxta puteum sunt, cum occulta mysteria disquirere conantur. Hæc enim mysteria significantur per aquam putealem in imo absconditam: sicut aqua fluuiorum, quæ omnibus conspicua est, magis planam doctrinam adumbrat. Ergo dum is qui parum in sapientia, & virtute profecit animum applicat, ad arcana, expellit inde eum Angelus Domini, ne malo suo, quæ captum suum excedunt contempletur. *Ceterum valde apte (ait Philo) scriptura inducit Agarem apud fontem, non tamen haurientem, quia incipiens anima nondum est idonea haurire merum potum sapientia, non arcetur tamen, quominus in propinquo moretur.*

Philo.

10.

Exod. 20. 18.

Exod. 20. 18. *Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur.* Verba sunt populi ad Moysen. Non immerito gregarij homines, si immediatè à Deo doctrinam edificant mor-

tem sibi impendere timent. Satius enim est, quod Deus Moyli loquatur per se ipsum, id est, eos immediatè doceat, qui Principes sunt populi, & multum virtute doctrinaque alios excedunt, reliqui autem rudiores non ab eius ore pendeant, sed per medium Moysen ab eo scita hauriant. *Vbi autem (ait Philo ibidem) responsio, ibi vtrique, & interrogatio. Rogat autem quisque quod ignorat, cupiens id discere. Nam discantibus nihil tam proprium, ac vile quam querere, rogare, sciscitari: non videri sibi vel scire aliquid, vel percepisse solide. Ergo sapientes Deo præceptore, magistroque viuunt. Imperfecti vero sapiente illo, ad quem dicunt: loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.*

Philo.

Sapiens, qui multam sapientiam sibi arrogat, sibi ipsi tenebras offundit. Hoc in Balaam notauit Philo lib. de vita Moysi, hic enim tantam sibi sapientiam arrogabat, ut cum Deo loqui, & eius arcana rimari non timeret, & tamen doctus est ab asina, & cum illa Angelum quam occultentem videret, ille cæcutiebat. Quapropter Balaam pleno ore insipientem vocat Petrus 2. Petr. 2. 15. *Prohibuit Propheta insipientiam.* Hoc enim frequens est, ut is qui intentis oculis iubar solare excipit, deficiat. *Ceterum in via (ait Philo) prodigium ingens ei se obtulit omnino aduersum, ominosumque illius proposito. Iumentum enim in quo vehebatur primum repente consistit, deinde quasi ex aduerso violenter repulsum in tergum retrocedebat, nunc ad dexteram, nunc ad leuam fluctando, errandoque trepide more tenuentorum, etiam verberibus contumax, ut pene sessorem excuteret, erant enim ex utroque via latere sepes, & maceria. In has impingente iumento Domini atterebat, lacerabatque crura, & genua. Videlicet obuio spectro, iam dudum territabatur anima, cui soli erat illud conspicuum: homini vero non ita, quo magis argueretur eius stupiditas. Tunc enim brutum perspicacius erat, quam is, qui se iactabat videre, non mundum solum, verum etiam ipsum mundi relictorem conditoremque.*

11.

2. Petr. 11.

Philo.

Exod. 33. 8. *Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum surgebat vniuersa plebs, & stabat unusquisque in ostio papillionis sui, aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium.* Rupertus lib. 4. in Exodum cap. 34. pro nobis rem exponit, scilicet non datur populo faciem Moysi videre, sed tergum, quia è plebe hominibus non licet abdita perscrutari, sed his quæ alijs dicuntur doctioribus credere. Insuper populus, ut tergum Moysi videret egrediebatur de tabernaculis, & in ostiis papillionis consistens Moysen suspiciebat. Iuxta anagogem, tabernaculum istud nostrum corpus est ad cuius ostium egreditur, quicumque, vel Moysen, vel Dei columnam aspicerè desiderat, id est, nisi quodammodo extra corpus agatur, & ab illo exeat, arcana mysteria cognoscere non valet. *Et cum Moyses (ait Rupertus) tabernaculum ingreditur, eius terga populus aspicit, & in papillionum suorum ostijs consistit: quia cum sanctus quisque predicator alta de Deo loquitur, & superna habitationis, ianæ, ut cumque habitaculum ingreditur, eius terga populus aspicit, cuius predicationis infirmi quique, & si virtutem plene pensare non possunt, tamen velut terga aspiciunt, quia postrema, quæ praualent, per intellectum sequuntur, sed in ipsis quoque minimis, quæ capere sufficiunt, iam de suis papillionibus, quasi exeunt, atque in ostijs stant, quia, & habitacula carnis relinquere, & ad illa æterna vitæ gaudia, quæ audiunt, progredi conantur.*

11.

Exod. 33. 8.

Rupert.

Bernardus sermone 1. de Assumptione refert in nimiam curiositatem totius humani generis ruina. Genes. 3. 6. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum*

14.

Gen. 3. 6.

lignum ad vescendum. En tibi malorum origo. Nimirum insipiens femina nimium aspectui commisit, ad quem sane non spectat de ciborum gustu iudicare. Ne ergo nimium oculis tuis fidas, ne in similem ruinam traharis. *Vidit mulier* (ait Bernardus) *quod esset pulchrum visum, & ad vescendum suauis, & à serpente audierat, tanquam Deos esse futuros, funiculus triplex difficile rumpitur curiositatis, voluptatis, & vanitatis. Hac sola mundus habebat, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ.*

Multa ad rem præsentem congerit Bernardus serm. 12. ex variis. In primis adducit illud Iob 41. 7. de Leuiathan: *Corpus illius quasi scuta fusilia, squamis se prementibus. Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.* Hæ squamæ Leuiathan, quæ tam firmiter sibi adhærent vt ne tenui quidem auræ locum præbeant, iuxta Bernardum sunt curiositas rerum ad se non pertinentium, & incuria sui, etenim ille, qui multum curat ea quæ ad se non pertinent frequentius sui ipsius curam abiicit. De eodem exponit verba sapientis, qui tria commemorat, quæ domo hominem eiciunt, nempe fumum, stillicidium, & vxorem improbis moribus. In omnia hæc mala si iuxta anagogem intelligantur, incidit, qui curam sui negligit, & quæ ad se non pertinent, curat. Tandem adducit factum illud Dinæ filię Iacobi, quæ inuisura feminas Sichimitas egressa, præda filiis regis Sichen facta est, violentiam passa, ac tandem totius ciuitatis ruinæ causa effecta. *Ceterum* (ait Bernardus) *vt grauior sit consuetudo squama squame iungitur, & comitantia sunt in humano corde negligentia sui, & curiositas cæterorum. Triplex enim, vt ait sapiens, incommodum eicit de domo inhabitantium: fumus, stillicidium, mala vxor; quando hæc deierunt negligenti? Propria quidem qui negligit, fumum non abigit, vxorem non corrigit, tectum non reficit. Fumant peccata, nullo misericordiæ studio, nullis lacrymarum vndis extincta, & fumus ille teterrimus, & intolerabilis. Malignatur voluntas ipso neglectu quotidie deterior semetipsa: stillat super iudicis indignatio ex defectu utique charitatis, quæ sola operit multitudinem peccatorum. Egre diatur utique foras necesse est, & curiosus exteriora consideret, qui sic in æterna despicit, euidenter proinde curiositati pietas aduersatur, vt quem illa à corde vocat, ista renocat. Nimirum pietas illa est cultus Dei: & in corde colitur, qui in corde noscitur habitare. Parit autem curiositas experientiam mali, vt facile, qui per multa vagatur offendat. Habet ergo hos gradus in Dinæ filia Iacob, quam nimirum ad videndas alienigenas mulieres Emor filius Sichen rapuisse, corruptuisse, ac tandem tristem blanditrys delinisse legitur. Dico autem hinc concupiscentiam, & vt Propheta meminit in affectum cordis transisse, hominem qui legem spernit, honestatem abiicit. Verba hæc, quæ vltimo loco citat Bernardus habes Ps. 72. 6. *Transierunt in affectum cordis.* Transire in affectum cordis exponente Bernardo est subtilius, quæ ad se non pertinent, scrutari, hoc autem vitio multa alia comitantur, quæ ibidem recenset Propheta.*

Item Bernardus serm. 13. ex variis ad rem præsentem adducit illud Prouerb. 3. 13. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* Expende cum Bernardo verbum illud *affluit*, id est, abundat: non effluit, id est, præ abundantia abiicit. Sumpta nimirum metaphora à vasis quæ quidem plena esse oportet, non tamen effluere. Ergo plenum sapientia oportet esse hominem, non effluentem. Insuper addit illud Prouerb. 15. 16. *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte sauciatus euomas illud.* Mel inquam si cū moderatione sumatur salutem affert, & multis medicamentis miscetur, si vero quis vltra debi-

tam mensuram comedat, præ nimio calore viscera adurit, & stomachum mouet. Sapientia instar mellis animum inducat, si moderate sumatur sanandis mentis languoribus præsens est remedium, si vero modum excedat multum nocet. *Ergo comede quod sufficit tibi.* Ne quantum alij deuotè attendas, sed pro modulo tuo cibum stomacho ingerere. Vnde monemur Ecclesiastici 24. *Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient*, quod à conuiuio tractum est. Multum enim sanitati officit si quis ad conuiuium vocatus nimio cibo, & potu se ingurgitet. Oportet ergo coniuuium temperantem esse, & tantum cibi potusque capere, quod non gulæ, & libidini, sed refectioni inseruiat, semperque à mensa sobrium discedere. Sic nimirum qui sapientiæ incumbit non multum sapiat, ne desipiat, sed sapiat ad sobrietatem vt monet Paulus. Addit etiam hunc sensum habere verba illa Christi Domini, quibus pulchra conclusione, & ænigmati simili parabola de talentis cõclulit Matth. 25. *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta, omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.* Eandem sententiam habes Matth. 13. 12. Is enim, qui non habet, & videtur habere est, qui cum vera sapientia, & rerum cognitione careat, multa tamen curiosius disputat, & subtilius disquirit, ab eo autem, & hoc quod videtur habere, auferetur: quia ipse, dum difficiliora, quam par est, discit, suam ipsius insipientiam prodit. Et datur hoc talentum ei, qui habet decem talenta, id est, ei, qui cum sapiens esset, sapientiam suam occultabat. Hæc omnia Bernardus more suo attingit loco citato his verbis. *Inuenies corde sapientiam, ore affluit prudentia, sed affluere non est effluere, sed euomere cura. Nimirum mel inuenisti, si inuenisti sapientiam, tu ne multum comedas, ne sauciatus euomas illud. Sic comede, vt semper esurias. Nam ipsa dicit, qui ne edunt semper esurient. Noli multum repusare quod habes, noli satiari, ne euomas, & hoc ipsum quod videris habere auferatur à te, quippe, qui ante tempus querere destitisti.*

Duo item loca nobis ministrat Bernardus serm. 13. ex paruis. De priore iam egimus num. præcedenti. Posterius desumit ex Ioanne 18. 38. Cū enim Christus Dominus se veritatem appellasset, ait Pilatus: *Quid est veritas? Et cum hoc dixisset iterum exiit ad Iudeos.* Multis ignorantia tenebris oblitus erat Pilatus, & tamen cum nondum eam primoribus labris degustasset, veritatis naturam ediscere cupiebat, quod in sapientia vltimū est. Oportebat enim, vt homo inexcultus, & tyro, quæ faciliora sunt sciscitaretur, vt subinde ad ea, quæ maiorem continent difficultatem, gradum faceret, attamen homo curiosus, & difficilium rerum audius summa statim appetit, & de veritatis essentia, naturaque inquirat. Est autem veritas, vt Christus Dominus præmiserat, ipse Deus, ergo de Dei natura, & de diuina essentia dubium mouet, & quid sit hæc inquirat. Quapropter vt ibidem notauit Ioannes non expectato Christi responso ad turbas Iudæorum se conuertit. Sæpius enim hi, qui altiora, quam par est, disquirunt, dum, quæ discutunt non capiunt, neque magistri responsū tenere possunt, tædio in furorem acti, sapientiæ studium, cuius vix limen attingerant, subterfugiunt, & pedem, quem vix intulerant, referunt. Hæc Bernardus fufius contra morem his verbis insequitur. *Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* (Hæc est sententia, quam eo sermone exponendam præmiserat) *Abiter quoque, sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum, ita qui*

Bernardus.

14.
Iob 41. 7.

Bernard.

Psal. 71. 6.

15.
Prou. 3. 13.

Prou. 15. 16.

Eccle. 24.

Matth. 25. 28.

Bernard.

16.

qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Quid tu Pilate seorsum interrogas Dominum, ut tibi susurret in aurem quid sit veritas? multum est ad te, non dabitur sanctum cani, neque margarita porco. Quere potius fidei gustum, satietatem intelligentia interim ne requiras. Merito autem fratres reuerberata acie protinus resluit; & responsum non sustinens egressus est ad Iudeos: qui ambulare ceperat in magnis, & in mirabilibus super se, quid esset veritas percontatus. Vltima verba desumpsit Bernardus ex Psal. 130. Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Quem versum exponit Bernardus contra curiosos inuestigantes. Vnde subdit David. Sicut ablactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea. Aptum sane, alta perquirentibus supplicium.

Psal. 130. 1.

17.
Psal. 48. 10.

Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes, simul insipientes, & stultus peribunt. Quos prius sapientes appellavit, postea diuidit, & quosdam ex his sapientibus vocat sapientes, alios vero insipientes appellat. Ergo sunt sapientes insipientes, & sunt sapientes vere sapientes: Ita plene est iuxta intellectum Basilij homil. 13. sapiens vere sapiens ille est, qui impostum sibi sapientiam modum, & terminum non excedit: sapiens vero insipientis, qui impositos sibi disciplinæ carceres transfilit. Hoc enim frequentius curiosis hominibus accedit, ut oculos perdant, dum aciem oculorum plus æquo acere conantur.

Basilij.

18.
Iob 19. 4.

Hunc sensum habent verba illa Iob 19. 4. Nempè, & si ignoravi, mecum erit ignorantia mea. Nonnulli sunt, qui ignorant, & tamen non est cum illis ignorantia, horum sane ignorantia grauiissima est, quia ignorant, & tamen sapere præsumunt. Alij vero ignorant, & cum illis est eorum ignorantia, ut de se ipso sanctus Iob prædictis verbis fatetur. Hi sane omnino sunt sapientes, quia quo plus sapiunt eo se minus in sapientia profecisse fatentur. Ergo sapientes sunt, & cum illis est eorum ignorantia, quia, & multa cognoscunt, & quam multa cognoscenda restent, cognoscunt. Aliud est dubitare de veritate, (ait Bernardus serm. 171. in Cantica) quod pariaris necesse est, cum spiritus minimè spirat, & aliud sapere falsitatem, quod facile caueas, ne eandem tuam ignorantiam, non ignores: & si quid ignoravi, ignorantia mea mecum est: sententia est sancti Iob. Aut ergo loquatur semper spiritus, quod nostri quidem minime arbitrij est, aut quod silere placet hoc ipsum indicet, & loquatur suum silentium, ne nobis ipsam falsè præire putantes, nostrum pro ipso male securi sequamur errorem.

Bernardus.

19.
Matt. 11. 25.

Idem Bernardus sermon. 84. in Cantica pro nobis exponit verba Matthæi 11. Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientibus, & prudentibus absconduntur, quæ humilibus palam fiunt. Humiles enim, & qui suam sapientiam profitentur, ipsa humili confessione aciem mentis acuunt, & animi tenebras difficiunt, vnde nullo negotio ea penetrare possunt, quæ alias captum excedebant. At vero qui multum sibi arrogant, & difficilia discutere satagunt, etiam quæ omnibus patent, & obuia cuique sunt, cognoscere non valent. Abscondisti hæc (ait Bernardus) à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, magna fratres, magna, & sublimis virtus humilitas, quæ promeretur, quæ non do-

Bernardus.

centur. Digna adipisci, quod non valet addisci. Digna à verbo, & de verbo concipere, quod ipsa suis verbis explicare non potest.

2. Corinth. 12. 2. Et audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Expende cum Bernardo serm. 82. in Cantica datium illud homini. Homini sane non licet loqui arcana mysteria, ei autem, qui per pietatem humanam naturam quodammodo excessit, diuinamque induit, & inquam, loqui licet arcana verba. Id est, qui in virtute profecit difficilioribus rebus inuestigandis, & promendis secure se committat. Adducit etiam ibidem Bernardus verba illa Canticum 2. 14. Surge propterea amica mea & sonet vox tua in auribus meis, &c. Hæc sponsus insonat sponsæ, Deus cuiuscumque concinatori, & Doctori, quæ hunc sensum habent. Si difficilia auditores excipere non valent, ea silentio preme, & mihi Deo loquere, quæ illi non valent mente excipere. Audiuit autem (ait Bernardus) verba ineffabilia, quæ non licet loqui. Non utique homini. Nam sibi illa loquebatur, & Deo. Puta ergo Deum, quasi sollicitam Pauli charitatem hoc modo consiliari, & dicere. Quid anxiaris, quod conceptum tuum auditus non capit humanus? Sonet vox tua in auribus meis: hoc est, si quod sentis non licet reuelare mortalibus, consolare tu, quod diuinas queat mulcere aures. Multa alia in eundem sensum adducit ibidem Bernardus, quæ ipse suo more attingit, nos in legentium gratiam paulo fusius exponimus. In primis illud 2. Corinthiorum 15. 13. Siue mente excedimus Deo; siue sobrii sumus vobis. Charitas enim Christi urget nos. Id est, quandoque cum Deo loquimur, difficilia quæque, & arcana: imo etiam quandoque sermonem miscemus cum illis qui sapientiores sunt, & quodammodo diuinam sapientiam imitantur. Cum vero ad rudiores sermonem facimus, ne eos grandioribus verbis obtundamus orationem nostram ad eorum captum attendamus. Charitas enim Christi urget nos. Id est, utrumque ex Dei amore procedit. Adducit item verba illa Psal. 75. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi. Id est, ex his, quæ mente comprehendo partem in homines effundo. Hoc enim est cogitatio hominis. Id est, ea quæ ego in homines euulgo. Et reliquæ cogitationis diem festum agent tibi. Id est, reliqua vero, quæ homines capere non possunt, hæc inquam tibi refero, ut tecum vno loquar. Vnde, subdit Bernardus: Vides sanctam animam, nunc quidem charitate sobriam nobis, nunc autem charitate excedentem Deo. Vide etiam de sancto Davide ne forte ille ipse sit homo, de quo cum Deo, quasi de alio loquitur. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi. Ergo quod de cogitatione prophetica verbo, & exemplo Prophetæ venire ad medium poterat, mox Prophetæ in publicam laxabat confessionem, & ex eo confitebatur in populis Domino reliquum sibi, & Deo reseruans, una quaque festinum ducens in latitiam, & exultatione. Hoc est, quod nobis intimare memorato versiculo voluit, quidquid videlicet sua illa scrutabunda, & arida cognitione ex arcana sapientie eruere præualebat, partem, quam poterat, in salutem populorum sollicita prædicatione impartiebat. Reliquum vero quod capere plebs non poterat, festiua inbilatione in Dei laudibus expendebat. Vides sanctæ contemplationi deperire nihil, dum quod expendit, in plebium adificationem non potest, id vel maxime Deo sit, decora, iucundaque laudatio.

20.
2. Cor. 12. 2.

Cant. 2. 14.

Bernardus.

2. Cor. 15. 13.

Psal. 75. 11.

Bernardus.

Cor durum male habebit in nouissimo: & qui amat periculum in illo peribit.

VERS. 21

Occasione sumpta ab his qui curiosi sunt, & nimis sibi fidunt nouam orditur tractationem Ecclesiasticus, scilicet, *Cor durum*, &c. Nec mireris si tot mala prædixit eis, qui sibi nimium arrogantes aliorum monita despiciunt. *Nam cor durum male habebit in nouissimo*. Id est, cor durum, & obstinatum male habebit in nouissimo, hoc est, etsi aliquando Deus dissimulet tandem aliquando qui obstinatus est dabit penas. *Et qui amat periculum peribit in eo*. Et qui viribus suis nimium tribuentes securos se se periculis obiiendo videntur pericula amare, in ipso rerum discrimine, cui se obiiiebant peribunt incauti. Ergo generalis est, sententia, etiam si inducta occasione eorum quæ dixerat, nempe quosdam homines à Deo esse duro & perfracto animo, vt suæ opinioni adherentes, aliorum monita despiciant. Quidam vero hanc sententiam ex superioribus deducunt, & eis hac ratione aptant. Alloquitur sapientia, suum filium, id est, discipulum: qui duro & perfracto animo mens monitis non acquiescit, sed curiosè abdita Dei opera rimatur, tandem in grauissima incurrit mala, & qui rem periculosam amat, & ex qua vix sine damno emergitur (curiosas diuinorum operum inquisitiones intelligit) in ea offendet, peribitque. Qui enim tantum sibi arrogat, vt tutum se committat eisdem rebus in quibus alij sapientissimè naufragium faciunt, dignus profecto est, qui à Deo deseratur, hac ratione exponunt illud, & qui amat periculum peribit in eo. Sed longè petita hæc. Ego farè, vt dixi, malo nouam esse sententiam, & non tantum curiosos homines carpere, sed generaliter omnes illos qui se periculis committunt: inductam tamen ex occasione eorum, quæ contra curiosos fuerat eiacta.

Cor durum. Pertinax ergo bene Augustinus. *Hac animaduersione peccator percussus, vt moriens obliuiscatur sui qui viuus, & sanus oblitus est Dei*. Et Romanorum 2. *Secundum duritiam tuam, & impænitens cor thesaurizas tibi iram in die ire*. Et Esaia 48. 4. *Scini enim quia durus es tu: & neruus ferreus ceruix tua*. Alij cor durum intelligunt erga pauperes, id est, immisericors, sed repugnat contextus. Durum autem dicitur per metaphoram eorum, quæ præ duritia instrumentorum artificis ictus non patiuntur, vt vult Lyra.

In nouissimo. Nos tandem aliquando exposuimus. Alij pœnæ grauitatem his verbis significari aiunt, quo enim alicui pœna & supplicium diutius differret, eo postea grauius immittitur. Dionysius Carthusianus. *In nouissimo, scilicet in hora mortis, & in die iudicij particularis, & vniuersalis*.

Et qui amat periculum. Hugo Cardinalis. *Et qui amat piaculum*. Fortè mendosos codices sortitus est.

Peribit in illo. Hugo Cardinalis, *propter illud*. Sed vim aufert sententiæ, non modo propter illum peribit, sed in eodem illo periculo, quo præcauere noluit, incidet, corruet, peribit.

ETHOLOGIA XLIII.

Qui pœnitentiam differt, difficilem reddit.

COr durum male habebit in nouissimo. Hac in re minus vere Theologi nonnulli dixerunt, cor durum Deus immittet per negationem cuiusvis auxiliij. Res alibi discutienda. Ego induratum cor appello illud quod in multa crimina prolapsum Dei monitis non acquiescit, & vt magis ad scholasticos canones accedam: Deus dicitur indurare cor

alicuius, cum auxilia efficacia negat, quibus peccata vitaret, vel à commissis resurgeret: & aliquas occasiones offert, in quas homo labatur, non tamen eo animo vt ruat, hic ergo homo induratus, vel durum cor habens male habebit in nouissimo, quia dum pœnitere de malis in vltimam vsque vitæ periodum distrahit, eandem pœnitentiam difficiliorem sibi reddit. Hoc ergo nonnullis Sanctorum Patrum autoritatibus de more fulciamus.

Psal. 74. *Confitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum*. Id est, te laudabimus, tua opera & mirabilia summis laudibus extollemus, huius rei rationem reddit subinde. *Cum accepero tempus ego iustitias indicabo*. Duo mihi annotanda circa hæc verba cum Augustino in hunc locum. In primis illud: cum accepero tempus. Procrastinat peccator vitiis nuncium remittere, & multum tempus superesse sibi putat, vt ad Deum conuertatur. Cum verò in vitæ periculo constitutus vrgetur, rogatur, vt sibi consulat, peccatorumque pœniteat: omne tempus sibi sublatum arbitratur, & Deum sibi subripuisse tempus, quo posset conuerti, conqueritur, & inlamar. Ergo illud. *Cum accepero tempus ex sententia peccatoris dictum accipe*. Ac si dicat, heu me miserum, qui tanta temporis spatia contempsi, nunc in faucibus mortis constitutus, doleo, quod Deus à me omne tempus abstulerit. Expendo insuper pro eadem re verba illa. *Iustitias indicabo*. Non ait peccata indicabo, sed iustitias, id est, quas ego obtuli hominibus occasiones, vt ad me conuerterentur. De his inquam rationes exigam, nihil enim Deus seuerius punit, quam oblatas occasiones pœnitendi contempsisse. Augustini verba accipe. *Dono, inquit, nunc peccata consenti, non parcam postea contemnti. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine, dicitur in Psalmo misericordiarum, & iudicium, modo misericordiam, postea iudicium, in qua misericordia peccata donantur, in quo iudicio peccata puniuntur, vis non timere peccatorum punitore, ama donatorem, accepit tempus Christus, accepit tempus filius Dei, filius hominis accepit tempus, filius Dei non accipiet tempus*.

Exod. 9. *Et misit Pharaon ad videndum: neque erat quidquam mortuum, ex his qua possidebat Israël. Ingrauatumque est cor Pharaonis, & non dimisit populum*.

Expendenda mihi cum Augustino quæst. 30. in Exodum verborum conexio. Cum comperisset Pharaon, quod deletis omnino Ægyptiorum pecoribus nihil omnino periisset ex his quæ pertinebant ad filios Israël, ingrauatum est cor eius, scilicet vnde cor emollire deberet, inde cor indurauit. similes huic sunt, qui cor suum indurant, & vocanti Deo aures obturant, quando fas esset illi obtemperare, & ob eandem causam, ob quam oporteret diuinis dictis aurem præbere. Non induratum est cor Pharaonis, quia vidit Ægyptiorum greges, & armenta periisse, in quo Dei iustitia, & ira lucet, sed quia vidit superstites Israëlitarum greges, quod opus fuit diuinæ misericordiæ, scilicet sapius occasiones captant peccatores indurandi cor suum ex oblata alijs Dei misericordia. Cum enim vident Deum mitius agentem cum peccatoribus, & eis subinde occasiones offerentem ad pœnitentiam, cor suum indurant, & vsque ad mortem pœnitere distrahunt. *Videns autem Pharaon* (ait Augustinus) *quia non est mortuum de pecoribus filiorum Israël vllum, ingrauatum est cor Pharaonis. Quomodo ex contrarijs causis, facta est ista ingrauatio cordis Pharaonis? Si enim pecora Israëlitarum morerentur, tunc videretur causa competens, quia cor eius aggrauaretur ad contemnendum, tamquam si Magi eius pecora Israëlitarum fecissent*

2. Psal. 74. 1.

Augustin.

3. Exod. 9. 7.

August.

1.

2. August.

Rom. 1.

Eli. 48. 4.

3.

Dionys.

4.

5. Hugo.

fecissent mori. Unde ergo debuit ad timendum, vel ad credendum moueri, videns nullum petus mortuum ex pecoribus Hebræorum, hic ingratus est, id est, illa ingratiatio etiam hucusque progressa est.

4. Matth. 8. 28. *Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos,* verba sunt demonis, ex quo ore desumit, omnis ille quem diabolus possidet. Putant enim Deum semper ante tempus venire, putant ocys supplicium, mortemque appropinquare, & post exactam longam ætatem se ante tempus sublato dolent, E contra vero iusti Deum tardetem vrgeret non cessant, & vt supplicia inferat, vrgerent. Hanc vim habent verba illa iustorum. Apocalypsis 6. *Usquequo Domine sanctus, & verus non iudicas, &c.* Hoc ex Petro Chrysologo notauerim sermon. 16. his verbis. *Tempus abscondit, præuenit mortem, sepelit viuos, crudelitas immatura: & de tempore queritur, quasi ante tempus habere debuerit, & non vixorta est mox puniri, de tempore causatur nequitia sæculi indurata, malis patientia brevis est, bonis tarda ultio.*

5. Nonnulla congerit ad hanc rem Petrus Chrysologus sermon. 109. In primis illud Genesis 4. Lubens suscepit Deus munera Abelis, repulit vero oblata à Caino. Si causam quæras ad tempus referenda est, nam Abel statim obtulit, Cain vero post multum tempus; odit enim Deus, ea quæ tardius offeruntur. Et quisquis Deo tardam pœnitentiam offert rem illi non satis gratam exhibet. Addit etiam illud Malachiæ 1. 8. & 13. *Queritur Deus per Prophetam quod claudicantem hostiam obtulerint Hebræi: & intulit de rapinis claudum, & languidum.* Ad rem morale multam vim habet hæc cotrectio, scilicet ille claudicantem hostiam offert qui tardè ad Deum conuertitur, sicut enim claudus multum tempus in peragenda via ponit, & tardius, quo pergebat accedit, qui verò sanus est ocyor accurrit: sic hoc loco tardantem vsque ad mortem pœnitentiam Deus vocat hostiam claudam quam insufflaturum minatur. Tandem iuxta eundem hæc sententia subest illis Paulis verbis Romanorum 12. 1. *Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam Deo placentem.* Hostiam vocat Paulus corpus nostrum. Hanc ergo hostiam ille viuam offert, qui adhuc sanus, & vegetus corporeas voluptates frænat: ille vero hanc offert hostiam mortuam, qui multa ætate effætum, longa senectæ languidum tandem aliquando Deo corpus suum offert, & corporeas voluptates remittit. Vnde addit Paulus Deo placentem, quia claudam, & languidam hostiam Deus auerfatur. Hæc omnia his verbis preffit Petrus Chrysologus *Ergo Abel sequamur ad premium, non Cain comitemur ad pœnam: Abel agnum portans ad Dei sacrificium sicut agnus sumitur, Cain gestans sibi stipulam, fomentum sibi per quod exureretur inuenit. Non offeras mihi claudum, non luscum, non mortis contagione pollutum, sed maturum, sine macula. Hinc est quod Apostolus vinam Deo petit hostiam.*

6. Pro hac re adducit Chrysologus sermone 125. parabolam de villico, quam habes Lucae 16. Villicus hic hominem quemcumque significat, cui Dominus animam suam tamquam villam commisit, vt eam excolat ad virtutem. Tunc vere rationes exigit, cum sub mortem redditurus rationem omnium operum suorum homo sistitur ante tribunal Dei. Ergo tunc qui negligentior fuit hæc intra se dicit. *Quid faciam, quia Dominus meus auersus à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubescio.* Singula ad rem præsentem detorquenda cum Chry-

sologo. *Quid faciam? tunc exordium cupit fumere, ad faciendum bona, cum mors virtutis viam occcludit, consilij inops tunc ad opus manum adhibet, cum cessare cogitur, fodere non valeo. Qui sub mortem pœnitentiam facili negotio facturum confidebat in vltimo articulo constitutus rem impossibilem dicit. Fodere non valeo. Tum demum se non posse fodere cognouit cum se à villicatione sensisset amotum. Quia sub mortis articulo digne pœnitere non posse causatur, qui facilem pœnitentiam dum viueret garriebat. Et cum vsque ad mortem cuiumque pœnitere liceat, qui pœnitentiam vsque ad mortem protraxit, in ipso mortis articulo constitutus quasi pœnitere non liceat, queritur, dicens: fodere non valeo. Subdit. *Mendicare erubescio. Quis non erubescat ab illis opem expetere sub mortem, quos dum viueret, neque de nomine nouerat? Qui firma adhuc valetudine, & robusta ætate laborare despexit, qua fronte iam senex, & æger mendicans victum queritabit? Hæc omnia mente concepit Chrysologus, & preffit his verbis. *Ait intra se quid faciam modo? Semper homo bona facere tunc cupit, quando mors facienda tempus ademit. Mendicare erubescio. Et quis non erubescat in cœlestibus mendicare.* Mente concepisse videtur Chrysologus tritam fabellam de formica, & cicada quam quondam his carminibus lusinus.**

*Farra per autumnum ad soles formica vehebat
Sape grauis granis, itque reditque viam.
Hanc videt ex alta cantatrix rupe cicada,
Stulta petit Cererem sollicitante fame
Quam formica rogat, quid non æstate laboras.
Inque hyemes tristes pabula leta paras?
Exemploque meo, quid non furaris? acervos
Cur non in cellam dic operosa trabis?
Illa sibi labi dulci modulamine tempus
Dixit & æstiuæ tedia longa mora.
I, nunc pascere precor ieiunia cantibus infit
Formica, adueniet colitur esca tibi.
Esca laborantem sequitur, non dulce canentem
Res est sollicito plena labore cibus.*

Hoc idem fulcit Origenes ex parabola illa de Virginibus Matth. 25. Tunc primum virgines illæ fatuæ deesse sibi oleum cognouerunt cum aduentaret sponsus. Scilicet tunc demum quantum sibi faciendum superstit, quam sit utilis pœnitentia homines agnoscunt, cum mors imminet, & qui ætate firma nihil horum cogitabant, cum tempus, & occasio elapsa est. Tunc demum de pœnitentia secum agunt. *Cum autem irent temere venit sponsus (ait Origenes) & est videre eos, qui talia patiuntur, qui quando debuerunt quidem, discere neglexerunt aliquid vile ab eis à quibus discere debuerunt, in ipso autem exitu vitæ suæ dum disponunt discere, comprehenduntur à morte. Et propterea non egrediuntur cum verbo ad sponsam Ecclesiasticam, neque cum Christo ad eos, qui simul in requie sunt futuri, & in beatitudine regnaturi.*

8. Nonnulli pœnitentiam differunt ducti aliorum exemplo, quos vident post vitam in fumis flagitiis transactam tandem aliquando locum inuenisse pœnitentiæ: hos autem Deus solet nihil minus cogitantes perdere. In his fuit Amon Rex Iuda de quo 2. Paralipom. 33. Cum enim eius patrem Manasse multum flagitiis obrutum, tandem aliquando Dei misericordiam consequentem vidisset, ille eisdem insistere vestigiis satagebat, multis se criminibus implicuit, pœnitentiam ad vltimam senectam reseruans, at vero cum duos tantum annos regnasset occisus est, viginti quatuor annos natus. Et qui longam sibi senectam promittebat, florente adhuc ætate

etate sublatu est. Hoc in Amone notauit Clemens Romanus lib. 2. Constitutionum Apostolicarum cap. 23. eius verba subiungo. *Amon filius Manasses, de quo ait scriptura, decepit se Amon mala cogitatione transgressionis, & dixit: Pater meus multa peccata ab adolescentia commisit, & cum senex esset penituit cum commissis: & nunc ego ambulabo, ut expeit anima mea, & postea conuertam me ad Dominum: & egit improbe coram Domino ante omnes natos ante se, & delcuit eum celeriter.*

Ambrosius lib. 2. de penitentia capite 9. hos ferius penitentes vrget his verbis. *Alij proposita spe agenda penitentia licentiam sibi delinquendi propagatam putant, cum penitentia remedium peccati sit, non peccandi incentiuus. Vulneri enim remedium necessarium est, non vulnus medicamento: quia propter vulnus medicamentum queritur, non propter medicamentum vulnus desideratur: infirma etiam spes, que committitur tempori. Cum omne tempus incertum sit, non omni spes tempori sit ut superstes. Desperet plane (ait Ambrosius,) qui vulnus sibi infligi optaret, ut presens remedium adhiberetur, & ille qui peccatorum morbum querit, ut Dei misericordia medeatur, plane non sapit. Tum etiam valde est stultum omnium rerum fragillissimae: scilicet tempori rem tantam committere.*

Procrastinantes penitentiam vrget Ambrosius hoc aculeo. Tunc mors proximior est, cum longius abesse creditur, ergo mors in limine adest ei, qui longum sibi vitæ spatium futurum pollicetur. Caue periculum, & quo ulterius vitam duraturam confidis, eo mortem proximiora puta. Multis thesim probat Ambrosius loco citato. In primis verbis illis Baptistæ Matth. 3. *Agite penitentiam, appropinquauit in vos regnum Dei.* Quæ verba resumpsit Christus Dominus ad populum verba facturus. Quibus verbis hæc sententia subest, ut regnum Dei, id est, huius vitæ finis vobis maxime appropinquat, cum agere penitentiam differtis: & vos penitentiam procrastinando Dei vltionem maturastis, & renitentem traxistis. Ergo ne regnum Dei appropinquet penitentiam agite. Adducit insuper verba Christi apud Lucam cap. 12. *Si sciret Pater familias, qua hora fur veniret, &c. Pulchra mortis cum fure compositio, tum maxime homo prædæ patet, & latronum insidiis, cum ipse magis securus est: si vero adeste latronem suspicetur, tunc securus agit, tum quia contra eorum insidias se munit, tum quia fures nisi imparatos inuadere non audet. Haud aliter mors instar latronis se gerit, quæ tunc hominem aggreditur, cum ipse pro fus nihil de morte cogitat. Item penitentia quæ differtur infirma solet esse, hoc in Adamo probat Ambrosius, quem statim ac in peccatum incidit, Deus tunica induit pellicea, ut habitus penitentis hominem ad penitentiam induceret, & extra paradysum, locum scilicet voluptatis eiecit in regionem squallentem, & aridam, ut glebæ sterilitas ad penitentiam traheret. Non distulit hominem ad penitentiam vocare, quia ut diximus dilata penitentia infirma, & inutilis frequentius est. Hos item homines carpit Christus Dominus illis verbis Matth. 20. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Id est, quia ego punire homines differo, & peccantibus penitentia spatium concedo tu me peccatis, & criminibus laceffis: Eandem sententiam continent verba Pauli Roman. 2. 4. *An diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis concedis? Ambrosij verba dono. Eos autem, qui penitentiam differunt, satis ipse Dominus admonuit dicens. Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum, nescimus qua hora fur veniat. Nescimus***

*an proxima nocte à nobis reposeatur anima. Adam post culpam statim de paradiso Deus eiecit, non distulit, sed statim separauit à delictis, ut ageret penitentiam, statim tunicam induit pelliceam non sericam. Quid enim quod differas? an ut plura peccata committas? quia ergo bonus Deus tu malus? Et diuitias bonitatis eius, & patientia contemnis? Circa dicta Ambrosij notandum illud: Nescimus an proxima nocte, &c. Quæ verba desumpsit ex Luca 12. 20. *Stulte hac nocte repetent à te animam tuam. Ipsa eadem nocte, in qua longum sibi vitæ spatium restare præsumpsit, mortuus est. Quia tunc propius mors extat cum longius abesse credimus. Expende, si placet, verbum illud, repetent, quod significat debitum ab aliquo exigi. Ergo licet homines in primo parente Adamo morti fuerimus obnoxij, tamen ille, qui eminus abesse sibi mortem fingit debitum contrahit, ut ab illo sine vlla mora anima repetatur. Debitum mortis per peccatum contraximus, debitum moriendi statim tunc contrahimus cum longam nobis vitam pollicemur.**

Eandem sententiam fulcit Ambrosius verbis Psalm. 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui, Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Flumina decurrentia, salicum opacitas, lyra, cithara, organa voluptates significant, & lasciuientem ætatem, iuuentutemque vernantem. Lacrymæ vero, & singultus penitentiam designant, ergo in præterlabentis fluminis florenti margine constituti, inter condensas salices, inter prata multis flosculis distincta organa suspendunt, & largius illacrymantur: scilicet oportet penitentiam agere vernantem, & pubescenti adhuc ætate, nec distrahere in senectutem inualidam. Patronum habeo hac in re Ambrosium lib. 2. de penitentia capite 11. his verbis. *De his qui exules, atque peregrini limitum paternorum, quos lex Moysi sancta præscripsit mundanis implicabantur erroribus, audis canentem: super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion. Inducit enim lapsorum gemitus, in ipso tempore presentium, ac verum labentium adhuc positos statu debere respicere. Et eorum videlicet exemplo, qui propter peccati pretium deducti erant in captiuitatis arumnam.*

Laudat Ambrosius Valentinianum Imperatorem, quod adhuc iuuenis pietatem colnerit, nec, ut Principibus in vsu est, iuuentute in voluptatibus transacta senectutem inualidam penitentia referuant: & nonnulla ad rem præsentem apta satis congerit oratione funebri de obitu eiusdem Valentiniani. In primis adducit verba Thren. 3. 27. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit super se.* Non modo hoc loco, verum alibi sæpe in Scriptura lex & obseruantia mandatorum iugum appellatur, ergo, quæ maior insipientia esse potest, quam hoc grauissimum iugum detrectare, cum homo adhuc firma est ætate, & validis viribus, & hoc tantum onus in debilem, & effatam ætatem remittere. Adducit etiam Ambrosius verba Psalmi 31. 1. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata.* Aliorum peccata remittuntur, quorundam teguntur. Ablit ab Ambrosio nostri temporis nouatorum delirium, qui tegi, & radi peccata somniant, non deleri, & eradicari. Ergo tegi peccata apud Ambrosium nostrum institutum respicit. Scilicet quorundam peccata remittuntur per veram scilicet penitentiam, de quibus prius Hemistichium: *Beati quorum remissa sunt iniquitates.* Hi autem sunt, qui penitentiam quidem agunt tempore apto, & opportuno, firma adhuc ætate, & validis

II.
Psal. 136. 1.

Ambros.

12.

Thren. 3. 27.

Psal. 31. 1.

Clem.

9.
Ambros.

10.

Mat. 3. 1.

Lucæ 12. 39.

Mat. 20. 15.

Rom. 2. 4.
Ambros.

viribus. Aliorum vero peccata teguntur; de his posterius Hemistichium. *Et quorum tecta sunt peccata.* Teguntur scilicet non auferuntur, quia licet veram egisse pœnitentiam sibi, & aliis videantur, nihilominus inualida fuit, & nullius roboris. Hi frequentius sunt, qui ad vltimum vsque spiritum pœnitere distrahunt. Adducit etiam Ambrosius verba Ps. 36.

Psal. 36. 27.

Declina à malo, & fac bonum. Sicilicet tu declina, non vero tempus expectes, in quo malum declinet à te. Ille enim, qui in iuuentute vitiiis nuncium remittit declinat à malo, qui vero iam senex crimina deserit, non ipse à malo declinat, sed malum ab illo. Ergo graphice Dauid: *Declina à malo, & fac bonum.* Non ait declinet malum à te, & fac bonum, sed tu declina à malo, & fac bonum. Illud enim non est dicendum bonum, etiam si expectantium hominum oculis bonum appareat. Si ergo bonum facere desideras opportuno tempore, & adhuc validis viribus vitiiis vale dic.

Ambros.

Bonum est viro (ait Ambrosius) *cum portauerit iugum in iuuentute sua: sedebit singulariter, & silebit: quia tulit iugum graue. Et ille quidem, se suarum virtutum remuneratione solatur, eo quod in iuuentute sua labores absorbit, peccata multorum tolerauit, iugum maluit graue emendationis proposita, quam molle illud, ac plenum deliciarum inuitantis ceruicæ portare. Bene beatus plane, qui vel in senectute correxerit errorem: beatus, qui vel subiectum mortis animum conuertit à vitijs. Beati enim, quorum tecta sunt peccata. Quia scriptum est, desine à malo, & fac bonum, & inhabitabit in sacula saculorum. Quicumque ergo deserit à peccatis, & fuerit ad meliora in quacumque conuersus etate, habet superiorum indulgentiam peccatorum. Sed huic cum plurimis venia societas emerenda. Plurimi enim sunt, qui se à peccatis iuuentutis in senectute reuocare potuerunt; rarus autem in iuuentute qui graue iugum serua sobrietate portauerit. Hoc est illud iugum, de quo Dominus in Euangelio ait. Venite, ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos: si quis vero antequam graui oneretur peccatorum sarcina, tulerit iugum in iuuentute singulariter sedebit, non cum plurimis conferendus: sed cum illo potes dicere, quoniam tu singulariter in spe constituiisti me.* Vltima verba desumpsit Ambrosius ex Psal. 4. 9.

Psal. 4. 9.

Qui enim iuuenes virtuti incumbunt hi singulariter in spe cõstituuntur, quia hic securus est de sua iustitia, & beatitudine: securus inquam, vt res humanæ ferunt. Ille vero qui senex vel morti proximus de peccatis dolet, parû suæ pœnitentiæ fidat.

14.

Eius, qui pœnitere differt personam gerit Adamus Genesis 3. dum se abscondit à vocante Deo. Ad auram post meridiem Deus Adamum conuenit, id est, vesperscente iam die, & sub crepusculum. Quia nonnulli sunt, qui donec sol iubar expandit voluptatibus indulgent, cum vero mortis vmbra timorem incutit malefactorum pœnitent. Hoc Ambrosius notauit lib. de paradiso capite 14. his verbis. *Quid est ad vesperam, nisi quia culpam suam sero cognoscit: & sero venit quadam erroris præteriti verecundia, qua errorem præuenire debuerat?*

Ambros.

15.

Euincit Bernardus sermone 38. ex paruis quam sit difficile vere pœnitere eum qui in mortis discrimine constitutus ad pœnitentiam confugit, illis verbis Psal. 15. *Multiplicatae sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.* Id est, cum graui morbo vrgerentur, tunc quidem cum omnia confusa sunt, cum vix corporis membra suum possunt obire munus, multa facienda, multa discutienda occurrunt, quæ longum tempus, firmam valetudinem, animum nullis passionibus, & corpus nullis morbis obnoxium, exigebant. Cum vero homo vix morbo sufficit, quæ ratione, tot, tantæque præstare valebit? Qui vegeti,

Psal. 15. 4.

& sani longam moram trahebant, iam morituri omnia confundunt. *Multiplicatae sunt* (ait Bernardus) *infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quid distimulant homines in vita sua agere pœnitentiam, & extrema de confusione præsumunt? Quomodo sub vnius horæ articulo reuocari posse existimant omnia anime membra, cuius concupiscentia, & desideria per totum mundum sparsa sunt, & vbiq; terrarum velut quodam visco tenentur? Non dico, ait Dominus, quin & talium saluem aliquos, potens sum enim in momento omnia reuocare: sed non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, id est, qui in sanguine perseverant, donec multiplicatis infirmitatibus deserantur a peccatis, antequam deserant ea, non magna talium conuenticula congregabo. Si bene memini in toto canone scripturarum vnum latronum inuenias saluatum. Noli huic iam periculosæ expectationi credere temetipsum, benignus est spiritus sapientia, sed non liberabit maledictum à labijs suis. Audi quis ille sit maledictus, qui peccat in spe. Verba illa, non congregabo, &c. habes* Psal. 15. 4. Beatorum multitudinem conuenticula appellat Dauid. Hæc autem conuenticula non congregantur de sanguinibus, quia pauci admodum sunt ex his, qui pœnitere differunt, qui ad beatitudinem congregantur. Item citat Bernardus verba Sapientia 1. 6. *Benignus, &c.* Id est, etiam si benignus sit Spiritus sanctus, non tamen maledictum liberat, id est, eum, qui spe veniæ ad mortem pœnitentiam differt.

Bernard.

Psal. 15.

Sapientia

16.

Psal. 73.

Item Bernardus sermone 75. in Cantica, nostram sententiam fulcit versu Psal. 73. *Operatus est salutem in medio terra.* In medio terræ salutem operatus est Dominus, non in extremo terræ, quia merita passionis Christi illis opem ferunt, qui non perueniunt ad vitæ vltimam periodum, sed illis, qui in medio vitæ constituti à Deo auxilium quærunt. Dicitur ad Theologos canones aptū vt non impossibilitatem, sed difficultatem inferat: Ad eandem rem subducit Bernardus sententiam Pauli Hebr. 10. 26. *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.* Quem locum non tam de his qui peccant, quam de his, qui post peccatum pœnitere differunt vsque ad vltimum halitum exponit Bernardus, hi enim voluntarie peccare dicuntur, quia volentes pœnitentiam differunt: quibus non relinquitur hostia pro peccatis, quia difficile, & vix vnquam, vt oportet, pœnitent. Addit Bernardus illud Romano. 6. 9. *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c.* Id est, scientes, quod mors Christi difficile eis fauet, qui vita in deliciis transacta tempore imminentis mortis ad eius misericordiam recurrunt. Tandem subinfert illud Psal. 74. 8. *Quia calix in manu Domini, &c. bibent omnes peccatores terra.* Hunc calicem putat Bernardus esse calicem sanguinis Christi, & meritorum eius, ex quo bibunt omnes peccatores terræ, id est, omnes peccatores, qui adhuc in terra viuunt. Non illi qui iam proximi sunt inferno. Expressius; Christi Domini merita raro eis fauent, qui moribundi inferorum penis proximi sunt, & ob hoc magis peccatores inferni, quam peccatores terræ dicendi sunt. Hæc omnia breui oratione Bernardus concludit. *Operatus est salutem in medio terra. Ergo tu, & in medio gebenna expectato, que iam facta est in medio terra. Non relinquitur tibi hostia pro peccatis mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum filius Dei, mortuus est semel, iam non moritur, non descendit ad inferos sanguis qui effusus est super terram, biberunt omnes peccatores terra, non est quod sibi ex eo vendicent demones ad restinguendos focos suos, sed neque homines socij demoniorum.*

Hebr. 10.

Rom. 6.

Psal. 74.

Bernard.

Quoniam

Qui periculis se vltro offert malis obruitur.

17. *Quoniam tacui inuictauerunt ossa mea.* Psalm. 31. sumpta similitudine ab eis, qui vulnera sua celant chirurgo, ex quo fit, vt putrescant sanie, taboque disfluant, ac tandem nullo medicamine curari possint. Et tu si spiritualia vulnera contegas, & vsque ad multum tempus celes, vix postea vllum medicamentum excipient. Hunc sensum affigit his verbis Theodoretus. *Quoniam tacui nec penitentiam egi vsque ad nonum mensem.*

18. *Matth. 25. Virgines fatuæ ad socias accurrunt & oleum petunt, eo tempore quo sponso facem erant prælaturæ. Date nobis de oleo vestro.* Hieronymus, date nobis de merito vestro. Verba sunt eorum qui vitam in summo otio, torporeque duxerunt. Cum vero mors inuam pullat, ad aliorum merita recurrunt, missis precibus beatos sollicitant, & eos, qui inter viuos pietate pollent, vrgent, vt à Deo spatium penitentiae petant, quibus apte dicitur. *Ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, &c.*

19. *Psalm. 75. 6. Dormierunt somnium suum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Somnium vocat mortem phrasi Hebraea quam non absolute somnum, sed somnium suum dixit, id est, mortem vitae omnino similem: ne quis credat post vitam in libidinibus actam tandem purissima, & immaculata morte diem obiturum, omnino similis est mors, & vita. Expendenda etiam verba quæ sequuntur. *Et nihil inuenerunt in manibus suis.* Eos arguit præfens Hemistichium, qui cum innumeris opibus abundant, & vsque in vltimum vitam condere testamentum procrastinauerint, tandem aliis relinquere non audent, quæ secum importare non possunt. Hebræorum magister Kimi hanc versus posteriorem partem ita exponit. *Et non inuenerunt omnes viri roboris manus suas.* Manus pro potestate accipe, ergo ait. *Et non inuenerunt manus suas.* Id est, illi, qui in morte penitentiam nullo negotio acturos se sperabant, cum ad rem ventum est, omnem profusam spem abiecerunt: & quasi non possent tunc penitere peccatis præssi, impenitentes vltimum diem obierunt. Vnde subdit. *Ab increpatione tua Deus Iacob: dormierunt, qui ascenderunt equos.* Cum Deus sub mortem hos homines corripere, & sua ipsorum eos conscientia pungeret, cum par esset omnem somnum excutere, & in suam salutem inuigilare tum maxime somnos ceperunt, cum mortem equum indomitum ascendissent. Fauent versus sequentes. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.* Id est, cum homo mortem à se longe abesse existimat, tum quidem laudabit te, sed instantis periculi motu percussus omnino tui obliuiscetur. *Ergo, & reliqua cogitationis diem festum agent tibi.* Id est, ea quæ iam diu dum valeret homo, & vigerent vires secum tractauerat, eadem sub mortem mente versabit, nec alius poterit esse à se ipso dum viveret.

20. *Psalm. 76. 3. In die tribulationis mea Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum; & non sum deceptus.* Hebraicè. *Plaga mea nocte defluxit, nec remisit se.* Id est, peccati vulnera, quæ videns patiebar in mortem curanda remisit. *Nec remisit se.* Nec tamen eo tempore remedia adhibere potui, vt cogitaueram. Vel potius sumpta metaphora est ab eis, qui sanguinem emiserunt. Oportet enim, vt ij sub noctem multam curam adhibeant, ne somno oppressi, dissolutis ligaminibus sanguis diffluat: ita sanè periculum imminet eis, qui peccauerunt, ne mortis somno graues planè ignari animam agant impenitentes.

ET qui amat periculum peribit in eo. Sententia est ad mores satis apta, ne quis scilicet periculis se vltro obiciat, sed peccandi occasiones, quæ passim occurrunt abigat, alioquin eisdem, quibus se immiscuit periculis, obruetur. Hac in re vnicum tantum testem Ambrosium adhibeam reliquis omissis quæ ex aliorum patrum testimoniis congesti. Verum quia præcipuè faminarum consortia nocent, de his præcipuè cauendis sermonem inferemus. Rem probat Ambrosius lib. 8. in Lucam ex illo Christi Domini Matth. 24. 15. *Et qui in tecto non*

descendat tollere aliquid de domo sua. Agit de malis, quæ passuri sunt homines sub finem mundi, quibus iubet & sarcinas abiciant, quo velocius pericula subterfugiant. Id est, etiam si necesse sit omnem suppellectilem abicere, & res familiares perdere, vt tibi fuga consulas omnino hæc perde. Insuper adducit illud Actuum 10. 9. ascendit Petrus superiora domus & ibi per mentis excessum vidit omnia immunda animalia in linteo. Non immerito ad superiora domus ascendisse Petrus dicitur cum iungitur ille, vt immunda animalia occidat, dentibus terat, in ventremque traiciat. Impura hæc animalia peccatores significant. Petrus vero eos, qui peccatores à vitiis abstrahunt, hi nisi ad altiora virtutis conscenderint, non audeant impiis, & sceleratis hominibus se miscere, etiam pietatis prætextu, & vt eos à vitiis ad virtutem traducant, ne scilicet dum alienam luem pellere conantur, contrahant. Licet enim omnibus vile sit peccatorum consortia deuitare, eis vel maxime, qui in virtute tyrones sunt. *Sed quoniam in iudicio versamur*

(ait Ambrosius) non digrediamur a tecto: ne dum vasa, quæ in domo sunt, auferre cupimus, capiamur. Sequere Petrum dum esuriret ad domus superiora gradientem, ibi agnouit mysterium Ecclesie congreganda, vt gentilem populum non iudicaret immundum quem fides posset ab omni mundare contagio.

Christus Luca 10. 4. Apostolos discalceatos mittit, cum tamen lex Exod. 12. 11. calceos habere iuberet eis, qui agnum manducabant. Hoc dubium soluit Ambrosius lib. 7. in Lucam. lex de comedendo agno dabatur his, qui nondum de Ægypto erant egressi, qui homines planè imperfectos significant. Hi calceos induant, ne labantur, ne impingant, ne serpens mordeat. Apostoli vero, id est, perfecti in pietate viri, non tam arcte caueant, sed possunt etiam discalceati incedere, timent etiam in Ægypto serpentes, qui passim in Ægypto latebant, ergo quo magis præfens erat periculum cautius incedere oportebat, & maiorem curam adhibere. Iudæa vero in quam Apostoli mittebantur venenatis animalibus carebat. Ergo, quo magis periculum imminet eo nobis maiore cautela agendum est. *Quod si quem mouet (ait Ambrosius) qua ratione in Ægypto calceati iubentur edere agnum, Apostoli autem sine calciamento ad predicandum Euangelium diriguntur, considerare debet, quia in Ægypto passus debet adhuc morsus cauere serpentis, multa enim venena in Ægypto, & qui in typo Pascha celebrat patere potest vulnere, qui autem minister est voluptatis curat, venire non trepidat.*

Actuum 28. Paulum à vipera percussum expectabant Barbari fore in tumorem conuertendum.

Act. 28.6.

Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebant esse Deum. Scilicet hæc mens omnibus hominibus à natura infusa est quantumuis Barbaris, vt ille qui morsus nihil mali patitur aliquid supra homines sit, necesse est enim, vt qui hominem non excedit ex adiacentibus malis morbum contrahat, & nisi se à periculo contrahat, vix fieri potest vt non corruat. Hunc sensum elicit ex his verbis Ambrosius libr. 7. in Lucam. Qui in eiusdem rei probationem subinfert verba Christi Lucæ 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes.* Nemo enim hanc potestatem facere posset, nisi vnus Deus. Commune est enim omnibus, vt ex calcata vipera morsus tolerent, & veneno pereant. Et nisi Deus contrarium iusserit procul dubio fiet. Vnde eodem loco Christus Discipulos suos nudis pedibus ad prædicandum mittit, nam illi solum, qui potestatem acceperant calcandi super serpentes nudis pedibus incedere possunt. Denique (ait Ambrosius) *momordit Paulum vipera, in Mellita insula, & videntes pendentem de manu eius viperam incolæ loci illius, putabant illum esse moriturum, sed ubi inoffensum stare viderunt, Deum esse dicebant, cui venenum nocere non poterat. Et vt scias hoc verum esse, Dominus ait: ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & supra omnes virtutes inimici, & nihil vobis nocebunt.*

Lucæ 10.19.

Ambros.

4.
Psal. 100.8.

Torquet Ambrosium in Psalm. 118. dictum illud Davidis Psalm. 100. 8. *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ.* Qui fieri potest, vt vnus homo omnes terræ peccatores interficiat, & ad vnum deleat? Ad anagogem confugit. Per peccatores terræ omnia vitia, quæ hominem deturpant significari ait. Sed qua ratione omnia vitia, quæ pene innumera sunt, quis delere poterit? *In matutino.* Scilicet si tempestiue occurras, & vitiorum fomenta subtrahas, si oblatas ad peccandum occasiones eminus adhuc positus subterfugas. *Quomodo vnus* (ait Ambrosius) *interficere poterat omnes peccatores terræ? Sed si consideres instum, cui nox præcessit, dies autem appropinquauit, potes videre, quomodo ex oriente sole iustitia de luce vigilans interficiat omnia fomenta delictorum.* Ad peccandum oblatas occasiones fomenta delictorum iure dicuntur ab Ambrosio, sumpta metaphora ab igne, qui iniecto oleo, aut stipulis fouetur. Si vero fomenta subducas extinguitur: si peccandi pericula subterfugas à peccatis immunis persistes.

Ambros.

5.
Psal. 118.36.

Psalm. 118. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.* Id est, exponente ibidem Ambrosio adeo firmiter cor meum auaritiæ adhæret, vt vix ab ea diuelli possit: quapropter rogo te, vt etiam oculos meos ab auro, argentoque dimoueas. Vix enim fieri potest, vt cor mundum ab iniquitate persistat, nisi prius exteriorum sensuum aditus obferes. Ergo, vt cor auertas prius oculos auerte, & occasiones videndi, quæ ad auaritiam alliciunt dimoue. *Sed quia* (ait Ambrosius) *inualidi sumus, & plerumque volentes auertere cor nostrum à pecunia, vel auro, vel argento capimur aspectu, & agrum, aut adificium videntes alienum, concupiscimus, bene addit Propheta, dicens: Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Ergo iuxta mentem Ambrosij ait David. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.* Id est, me de auaritia triumphum reportare fac, sed qua ratione fiet, ô David? Subdit. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Id est, me eripe ab intuitu diuitiarum, has enim si semel oculis hausero fieri non potest, quin & cor ad illas inhiet.

Ambros.

6.

In eundem sensum trahit Ambrosius versum.

Psalm. 118. ibidem. *Viam iniquitatis amoue à me.* Psalm. 118. 19. Non ait amoue me à via iniquitatis: sed ipsam viam iniquitatis amoue à me. Amouetur à via iniquitatis, qui oculis contemplans viam iniquitatis, ne per eam ingrediatur: amouetur autem ab aliquo via iniquitatis, dum ipsa via iniquitatis ab eius oculis subducitur, & amouetur, ita vt neque eam quidem oculis possit aspicere, neque mente contemplari. Ergo rogat David Deum, vt celet ab eo viam iniquitatis, ita vt neque eam oculis possit haurire, neque cognoscere. Facile enim, qui iniquitatem, vel mente haurit, vel oculis versat, in eam dilabitur. Ergo eminus auferenda occasio peccandi. Verba Ambrosij subiicio. *Viam iniquitatis amoue à me & de lege tua miserere mei, non dixit amoue me à via iniquitatis: sed viam iniquitatis amoue a me; quasi in nobis sit, & nobis inesse videatur. Quamdiu enim exercemus aliquid improbum, via iniquitatis interius manet, & non recedit ab eo, ideoque studiosè agamus, vt eam à nobis separemus, sed quia hereditarium iniquitatis glutinum mentibus inhaesit humanis opus est liberantis auxilio.* Nec satis Dauidi fuit dicere, amoue à me iniquitatem, sed viam iniquitatis, id est, non modo iniquitatem sed viam, qua ad iniquitatem itur, hoc est, subduc me ab occasione peccatorum.

Item Ambrosius in Psalm. 118. pro nobis exponit illud Psalm. 140. *Pone Domine custodiam ori meo,* Psalm. 140. 3. *& ostium circumstantia labijs meis.* Id est, ne in peccata incidam, me muni, & sensus externos, per quos veluti per ostia mors ingreditur, occlude. Nemo enim satis tutus esse potest, nisi aditus peccatis obseret. Hoc idem probat illud Hieremias 9. *Intrauit mors per fenestras.* Non inuenit aditum per portas, quia hæc clausæ erant, & intrauit per fenestras. Quia quoscumque aditus oportet obturare, etiam eos, qui minus obuij sunt, quales sunt fenestræ. *Omnia hic plena mortis* (ait Ambrosius) *intrauit mors per fenestras, intrauit per ostium, nisi Dominus ostio tuo ponat custodias.* Denique ex multiloquio peccatum nascitur, lege mandata legis, inuenies scriptum: qui viuens mortuum contigerit, inquinabitur. Præceptum habes Numerorum 10. quod ad rem moralem perducit Ambrosius. Oportet, vt eos fugiamus, qui peccato mortui sunt, facile enim ex eorum congressu, aut occurfu peccatum contrahimus. Alioquin quid cadauer contingenti nocere potest? Adducit insuper Ambrosius illud Matth. 8. *Sine mortuis sepelire mortuos suos.* Id est, ô tu qui Christi vestigijs inhaeres, caue ne etiam prætextu pietatis cadauer, id est, peccatorem contingas, ne immunditiam ex contractu contrahas. Addit etiam verba Ephesiorum 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis.* Oportet enim multa cura agere, eum qui inter mortuos degit, id est, inter peccatores viuunt, ne eorum crimina imitetur. Ergo surgat, nec securus somnum capiat. *Quantos* (ait Ambrosius) *tangimus mortuos? Inter quantos mortuos versamur? Ideo tibi auctor vita dicit. Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Ideo tibi alibi dicitur: surge qui dormis, & exurge à mortuis. Quomodo tibi diceretur exurge à mortuis, nisi inter mortuos viueres? Imo vero, quo quis perfectior est, in virtute, eo magis peccandi occasiones vitat. In hunc sensum adducit Ambrosius quæ de Nazaræis lex præscribit Numerorum 6.19. Cuius verba infero. *Ipsam Nazareum sanctum Dei lege si tetigerit mortuum lex immundum pronuntiat. Ideoque radis caput suum, & deponit capillum, quasi non sanctum, & iterum orat, vt exaudiatur, qui ante propter mortui tactum orare non potuit. Irrationabiles duxit dies, qui irrationali appropinquauerat.* Deponit*

7.

Psal. 140.3.

Hier. 9.11.

Ambros.

Matth. 8.11.

Ephes. 5.4.

Ambros.

Ambros.

Num. 6.19.

Deponit ergo superflua & mortua capitis sui, ut Christo reconcilietur. Ergo si Nazareus purificatur, & nos purificari oportet: quis enim gloriatur, casum se habere cor?

8. Esaiæ 6. 5. *Va mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & subdit causam. Et in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Licet enim sis proximus Deo, & concentum Angelorum hauseris, non potes non polluta labia habere si degas in medio populi polluta labia habentis. Id est, difficile fieri potest ut eorum mores non initemur, cum quibus degimus. *Pone parata semper* (verba sunt Ambrosij in Pl. 118.) *Et pervigili custodia quisquam cor suum sepeferit, tamen in medio peccatorum versatur, necesse habet etiam ipse purificari, ut Esaias cum dixisset, miser ego quoniam immunda labia habeo, & in medio populi versor immunda labia habentis: statim descendit unus de Seraphim, & contigit labia eius carbone, ut immunda eius labia mundaret.*

9. Genes. 3. 23. Adamus dum iustitiam coleret, in paradiso degebat, postquam reliquit, à paradiso pellitur: ne tamen repeteret Angelus custos statuitur, igneum gladium aduersus peccatores stringens (oportet enim, ut paradisos liber sit ab omni morborum contagio), nec pestem, qua Adamus infectus erat exciperet. Et quicumque animum suum virtutum plantis amœnũ custodire desiderat flammæ gladium in limine statuat, quo arceat, quæ illi nocere possunt. *Est etiam baptismum* (Ambrosium audis in Psal. 118.) *in paradisi vestibulo, quod ante non erat, sed postquam peccator exclusus est, capit esse romphæa ignea, quam posuit Deus, que antea non erat, quando peccatum non erat. Culpa capit, & baptismum capit, quo purificarentur, qui in paradysum redire cupiebant.*

10. Multa pro hac re hausi ex Ambrosio in Psal. 73. In primis profectio Psalms hæc est. *Psalms David in rememorationem de sabbatho.* Vel ut legit Ambrosius in commemorationem diei sabbathi *Psalms* huius Psalms materia agenda pœnitentia est, cum pœnitentia vero, quid commune habet sabbathum, quod est cessatio? Respondet Ambrosius: multum sane, imo vero qui pœnitentiam agere cupit, & cauere peccatum oportet ut sit in sabbatho. In sabbatho cessabant Hebræi ab omni opere, nec onera importabant. Ergo qui peccata cauere desiderat onera peccatorum non subeat, & pericula longe abiciat. Eundem sensum habent apud Ambrosium verba Christi Matth. 24. 20. *Orate autem, ne fiat fuga vestra hieme, vel sabbatho.* Iubet fugam celerem arripere, vnde cauendũ est, ne fuga nostra fiat hieme, tẽpore scilicet imbuibus impedito, aut sabbatho, in quo longam viam facere non licebat. Ac si dicat: ó vos, qui à peccatis fugitis, fugam capite, non qualem eumque sed celerissimam. Vix enim fieri potest, ut nisi quis longius celeriterque se à peccatis subducatur, iterum in peccata non impingat. Infert verba Baptistæ. *Quis vos demonstrabit fugere à ventura ira?* Matth. 3. 7. Omnium malorum remedium in fugam à malis reiicit: & nulli salus animæ accidit nisi prius fuga à vitiis sibi consulat; bona enim pars profectus spiritualis in fuga à malis sita est. *Sed forte* (ait Ambrosius) *moueatur, quia non dixit peccatorum commemorationem sed diei sabbathi, aut sicut alius habet sabbathorum. Quid est aliud sabbathum nisi requies futurorum, lenamen presentium quo lex iubet hominum opera feriari, onera deponi. Absolve ergo omni sabbatho, & alleua pondus, ut securus ad illius futuri sabbathi requiem peruenire merearis. Nam si hic peccata graua portaueris, illic requiem non habebis. Exonera igitur tuam mentem, reice omnia quibus conscientia grauatatur, & premittur, ne fiat fuga tua byeme, id est, sabbatho. Vita hæc in labore*

est, illa in requie. Leniorem te sæculi huius reperiat consummatio, ne oneratus peccatis fugere non possis. Ante fugę, ut peruenias, fugit saculum, qui sæculi illecebris non tenetur, qui se omni cura eius absoluit. Fuge iram futuram, id est, iudicij diem, fugit eam, qui egerit pœnitentiam. Sic enim definiuit Baptista Ioannes dicens: *Generatio viperarum, quis vos demonstrabit fugere à ventura ira, facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.*

2. Reg. 11. 2. *Accidit ut surgeret David de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus Regiæ, vidit mulierem, &c.* Verba hæc si fides Ambrosio capite 3. posterioris Apologiæ David scripta sunt, ut peccatum Davidis extenuaretur. Non ipse curiosus, & oculis vagus, aut per vicos, & alienas domos cursitans fomenta libidini conquisiuit: sed intra domum deambulans tempore otij nihil minus cogitans in alienam mulierem casu oculos coniecit: si periculum prauideret potuisset longe remouisset. Ergo si tantum est peccatum David, qui casu feminam aspexit, quanti supplicij eius erit, qui data opera videndæ alienæ pulchritudinis occasionem conquirat. Nonnulla alia in huius rei probationem adducit Ambrosius ibid. quæ quia facilia, non discutio. *Non adulterasset David* (ait Ambrosius) *alieni tbori, & faderati pœctia coniugij, nisi nudam, & labantem mulierem de domus suæ, interioribus vidisset. Et ideo bene scriptum est, non intendas in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem. Et alibi ad omnes irruentes oculos caue, nihil de continentia tua, & virtute præsumas. Et enim fornicatio mulieris in extolletia oculorum, & in palpebris agnoscitur.*

Sapius dæmon lupus dicitur in sacris libris præcipue Ioannis 10. 12. cuius rei causam assignat Ambrosius lib. 6. Exameron cap. 4. ex natura huius animalis. Nempe si lupus prior hominem videat, vocem homini eripit, & nullo negotio inuadit. Si vero è contra homo prior lupum inspexerit, ora occludit, vocem aufert, & facile hominis præda fit. Ergo si dæmoni vires adimere cupis, eius incurfus præuide, ne te imparatum inueniat, si enim cuniculos, quos ipse facit, tu prior exceperis, facile tentatorem in fugam dabis, sin minus nullo negotio te discerpet. *Lupus* (ait Ambrosius) *si prius hominem viderit vocem eripit, & despicit eum, tanquam victor vocis ablata. Idem si se prauisum senserit deponit ferociam, non potest currere. Tu nescis quomodo virtutem eripias aduersario, ut te tanquam prauentum effugere non possit, ut oculis tue mentis eius persidiam deprehendas, & prior verborum eius cursum impediatur, & acumen disputationis obtundas? Quod si tibi ille prauenerit vocem auferet, & si obmutueris, solue amictum tuum, ut sermonem resoluas.* Huius naturalis ingenij lupi meminit Plinius lib. 8. naturalis historiæ cap. 22. his verbis. *Sed in Italia quoque creditur luporum visus, esse noxios, vocemque homini, quem prius contemplantur adimere ad presens.* Celebris est apud authores hæc lupi natura, vnde nata paræmia. *lupus est in fabula*, de eis dici solita, qui superuenientes vocem adimunt his, qui de illis loquebantur. Vnde Seruius ad verba virgilij citanda: *Amunt phisici voce deserit eum, quem lupus prior viderit, vnde est in prouerbio lupus est in fabula, quoties venit de quo loquimur, & nobis aufert loquendi facultatem.* Hæc ille. Hanc etiam lupi naturam tradit Solinus cap. 8. Donatus interpres Terentij, Iliodorus lib. 12. cap. 2. Aluericus cap. 1. vnde Bucolicus Eclog. 19.

Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Marim iam fugit ipsa lupi Marim videre priores.

Ambrosius sermone 47. componit Petrum Apostolum cum filiis Israël, quando egressi sunt de Ægypto, utrisque per aquam via patuit, sed illis mare

viam præbuit, & sicco vestigio iter cum aquæ hinc inde instar mari pergentibus substitissent. Petro vero calcandum se præbuit, & fluida natura in solidam mutata secure obrerendam Petri pedibus se exhibuit. Quòdnam horum mirandū magis, vtrum eligendum? Ad rem morale refert Ambrosius: & Hebræos eos designare putat, qui peccandi occasiones, & lapsus causas subterfugiunt. Petrum vero eos adumbrare existimat, qui non resiliunt à periculis, sed oblatas lapsus occasiones ad pietatem, & iustitiam conuertunt. Hoc sane illo maius est: sed non omnibus licet, verum vni tantum Petro. Hebræorum populus de Ægypto nuper elapsus eos adumbrat, qui tyrones in virtute sunt. His si per mare iter faciendum sit opus est, vt recedant aquæ, & solum pedibus atterant, nec se fidant aquarum volubilitati, id est, peccandi occasiones, eminus subterfugiant: Petro vero, id est, illis, qui in virtute multum profecerunt licebit fluctus pedibus calcare, id est, peccandi oblatas occasiones præripere, & ad pietatis opera protrahere. *Legimus in veteri testamento* (ait Ambrosius) *filios Israël, per mare rubrum sic in itineribus ambulasse, & ad securitatem gradientium, ne laboretur vnda in soliditatem quandam eam fuisse mutatam. Quanto hoc melius vbi ambulante Petro, mutatur vnda, nec labitur, nec solidatur aqua, nec refugit. Melius inquam vbi eadem vnda que fluctuat, & sustentat: vbi idem gurges qui mergitur, & famulatur.*

Ambros.

14.

Voce Petrus ter negavit magistrum, nec voce ad medelam criminis vitur, sed tantum lachrymis. Matthæi 26. 75. *Et egressus foras fleuit amare.* Ambrosius serm. 46. de pœnitentia ideo factum putat, vt peccatis aditum occluderet: cum enim per verba peccatum commisisset, non audet iterum verbis fidere, nec mussitare quidem, aut hiscere; sed torum oculis committit, qui non peccauerant. Scilicet, quicumque amat peccata vitare, ille occasione aditum occludat, alias proculdubio in peccatum incidet, & ideo Petrus (verba sunt Ambrosij) iam non vitur sermone, quo se fellerat, quo peccauerat, quo fidem amisserat, ne per id is non credatur ad confitendum, quo vsus fuerat ad negandum: ac per hoc voluit causam suam magis flere, quam dicere, & quod voce negauerat lachrymis confiteri.

Ambros.

15.

Psal. 54. 7.

Psal. 138. 9.

Quandoque David pennas sibi quærit dari, quas non habet Psalm. 54. *Quis mihi dabit pennas sicut columba, & volabo, & requiescam?* Quandoque vero alas habere se dicit ad fugam, nempe Psalm. 138. *Si sumpsero pennas meas diluculo.* Vtrumque verum fatetur Ambrosius lib. de fuga sæculi capite 5. scilicet illi, qui pennas suas extendit ad fugam, illi inquam alas Deus addit, & celerem volatum concedit. Expressus rem dicam. Illi qui pericula fugit pernicitatem Deus concedit, qua possit omnino peccata vitare. Et nisi prius tu alas expandas ad fugam; minimè te Deus à peccatis incolumem conseruabit. Ergo si tu pedibus fugam captes Deus pennatum faciet, vt celerius fugere possis, & pericula euadere. Ergo si fuga tibi consulis, alas habes, sin minus his carebis.

Ambros.

Qui vult igitur (ait Ambrosius) *manu Christi leuari, ante ipse euolet, habet pennas suas, qui potestatem habet volandi. Qui fugit ergo saculum volat. Ecce elongauit fugiens, & mansit in solitudine.* Hæc ille. Vnde de illis quatuor animalibus, & manus hominis sub pennis eorum. Manus vires, & potestatem agendi significant, alæ vero fugam à malo: ergo manus hominis sub pennis eorum, id est, potestas, & vis, roburque ad agendum delirescit sub fuga. Ac si clarius dicam: tantum quis in virtute proficiet, quantum se à peccandi occasione subduxerit.

Ioannis 11. Cum rogatur Dominus à Maria & Martha, vt fratrem Lazarum suscitaret, & ad locum sepultura peruenisset, ait Dominus: *tolle lapidem.* Qui ad communes auras poterat vita functum reuocare, posset etiam nullo negotio, & saxum remouere ab ostio monumenti. Mandat vero, vt prius quam animam vocet, lapis remoueatur, quia priusquam nobis virtutem infundat, ea que virtutem impediunt, vult nos remouere, & obstitentia repellere. Hoc ex Ambrosio desumpsit lib. 2. de pœnitentia his verbis. *Nostrum est onera remouere, illius est resuscitare.*

16.

Cor ingrediens duas vias non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur. VERS. 12.

Id est, is, qui non corde sincero Deum sectatur, quique duobus Dominis inferuire intituit, non habebit successus, nihil pro votis ei accidet. *Et prauum cor in ipsis scandalizabitur.* Et qui prauo animo præditus est, scandalum, offendiculum, ruinam patietur. 1.

Hanc sententiam ita cum superioribus nonnulli coniungunt. Qui curiositatem in diuinis operibus cognoscendis partim sectatur partim fugit, id est, aliquando curiositati vacat, aliquando ab ea vacat (is enim duas vias ingredi dicitur, secundum hos authores) nihil prospere ager. Et prauo animo præditus, hoc est, qui curiositatem exere omnino non vult, in illis duabus viis ruinam inueniet. Sed extorta nimis hæc expositio, & omnino vim inferunt sententiæ, dum filum orationis tenere conantur. 2.

Cor ingrediens, &c. Hæc sententia Græcis non extat. De hac phrasi diximus supra Ingredi enim duas vias ille dicitur, qui partim Deum, partim mundum sequitur, qui duobus Dominis seruit. Est enim ac si dicat, tu cælestibus, & terrenis bonis frui optabas, sed neque his, neque illis fruieris. Simili phrasi vsus est Elias 3. Reg. 18. *Usque quo claudicatis in duas partes.* Deuteron. 31. *Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.* 3. Reg. 3. Vera mater filium diuidi non est passa. 1. Reg. 5. Puniuntur qui Dei arcem cum Dagone coniungunt. Leuitici 19. non licet duplici semine terram seminare, neque vestem ex lana, linoque contexere. Hugo Cardinalis; *Duas vias vnâ intellectu, alteram affectu: vel nolens scire ea, que præcepit Dominus sciri: & volens ea scire, que prohibet inquiri, vel cor ingrediens duas vias est cor hæreticorum, qui aliqua bene credunt, & docent, & aliqua male.* 3.

Et hi sunt caupones diaboli, de quibus dicit Esaias 1. Secundum aliam litteram: caupones tui miscent aquam vino. Vnde supra capite 2. Væ duplici cordi, & labijs sceleratis, qui impugnant veritatem prius agnitam, item cor ingrediens duas vias, est cor ambiens duas præbendas, vel duas dignitates, & isti non habebunt successus, quia in fine vix penitebunt. 3. Reg. 18. Deut. 31. 3. Reg. 3. 1. Reg. 5. Leuit. 19. Hugo. Eli. 1.

Successus. Quidam requiem, alij successus, vel requiem optime vulgarus successus solum apposuit: significat enim his eiusmodi hominem voti compotem non euasurum. Successus enim rei exitum significat iuxta illud 4.

Exitus acta probat: careat successibus opto

Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Et prauus corde. Ego quidem intelligo, quod prius dixerat, *cor ingrediens duas vias.* Posterius enim Hemistichium prius exponit. *Et prauus corde.* Alij prauū cor, alij prauicors, quidam prauicordius, nonnulli prauū cor. Hugo Cardinalis. *Et prauicors, id est, habens cor prauum, id est, diffidens.* 6.

Cor

Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiciet ad peccandum.

Latina nostra ex Græcis exemplaribus lucem mutuantur, nam nomen latinum nequam, ad omne peccati genus extenditur, Græcum ad genus peculiare peccati trahit. Sic enim habent Græca. *Cor durum grauabitur doloribus.* Ergo ad hoc genus nequitie latina verba oportet contrahere. *Cor nequam grauabitur doloribus.* Id est, cor durū, cor cedere nescium, quod neque minis, neque monitis ab incepta peccati via reuocatur, peius fiet, cum propterea vapulabit. *Et peccator adiciet ad peccandum.* Repetendum puto ex priori Hemistichio nomen illud in laboribus, vt hoc posterius Hemistichium prius exponat hoc modo. Et cum supplicii ob commissā peccata afficeretur, non modo à vitiis non abstinebit, verum noua semper peccata super adiciet.

Græca exemplaria hac ratione transferri possunt. *Cor durum grauabitur doloribus, & peccator addet peccata super peccata.* Hæc enim est peccati natura, vt nisi prius commissum peccatum abiiciatur, alia denuo secum adducatur. Etenim dæmon si aptam domum inuenerit, alia septem dæmonia secum trahit: & abyssus abyssum inuocat.

Cor nequam grauabitur doloribus. Quidam hac ratione exponunt. Cor durum thesaurizat sibi iram in die iræ. Ego vero ita exposui ipsis doloribus, & suppliciiis peius fit. Nam hic verbum grauari, significat peccatorum pondere opprimi, iuxta illud Psalm. 4. *Filius hominis vsquequo graui corde.* Id est, vsquequo peccatorum pondere obruemini. Ergo sensus est, cor durum ipsis doloribus, id est, inflatis suppliciiis grauabitur. Hoc est, peius fiet, in plura peccata corrueat. Nonnulli propositionem in auferunt. *Grauabitur doloribus.* sed parum refert.

Et peccator adiciet ad peccandum. Cornelius Iansenius simpliciter sententiam interpretatur, vt scilicet is, qui semel deliquit, semper in noua crimina dilabitur. Ego vero de proxima sententia resumendam existimo dictionem illam *in doloribus.* Hac enim ratione pulchriorem sententiam reddit, si priorem partem per posteriorem exponat. Quod in libris Scripturæ, qui ad mores pertinent frequens est. Sunt qui integram sententiam exponant de his, qui curiosi nimis sunt, quasi adhuc author curiositatem carpat, hoc modo. Cor durum, id est, homo qui iustus sibi non temperat animis subtili rerum disquisitione, grauabitur doloribus, id est, pœnas dabit. Et peccator, id est, vir curiosus, etiam malis, & suppliciiis pressus ab incepto non desistet, sed vt supra dixi nouarum ordinem rerum exorsus est Ecclesiasticus.

Cor nequam. Hugo Cardinalis. *Cor nequam, id est, sine equitate, id est, presumptuosum, quod omnino excludit iustitiam Dei, nimis amplificans misericordiam Dei.* Dionysius Carthusianus nequam est cor, quod duplicitate, calliditate, hypocrisis tegit se, & decipit alios, sed vt dixi Latina ex Græcis exponenda, quæ nihil de calliditate, sed de duritia habent. ergo cor nequam, cor durum est.

Grauabitur. Hac ratione exponit Paulus de Palacio: qui peccata cumulat non propterea lætitiā augeat: imo vero ex consuetudine peccandi voluptatem, quam ex peccatis decerpere solebat, omnino perdit. Nos vero *grauabitur.* Id est, cumulat, exponimus.

In doloribus. Gloss. in sarcina peccatorum. Nos vero in pœnis, quas pro commissis peccatis dabit.

Et peccator adiciet ad peccandum. Nonnulli de

scandalo, & proximorum ruina locum intelligunt, non modo noua peccata semper cumulat, verum etiam proximos in idem discrimen secum adducet.

Adiciet. Dionysius Carthusianus: sequens peccatum additum vocat, quia non solum rationem habet culpæ, quod cum priori peccato commune est, sed & rationem habet pœnæ, quod peculiare est illius. Ergo posterius peccatum, & peccatum est, & pœna prioris. 2. dicitur adiciet, secundum eundem authorem, quia semper in grauiora crimina prouoluitur peccator, quod his verbis effert Dionysius, id est, peccatis addet peccata, & de minoribus corrueat ad maiora. 3. Secundum eundem authorem dicitur peccator peccata adicere, vt sensim effrons, impudicus efficiatur omnemque pudorem abiiciat. 4. ait Dionysius peccatorem adici ad peccandum cum excusationes criminibus obtendit, vel in pessimam consuetudinem perducitur, eius verba subiungo. *Et tandem se excusat, vt gloriatur cum male fecerit, vel excuset se fuisse, ac in pessimam consuetudinem ruat, ita quod vitia sua parum, aut nihil ponderet.* Hugo Cardinalis. *Et peccator adiciet, vel per desperationem sicut dicitur Prouerb. 18. Impius cum venerit in profundum peccatorum contemnit, vel per presumptionem non cessans peccare, quia nimis presumpsit de misericordia Dei.* Ego simpliciter expono verbum *adiciet.* Scilicet noua peccata antiquis criminibus addet.

ETHOLOGIA XLV.

Qui semel peccat, facile in multa alia peccata dilabitur.

Peccator adiciet ad peccandum. Hoc vel maximè mei Ecclesiastici proloquium arcere valet homines à peccatis, hæc enim est natura peccati, vt velut pondus grauissimum animum deprimat, & in barathrum vsque, abyssumque malorum pertrahat, Nostræ sententiæ aliorum quoque calculi suffragentur. Matth. 8. his verbis dæmones Christum rogant. *Si eicis nos hinc, mitte nos in greges porcorum.* Cum plura dæmonia ab obfessis corporibus depulerit Christus Dominus, nulla tamen vnquam præter hæc mitti in porcos, rogitarunt. Causam huius petit Chrysologus sermon. 16. ex illis verbis Evangelistæ. *De monumentis exeuntes.* Scilicet dæmones isti inter patrescentia mortuorum cadauera morabantur. Assueri ergo putredini, cænum, & graucolentiam adamabant, vnde potius mitti in porcos, quam in alia munda animalia exorabant, facile enim ab vno factore, & cæno in similia pertrahuntur. *De monumentis mitti se precatur in porcos, nequitia (ait Chrysologus) quia fautores nescit amittere, sed mutare.*

Cum Corinthiorum vnus aliquis deliquisset hac ratione vniuersum Corinthiorum cæcum pungit Paulus 1. Corinth. 5. 6. *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit.* Aptā similitudine Apostolus sententiæ nostræ suffragatur, sicut enim fermentum massæ iniectum paulatim acidam reddit, & vniuersam penetrat, non aliter peccatum semel commissum sensim hominem ingreditur, totum maculat, & vitiorum cæterum secum trahit. Hoc ex illis verbis innuit Ambrosius lib. 1. de pœnitentia cap. 15. *Sine quod tota Ecclesia (ait Ambrosius) suscipiat onus peccatoris, cui compatendum & fletu, & oratione & dolore est: & quasi fermentum eius se totam conspergat.*

Nonnulla, quæ ad nostram institutū deseruiunt adducit

adducit Ambrosius in Psalm. 37. In primis verba
 Psalm. 37. 4. illa eiusdem Psalmi. *Non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum.* O miseram peccatorum seruitutem. Ille qui seruus est vnius tantum Domini seruitio emancipatur, si vero prior Dominus alij vendiderit dum ad posterioris seruitium addicitur, à prioris seruitute liberatur: at vero qui peccati seruus est, subinde noui peccati in seruitutem transit, nec tamen priorem abiicit seruitutem, sed eodem tempore multis dominis cogitur inferuire. Vnde sæpius in Scriptura peccator dicitur seruus multorum Dominorum. Esaiæ 50. *Ecce iniquitatibus vestris venditi estis, &c.* Quæ paulo aliter legit Ambrosius, quem iam refero. Item illud Psalm. 37. 5. *Et iniquitates meae supergressæ sunt caput meum,* id est, non vni tantum iniquitati seruiui, sed multis. *Rei sumus* (ait Ambrosius) *sine accusante, sine tortore, sine vinculis adstringimur, sine venditore vendimur: unde Scriptura dicit. Peccatis vestris venditi estis. Hæc igitur peccata sunt, quæ contra nos semper sunt, vt dixit Propheeta: vendiderunt nos, & dominantur nobis, seruus qui venditur superiori seruitio exit, vt ad alterum migret, nos vero nec superiorum iugum deponimus, & ad noua peccata turbamur, unde, & ingemuit sanctus dicens. Quoniam iniquitates meae supergressæ sunt, caput meum.* Expende verba illa Ambrosij. *Vt dixit Propheeta: vendiderunt nos, & dominantur nobis.* Quæ ni fallor habes apud Esaiam cap. 3. 4. *Et dabo pueros principes eorum, & effaminati dominabuntur eis.* Quæ verba paulo aliter extulit Ambrosius hic scilicet. *Vendiderunt nos: & dominantur nobis.* Id est, peccata, quæ dominium in nos obtinent aliis peccatis vendiderunt nos, nec tamen primum iugum excussimus, sed adhuc illa priora peccata dominantur nobis.

Psalm. 37. 4. *Quoniam iniquitates meae supergressæ sunt caput meum.* Quid inde? *Et sicut onus graue grauata sunt, super me.* Subdit. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meae à facie insipientia mea.* En tibi notante Ambrosio ibidem quo perduxit hominem prius peccatum: serpit, & cum prius tantummodo caput occupasset sensim venenum in totum corpus diffudit. Eodem adducit Ambrosius illud Zachariæ 5. De Amphora cui impietas fuerat immissa. *Et misit massam plumbeam in os eius.* Recte iniquitati plumbum imponitur, quia sicut plumbum innata grauitate deorsum vergit, & ad ima pertrahit, eodem prorsus modo peccatum semel commissum peccatorem in multorum malorum abyssum perducit. *Iniquitates meae* (ait Ambrosius) *supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me.* Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meae à facie insipientia mea. Ergo quando nos ingrauant peccata nostra, & talento quodam iniquitatis plumbeo ad terrena deprimimur, dirumpamus vincula eorum & proiciamus à nobis iugum ipsorum, vt possimus oculos nostræ mentis attollere. Et subdit. *Feruet enim iniquitas, cum dominatur super caput nostrum se se extollens, & locum occupans, ne eum Christus magister teneat penitentia, merito ergo sub iniquitatibus positus: & quod peius est suas corruptas esse, & computruisse cicatrices à facie insipientia sua: quia leuantem onera iniquitatis tardius remedia sequebantur.* Adhuc expendendus versus ille Psalm. *Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.* Vtrumque Hemistichium si Ambrosio fides, apta similitudine nostrum institutum probat. *Dirumpamus vincula eorum.* A seruis ducta est metaphora, non ait: dirumpamus vincula eius, sed vincula eorum, quia vt supra diximus peccator non vni tantum domino inferuit, sed multis. *Et proiciamus à nobis iugum ipsorum.* Ni fallor ducta est metaphora à iu-

mentis, quæ in vertendo solo ab homine sub iugum mittuntur. Frequentius enim duplex animal iugum subit, nec facile inuenies peccatum solitarium, sed semper alia crimina secum trahit. Expendo etiam pronomen illud *ipsorum.* Peccator non modo cogitur vnius domini vnum iugum ducere, sed multiplex multorum dominorum. Duplex iumentum associatur vt iugum subire possit: at vnus peccator non modo vnum sed multiplex iugum subit. Fortè huc allusit Christus Dominus Matth. 11. 29. *Tollite iugum meum super vos.* Et infra. *Iugum enim meum suauis est.* Ac si dicat, quid misericordiam tantum ceruicem multis iugis premendam subiicitis. Satius est, vt iugo meo caput inflectatis, quod vnum tantum est, nec tamen soli subibitis. Sed ego vobiscum onus importabo.

Pro nobis etiam est Ambrosius in Psalm. 37. Qui optimè nostram sententiam munit verbis Esaiæ 1. 5. *Omne caput languidum, & omne cor marens à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tuens.* Audi ordinem. *Omne caput languidum.* Quid inde? *Et omne cor marens.* Fontibus autem vitæ infectis audi quod subdit. *A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.* Hæc enim est natura peccati, vt sensim serpat, donec totum hominem inficiat. *Pulchre* (ait Ambrosius) *& illud Esaiæ hoc loco aptatur: omne caput in dolore, & omne cor in maestitia à pedibus vsque ad caput est vulnus, cicatrix, ac plaga cura feruore, feruet enim iniquitas cum dominatur, super caput nostrum sese extollens, & locum occupans, ne eum Christus magister teneat penitentia. Merito ergo sub iniquitatibus positus (& quod peius est) suas corruptas esse, & putruisse cicatrices à facie insipientia sua, quia leuantem onera iniquitatum, tardius remedia sequebantur.*

Munit nostram sententiam Ambrosius in Psalm. 37. verbis illis Psalmi eiusdem. *Quoniam iniquitates meae supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me.* Si tanti mali originem quæras, audi quod subdit. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meae à facie insipientia mea, id est, quia ego insipiens fui, nec remedia adhibui ingrauescente malo, omnia vulnera sanie, taboque defluerunt.* Ergo oportet, vt si in peccatum aliquod incideris remedia statim adhibeas, ne totus contabescas: testis tibi sit Iobus, qui vulneribus scatenis, & ad summam rerum difficultatem redactus, vt potuit morbo obstetit, & saniem testa radebat. Id est, in tantum malorum barathrum, & inopiam detrusus Iob non animum dimisit, sed pro viribus morbo obuiam iuit. Et tu si in multorum peccatorum abyssum demersus fueris, ne tamen spem abiicias, morbo obiste, & si nihil aliud superfit, vel testa saniem defluentem rade. In huius rei probationem affert ibidem Ambrosius, quod de Lazaro mendico ait Christus Dominus Lucæ 16. *Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* Pauperior Iob Lazarus, nec testam habebat, qua saniem raderet, nec vires ei suppetebant, quibus hoc præstaret; in summa tamen rerum difficultate audi quid fecerit: *facientia, vulnera, & multa sanie diffluentia canum linguis obiciebat, vt vel hac ratione alieno auxilio serpenti morbo obuiam iret.* Verba Ambrosij subiicio. *Merito ergo sub iniquitatibus positus (& quod peius est) suas corruptas esse, & computruisse cicatrices à facie insipientia sua, quia leuantem onera iniquitatum tardius remedia sequebantur.* Tamen, & Iob sancto, qui saniem radebat suorum vulnerum, & perfusus vlceribus à pedibus vsque ad caput sanitas est refusa. *Et Lazarus pauper, qui iacebat ad ianuam diuitis, lambentibus vlcera*

ulcera eius canibus de cicatricum suorum faetore sublatus ab Angelis in Abraha sinum est collocatus. Vtérque, ut vult Ambrosius, malorum suorum remedium adeptus est, quia, ut potuit, contra ingruentia mala remedia adhibuit: & tu si peccatum commiseris nihil non aude, ut pro viribus ingrauescenti malo obfistas.

Iob 18.9. *Tenebitur planta eius laqueo & exardescet contra eum sitis.* Duplici similitudine nobis suffragatur Baldad. Prior est sumpta ex laqueo, sæpius enim auiculæ dum in casses, vel viscum inciderunt, possunt quidem initio facile periculum subterfugere, dum vero diutius detinentur, ita implicantur, ut nullus locus fugæ superfit: *Tenebitur planta eius laqueo.* Posterior pars nouam similitudinem inducit ex illis nimirum, qui falsum humorem hauserunt, hi enim non modo sitim non sedant, sed potiùs accendunt. Hanc vim habet posterior pars. *Et exardescet contra eum sitis.* Hoc ex Gregorio dixerim lib. 14. Moral. cap. 5. qui in eiusdem rei probationem adducit illud Lucæ 14. *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.* Hydropicus in limine Pharisæi curatur, quia tumore illo corporis spirituales Pharisæorum morbos protendebat. Qui hydropic laborat ad potum inflammatur, nec tamen etiam si plenos crateres, & coronata pocula hauriat, sitim sedat, sed quo plus bibit, eo magis sitis exardescit, potu nimirum in falsum humorem vi morbi mutato. Hydropicus est omnis qui peccat, nec repetitis peccatis peccandi libidinem abiicit, sed incendit. *In eius quippe animo (ait Gregorius) contra eum sitis exardescet, quia quo agere peruersa consuevit, eo ad ebibenda mala vehementer accenditur, impio quippe sitire est huius mundi bona concupiscere. Unde, & redemptor noster ante Pharisæi domum hydropicum curat: & cum contra auaritiam disputaret, scriptum est: audiebant autem omnia hæc Pharisæi, & deridebant illum. Quid est ergo, quod ante Pharisæi domum hydropicus curatur nisi quod per alterius agritudinem corporis, qui in altero exponitur agritudo cordis? Hydropicus quippe, quo amplius bibit, eo amplius sitit, & omnis auarus ex potu sitim multiplicat, quia, cum ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius, & amplius ambulat. Qui enim adipiscendo plus appetit, huic sitis ex potu crescit.*

Ita comparata est natura peccati, ut nisi statim commissum abiicias non modo nos in alia protrudat, sed in alia longe grauiora. Ut de fama quondam Poëta.

Viresque acquirit eundo.

Et lapis, quo amplius decurrit, eo velocius agitur, eadem prorsus ratione quo quis magis peccatis inferuit, eo grauioribus implicatur. Testis mihi sit Gregorius lib. 21. Moral. cap. 5. qui nostram sententiam fulcit verbis Iob 31.5. *Si ambulavi in vanitate: & festinaui in dolo pes meus attende verborum ordinem: si ambulavi in vanitate, id est, in peccatis, assueta Scripturæ phrasi. Quid inde? Et festinaui in dolo pes meus.* Vanitas in Scriptura dicitur peccatum leue, à quo nullus liber & etiã homo pius, & iustus. Dolor vero peccatum grauius, quod nocumentum aliis infert. Ergo qui prius in vanitate ambulauit, id est, leuioribus peccatis se immiscuit, postea in dolo festinat, id est, grauiore crimine irretitur. Hoc idem significant verba illa ambulo, & festino, ambulat enim, qui, vtrûmque se mouet: festinat vero, qui concitato gradu, & celeri cursu mouetur. Ergo qui prius per impietatis viam ambulabat futurum est, ut subinde non modo ambulet, sed festinet. *Rectus vero ordo seruatur, si quis prius in vanitate ambulare, & post modum festinasse dicatur. Vanitas vero ad leuitatem,*

dolor vero ad malitiam pertinet, & nonnulli plerûmque ad quadam post malitiosa perueniunt, quia prius leuitate non declinant. Verba sunt Gregorij.

Multa hoc loco transcribenda, ex Gregorio lib. 25. Moralium cap. 14. in primis illud Eliu apud Iobum 34.25. *Noluit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur,* id est, quia prius opera Deo minus placita egerunt, in mediam noctem, id est, in multo grauiora prolapsi sunt. Inducit etiam Gregorius verba illa Matth. 22.13. *Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores.* Hoc dicto punitur ille, qui sine vestimento nuptiali conuiuio affuit. Circa quod in primis expendo illud. *Ligatis manibus, & pedibus,* hæc enim est pœna eorum qui peccata committunt, ut qui volentes prius delinquant, tandem quodammodo nolentes ad peccata trahantur. Et veluti manus pedesque ligentur. Posteriùs expendo verba illa *in tenebras exteriores.* Tenebræ iuxta phrasim Scripturæ peccata dicuntur. Ergo tenebræ exteriores erunt, peccata quæ exterius procedunt, interiores vero, quæ interiori in animo peraguntur. Ergo *mittite eum in tenebras exteriores.* Id est, qui prius mente, & cogitatione deliquit, tandem abiecto pudore etiam exterius peccata committat. Etenim qui criminibus se inuoluit, sensim in peius ruit. Hoc aperte tradit Paulus Romanorum 1. *Cum enim præmississet: Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. Quid ex hoc malo natum sit, subdit. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, & multa alia quæ ibidem subdit Apostolus. Adducit etiam Gregorius illud 1. Thessalonicenses 2. *Ut impleant peccata sua semper.* Eo enim tendit peccatum, ut semper peccatorum mensuram compleat. Et illud Apocal. 22. *Qui nocet noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Id est, grauiora semper crimina committat, & in eodem peccatorum cano firmius hæreat. Addit idem Gregorius verba Dauid Psalm. 77.49. *Misit in eos iram indignationis sue: indignationem, & iram & tribulationem, inmissiones per Angelos malos.* Et subdit statim. *Viam fecit semita iræ sue.* Quasi dicat, hæc peccata, quæ commiserant, nihil aliud dicenda sunt, quam via per quam ad multo grauiora perueniunt. Et nisi aditum ocludamus proculdubio longius à pietate homines perducit. Item verba Psalm. 68. 28. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.* Deo hoc loco tribuitur, quod Deo permittente homines faciunt, nempe iniquitatem iniquitati super imponere, & nouam sarcinam addere, donec magna mole obruantur, nonnulla etiam adducit Gregorius, quæ quia facilia sunt lubens omitto. Verba vero Gregorij etsi longiuscula trãseribo. *Non enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur. In mortem corruit, dum per extremum iudicium videndi lumen in æternum amisit. Vnde scriptum est ligate ei manus, & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Tunc enim coactus in tenebras exteriores mittitur quia nunc in interioribus excacatur voluntarie. Rursum in nocte iniquus conteritur cum peccatorum præcedentium peccator damnatus veritatis lumen non inuenit, & quid deinde agere debet non agnoscit. Omne tamen peccatum, quod tam citius penitendo non tergitur, aut peccatum est, & causa peccati, aut peccatum & pœna peccati, peccatum enim, quod penitendo non diluit mox suo pondere ad aliud trahit. Quod bene in infidelibus & lubricis Paulus quasi quoddam semen erroris aspexerat cum diceret. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, sed quid ex huius erroris semine pullulauit illico adiunxit dicens.**



dicens. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, et contumelia afficiant corpora sua in semetipsis, quia incognoscetes Deum peccatum superbia intelligentes commiserunt. Hinc rursus de quibusdam Apostolus dicit, ut impleant peccata sua semper. Hinc voce Angelica Ioani dicitur, qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Hinc David ait. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Hinc rursus de Domino ab eodem Psalmista dicitur: immissiones per Angelos malos viam fecit semitam irae suae. Cor quippe Dominus prioribus meritis aggravatum iuste permittit, etiam subsequenter malignorum spirituum persuasione falli, quod cum digne in culpa trahitur, reatus eius in poena cumulat. Vnde & ira suam viam de semita fecisse perhibetur. Iterum ad incudem referenda verba illa Gregorij, Vnde ira sua, &c. Quibus exponit versum Psalm. 77. Viam fecit semita irae suae. Hoc est discrimen inter viam, & semitam, quod semita angusta via est, & parum trita: via vero significat iter latum, & spatiosum, regium, & praetorium, multorum hominum congruentium concursu tritum satis. Ergo ait, viam fecit semita irae suae. Id est, illa quae prius semita erat, postea in viam versa est. Expressius: qui vno vel altero peccato inficiebatur, iam nunc fracto carcere, & ruptis repagulis in omnium vitiorum caeno volutatur. Vnde amplius expendens hanc sententiam subdit Gregorius: *Larior enim est via, quam semita. Ex semita vero irae suae viam facere est, ira causus districte iudicando dilatare, & qui illuminati agere recte noluerunt, iuste cecati adhuc facient, unde amplius puniri mereantur. Hinc per Moysen dicitur: nondum completa sunt peccata Amorrhaeorum.*

Gregor.

10.
Deut. 32. 32.

Ad eundem sensum adducit Gregorius 25. Moral. cap. 15. verba illa Deuteron. 32. 23. *De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrae. De vinea Sodomorum vitis eorum.* Id est, prius de Gomorraha vnum tantum palmitem transfulerunt, qui sensum crevit in vineam, imo densissimam sylvam. Hoc est, qui vel vnum tantum crimen in se transfert subinde integram vineam, & densam sylvam, in animam inducit. Vnde subdit Moyses: *Nonne haec omnia condita sunt apud me, & signata in thesauris meis.* Id est, hoc idem frequenter hominibus accidit, ut peccatum peccato accumulent. Hinc per eundem Moysen (verba sunt Gregorij) Dominus dicit, *vinea Sodomorum vitis eorum. Non haec omnia congregata sunt, apud me, & signata in thesauris meis: in die ultionis reddam eis. Quam multa mala narrauit, & tamen illico adiungit: in tempore, quo lapsus fuerit pes eorum. Ecce atrocissima facinora eorum describuntur, & tamen ad ultionis diem, adhuc subsequens lapsus aspicitur, quo eorum culpa cumulentur. Habent iam quidem, unde feriri mereantur, sed sustinentur adhuc peccatum crescere, ut peccantes possit atrocior poena cruciari. Bene itaque dicit: novit enim opera eorum, & idcirco inducit noxam, & conterentur, quia ut saepe dictum est, precedentia nimirum mala faciunt, ut ad peccandum iterum tenebris subsequentibus inuoluantur, ut eo iam lumen iustitiae videri non possit, quo illud, & quando potuerunt videre noluerunt.*

Gregor.

11.
Psal. 57. 3.

Psal. 57. *Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestrae concinnant.* Augustinus ibidem legit *iniquitates manus vestrae conneunt.* Ducta forte similitudine ab eis, qui funes attexunt spartis, vel filis noua annectendo. Fortè metaphora ducitur à fructibus, quidam enim eorum diuisi nascuntur, ut puta poma, mala medica, nuges, amygdalae, & his similia: alij vero fructus in racemos confluant, ut uuae, & dactyli. Ergo horum instar est

peccatum, quod racematim nascitur, nec vllum tantummodo, & sparsum, solumque est inuenire. Expende insuper verba Psalm. *Etenim in corde iniquitates operamini.* Id est, per quietem mente voluitis, animoque versatis. Ceterum haec iniquitas minimè interiorius se continet, sed statim in opus prodit, vnde subdit: *In terra iniustitias manus vestrae concinnant.* Augustini verba transcribo ibi. *Iniquitates manus vestrae conneunt, quid est conneunt? De peccato peccatum, & ad peccatum peccatum propter peccatum. Quid est hoc? furtum fecit, peccatum est, visus est, furem fecit eum, à quo visus est, connexum est peccatum peccato. Permissit Deus occulto iudicio occidere eum, quem voluit sciri, sensit sciri, querit, & alterum occidere, connexum est tertium.* Aliam metaphoram, quam supra tradidimus ab illo, qui funes annectit deducit Augustinus ibidem ab illis verbis Proverbiorum 5. 22. *Iniquitates sua capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Quam sententiam paulo aliter legit Augustinus, item ex illis verbis Psalm. *Dirupisti vincula mea.* Verba Augustini subscribo. *Dirupisti vincula mea, quid est dirupisti vincula mea nisi remisisti peccata mea? audi quod vincula sunt. Respondet Scriptura: crinibus peccatorum suorum unusquisque constringitur, non solum vincula, sed, & crinibus sunt: crinibus sunt, qui sunt in torquendo: hoc est, quod peccata peccatis annectunt. Ad hoc idem inhectit Augustinus factum illud Christi Ioannis 2. *Et cum fecisset quasi flagellum è funiculis,* non virga, non bacillo Christus pellit de templo vendentes, & ementes, sed funibus in modum flagelli aptatis; funes enim ex multis filis conficiuntur, flagellum ex multis funibus concinnatur: ergo poena crimini respondet, semper enim vnum peccatum alteri annectitur, nec solum se esse patitur. Adducit etiam in eundem sensum verba Matthaei 23. 13. *Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* His verbis supplicium praescribit ei qui vulgari amictu vsus in conuiuio irrepsit. Quid est, quod ei manus, pedesque ligantur, non ferro, quod fere omnibus fontibus accidit, sed funibus, qui minus apte ad custodiam, & supplicium sunt? Nempe, ut ipsa vinculorum natura crimen ipsum adumbret, quod ex pluribus semper annectitur, ut funes ex multis filis conficiuntur. Tum etiam manus, pedesque constringuntur, quod non frequens est in reis: verumtamen ea est natura peccati, ut sensum ingrediatur, manus obstringat, nec pedes liberos esse sinat, ac tandem totum hominem occupet. Et quia unusquisque (ait Augustinus) peccatis suis constringitur, sicut peccatis suis caditur: Dominus male versantes in templo flagello de resticulis facto exclusit. Sed non vis modo dirumpi vincula tua, quia non sentis vincula tua, etiam delectant te, & voluptati sunt: senties cum dicitur: ligate illi manus, & pedes, &c.*

August.

Prov. 5. 22.

Psal. 119.
August.

Ioan. 2.

Mat. 23.

August.

12.

Psal. 57.

Gregor.

Hunc sensum habent verba David Psalm. 50. *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Ac si dicat, non satis est mihi, quod me ab homicidio, adulterioque absolueris, hoc rogo, ut me magis ac inagis mundum reddas ab omni criminum genere, noui enim hanc esse naturam peccati, ut vnum aliud secum trahat. Hunc sensum deduxi ex Gregorio in hunc locum his verbis. *Profit mihi Domine quod cecidi. Lauentur cum hac macula nota delictorum, quas haecenus neglexi. Saepe namque dum quadam male gesta plangimus, ipsa vi amaritudinis ad excutiendum nos excitati, alia nobis plangenda inuenimus, quae admissa eo facilius obliuioni tradidimus, quo ea nulla vel leuia putabamus.*

Hunc sensum habent verba Psalm. 101. *Dies mei sicut umbra declinauerunt.* Viam iustorum componit cum

13.

Psal. 101.

cum horis matutinis, viam vero peccatorum cum vespertinis, matutino tempore lux crescit, hæc est vita iustorum, quæ semper incrementum ex virtute debet accipere: at vero peccatorum vita vespertino tempori similis est, in quo lux decrescit, & maiores sensim fiunt umbræ. Talis enim natura peccati est, vt nunquam quiescat, sed paulatim in densissimas noctis tenebras deducat. Hæc item est mens Gregorij ibid. Loquentem audi. *Scimus enim, quia sole ad occasum vergente umbra crescunt, donec dies veniat, & lumen omnino diei deficiat: sic nimirum cum reproborum cordibus sol iustitia occidere cœperit, cœcitatibus umbra vehementer crescit adeo, vt diuino non illuminentur lumine, sed mortifera noctis inuoluantur obscuritate.*

Gregorius pro nobis adducit verba illa ex Cantico Annæ. *Exultauit cor meum in Domino.* Ibidem. Quo loco per cor liberum hominis arbitrium intelligit. Hoc se habere gloriatur Anna; quod quidem non multum est. Quis enim est homo, qui corde careat, cum in eo sit fons vitæ, quo vel leuiter percussio homo vitam ducere non potest? Verum si cum Gregorio per cor liberum arbitrium intelligas, non ineptè Anna gloriatur se cor possidere, per quod possit in Domino gloriari. Nam iusti sanè, & pij homines cor habent, quia per liberam voluntatem opera exercent. At peccatores peccando in illud malorum barathrum ruunt, ex quo vix se possunt extrahere. Et licet liberum arbitrium non perdant, tamen adeo languet, vt vix videatur aliquid posse bonum operari. Hunc sensum redolent verba Ioannis 13. *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Iscariotes.* Diabolus in cor Iudæ misit, quia illo pro arbitrio suo vtatur ac si magis diaboli quam Iudæ esset. *Quia cor suum* (ait Gregorius) *dicit, quid aliud quam mentis suæ libertatem asseruit? Reprobi quidem corda sua non habent, quia ea diabolus possidet: vnde, & de proditore dicit. Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotis. Si enim Iudas cor suum, non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum quam diabolus malum poneret. Quotiescumque enim grauius delinquimus, cor nostrum non habemus. Quare Ieremias Iudaico populo delinquenti improperans, ait. Audi popule stulte, & non habens cor. Hinc item conuersus alter Propheta Deo confitetur dicens. Inuenit seruus tuus cor suum. Dicit ergo exultauit cor meum in Domino, vt libertatem mentis assereret sine qua digne Deum laudare non potest.* Verba quæ ex Ieremia citat Gregorius habes cap. 5. 21. *Audi popule stulte, qui non habes cor.* Quæ verba iuxta mentem Gregorij hunc habent sensum. O vos, qui peccando eo amentia denenistis, vt non voluntate duci, sed fato quodam trahi videamini. Item citat Gregorius verba Dauidis 2. Reg. 7. 27. *Propterea inuenit seruus tuus cor suum.* Itaque inuenisse se dicit Dauid per gratiam libertatem, quam videbatur per peccatum amisisse. Possunt etiam huc referri verba Psalm. 50. *Cor mundum crea in me Deus.* verbum creo si iuxta Philosophorum, & Theologorum placitum accipiatur strictè significat rem ex nihilo condere. Ergo hunc sensum verba Psalm. patiuntur. *Cor mundum crea in me Deus.* Id est, per peccatum in nihilum abiit cor meum, omnino periit cor meum, adeo vt in nihilum redactus videatur. Ergo nunc in tuam gratiam ascitus oro, vt iterum cor crees, & quodammodo liberum arbitrium ex nihilo condas.

Hoc in Absalone expendit Chrysostrabus hom. de Absalone. Quæ causa hominem sapienter, & religiose educatum impulit, vt facinus aggredere-

tur multis sæculis inuisum, nempe vt à patre deficeret, in eum rebellaret, & insidias moliretur, mortemque ineditaretur? Respondet Chrysostrabus, commissum prius crimen hominem in tantum barathrum disturbasse. Scilicet prius fratrem Ammon occiderat, hoc autem peccatum paulatim hominem in illud, quod est grauissimum, nempe in parricidium detrusit. Hæc enim est natura peccati, vt sensum hominem in profundissimam malorum abyssum mergat. *Semper enim scelera* (ait Chrysostrabus) *dum non refecantur incrementum, & in augmentum facinoris prosilitur, quoties impunita securitate peccatur, dum enim in Absalon fratris occisi non vindicatur in parricidium Patris reciduum facinus iteratur.*

Nostram sententiam firmant expositore Chrysostrabo ibidem verba Psalm. 39. *Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus, & non potui, vt viderem. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.* Nota malorum seriem. *Circumdederunt me mala.* Neque his contenta, subinde tenebras oculis offuderunt. *Et non potui, vt viderem.* Postea in magnam multitudinem excreuerunt. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei.* Ac tandem veluti vim animæ intulerunt, & reluctan-tem me veluti cæco ductu ad peccandum impulerunt, cor & arbitrium, quodammodo abstulerunt. *Et cor meum dereliquit me.* Reperit enim peccatum, etsi libertatem non auferat debilem tamen reddit. *Melius est* (ait Chrysostrabus) *à feris, quam à peccato circumdatum comprehendi.* Illas autem vel terere possumus, quando autem à peccatis fuerimus circumdati, tamquam ab eis semel victi opprimimur. *Ut viderem: vt bonum possem à malo discernere.* Peccatum enim tamquam caligo, & nubes tenebrarum incumbit, mentis oculis. *Et cor meum dereliquit me, virtus est panis animæ & cordis.* Hunc ergo panem nisi comedat, animo linquitur & enervatur, quod si etiam peccatorum multitudo accesserit, quæ ita creuisse exposui, vt capitis capillos longe excederent, tunc est quoddam duplex animi deliquium, & virium imbecillitas, quemadmodum venter corporis fit à malis nutrimentis imbecillior, ita etiam venter animæ, his autem & cor animo deficit, quando eorum maiorem amiserit multitudinem, corruptionem, veluti quandam fluxionem sustinens. Apta similitudine vix est his verbis Chrysostrabus sumpta ab stomacho, cui si plus inferatur quam nativo calore decoquere possit, vel non satis aptus sit cibus, stomachus paulatim elanguet, & vires amittit. Ita etiam qui peccat sensum arbitrio vires admittit.

Hoc idem probat Chrysostrabus in Psalm. 50. ipso facto Dauidis, hic cum peccasset, & adulterium commississet, tandem in homicidium dilapsus est. Tum etiam dum obtegere intendit, & celare peccatum admissum, nouo se demum crimine polluit. Eius verba accipe. *Quid igitur Rex? peccatum peccato cumulat, ac scelus scelere obtegere molitur.*

Similem sensum habent, si fides Chrysostrabo ibid. verba Psalm. 118. *Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.* Peccata vocat funes, quia vndique hominem constringunt, & veluti renitentem trahunt. Vt enim bos ad macellum perducitur constrictus funibus, ita peccator suis criminibus veluti quibusdam lotis impellitur, vt alia peccata committat. In eandem rem inflectit verba Esaia 5. 18. *Va qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum planstri peccatum.* Chrysostrabus paulo aliter. Nempe *Va qui trahitis vanitatem in funiculo longo.* In funiculo longo trahunt peccatores iniquitatem, quia alteri alteram annectunt, & ex illis veluti catenam efficiunt. *Et quasi*

Chrysostr.

16. Psal. 39. 13.

Chrysostr.

17.

Chrysostr.

18.

Psal. 118. 61.

Esa. 5. 18.

quasi

quasi vinculum plaustrum peccatum. Scilicet plaustrum frequenter duo equi portant, & eadem ratione peccatum semper alteri adhæret, & illi coniungitur. Hoc multis exemplis Chrysoſtomus euincit. Cain patricidium commisit, nec multo post in desperationem incidit. Hebræa plebs dum largius cibus, & poculis indulget, idola colit. Iudas dum auaritiæ studet Magistrum vendit, ac demum Petrus non semel aut bis, sed ter Magistrum negauit, & sexcenta alia. *Funes peccatorum* (ait Chrysoſtomus) circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus. Inſidias tam demonum quam hominum funes appellauit. Sumpta nimirum metaphora ex occasione à nexu. Sic etiam Esaias. *Va qui trahunt peccata in funiculo longo, horum autem verborum hac est sententia. Cum funes tibi vndique tēsi essent haud tamen è memoria diuinam legem excuſſi. Per funes autem peccatorum demonum impetus & improba cogitationes, atque carnales motus intelligendi sunt. Fumibus enim peccatorum suorum quisque constringitur. Atque cum quispiam peccauit, nisi statim se reuocet, & peccatum agnoscat in aliud rursus labitur. Ad hunc ergo modum cum Cain trucidato fratre nefarium scelus perpetrasset, cornes mendaciarum habuit tamquam funiculum annexum. Sic etiam Hebræorum populus sedit manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, atque peccata peccatis adnectentes vitulum fecerunt, atque simulacris cultum adhibuerunt. Sic denique Iudas, etiam cum auaritia laboraret, proditor quoque etiam Magistri sui exiit, ac postremo laqueo sibi vitam eripuit. Petrus contra cum Dominum abiurasset ob huiusmodi peccatum acerbè plorans iustificatus est, quod videlicet peccatum peccato minime cumulasset: nos quoque fratres si peccamus, respiciamus, neque contemptores efficiamur, ne sequatur nos peccatum super peccatum, instar prelongi cuiusdam funis.*

19.

Matth. 4.6. Matth. 4.6. Cum diabolus Christum Dominum supra pinaculum templi statuisset his verbis eum alloquutus est. *Mitte te deorsum.* Tentatorem merito irridet Chrysoſtomus homil. 13. in Matth. Alienum enim à filio Dei deorsum se immittere: hoc enim ad seruos pertinet, qui in preces se dant, & sensum in peccatorum abyſsum descendunt noua crimina veteribus cumulando. *Et certe* (ait Chrysoſtomus) *cum ille iniuriſo sermone abusus fuisset valdeque contrarie, nemo enim à Dei filio illud exposcit. Demonum quippe est se ipsos iacere deorsum, Dei vero homines erigere iacentes. Nam si potentiam oporteret ostendi, semetipsum temere proiciendo, ac precipitando non ostenderit, sed alios profecto saluando. Caterum se ipsum in precipitia, & prærupta abiicere diabolica est caterua.*

20.

Lucæ 19.29.

Lucæ 19.29. Duos discipulos misit Christus Dominus, vt asinum cui infideret, importarent. *Soluentibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum.* Factum hoc multis mysteriis abundat. Mihi autem hoc loco expendendum cum Chrysoſtomo homil. 11. in Marcum nomen illud *domini*. Non dominus per singulare, sed *domini* per plurale dixerunt. Mirum sane quod vnus asinus multorum dominorum esset. Res tam vilis nulliusque pretij qua ratione ad multos dominos spectare poterat: Ad rem moralem confugit Chrysoſtomus. Pullus hic, cui Dominus infedit, & quem Apostoli soluunt peccator est, quem illi, qui Apostolis suffecti sunt, id est, sacerdotes à peccatis soluunt. Hic autem pullus multorum dominorum est, quia ab vno crimine facile in multa alia ruit. Ex quo etiam patet, quare ad rem tam facilem, & vilem duos Apostolos, & intra alios præcipuos immiserit. Scilicet soluere peccatorem cum multorum dominorum iugum subit, res est valde diffi-

cilis, & quam vix tanti Apostoli obire possunt. *Isse, qui ligatus fuerat,* (ait Chrysoſtomus) *quomodo iste pullus multos habet dominos? Secundum Euangelium Lucæ quomodo à multis dominis, tollitur, & ad vnum Dominum adducitur? Ac si dicat Chrysoſtomus, dum peccator criminibus inferuit multorum domino- rum subditus est, cum vero Deo ad vnum domi- num reducitur. Vnde ait. Dicite quia Dominus eius operam desiderat. Id est, cum à multorum domino- rum ad vnus Domini seruitium reducitur.*

Synagogæ superbiorum non erit sanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur. VERS. 1.

Quia enim cordis duritia & monitis salubribus non parere frequenter è superbia nascitur: postquam in superiori sententia de cordis duritia egit, nunc superbiam infectatur. *Synagogæ superbiorum non erit sanitas.* Quasi dicat, superbiorum congregatio, eas pœnas dabit, vt sine vilo remedio puniatur, sine vlla curatione deficiat. *Frutex enim peccati radicabitur in illis.* Superbia enim est, veluti radix, ex quo malorum multorum seges pullulat. *Et non intelligetur.* Id est, omnis eius memoria peribit. Hac enim phrasi frequentius in scriptura significatur rem aliquam omnino deletam esse, & periisse: iuxta illud Psalm. 36. *Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros libani: & transiit, & ecce non erat, quasi sui eum, & non est inuentus locus eius.* Psal. 36.

Græca habent. *In punitione superbia non erit sanitas.* Sunt qui putent Latinum interpretem pro punitione synagogam legisse, est enim similitudo non parua inter vocem græcam synagogam, & punitionem. Ego autem existimo potius exemplaria græca, quæ nunc feruntur esse vitata, quam nostrum interpretem deceptum. Si vero græcam lectionem sequamur obuium sensum habebimus. Hoc est, superbos sine vilo remedio fore puniendos, à quo sensu, nostra lectio non longius abest. *Frutex enim peccati eradicabitur in illis.* Græca hoc modo: *viæ eius eradicabuntur: planta enim malitiæ radices misit in eo. Quæ sententia facile etiam ad latinam lectionem aptari potest. Via illius.* Id est, consilia, & vota superbi, ita eradicabuntur, vt restitui in integrum non possint, nempe, quia malitia adeo in ipso hæsit, & firma permanet, vt altas egerit radices. Tigurina longe alium sensum indicat. Hac enim ratione integrum versum reddit. *In suasionem arrogantis nihil est sani: & egressus eius conuellerunt: quia radices egit in eo planta malitiæ, nec vilius pretij censebitur.* Illud in suasionem, potest accipi actiue, & passiue. Passiue hac ratione: etiam si multum superbum moneas multisque verbis cum eo agas, nihil tamen efficies. Ergo tu qui salubria moneas, ne oleum, & operam cum superbo perdas. Vel actiue, nihil est sani in verbis, quæ superbus effutit, & in monitis, quæ dat. *Et egressus eius conuellerunt.* Egressus vocat quod nos frutex. *Quia radices egit in eo planta malitiæ.* Euelleretur, quia tam altas egit radices, vt nisi radicibus euellatur, per vim, germinare non desinet. *Nec vilius pretij censebitur.* Quod nos, intelligetur. 1.

Synagogæ: Græca, vt diximus, in punitione. Nonnulli hanc sententiam adhuc ad curiosos referunt: hos vocant superbiorum synagogam, quia monitis superioribus aures obtundant: & his nullam futuram sanitatem dicunt, si enim semel cupido sciendi animum occupauerit, difficile eruitur; sed valde extortus sensus est. 3.

4. *Superborum.* Aliqui peccatorum, vt non ad genus aliquod peccati referatur sententia. Sed ad quodcūque peccati genus. Quodcūque enim peccatum id habet, vt si per duritiam offirnetur in corde, difficile euellatur, ac tandem sine curatione puniatur. Nos vero melius de peculiari peccato nempe de superbia locum exposuimus, hæc enim peculiariter animum obdurat, ne monitis salubribus acquiescat. Hugo, *Synagoga superborum*, id est, præsumptuosorum, vel ambitiosorum.

5. *Non erit sanitas.* Aliqui, numquam sapient, numquam peccata deponent, nos melius. *Non erit sanitas*, ad interuentionem vsque debentur, vltimo supplicio afficiuntur, Est enim phrasis Scripturæ non in solens. Psal. 37. 4. *Non est sanitas in carne mea.* Ieremiæ 14. 19. *Ita vt nulla sit sanitas.* Id est, ita vt nullo modo ad sanitatem restitui possint. *Sanitas.* Paulus de Palacio. Animæ & corporis. Superbia enim sapius, & animæ virtutes, & corporis aufert sanitatem.

6. *Frutex.* Græcè surculus, vel planta, quæ ex stirpe aliqua pullulat. Cum enim peccata aliud peccati genus præcipuè superbiam in anima tanquam radicem agant, adeo fixa hærent, vt nulla vi diuelli possint. *Frutex.* Paulus de Palacio, id est, liberum arbitrium, quod quasi radix est omnium malorum, *eradicabitur.* Scilicet in inferno, quia omni gratia priuabitur, qua ad bonum moneri possit. Fortè melius, extenuabitur in hac vita: quia, & singula peccata commissa à viatore homine libertatem adimere possint, arbitrij tamen vires debiliores reddunt. Dionysius Carthusianus per fruticem intelligit etiam liberam voluntatem, quod probat ex illo Matth. 3. *Iam enim securis ad radicem arboris posita est.* Quæ verba de extremo iudicio intelligenda sunt, in quo omnis voluntas ad bonum in malis deficit. Hugo: *Frutex enim, id est, omnis excusatio peccatum pallians, vel diminuens.* Sicut enim ex radice planta pullulat, non aliter ex peccato excusatio. Addit frutex peccati, id est, ipse peccator, habens congeriem peccatorum fixam in corde, eradicabitur. Qui enim multis peccatis subditur, vix vnquam remedium inueniet.

7. *Eradicabitur.* Nos, penitus peribit. Hugo, id est, manifestabitur radicitus. Hac enim poena punitur peccator, vt peccatum, quod celare conabatur, omnibus fiat conspicuum. Addit Hugo: *Eradicabitur in illis, id est, auferretur ab illis, scilicet superbis, quia non poterunt excusare peccatum suum, vel palliare, sicut frutex celat feram.* Nulla enim ratione celari potest peccatum commissum. Subdit idem Hugo. *Signanter autem dicit eradicabitur, quia sicut arbor eradicata non emittit ramos, sed siccatur in se, sic superbia malorum in die iudicij radicitus reuelata non amplius emittit ramos presumptionis, vel ambitionis, sed in ipso siccabitur, vt perpetuo comburatur.*

8. *Et non intelligitur.* Nos exposuimus, id est, omnis memoria eius peribit. Quidam ita interpretantur: *Et non intelligitur:* Superbo, ex elationis semine multa peccatorum seges pullulabit, idque continget sensim, & absque vlllo sensu superborum, vel aliorum, qui eos intuentur, vt enim plantæ insensibiliter crescunt, sic & reperitis peccatis, & peccandi consuetudo, & tandem poena oboritur. Tigurina: *Nec vllius pretij erit:* Non insolenti Scripturæ phrasi quæ quod nullius pretij est, non intelligi dicit. Hugo, & non intelligitur. Id est, non approbabitur apud Deum. Fateor quodque in Scriptura non intelligi idem esse ac non approbari, verum hoc loco longe est à sensu authoris. Lyra, & non intelligitur:

scilicet à peccatoribus, qui nolunt diuina iudicia cogitare. Sed à phrasi Scripturæ longe aliena est expositio.

Cor sapientis intelligitur in sapientia, & VERS. 31. auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.

1. Quasi dicat, cor sapientis cognoscitur, cum se se offert, aliqua sciendi occasio, scilicet dum disquiritur, & disputatur, tunc enim quasi ex diuite penu multam profundit sapientiam. *Et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.* Et auditores pij, & sancti cupidissime sapientiam, & monita salubria auscultabunt.

2. Græca habent: cor hominis intelligentis cogitabit parabolam, & auris, auditores huius sapientis, ab ore eius pendebunt, loquentem cum desiderabunt. His autem Græcis accommodat scientiam hac ratione. Sapiens cognoscitur, quia abdita sapientiæ meditatur. Et auris bona, vel sapientis, audiet cum omni concupiscentia; sed adductum superius sensum prætulimus.

3. *In sapientia.* Quidam in moderatione, qua sapientiam effundit, vt hic rursus contra curiosos agat. Græca in *parabolis*, & abditis sermonibus. Nos melius quando se occasio aliquid disquirendi se obtulerit. Dionysius. *Intelligitur per sapientiam, id est, per verba & opera sapientialia ab ipso procedentia cognoscitur.* Hæc ille. Nullo enim alio modo melius sapiens dignoscitur, quam sermone ab ipso prolato. Paulus de Palacio legit. *Intelligitur.* Et exponit metaphoricè, id est, multam de illo curam Deus suscipiet. Sicut enim dicitur Deum non intelligere, quæ non curat, eadem ratione ea, quorum curam suscipit, dicitur intelligere. Sed nescio, quam ratione hæc expositio neque nostræ, neque Græcæ aptari possit. Melius nos in sapientia, id est, in occasione prodendæ sapientiæ. Sicut enim Iud. 14. fauus mellis inuentus est in ore leonis mortui, & in ore sapientis eloquij dulcedo inuenitur.

4. *Et auris bona audiet, cum concupiscentia sapientiam.* Tigurina priorem sententiam iuxta Græcos exponit, posteriorem vero partem alio modo, vt nouum sensum efficiat. Integrum versum accipe. *Cor hominis cordati meditatur sermones reconditos, & sapiens aurem attentam expetit.* Id est, qui multa consideratione abditos Scripturæ sensus eruit, attentum requirit auditorem, non oscitantem. Nos vero de desiderio, quo auditores tenentur, exposuimus facilius. *Et auris bona.* Dionysius. *Id est homo studiosus, & docilis.* Dionys. Quibus verbis nobis fauet Hugo. *Auris bona dicitur, quæ libenter audit bona, & prudenter discernit audita, & obedienter operatur intellecta.*

Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se VERS. 32. à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.

1. *Sapiens cor.* Id est, ad sapientiam natum. *Et intelligibile.* Id est, quod mentis acie valet. Abstinebit à peccatis, id est, cauebit peccata. *Et in operibus iustitiæ successus habebit.* Et opera iustitiæ quibus incumbet, ad optatum finem perducat.

2. Græcis hic versus non extat. Sunt nonnulli qui adhuc de curiositate auctorem agere autument. Vnde verba illa. *Abstinebit à peccatis,* de his peccatis, quæ ob nimium sciendi studium committuntur, fiunt, exponunt, verum magis communem sensum verba habent, vt diximus.

3. *Et intelligibile.* Quod mentis acie præstat, intelleximus.

ximus. Tigurina *cor sapiens, & intelligens*. Verbum autem intelligens significat habere vires, & aciem mentis ad intelligendum. Intelligibile nonnulli exponunt passiuè, ita vt idem sit, quod illud cor quod intelligitur, & dignoscitur. Vt sensus sit. Cor quod intelligitur, & dignoscitur à peccatis abstinebit. Sed adhuc diuerso modo locum exponunt. Nonnulli ita exponunt: cor intelligibile, id est, cor cuius exactam prouidentiam Deus gerit, sicut enim Deus dicitur intelligere, quæ probat, aut custodit, sic etiam non intelligere ea, quæ vel non probat, vel non curat. Ergo cor intelligibile idem est, ac cor quod Deus defendit, vel cuius opera approbat, hoc inquam à peccatis abstinebit. Vel intelligibile dicitur, quod se ipsum intelligit, & discutit. Iubemur ergo hoc versu conscientiam discutere, vt peccata cauere possimus. Sapiens, & intelligibile hoc modo distinguit Hugo Card. vt sapiens dicatur ille, qui de mysteriis diuinis multa adeptus est, & intelligibile quod per cordis munditiam animum suum cælestis doctrinæ capacem effecit.

4. *Et in operibus iustitiæ successus habebit.* De hac phrasi supra egimus ad versum 28. huius capituli. Est autem idem ac pro votis rem euenire, optatis potiri.

VERS. 33. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.

1. Postquam multa de humilitate, & modestia differuit, nunc ad beneficentiam digreditur, de qua multa cap. sequenti. *Ignem ardentem, &c.* Quasi dicat, sicut aqua extinguit ardentem ignem, ne noceat, & omnino non sit, ita eleemosyna à peccatis liberat: ne nos perdant.

2. *Ignem ardentem extinguit aqua.* Hæc verba per comparationem intelligenda sunt, id est, sicut aqua ignem extinguit, ita eleemosyna delet peccatum licet frequenter in Scriptura nota comparationis supprimatur. Et hac ratione citatur celebris hic locus ab Augustino de Rect. cathol. & à Cypriano serm. de eleemosy. & lib. 3. ad Quirin. Idem Cyprianus serm. de eleemosy. per aquam intelligit laucrum Baptismi, & per ignem gehennam, & supplicium imminens. Sed mystica hæc expositio. Est autem apta compositio ignis ad eleemosynam: sicut aqua serpentem ignem omnia longe lateque vastantem facit sistere, & extinguit; eadem ratione eleemosyna peccatis resistit: dum scilicet fauorem diuinum nobis exorat, vt vel præterita peccata deponamus, vel futura caueamus. Dionysius Carthuf. meretur gratiæ incrementum. Lyra, resistit peccatis pœnam pro eis debitam auertendo. Non displicet, est enim eleemosyna non infimum, inter opera satisfactoria pro pœnis peccato debitis. Vnde Danielis 4. ad Regem Nabuchodonosor: *Peccata tua eleemosynis redime*; id est, meritas penas pro peccatis data eleemosyna anteuerte.

3. *Et eleemosyna resistit peccatis.* Græca exemplaria hanc partem hac ratione habent. *Eleemosyna expiat peccata.* Cyprian. lib. 3. ad Quirin. *Eleemosyna extinguit peccatum.* Tigurina hanc partem hac ratione exprimit. *Ita peccatum expiat misericors benignitas.*

ETHOLOGIA XLVI.

Eleemosyna largientem à malis eripit.

1. **I**gnem ardentem extinguit aqua: & eleemosyna resistit peccatis. Nomen peccatum tam crimen ipsum,

quam pœnam ipsi sceleri debitam significat, vnde de utroque præfens Ethologia sermonem infert. *Matth. 12. Extende manum tuam, & extendit, & restituta est sanitati sicut altera.* Expendo cum Chryologo sermon. 52. verba quibus Christus Dominus huc hominem sanat: *Extende manum tuam.* Hæc verba omnibus dicta accipe. *Extende manum tuam.* Quocumque enim morbo, quocumque malo labores, si velis ab illo eripi, extende manum tuam. Id est, liberalem te exhibe in pauperes. Vnde forte Christus hunc hominem sanitati restituit, non secreto, non in angulo domus, sed publice, expectante nimirum synagoga, & totius ciuitatis conuentu, vt hoc non vni tantum homini, sed omnibus dictum putes. *Orate fratres (ait Chryologus) vt sola synagoga tali debilitate fuscetur, ne sit in Ecclesia, cuius manum arefaciat cupiditas, contrahat auaritia, rapina debilitet, tenacitas agrotat constringat. Sed si acciderit id ipsum, audiat Dominum, & cito eam in opere pietatis extendat, relaxet, & misericordia in eleemosynis porrigat. Sanari nescit, qui nescit pauperi fenerari.*

2. **Q**uærit Chryologus sermon. 42. Causam, ob quam locus vbi antiqui Patres ante Christi mortem asseruabantur Abrahæ sinus sit appellatus, imo vero ipsa beatitudo, & æterna felicitas sapius etiam sinus Abrahæ appelletur? Dubio vero idem Chryologus respondet, nimirum, quia cum beatitudo, per modum conuiuij proponatur, oportebat his mensis eum præficere, qui pauperes libens excipiebat. Sinus enim Abrahæ dictus est, quasi conuiuium, cui præfuit Abrahamus. Solemne enim fuit tam Hebræis; quam gentibus, vt in conuiuium vnus aliquis præficeretur, quem vel fors, vel conuiuarum suffragia eligerent, vel quem dignitas alijs præferret, hic autem Rex vel princeps conuiuij, vel architriclinus dicebatur. Res est magis nota, quam vt à me probari debeat. Ex meo auctore hac ratione intelligenda sunt verba: *Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis, quasi vnus ex ipsis.* Id est, modipera- torem, vel symposiarcham, ne tibi nimium arroges. Ergo penes hunc Regem erat edulia inferre, pocula miscere, & porrigere, quid cuique bibendum manducandumue esset, præscribere. Ergo Abraham cælesti conuiuium præfectus est. Et hac ratione eum ad mensam recumbentem in præcipuo loco vidit ille diues, qui apud inferos cruciabatur. Quid enim aliud hominem mouere poterat, vt aquam expeteret, nisi quia vidit pateras, crateras, & calices coronatos, cõuiuii inferri: Sed vnde quæso tanta Abrahamo dignitas, vt omnibus sanctis præferretur in beatitudinis conuiuii? Non ex alio capite; nisi quia effusus fuit in pauperes. Hoc vnum pietatis opus hominem ad tantam altitudinem extulit. Nec immerito ne si minus esset liberalis aliquem ab illa cælesti mensa arceret. Pro eadem re adducit Chryologus illud quod de Angelis habes factum apud Sodomam Genes. 19. Prius ciuitatem ingrediuntur, in platea manent, à Lot excipiuntur, cum ex domo extrahunt, & ignis incendio liberant. Scilicet prius à Lot domo excipiuntur, quam ipse ab incendio eruatur, vt videas ob quod meritum Lot à periculo sit ereptus, nempe ob eleemosynam. Multis enim virtutibus pollebat vir iustus, nullum tamen ex his hominem ab incendio eriperet, præter vnã eleemosynam. Hoc autem incendium vt placet Chryologo infernarum pœnarum, quandam præ se fert similitudinem, vt vel hac ratione noueris non modo à temporalibus malis, verum ab æternis pœnis fore hominem liberandum ex merito eleemosynæ. Subinfert Chryologus verba Matth. 25. *Quæ causam damnatio*

damnationis peccatorum continent. *Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, &c.* Innumera plane sunt crimina, quibus homines apud Deum offendunt, omnibus verò aliis omiſſis de eleemoſyna non data damnantur, ſcilicet, ſi fides Chryſologo, non tam hic de criminibus accuſantur, quam cauſa ob quam damnati ſunt illis à iudice proponitur. Nempe quia eleemoſynam non dederunt. Ac ſi dicat Chriſtus Dominus, multis vos criminibus ſædamos video, libidinibus inferuiſtis, auaritia laboraſtis, ira exarſiſtis, ſuperbia vos ipſos extuliſtis, multa pauperibus rapuiſtis, Deo increduli fuiſtis, denique omni vitiorum colluione vos ſædaſtis: verum ſi ſtipem dediſſetis expoſcenti pauperi omnia hæc vitia exuiſſetis, & meritas illis pœnas euaiſſetis. Vnde merito hæc vna eſt communis veſtræ damnationis cauſa, quod duri in pauperes fuiſtis. Vel etiam eadem verba exponit Chryſologus ſumpta ſimilitudine à iudicibus, qui ſi munera acceperint à reis, ſolent eorum crimina, vel diſſimulare, vel obtegere, vel etiam defendere. Ergo quaeritur Chriſtus quod nulla munera ei dederint, quibus eius iuſtitiam inflexerint. Audi Chryſologum. *Abraham cœleſtis conuiuij humanitas ardens Deo impenſa præfecit, namque duos cum Deo terrenam ſuſcepit ad menſam orientis, & occidentis populum menſam ſuſcepit ad cœleſtem, venient, inquit, ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regnum cœlorum. Loth quia hoſpitio ſuſcepit Angelos iudicium præuenit, hinc gehennam vicit in carne: miſericordem neſcit diuinus ignis exurere, faciat ergo miſericordem, qui vult gehenna incendium non timere. Denique veniens Chriſtus ante de miſericordia diſputat, quam iudicet de reatu. Cum federit, inquit, ſuper thronum gloria ſua, dicit eſurivi, & non dedistis mihi manducare. Non dixit, occidiſtis, furtum fe-ciſtis, ſed eſurivi ego, & non dedistis mihi manducare. De crimine non præſtabit cauſas, cui de miſericordia cauſa conſtabit. Quare? quia, date eleemoſynam, & ecce omnia vobis ſunt munda. Non indicabitur de culpa, cui de largitate laus erit à iudice, vindictam non exigit, humanitatis debitum qui ſatetur. Eſurivi, inquit, & non dedistis mihi manducare. Manducat Deus in cœlo panem, quem percipit pauper in terra. Da ergo panem, da potum, da veſtimentum, da teſtium, ſi Deum debitorem non iudicem viſi habere, nihil nobis nocebit in terra, ſi nobis in terra miſericordia ſit patrona. Adſtipulatur Origenes homilia 5. in Geneſim his verbis. Audite hæc qui peregrinis clauditis domos, audite hæc, qui hoſpitum, velut hoſtem vitatis. Loth in Sodomis habitat, alia eius benegeſta non legimus. Hoſpitalitas ſola in eo ex uſu veniens memoratur, euadit ignes, euadit incendia, ob hoc ſolum, quod domum ſuam patefecit hoſpitibus. Hoſpitalem domum Angeli ingreſſi ſunt, clauſas hoſpitibus domos ignis ingreſſus eſt.*

3. Conuiuium exceptus Chriſtus à Zachæo his verbis eum affatus eſt. *Hodie ſalus domui huic facta eſt.* Ei qui Chriſtum ſuſcipit, & pauperem alit, ſalus à Deo fit: nimirum quia ei Deus vicem reddit, & à Deo excipitur cœleſti illo, & perpetuo conuiuium. Ideo enim cœleſtis beatitudo ſub figura conuiuij proponitur, vt propria merces, eis data ſignificetur, qui pauperes aluerunt. Ergo reſectio, reſectio congruit, & conuiuium reſpondet conuiuium. Hunc ſenſum offert nobis Petrus Chryſologus ſermon. 54. his verbis. *Quia hodie in domo tua oportet manere. Cuius domum non intrauerit Chriſtus, ille cœleſtem non accumbet ad menſam.*

4. Matth. 19. 27. *Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim indicantes duodecim tribus Iſraël.* Hæc merces paupe-

ribus promittitur, ſcilicet id agit Chriſtus vt oſtendat cœleſtem beatitudinem præcipue ob eleemoſynam dari. Ergo, vt certius iudicibus conſlet quinam in beatitudinem accerſendi ſint, ipſi in iudices eriguntur, qui ſtipem emendicarunt, & eleemoſynam acceperunt. Quod noſtro modo intelligendi dictum accipe.

Ambroſius ſermon. 30. Cum incidiffet in hunc locum Eccleſiaſtici. *Sicut aqua extinguit ignem, &c.* Ex duplici capite ſimilitudinem ſumptam autumat. Comparatur eleemoſyna aquæ, quia aqua arenti ſolo, & ſiccæ glebæ humorem miniſtrat, quo fructus proferat. Eadem ratione eleemoſyna omnem virtutis ſegetem in animo facit pullulare. Tum etiam aquæ comparatur, quia vim ignis extinguit, & eleemoſyna ardentis vitiorum flammæ opprimat, & ſuffocat. Hanc partem probat ex cap. 4. Ioannis, cum enim Chriſtus Dominus impudicam faminam curare intenderet, & voluptatum ignes extingueret, prius ab ea aquam petit illis verbis. *Mulier da mihi bibere.* Id eſt, da eleemoſynam, quæ inſtar aquæ libidinis tuæ flammæ extinguat. *Sicut aqua extinguit ignem* (ait Ambroſius) *ita eleemoſyna extinguit peccatum. Hoc eſt, miſeri homines, qui in mortem peccatis aruerant, ad vitam eleemoſynæ reuiuſcant. Sitque illis miſericordia ſons ſalutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium, vt flammæ, quas ſibi peccando accenderant, largiendo reſtinguant. Aquam ergo Saluator à muliere poſtulat, & ſitire ſe ſimulat, vt ſitientibus æternam gratiam largiatur. Neque enim poterat ſons ſitire, neque in quo eſt aqua viva, poterat vndam æternæ facis haurire. Ergo da mihi bibere, non quo ardorem meæ ſitis extinguas, ſed quo flammæ tuæ libidinis excutias. Imo vero ob hanc cauſam diuerſabatur Chriſtus Dominus apud Marthâ in domo, quæ illi Mariæque communis erat: vt Maria ſerpentem voluptatum ignem reprimeret data eleemoſyna. Et diues ille illiberalis in Lazarum infernas flammæ paſſus eſt, dum ſe aquam miſericordiæ non habere reſtatur.*

Pſalm. 108. *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum.* Id eſt, peccatorum, quæ geſſerunt. Si vero quæras quam ratione crimina exereuerint? ſtatim ſubdit. *Coagulatum eſt, ſicut lac cor eorum.* Lac enim natura ſua fluidum eſt, ſi vero in caſeum coaguletur, conſiſtit, & duritiæ induit. Ita etiam nonnulli res ſuas familiares facile in pauperes diſfluere faciunt, vt lac, alij vero retinent, nec patiuntur minimam ſtipem in pauperes fluere, horum cor coagulatum eſt ſicut lac. Ergo idem eſt, ac ſi dicat, qui ſtipem emendicantibus non ſunt elargiti, ideo tantorum criminum cœno ſeipſos ſædauerunt. Hunc ſenſum aſſert Ambroſius ibid. his verbis. *Coagulato enim lacte ſit quadam concretio, nec ſuauitatem habens eandem nec gratiam. Ergo coagulatum eſt cor per ſuperbiam, per inuidiam, quæ lenitate natura fluentem benevolentiam malitia concretione vitiarunt.*

Lucæ 19. Chriſtus Dominus à Zachæo hoſpitio exceptus hominem ad pietatis ſtudium illexit. Ille vero vt in ſpirituâli militia tyrocini præclarum ſpecimen daret, hac ratione Chriſtum alloquitur. *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus.* Nimirum beneficentia in pauperes, præcipuum, certiffimumque ſignum eſt, quo oſtendimus impietati nos nuntium remiſiſſe, & virtutis eſſe cultores. Hoc item ex Ambroſio de ſumpſi lib. 19. in Lucam, verba dono. *Diues erat Zachæus, & electus à Chriſto, ſed dimidium bonorum ſuorum pauperibus largiendo.*

Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die

5. Ioan. 4. 7.

Ambroſ.

6. Pſal. 108. 69.

Ambroſ.

7.

Ambroſ.

8.

Pſalm. 40.

die mala liberabit eum Dominus. Psalm. 40. id est, beatus ille, qui meminit se stipem emendicanti largitum. Sed quam habebit mercedem? *In die mala liberabit eum Dominus.* Hoc est, eum in vltimi iudicij die vniuersorum causæ excutientur, liberabit, & omni crimine absolutus. Imo vero in illa die non tam personam rei, quam iudicis sustinebit. Habeo hac in re patronum Chryostomum in hunc locum, loquentem audi. *Beatum ergo dicit sermo Propheticus eum, qui hanc paupertatem potest intelligere, & in memoriam reuocare eum qui illam suscepit, deinde ostendit fructus beatitudinis. In die mala liberabit eum Dominus. Malum autem diem afflictionis diem dicit Symachus. Inuit autem diem iudicij, qui est terribilis, & iniquos affligit, & male afficit, & pollicetur illis puram illius paupertatis cognitionem à diei terribilis malis liberaturam.* In quem sensum exponit Chryostomus verba quæ habes ibid. *Dominus conferuet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in animam inimicorum eius.* Dicta verba accipe similitudine ducta ab eis qui luctantur, qui corpus omne oleo inungebant, vt teneri nõ possent ab aduersario. Aperit ostendunt verba illa. *Et non tradat eum in animam inimicorum suorum.* Vel vt legit Chryostomus. *In manus inimicorum eius.* Ergo si animus libidinum flamma æstuet, iniice eleemosynam, aqua est, quæ ignem extinguit, si cum diabolo pugile luctaris, iniice eleemosynam, oleum est, quod inimicorum petitiones facile elabi dabit. Subdit Chryostomus. *Vnde nec ipsum tradit in manus inimicorum demonum. Quemadmodum enim oleum efficit vt athleta elabatur e manibus aduersariorum, ita etiam eleemosyna facit, vt qui ea utuntur declinent, & fugiant demones.* Subdit Dauid. *Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Metaphora ducta est ab eis qui febribus æstuant, & diutius in lecto iacent, quos maxime refrigerabis, si eorum lectos straueris. Ergo ad animi morbos rem transfer, si periculosè decumbis, & multorum vitiorum febribus æstuas, tum quidem te refrigerabit Dominus ob datam eleemosynam. *Versabit autem* (addit Chryostomus) *eius stratum in infirmitate eius, vt, qui, ei omnino adsit. Infirmitatem autem intelligamus tentationes. In eis enim morbi omnes inuadunt, sed tunc misericordibus versatur vniuersum cubile, mutatur videlicet, qui enim huius dormit propter tentationes, inuonitur in caelis propter remunerationem eleemosynæ.* Ergo Chryostomus hoc modo exponit, verbum illud *versabit.* id est, immutabit, videlicet, vt qui æctus tentationum æstibus terræ adhærere videbatur, in caelis habeat domicilium, ob beneficentiam, à terris videlicet in caelum translatus. Addit Psalm. *Et beatum faciat eum.* Id est, omnes, qui ab eo datas eleemosynas nouerint, eum beatum prædicabunt. Nihil enim est, quod populi anorem, & benevolentiam æquè conciliet, ac in pauperes effusa eleemosyna. Tum etiam, quia cum omnibus notum sit, quantum præmium liberalibus hominibus maneat apud Deum, pleno ore omnes beatum prædicabunt eum, quem viderint misereri pauperibus. *Et qui diligit pauperes* (ait Chryostomus) *non solum dat futura, seruans eum à gehenna, & summa voluprate, et vitam largiens, sed etiam eum hic beat, facit enim vt ipse beatus dicatur ab omnibus, qui recipiunt eleemosynam, & præterea ab omnibus, qui norunt, quæ & quanta in futuro excipiant misericordes.*

Psalm. 40.

Chryost.

Chryost.

Chryost.

9.
Psalm. 48. 7.

Chryostomus exponens verba illa Psalmi 48. *Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, frater non redimet, redimet homo, non dabit Deo placationem suam, necit cum præce-*

deptibus hac ratione. Præmiserat. *Cur timebo in die mala?* Id est, quid mihi timorem incutiet, cum discussurus Dominus vniuersorum causas in vltimo iudicio venerit? Cui interrogationi respondent verba præmissa. *Qui confidunt, &c.* Ac si dicat: hoc me maxime angit, quia neque datis pecuniis & magnis muneribus, neque alio humanitatis officio amicitia, consanguinitate, benevolentia, vel iudicem potero flectere, vel mihi patronos asciscere, scilicet quod efficere non potest elemosyna, nihil aliud præstare valebit. Cæterum contra dicta obiicit Chryostomus verba Domini Luca 16. 9. *Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Quam sententiam elicit Christus Dominus ex Parabola de Villico, qui vt sibi amicos ascisceret, qui eum domi excipere possent remisit debitoribus, ea quæ Domino suo debebant. En tibi qua ratione Christus Dominus ostendat posse nos in die iudicij multos in amicitiam copulare, cum tamen doceat Dauid fieri non posse vt ea die quemquam nobis amicum asciscere possimus. Dubio respondet Chryostomus: diuitiæ si seruentur, nullo modo nobis iudicem beneuolum reddunt, & de his Dauidem agere, si vero pauperibus eas elargiamur Christum Dominum, omnesque alios qui cum ipso futuri sunt Iudices in extrema die placant. Sed prius quam Chryostomi verba referam expendenda mihi est hæc sententia Christi Domini. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Ac si dicat, via tantum est virtus elemosynæ, quæ placabilem nobis reddat in futuro sæculo Iudicem. Nunquid multis modis alicuius amicitiam captamus, siue vrbani-tate, siue opem ferendo, siue innata quadam benevolentia, siue affinitate, aut consanguinitate. Hæc enim omnia, vel ferreum pectus emollire solent, nobisque hominem ad amicitiam pertrahere. At vero eis, qui amicos quærunt in vitam futuram vnus tantummodo restat modus, vna tantummodo ratio, qua amicos luerentur, videlicet si elemosynam porrigant. Vnde hoc tantummodo dixit Christus. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Quasi hæc vna tantum ratio supersit. Imo vero ille villicus iniquitatis vnã tantummodo rationem sibi superesse credidit, qua homines in suam amicitiam pertraheret, nempe si largus, si beneuolus esset. Vnde secum reputans talia dicebat. *Quid faciam quia dominus meus auferet à me villicationem, fodere non valeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiam me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit, centrum cados olei. Dixitque illi. Accipe captionem tuam, & sede, cito scribe quinquaginta, &c.* En tibi qua ratione homo ingenio perpicax, nullum aliud remedium sibi superesse fateatur, quo futuram paupertatem vitet, quam horum benevolentiam datis muneribus comparare, scilicet tempus aderat, in quo à villicatione remouebatur. Eo autem tempore nullum effugium præter elemosynam reliquum est; quia cum mortis tempus instat vna elemosyna animos facit, iudicumque benevolentiam conciliat. Hoc subduxit Christus Dominus post relatum paramiam illis verbis. *Facite vobis, amicos de mammona iniquitatis, &c.* Chryostomi verba infero. *Et quemam hæc consequentia dixerit quispiam? Pulchra, & rectè coherens, & magnopere dependens à superioribus. Quia enim loquebatur de iudicio, & de illa terribili reddenda ratione, & de sententia, quæ corruptipi non potest, multi enim in his, quæ hic sunt, iudicij,*

Luca.

Chryost.

iudicij

inducibus emptis ius corrumpunt, & de iudicio euaserunt. Et subdit. Sententiam illam qua minime corrumpi potest, pradicant, & quem prius dixerat, timorem amplificans, hæc subiunxit. Ostendens se recte dixisse oportere vnum esse timorem, nempe eum, qui ex peccato proficiscitur, & nullum alium. Ius enim non potest illic corrumpi pecunia, nec licet datis donis se ipsum à gehenna eripere, nec salutem asserre potest orationis defensio, nec aliquid aliud. Quamuis enim sit diues, quamuis potens, quamuis alicui notus, & familiaris, hæc omnia sunt illi inutilia. Illic vnusquisque ex factis suis punitur, & coronatur. Quoniam ergo, & qui erat sub Lazaro erat diues valde, sed nihil ei profuerunt diuitia. Et notæ erant virgines virginibus, sed nihil illis inuit illa familiaritas. Vnum est illic solum, quod queritur. Vos ergo inquit, qui opibus fidiis, & estis circumdati potentia, frustra intumescitis. Nihil enim nobiscum transmittetur in illud iudicium, non presidium pecunie, non vires potentia, sed neque vllanecessitudo, aut cognatio, non licet illic solutis pecunijs, aut vlla expiatione aut pretio anime vllum vnquam seruare. Quid est ergo quod dicit Scriptura? facite vobis amicos ex iniqua mammona, vt vos recipiant in aterna tabernacula. Quodnam est, quod dictum est? Nihil contrarium, neque repugnans prioribus, sed valde etiam consentiens. In presenti enim vita faciendi sunt amici, soluendo pecunias erogando, ac consumendo facultates in egenos. Nihil ergo hic aliud significat, nisi largam, & copiosam eleemosynam. Si enim cum nihil horum feceris, illuc recedas, nemo te defendet. Neque enim nos defendit illorum amicitia, sed quod ex mammona amici facti fuerint: Propterea adiecit amicos ex mammona, vt scias, quod hæc dicuntur tua opera eleemosyna, clementia, in pauperes munificètia. Iterum ad incudem redeant verba illa Chrysofostomi. Neque enim nos defendit, &c. Quasi dicat, etiam si alias ob causas in amicitiam tibi asciueris, iudices futuri iudicij, nisi hanc beneuolentiam tibi eleemosyna comparaueris nihil omnino tibi proderit. Vnde Christus Dominus non ait facite vobis amicos, sed facite vobis amicos de mammona iniquitatis, quasi sola amicitia quæ ex benignitate ortum duxit illis auxilium prestare possit in extremo iudicio. Addit Chrysofostomus. Vt scias, quod hæc dicuntur tua opera eleemosyna, &c. Quasi nulla alia sint piorum hominum bona opera præter eleemosynam. Quæ omnia concionatorie dicta accipe, alioquin quibuslibet bonis operibus, & iudices placamus, & in pietate crescunt sancti homines. In quem etiam sensum accipe quæ ex Chrysofostomo iam tefero. Probat deinde Chrysofostomus multis nullum aliud remedij genus superesse, quo à periculis sub mortem liberemur, & ab extremo iudicio præter vnam eleemosynam, nonnulla subiicit. Nam quod neque cognatio, neque familiaritas absque factis, audi quid dicat Prophetæ si steterit Noë, & Iob, & Daniel filios suos, & filias suas non liberabunt. Sententiam habes apud Ezechielem cap. 14. Hoc idem videre licet in Abrahamo, qui cū rogaretur à diuite flammis immerfo, tale ei responsum dedit: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua. Filium vocat diuitem. Ac si dicat genus recognosco, coniunctionem fateor, & necessitudinem, nihil tamen hæc tibi proderunt, quia non ex beneuolentia originem trahunt. Vna est eleemosyna, quæ hominibus opem fert in hoc sæculo. Item virgines sapientes, his verbis socias suas alloquutæ sunt, ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Ac si dicant, ius quidem sodalitiij fatemur, opem autem ferre non possumus, quia hanc amicitiam vobis eleemosyna non copulauit. E contra vero eleemosyna præsto nobis est, & auxilium offert. Quod in Tabitha fa-

ctum expendit Chrysofostomus Actorum 9. Hanc autem Petrus suscitauit manum ei porrigens: dans autem illi manum erexit eam. Manum offert Petrus Tabithæ, vt hoc facto protenderet, quare eam suscitaret, nempe ob datam eleemosynam. Ita etiam Petrus (addit Chrysofostomus) suscitauit Tabitham, non solum oratione, sed etiam illius eleemosyna.

Lucæ 3. Cum multa Ioannes de gehenna minatus fuisset, territi auditores dicebant: Quid ergo faciemus. Quibus Ioannes: Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Ac si dicat, vnū vobis remedium superest, vt imminentem gehennam extinguatis, nempe eleemosyna. Huius rei symbolum fuit rubus ille Exodi 3. qui flammis septus non exurebatur, adumbrabat enim virum misericordem, qui etiam multo igne vitiorum septus, & veluti flammis tartareis circumdatus non tamen vritur. Hoc ex Chrysofostomo dixerim hom. 11. in Matthæum his verbis. Non legistis incensum rubum, nec tamen ipso incendio concrematum? Si ergo tu quoque effugere vis flammam misericordia operibus abunde circumdare, atque hoc quidam modo, ne experimentum quidem illius ignis accipies.

Lucæ 12. 33. Multis Christus ad eleemosynam nos inducit. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, &c. statim autem sermonem infert de morte: Sint lumbi vestri præcincti, &c. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Ac si dicat, si vis impavidus mortem expectare, te data eleemosyna ad illam para. Huius expositionis author est Chrysofostomus, qui post verba quæ ex Luca retulimus subdit hom. 15. in cap. 6. Matth. Ostendens quia nemo potest habere lumbos præcinctos, ad exeuendum de hoc mundo, neque lucernas ardentis, neque expectare Dominum suum, nisi qui vendunt quod habent, & dant eleemosynam, & faciunt sibi sacculos, qui non veterascunt, & thesaurum non deficientem in celo.

Psal. 138. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Id est, quanam ratione tuam iram ô Deus fugere poteris? Sibi ipsi responderet. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis terre. Induam mihi alas, quibus à tua ira liber auolabo. Sed quanam sunt, ô, Dauid pennæ illæ, quibus fidens diuinum furorem effugere valebis? Augustinus exponens hunc locum putat esse erga Deum amorem, & ad proximos misericordiam, & liberalitatem. Ergo si Deum amaueris, si in proximos largus extiteris nullo negotio Dei iram effugere poteris. Quas pennas vult assumere, nisi duas alas, duo præcepta charitatis, in quibus duobus præceptis tota lex pendet, & Propheta. Has inquit alas, has pennas, si recipiam, sic & habitauero in extremis maris, possum effugere à facie tua, ad faciem tuam, à facie irati, ad faciem placati. Hæc Augustinus.

Iacobi 2. 13. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium. Expendit Augustinus in Psal. 143. verbum illud superexaltat. Id est, superimponitur misericordia iudicio. Cum liber est aspectus ad rem aliquam, eam oculis lustrare possumus, si vero iniecto operculo, eam obtegas visum nostrum effugit. Ergo cum peccata fiunt, nuda sunt oculis Domini, & eius furorem prouocant. Hoc est enim quod dicit: Iudicium sine misericordia, &c. Cum vero peccator in pauperes largus fuit data eleemosyna peccata inuoluit, & futuram vindictam arceat. Attende primo (ait Augustinus) istam sententiam de sancta Scriptura depromptam, quam modo commemorasti: iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam, sine misericordia iudicabitur, ille qui non fecit misericordiam per quam iudicaretur. Quid deinde? Quid sequitur? Super-

exaltat autem misericordia iudicium. Quid est autem fratres hoc? Superexaltat autem misericordia iudicium? super ponitur misericordia iudicium, in quo inuentum fuerit opus misericordie, & si habuerit forte in iudicio aliquid, quo puniatur, tanquam vnda misericordie peccati ignis extinguitur. Superexaltat autem misericordia iudicium.

I 4.

Lucæ 16.25.

Lucæ 16. Diues ille multa siti vexatus, guttam aquæ ab Abrahamo experiuit, cui Abraham: *Memento fili, quia receperisti bona tua, & Lazarus similiter mala.* Id est, memento te nummum emendicanti negasse, & micas panis: quapropter nullam nunc misericordiam consequeris, qui nullam fecisti. Similem sensum habent verba Lucæ 16. quibus monet nos Christus pauperibus subuenire, *ut cum defeceritis recipiant vos, &c.* Sententiam exponit Augustinus sermon. 25. de verbis Domini secundum Lucam ab eis, qui viam agunt: hi enim si ditiores sint seruum pramittunt, qui domum hospitem eligat, victum parat, ut cum dominus peruenerit, omnia parata inueniat: si vero non pramiserit sæpè cogitur sub dio, & incænatus pernoctare. Nos, qui ad patriam pergitimus nisi pramiserimus misericordiam, & liberalitatem in pauperes, locum quo diuertamus inuenire non poterimus, sed æternis cruciatibus emancipabimur. Vtrumque tradit Augustinus sermon. 25. de verbis Domini secundum Lucam. Loquentem audi. *In qua, inquit mensura mensi fueritis, ita mentietur vobis. Ideo negatur in pennis misericordia diuini, quia ipse dum viueret, noluit misereri. Ideo rogans diues non miseretur in tormentis, quia rogantem pauperem non audiuit in terris. Et paulo inferius. Nolentes imus, inuiti eximus quia mali sumus. Si autem ante nos aliquid mitteremus non ad inane hospitium veniremus. Quod enim pauperi damus ante nos pramittimus, quod autem rapimus hic totum dimittimus.*

Lucæ 16.9.

August.

I 5.

Act. 10.13.

Sub immundorum animalium specie ostensæ sunt Petro gentilium turbæ, & dictum est ei. *Surge Petre, occide, & manduca.* Quod cum Petrus facere detrectaret, dictum est ei. *Quod Deus purificauit tu commune ne dixeris.* Id est, etiam si specie tenus immunda animalia videantur, intus tamen mundissima sunt, etiam purificata. Si vero quæras quam ratione adeo effera animalia cicurari potuerint, & qua ratione adeo virulenta venena potuerint deponere, & immunda mundari? Lege, quæ per hanc figuram Deus adumbrare voluerit, & rem planam facies. Scilicet protendit vmbra hæc Cornelium virum pium, & misericordem sacris fore initandum, etiam si gentilis esset, & ad populum Hebræorum non pertineret. Ac si diceretur ei; Cornelius quidem, qui te docendus vocat sacra Christiana immundum quidem est animal, si naturam aspicias: nempe neque ab Abrahamo genus trahebat, neque ad Patriarcharum aliquam originem referebat, verum hoc immundum animal eleemosynis se mundum reddidit, adeo, vt de illo Petrus audiat, *quod Deus purificauit tu commune ne dixeris.* En tibi quantum vim habeat eleemosyna, vt natura immundos, mūdōs reddat, & prima inter gētes sacra Christiana inferat. De hoc enim Cornelio pramiserat Angelus Actorum 10. 4. *Orationes tue & eleemosyna tua ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Hunc sensum desumpsit ex Augustino ser. 26. de diuersis his verbis. *Quoniam in significatione Petrus personam gestabat Ecclesie. Ecclesia corpus Christi est. Respiciat ergo iam mundatas gentes, quibus peccata donata sunt. Unde miserat ad illum Cornelius gentilis homo, & qui cum illo gentiles erant: huius eleemosyna accepta mundaerant eum ad quendam modum, restabat autem, vt*

Act. 10.4.

August.

tamquam cibus mundus incorporaretur.

Confert Bernardus sermon. 12. in Cant. resurrectionem Tabithæ, piæ & misericordis faminæ cum resurrectione Lazari, de quo nullæ datæ eleemosynæ recensentur. Nimirum Lazari resurrectionem Ioan. 11. multæ lachrymæ, multæ preces præcedunt, turbatur Christus, fremit, lachrymatur, lapis amouetur, cadauer graueolentiam reddit; at in Tabithæ resurrectione nihil profus horum accidit nullus lapis amouetur, nullam graueolentiam cadauer reddit, scilicet eleemosyna corpus condidit, ne putresceret, sed facile ad vitam reuocari posset. *Annon in odore misericordie Tabitha* (ait Bernardus) *etiam in morte fragrabat, & ideo cito de morte conualuit, quia præualuit odor vitæ?* Pulchre Bernardus eleemosynam appellat odorem vitæ iuxta Paulinam phrasim. 2. Corinth. 2. 15. *Christi bonus odor sumus, Deo in ijs qui salui sunt, & in ijs, qui pereunt: Alijs quidem odor mortis, in mortem, alijs autem odor vitæ, in vitam.* Odor vitæ in vitam vocat Paulus iuxta patrium idioma, odorem afferens vitam. Eleemosyna odor est afferens vitam, & ideo facillime Tabithæ vitam restituit. At vero, qui immitis est, & durus odor est mortis odor in mortem, id est, facile in mortem corporis, & animæ incidit. Vel odor vitæ idem est, ac suauis odor; ergo qui benignus est in pauperes suauem ex se odorem efflat, id est, ab omnibus laudatur. E contra vero, qui immitis est.

Exod. 13. 13. *Primogenitum asini mutuabis oue, etsi asini pullus ad sacrificium non sit idoneus, importandis tamen oneribus satis est aptus, vnde ad hoc munus Deo posset offerri. Ergo dum iubet oue mutuari satis, superque indicat ad rem moralem mandatum referendum, quod pulchre iuxta anagogem exponit Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 24. scilicet asinus peccatorem protendit animal turpe, immundum, pigrum ferendis farcinis, & importando iugo natum: ouis vero hominem benignum, in pauperes largum, & beneficum. Scilicet ouis lacte hominem palcat, vellere operit, animal est simplex, & mite. Ergo primogenitum asini mutuabis oue. Id est, si in aliquod peccatum incidere, data eleemosyna maculam elue: nullo enim alio nisi oue asinū mutuabis. Primogenitum asini* (ait Rupertus) *mutuabis oue, quod si non redemeris, occide. Cum litterali rectitudine moralem quoque suauitatem continet: scilicet, vt præcedentia carnis opera posteriore spiritus correctione quisque superet. Peccatum namque carnis primogenitum est asini: eleemosyna vero, qua præcedens peccatum redimitur, recte dicitur ouis. Quod si non redemeris, interficies, quia scilicet, qui peccata sua redimere renuit, morti sempiterna semetipsum adijcit.*

Et Deus prospector est eius, qui reddit gratiam: meminit eius in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

Si Græcos codices consulas non extat pars illa. *Prosector est eius.* Sed hæc ratione sententiam ordinant: *Et Deus reddens gratiam meminit, &c.* Itaque pars illa, *qui reddit gratiam* non referenda est ad eum, qui dedit eleemosynam, sed ad Deum, qui dantem eleemosynam remunerat. Ergo, vt nostra lectio cum Græca cohæreat hæc ratione verba ordinanda sunt. Et Deus testis est, & prosector eius eleemosynæ; Deum inquam, qui reddit, atque compensat gratiam pauperi collatam, & meminit eius postea. Et cum in calamitates inciderit, ille scilicet, qui eleemosynam largitus est, inueniet firmitatem cui innitatur, & à Deo fulcietur, qui ne profus

prorsus pereat illi opem feret. Perspicuam reddit sententiam Tigurina. *Dominus gratiam reddidurus memor erit in posterum, ut auctor tempore casus sui adminiculū inueniat.* Et latini nonnulli codices eodem modo sententiam perferunt, quo in Græcis extat.

Quatuor utilitates eleemosynæ his verbis commemorat, prima, extinguit peccatum. 2. Deus protector est eius, id est, peculiarem providentiam gerit eius. 3. Meminit in posterum, ut cum illi necesse fuerit, subueniat. 4. Et in tempore casus inueniet firmamentum, peccatorum fluctibus ne obruatur.

Qui, reddit gratiam. Nos iuxta græca exemplaria ad Deum retulimus. Hugo Cardinalis refert ad hominem Deo gratias agentem. Id est, qui pro beneficiis acceptis Deo gratias agit: sibi prouidet in futuro, ut Deus illi noua beneficia largiatur, id enim meretur qui gratias agit, nouis uidelicet beneficiis semper cumulari.

In posterum. Futuro tempore, cum mala ingruerint, apto tempore.

Et in tempore casus sui. Cum pericula ingruerint. Dionysius, tempore mortis.

Inueniet firmamentum. Id est, substantiam vel substantiam. Quod idem est frequenti Scripturæ phrasi, quod in lapsu sustineri, ne omnino corruat: sicut enim non inuenire firmamentum, vel substantiam est omni auxilio destitui, iuxta illud Psal. 68.

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Ita etiam firmamentum inuenire est fulciri, ne corruat.

Firmamentum quidam intelligunt non quodcumque Dei auxilium, sed adiutorium stabile, ac firmum: iuxta illud Apostoli ad discipulum. *Dimitte huius seculi præcipe facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.* Ergo fundamentum bonum appellat firmum, ac stabile.

Hugo Cardinalis, firmamentum, id est, stabile præmium, est enim propositum præmium veluti bonorum operum fundamentum, sed non cohæret. Lyra & in tempore casus sui, id est, suæ mortis, inueniet firmamentum. Quia sicut Augustinus, docet sola misericordia comes est defunctorum.

5.
Dionys.
6.

Psal. 68.

Hugo.

Lyra.

ECCLESIASTICI

CAPVT QVARTVM.

Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertras à paupere.



FILI: ne defraudes pauperem eleemosyna, & oculos tuos ne transuertras à paupere. Id est, ne te respiciente paupere, & suspiciente oculos alio auertas, & dissimiles videre eum, cum te intuetur.

Græca priorem partem ita transferunt. *Fili pauperem ne vita priues.* Dicitur autem eleemosyna vita, vel, quia ad vitam necessaria impertitur, vel quia ille, qui pauperem eleemosyna priuat, vitam adimit: ut contigit in Lazaro, qui mortuus est ad ianuam diuitis fame enectus dum illi frusta panis, vel micas negat. Huc referenda sunt Latina. *Fili eleemosynam pauperis ne defraudes.* Quod ex Græca phrasi dictum est. Latinus diceret: fili eleemosyna pauperem ne defraudes. Latinus interpres dum eleemosynam transtulit, Græcum nomen vitam exposuit, id est, eleemosyna, qua vita alitur, ne defraudes, posuit, pro ne priues, quo significat, eleemosynam quodammodo deberi pauperi, & iniuste, & per fraudem illi negari. Non est nostri muneris rem ad Theologorum perpendiculum examinare, & de obligatione dandæ eleemosynæ multa suffarcire. Sanè eleemosynæ præcepto obligamur, dum extrema vel grauis urget necessitas. Posteriorem partem, quam latini habent. *Et oculos tuos ne transuertras à paupere.* Græci hac ratione habent. *Ne protrahas oculos indigentes.* Quo etiam referenda sunt latina, id est, ne dum pauperem videre dissimulas, oculosque in aduersam partem, quasi pauperem non videres, obuertis, eius desiderium protrahas. Vtramque lectionem exponit, & in concordiam redigit Tigurina, quæ integrum versus hac ratione transtulit. *Fili, ne defraudes victu pauperem, neque oculos egenos spe diu produxeris.*

Fili eleemosynam pauperis, &c. Emphasim habent verba dum eleemosyna diuitis non dicitur, sed pauperis, ut ostendat pauperis esse eleemosynam illi

deberi. Hanc etiam vim habet verbum ne defraudes, quasi fraus aduersum pauperem committatur, dum ei, eleemosynam perenti, non datur.

Ne transuertras. Et nos ne videre dissimiles. Dionysius, ne indignis pauperi aut illum despicias, sed pia compassione eum respice, solare ei opera faue, sin minus verbo. Paulus de Palacio. Ne auertas oculos à paupere, sed cum benignus respice, ut ille placido tuo vultu, in spem erectus, audeat à te stipem exigere.

Animam esurientem ne despexeris: & non exasperes pauperem in inopia sua.

Quasi dicat, ne hominem fame laborantem contempseris, nec pauperem ob inopiam, quam patitur, exacerbandum putes.

Græca habent. *Animam esurientem ne contristes.* Quo referenda sunt Latina. *Animam esurientem ne despexeris.* Pauperem nimirum contemnendo, vel ad eius inopiam non attendendo, vel ei non compatiendo, vel petita non dando, in tristitiam ne iniciamus. Posteriorem partem ita habent: & non protrahas virum. Quod noster interpres transtulit. *Non exasperes pauperem.* Dum enim petita eleemosyna differtur pauper exasperatur: vel dum despicitur, ergo ne ipsi inopiæ aliud malum superaddas, cum scilicet ad iracundiam, & rabiem prouocando. Non longe abest Tigurina. *Ne contristes animum esurientis: nec inopia suspensum quemquam teneas.*

Animam esurientem, id est, hominem esurientem: frequenter enim anima pro integro homine accipitur. Dionysius esurientem iustitiam intelligit, sed ad sensum historicum non cohæret expositio.

Et ne exasperes. Nos, ne ei bilem, & stomachum moueas. Paulus de Palacio, exasperare est in pauperem verbis durioribus uti: sed nullo fundamento nixus.

4.
Palacio.

1.

2.

3.

Dionys.

4.

VERS. 3. Cor inopis ne affixeris, & non protrahas datum angustianti.

1. *Cor inopis ne affixeris*, ne pauperem inopia sua tristem, vel despiciendo, vel carpando, vel elemosynam protrahendo noua tristitia cumules. *Et non protrahas datum angustianti*. Id est, ne differas beneficium, quod ab angustiato paupere petitur, vel eidem dare decreuisti.

2. Græca prius Hemistichium sic transferant. *Cor iratum ne conturbes*. Id est, hominem sua paupertate fatis exulceratum, diris verbis, vel despectu, ne de nouo obrundas. Huc referenda latina. Expressius nostram sententiam offert Tigurina. Cor exacerbatum, ne perturbes magis, nec differas quod erogaturus es in egenum.

3. *Datum*. Nos, quod pauper petit, vel quod decreuisti porrigere. Hugo. Quod tibi à Domino datum est, vt tu in pauperes effundas. Ideo enim multis diuitiis Deus quosdam homines auxit, vt illis pauperibus subueniant.

4. *Angustianti*. Id est, hominī suas miserias promenti, & præ angustia eiulanti, frequens enim est pauperibus, vt suas ærumnas lugubri voce insonēt.

VERS. 4. Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno.

1. Multis nos monet ne elemosynam differamus. *Rogationem contribulati ne abiicias*. Id est, ne surdam aurem præbeas stipem emendicanti pauperi. *Et ne auertas faciem tuam ab egeno*. Id est, ne faciem alio obuertas dum à te pauper elemosynam postulat.

2. *Rogationem*. Hoc nomine notat pauperis orationem, quia cum obsecrationibus loquitur pauper.

3. *Et non auertas faciem tuam ab egeno*. Hanc posteriorem partem nonnulli hoc modo exponunt. Et ne te difficilem præbeas pauperis precibus. Nam frequenti Scripturæ phrasi auertere oculos est despiciere, non audire, cui contrarium est conuertere. Nec omnino displicet.

VERS. 5. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & ne relinquo quærentibus tibi retro maledicere.

VERS. 6. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum.

1. Postquam ad humanitatem, & misericordiam multis auditorem protraxit, addit quid mali illi imminet ex negata elemosyna. *Ab inope ne auertas faciem tuam*. Id est, ne inopi quod postulat neges. *Propter iram*. Id est, ne in te pauper irascatur. *Et ne relinquo quærentibus tibi retro maledicere*. Id est, ne des occasionem, vt hi, qui à te stipem emendicarunt, & repulsi sunt, postquam transieris, seorsum, tibi male præcentur. *Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius*. Nec parui faciendam putes hanc pauperum execrationem, nam ex animi angore procedit, & ob hoc à Deo exaudietur: qui facturæ suæ illatam iniuriam vindicabit. Hoc enim est, quod sequitur. *Exaudiet autem eum, qui fecit illum*.

2. *Ab inope ne auertas oculos*. Dum simulat te non videre. Vel auertere oculos simpliciter est, non exaudire deprecantem, vel auertere oculos est despiciere.

3. *Propter iram*. Nos de ira pauperis locum inter-

pretati sumus, id est, eroga elemosynam petenti pauperi, ne bilem, & stomachum illi moueas. Quidam vero de Dei ira locum exponunt, ne vacuum pauperem remittas, ne contra te Dei iram armes. Alij vero propter iram de ira intelligunt ipsius diuitis, pauperem despicientis, id est, præ ira, fastu, & arrogantia. Fauet Tigurina, quæ hac ratione transiit. *Oculum per iram ne deiciat ab egeno*. Dionysius Carthusianus: mente recole quanta ira Dei maneant immisericordi homini, & quanta Deus minetur in die iudicij, & propter hanc iram, id est, propter hanc iræ considerationem, & conceptum metum, pauperem ne despicias, sed ei te facilem præbe. Addit idem Author 5. expositionem hoc modo: etiam si pauper apud te offenderit iraque aduersus eum exardescas, ne tamen ob hanc iram eum elemosyna defraudes, sed posita ira sine te exoret. Nec enim pauperi sed Deo offertur elemosyna.

Et ne relinquo quærentibus tibi retro maledicere. Græca exemplaria minori cum aculeo hanc sententiam offerunt. *Et ne des locum homini maledicenti tibi*. Ergo sensus est. *Quærentibus tibi*. Id est, à te elemosynam postulanti. *Ne relinquo*. Id est, ne occasionem præbeas, nec locum des, vt tibi dira imprecentur retro.

Retro. Id est, cum eos petentes pertransieris, est enim frequens pauperibus vt seorsim de hominum humanitate, vel durezza secum quærant. Vel retro idem est, ac seorsim, secreto enim pauperes non audent diuitibus insultare coram: ac si dicat, etiam si non audias maledicentem pauperes, etiam si in præsentia tuam inhumanitatem dissimulent, ne sis securus, officiet etiam tibi eorum occulta imprecatio.

Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Id est, oratio maledicentis tibi in amaritudine animæ exaudietur. *In amaritudine animæ*. Id est, illa deprecatio, quæ non ex iniquitate, non ex inuidia, sed ex amaritudine animæ procedit, firma erit apud Deum. Expendit Hugo Cardinalis illud. *In amaritudine animæ*. Aduerte non dixisse: maledicens tibi voce, aut animæ desiderio exaudietur, sed maledicens in amaritudine animæ, id est, ipsa paupertate. Ac si dicat, etiam si pauper nullis vocibus, nullo animæ desiderio aduersus te moueatur, ipsa tamen paupertate, & egestate, quam ipse patitur, quamque tu subleuare detrectas contra te clamabit. Adducit illud Genes. 4. Vbi Abel, qui figuram gerit pauperis, contra Cain, qui est possessio claret: non quidem vocibus sed sanguine, id est, hac ipsa, quam patitur necessitate, similiter etiam elemosyna nullis additis vocibus ipsa sola per se dicitur clamare in fauorem eius, qui dedit: vt habes Actorum 10. de elemosynis Cornelij. Audi verba Hugonis. *Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ suæ exaudietur, deprecatio illius, id est, ad effectum audietur. Sed videtur, quod non debeat exaudiri, quia peccat sic maledicendo. Non enim legitur quod Lazarus diuini maledixerit. Sed dicimus quod hic appellatur maledictio ipsa pauperis amaritudo cordis, quæ clamat ad Dominum contra diuites, qui possent ei subuenire, & nolunt. Vnde non dicit, maledicentis tibi in verbo, aut in voluntate, sed in amaritudine animæ. Sicut dicitur infra cap. 35. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super educentem eas? Sic sanguis Abel clamat contra Cain Genes. 4. Abel interpretatur, nihil hoc, & significat pauperem. Cain possessio & significat diuites, sic elemosynæ clamant pro illis qui faciunt eas. Actorum 10. Orationes, & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.*

Exaudiet

7. *Exaudiet autem eum, qui fecit illum.* Reddit autem rationem, quate Deus tam cito exaudiat pauperem dira imprecantem, nimirum quia Deus pauperis factor, & protector, ægte fert, iniuriam, quæ illi infertur. Peculiariter autem Deus pauperes exaudiat, & oppressorum vindex est. Exod. 2. 2. *Si deseris eos, vociferabuntur ad me, & exaudiam eos, quia misericors sum.*

VERS. 7. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum.

8. Latina exemplaria multum à Græcis dissident erga hanc sententiam, nam si latina consulas, persistit adhuc Ecclesiasticus in commendanda eleemosyna: si vero Græca sequaris nouam ordinant narrationem. Consulit enim vt, & plebi affabiles, & Principibus reuerentes nos exhibeamus. Ergo prius vulgatum nostrum codicem elucidemus, vt par est. Deinde quid sibi Græca velint exponamus.

3. *Congregationi pauperum affabilem te facito,* quasi dicat, omnes pauperes comiter, & humaniter tracta. *Et presbytero humilia animam tuam:* & senioribus defer, eosque cole, etiam si pauperes sint. *Et magnato humilia caput tuum.* Et nobili viro etiam si inopia laboret, assurge, eumque reuerere.

3. Græca sic se habent. *Exhibe te cæui amabilem, & magnato humilia caput tuum.* Id est, cura, vt & populi amorem tibi concilies, & te modeste, summissè que geras erga Principes. Hinc apud Græcos nouus nascitur ordo rerum, nosque author ad amorem & comitatem inducit. Sane memoria retinenda sententia, vt erga populum in quo æquo iure nobis degendum est fastum fugiamus. Insuper & erga æquales grati simus: apud Principem vero virum nimia familiaritas, & fiducia contemptum parit.

4. *Congregationi pauperum,* nos absolute exposuimus, id est, omnibus pauperibus, nullum etiam pauperum despicias. Alij, pauperibus dum simul conueniunt, cæui pauperum. Paulus de Palatio autumat illis temporibus, quo hæc scripta sunt collegia fuisse in quibus publicis sumptibus pauperes alebantur, præcipuè qui quondam diuites, & opulenti in paupertatem deuenissent, vel qui præ senectute sibi non sufficerent, ergo monet author discipulum, vt his pauperibus amabilem se exhibeat. Sit: certe locus ad hoc non cogit, sed congregationem pauperum appellat greges, & cæus pauperum, qui turmatim in locis publicis, & sacris prostant. Nomen pauperum in Græcis exemplaribus desideratur, additum vero videtur à latino interprete ex superioribus, vbi multa de eleemosyna.

5. *Affabilem.* Græcis *ἠεὐφροῦν*, id est, amabilem. Latinus vero affabilem transtulit, quia qui affabilis est, facile aliorum beneuolentiam sibi conciliat.

6. *Et Presbytero humilia animam tuam.* Hæc etiam pars in Græcis codicibus non extat. Presbyter Græcis senex, his multa reuerentia deferenda, etiam si pauperes sint. Dionysius Carthusianus per Presbyterum Sacerdotem intelligit. Frequenter in Scripturis sacris honor debitus senibus, & Sacerdotibus commendatur. Leuitici 19. *Coram cano capite consurge: & honora personam senis.* Threno. 4. *Facies Domini diuisti eos, non addet, vt respiciat eos, facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miseri sunt.*

7. *Et magnato.* Pro magnati posuit. Etenim eis qui vel maiorum nobilitate, vel muneris amplitudine excellunt, multus honor deferendus est. Notant aliqui Presbytero animum, magnato caput humiliandum fore. Etenim satis est, si eis, qui ciuili dignitate

fulgent honor exterior habeatur: Presbytero vero, id est, ei qui sapientia excedit deferendus est honor ex animo. Vel si per Presbyterum Sacerdotem intelligas, huic etiam secreta animi pandere oportet. Hoc discrimen aperte tradit Tigurina, dum hoc modo transtulit: *Animū tuum seniori, & optimati caput submitte.* Ego vero vtrāque summisionem vtrique deferendam præscribi existimo, vt tam senibus quam principibus, & animo deferamus, & corpore assurgamus. Audi verba Hugonis hoc loco: *Et monet hic ad duplicem humilitatem interiorem, & exteriorē. Interior causa est exterioris, & exteriori causos est interioris: sicut enim ignis & cinis sic se habent, interiorem tangit vbi ait: Presbytero humilia animam tuam: & exteriorē tangit dicens, & magnato humilia caput tuum.* Monet ergo nos sapiens ad humilitatem erga superiores, & comitatem erga æquales. Glossa Ordin. *In his commendatur mansuetudo, & humilitas, quia mansuetudo neminem spernit, humilitas se omnibus subiicit. Decet autem Christianum æqualibus, & inferioribus affabilem, esse, & mitem: senioribus humilem: unde, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.*

ETHOLOGIA XLVII.

Non discutiendus mendicus: sed omni petenti danda eleemosyna.

I. IN fine capitis præcedentis vtilitates eleemosynæ in medium adduxit noster author, in his vero versibus, quæ ex cap. 4. præmissis instruit nos quam ratione nos gerere debeamus erga pauperes. Sunt enim nonnulli, qui curiosius disquirunt egentis paupertatem, & vt affem porrigant multa prius examinant, scilicet an verè sit pauper, an vero se indigere mentiatur, multa de patria, de que vitæ ratione sciscitantur, & vtrum inter se recte cohæreant, discutiunt: in hoc ethologia nostra defauit, & dandam eleemosynam docet petenti cuius vel hoc solo titulo quod petit, & Deum nobis debitorem obstringit. Licet sane magistratibus emendantium dolos detegere, & eos, qui egestatem mentientes hostiatim sibi victum quaritant, tanquam otiosos punire & ad tritemes damnare. At priuatis hominibus hoc non licet, sed cuiuscumque, & quouis prætextu eleemosynam petat, porrigere.

Matthæi 10. 41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet.* Ne tamen quisquam putaret ad excipientem pertinere discutere, an hospes, vere Prophetæ, vere iustus esset, subdit Christus Dominus: *Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide, &c.* Id est, caute ne de meritis mendicantium sitis solliciti, nam etiam si contingat eleemosynam dari homini nullis meritis conspicuo, beneuolentia tamen, & misericordia in illum collata præmio non carebit. Quod expressus exponit Christus Dominus, dum tanquam iudex fontes damnat, & pios remunerat, Matth. 25. 40. *Amen dico vobis quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis.* Et eodem cap. num. 45. *Amen dico vobis. Quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Non perit merces eleemosynæ etiam si improbis & defidiosis hominibus deferatur. Imo forte tum gratior erit, quando rationes aliæ deficiunt, quæ hominem ad dandum impellere possent, & ob hoc solum pauper alitur, quia nomine Dei petit, & quia eius personam emendicando gerit. Omnia hæc ex Chryostomo hausi hom. 36.

Hugo.

Glossa.

I.

2.

Mat. 10. 41.

Mat. 25. 40.

hom. 36. in Matth. his verbis. Propterea Prophetæ, ac iusti, & discipuli nomen adiecit, ut non ex dignitate recipi, sed ex voluntate recipientis mercedem omnem esse constituit, nam quod hoc loco de Prophetis discipulis ac iustis dicit, id alibi de recipientis abiectis, ac minimis hominibus protulit. In quantum enim, inquit, vni minorum fecistis, mihi fecistis, & contra rursus. Sin nulli horum neque mihi. Nam etsi nihil habet magni, quod ad te refugit homo, tamen est homo, tamen est, qui eundem quem tu terrarum orbem habitat. Eisdem solis radijs illustratur, immortalem, sicut tu, habet animam, eundem adorat Conditorum, ad eandem mysteriorum communicationem crebro accedit, ad eosdem vocatus est, cælos, & quod negligendum non est, quia paupertate oppressus, necessarijs eget. Rectè notat Chrysoströmus Christum Dominum coniunxisse Prophetam, iustum, & minimū quemque hominem, cum de danda eleemosyna agit, ne scilicet ex dignitate mendicantium dignitas eleemosynæ penetur, sed ex effectu eius, qui præbet. Item hos curiosius disquirentes arguit Chrysoströmus, quid enim indignum putas, quem tu pane alas illum hominem, quem Christus Eucharistia pascit, & sua carne saginat, &c.

3.
2. Thef. 3. 10. 2. Thef. 3. 10.

2. Thefalon. 3. 10. Nam cum essemus apud vos denunciabamus, quoniam si quis non vult operari neque manducet. Hanc legem contra otiosos, & desides condidit Paulus, ne quis scilicet sanus, & vegetus, & qui victum suum laborando valet quærere stipem corrogando, viuat. Subdit vero: Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Ac si dicat, etiam si pauperes monuerimus, ne quis corrodendo eleemosynam sibi victum paret, qui laborando sibi sufficere posset: aut aliam longe, diuersamque legem pro diuitibus condo. Quanam illa est? Vos autem fratres nolite benefacientes deficere. Id est, vos autem qui eleemosynam porrigitis nihil prorsus curare debetis an vere pauper sit, an specie tenus, sed omni petenti eleemosynam date: vnde cum dixit Paulus, quod otiosi non manducet, hac ratione loquutus est. Si quis non vult operari, nec manducet. Non ait, si quis non vult operari, vos victum ei denegate: hoc inquam ad vos non pertinet indigentiam pauperum discutere, omni petenti stipem porrigite: sed tantum ait, nec manducet. Ipse inquam sibi cibum subtrahat donec torporem animi corrigat, & defidiam castiget. Vobis autem, ô, diuites, longe alia via incedendum est, nec de pauperum egestate inquiratis. Pulchre hoc notauit Chrysoströmus hom. 36. in Matth. qui postquam in illos desauit, qui pauperum causam curiosius discutiunt, vel illos verbis durioribus accipiunt, hac ratione loquitur: Hac autem dico, non quod velim legem pro otiosis condere, sed quia valde desidero bonis vos esse operibus occupatos. Nam Paulus, cum multum conquestus fuerat, dicens: si quis operari non vult non manducet, non facit hic finem, sed ad hæc addidit: Bonum facientes, non deficiatis: quæ certe contraria esse videntur. Nam si iussisti ne comodamus, quomodo alijs dare otiosos mones? Ita inquit iussi, remouere enim volens vos ab illis, & non conuenire cum illis. At hæc rursus moueo, ne inimicos eos putetis, sed continue, ac diligenter admoneris non discrepantia sed consona inuicem, atque conuenientia ad vniuersæ legis seriem deducens. Nam si ad misericordiam ambos procliuēs faciam, cito, & tu ab otio, & tu à mente inliberali recedes. Sed multa inquis mendacia, multas fabulas pauperes fingunt. Ego vero hæc etiam de causa maiori misericordia moueor, cum in eam necessitatem incidisse homines videam, vt impudentissime mendacis viuere cogantur. Nam etiam si mille quispiam afferat rationes, quibus oppositum probare contendat, numquam mihi persuadere poterit, eum, qui victum facilem habeat,

malle se ab alijs turpiter vendicare, quam honestissimis suis vesci. Nemo ergo vos falsis rationibus decipiat. Si autem Paulus scripsit: si quis operari non velit non manducet, pauperibus, non diuitibus præscripsit. Nam potentibus contrarium dicit, bonum facientes non deficiatis. Audiamus ergo Dominum, qui iubet omni petenti dare: & alibi, estote misericordes sicut Pater vester misericors est. Verba quæ inferit Chrysoströmus habes apud Lucam c. 6. Omni autem petenti tribue non huic, aut illi, sed omni, non alio titulo nisi quia petit; quæ vero subdit Chrysoströmus habes apud eundem Lucam ibidem, & apud Matthæi cap. 5. 42. Ut sicuti filij Patris vestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, &c. Id est, Deum imitamini, qui dum beneficia confert merita recipientium non discutit, sed omnibus benefacit, tam bonis, quam malis. Neque solare iubar intra pitorum domus, & prædia concludit, aut imbribus iustorum fata infundit, impiorum vero fegetes squalentes facit. Ergo hoc vnum supra omnia alia nos ad Dei similitudinem perducit, si indiscreta largitate in omnes petentes beneficia conferamus. Itaque cum pleræque alia dixit (subdit Chrysoströmus) de nullo id præter quam de misericordia dixit: sitis misericordes sicut Pater vester misericors est. Nihil enim certe nos vsque ad similitudinem Dei sic effert, atque extollit, quemadmodum libera beneficia, & copiosa collatio.

Fame oppressus Elias iussu Dei abiit in Sareptam Sidoniorum. Cum vero iuxta ciuitatem confedisset, tandem hospitio excipitur à muliere vidua, quæ abiit & fecit iuxta verbum Elia 3. Reg. 17. 15. sanè cum nosset mulier famem illam, qua regio vniuersa promebatur, precibus Eliæ obuenisse, non durius hominem accepit, neque repulit hominem mendicum, & peregrinum in tanta annonæ caritate, sed benigne suscepit, & liberaliter pauit. Ob quod digna fuit, cui fons olei, & farinæ domi scaturiret. Sanè si hospitem discuteret, si tanquam indignum abigeret, fame ipsa totaque familia periret. Dum vero pauperem de se non bene meritum recipit paupertatem exiit. Hæbeo hæc in re patronum Chrysoströmum homil. contra Iudæos his verbis. Erat & Sidonia vidua, quæ Eliam hospitio excepit pane, & aqua, & authorem famis non est reuerita.

Terret nos Chrysoströmus ab inuiti li, & innoxio examine erga pauperes proprio exemplo. Nam si Deus merita nostra discuteret cum aliquid petimus, quid quæso nobis concederet? Quo modo autem (ait Chrysoströmus loco superius allegato) non fuerit absurdum, cum tanta indigentia sumus obnoxij conseruos nostros curiosius scrutari, cuncta quæ aduersus nos ipsos facere voluerimus? Neque enim dices: puto ita conseruum tuum beneficentia tua dignum non esse, quemadmodum te ipsum diuina benevolentia. Quisquis enim erga conseruum difficilis fuerit, is multo magis idem erga se facientem habebit. Ne loquamur ergo contra nos ipsos, sed etiam si propter socordiam, & otium eleemosynam petentes accesserint, nihilo tamen minus demus. Respexisse videtur Chrysoströmus his verbis locum Matth. 18. 32. Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui miserus sum? Id est, cum ego hoc solo titulo in te misericors exiterim, quod misericordiam à me rogasti, quid in conseruo aliud de siderasti, vt misericordiam exhiberes? Oportuit enim te misereri conserui tui, eo modo quo ego tui miserus sum, id est, eo solo titulo.

Hoc in largiente eleemosynam aperte requirit Paulus Romanorum 12. Qui tribuit in simplicitate. Rom. 12. Simpliciter requirit Paulus eos, qui eleemosynam porrigunt

Lucæ 6. 30.

Matth. 5. 42.

Chryf.

4.

3. Reg. 17.

Chryf.

5.

Chryf.

Mat. 18.

6.

Rom. 12.

porrigunt ne merita pauperum discernant, sed veluti pueruli, cuiuscumque petenti rem vel pretiosissimam ob simplicitatem exhibent. Hunc sensum tradit Chrysofotomus homil. 20. in hunc locum his verbis. *Qui impertit, in simplicitate. Non enim sufficit dare, sed oportet istud largiter facere. Simplicitatem enim istud esse nouit ubicumque fiat.*

Matthæi 25. Summa discussionis, quæ in extremo iudicio fiet, huc tota tendit, vt qui fuerint misericordes, quæ illiberales innotescant. Alij ob erogatam mendicis stipem, beatitate donantur, alij vero ob negatam misericordiam tartareis cruciatibus adiguntur. Rationem huius reddit Chrysofotomus homil. 21. in 1. ad Corinthios, vult enim Deus, vt causa de misericordia vsque in vltimum iudicium referretur, nec cuiquam licet de pauperum meritis disquirere, cum rem hanc discutendam in vltimo iudicio Christus Index sibi reseruauerit. Nunc Deus tantum præcipit, vt pauperibus subueniamus, alia vero, quæ circa eleemosynam dandam, & circa pauperes quæri possunt in vltimo iudicio reseruauit. Caue ne anteuertas. *Tu ne (ait Chrysofotomus) a mendico misero pene mortuo rationem efflagitas, & metuendum istud, & horrendum Christi iudicium, non formidas?*

De danda eleemosyna Corinthios alloquitur Apostolus sub metaphora eius, qui seminat. *Qui autem administrat semen seminanti, &c.* Quid vero hac similitudine nos doceat, habes apud Chrysofotomum homil. 19. in 2. ad Corinthios, videlicet, ille qui seminat nulla cura, aut diligentia grana iacit, sed semen dispergit, nihil curans, quo ordine, qua habitudine grana decidunt. Secus ille, qui arbores plantat, vnde non de hoc sed de seminatore similitudinem captat. Non aliter ille qui porrigit eleemosynam incuriosus in pauperes effundat, nihil omnino cogitet, de pauperum, quibus erogat, vel virtute, vel indigentia, aut dolis, illud vnum secum reputet, quod cum sit pauper, Dei personam gerit. *Etenim (ait Chrysofotomus) iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis consumens, quando cum libertate effuderitis, ne igitur multo scrutinio utamur, sed non cunctabunda manu seminemus. Non videtis quanta alij dant minis, & mulieribus scortis? Etsi dimidium Christo dederis, que illis saltantibus dant, & liberaliter his, qui in fornicibus: tanta tu vel esurientibus.* Expende verba illa Chrysofotomi. *Non vides quantum, &c.* Ac si dicat, discite Christiane ab his, pauperibus dare, nihil isti discutunt, nihil de moribus, & de genere cogitant, sed in hanc hominum faciem suas facultates profundunt. Ergo tu nihil discutias, de moribus vel egestate pauperum. Tandem phrasi scripturæ ille dicitur seminare, qui nihil de ordine, vel de concinnitate cogitat, suffragatur locus Actor. 17. *Quid vult seminariuerbis hic dicere? Despiciebant eloquentes homines Paulum, quia minus de concinnitate verborum curabat, & eum seminariuerbum vocant, vel seminatorem verborum, id est, nulla cura verba fundentem.*

Lucæ 4. 25. *In veritate dico vobis, quia multa vidua erant in diebus Elia, &c. Et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonia ad mulierem viduam.* Si de merito huius viduæ inquiras ob quod aliis omnibus prætermisiss digna fuerit Prophetam excipere, & aliis esurientibus abundare, occurrit Chrysofotomus hom. 19. in cap. 9. 2. ad Corinthios. Nempe quia cum multa essent quæ eius largitarem possent retardare, porrigere vero non distulit. *Quæ hæc sunt? Imprimis summa rerum penuria, quæ tantum farinae habebat, quantum pugillus capere*

poterat, & tamen petenti Prophetæ prius panem conficit, facilis enim erat responsio Prophetæ. Nempe prius mihi conficiam panem, quæ vero Deus auxerit tibi reseruabo. Si Dei amicus es & Prophetæ quare te finit fame perire, multa que alia, quæ facile mulieri occurrere poterant, & eius mentem turbare ne Prophetæ fidem faceret. Omnia hæc silentio preffit, vt petentis necessitati satisfaceret ob quod digna profecto, quam Dominus tor beneficiis cumularet, & tu silentio volue, si quid animo occurrerit, quod te à danda eleemosyna tardare possit. Ergo his verbis hanc mulierem depingit Chrysofotomus dum ab ea Elias victum, potumque quærit. *Quemadmodum verisimile est de barbara, & alienigena muliere cogitare, non dixit, si Prophetæ fuerit non me rogabit? Si Dei amicus, non illum despexerit? Esto, Iudæi propter peccata hanc penam liant, hic autem quare? Sed nihil horum cogitauit, imo aperuit illi domum, & ante domum mentem, & omnia que habebat in medium præbuit, & relicta natura, filiisque contemptis præ omnibus honorauit.*

Hunc sensum habent verba Pauli ad Hebræos 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Quibus verbis hæc sententia subest. Cum Lot & Abraham nihil de meritis mendicantium discuterent, Angelos hospitio accipere meruerunt, si enim de eis inquirerent longius diffugissent. En tibi quantum mereatur qui pauperes quoscumque absque vilo discrimine excipit. Hunc sensum affigit his verbis Syrus, qui ita vertit. *Hoc enim quidam meruerunt, vt cum minime sentirent Angelos exciperent. Hæc item est mens Ambrosij lib. de Abraham cap. 5. Qui seis an Deum suscipias, cum hospitem putas? Abraham dum peregrinantibus desert hospitium, Deum, atque Angelos eius suscipit hospitio: quamuis, & cum hospitem suscipis Deum suscipis. Sic enim scriptum est in Euangelio dicente Domino Iesu: hospes eram, & collegistis me. Quod enim vni horum minimorum fecistis mihi fecistis.* Expende verba illa Ambrosij. *Dum peregrinantibus desert hospitium. Id est, dum in his hospitibus nihil aliud inspicit quam eos esse mendicos, & peregrinos; Angelos, & Dominum Angelorum in conuiuium trahit. Opportune etiam infert Ambrosius verba Christi Matth. 25. dum enim Christus Dominus ob præstitam sibi beneficentiam beatitudine donat pios homines, inducit eisdem, quasi per admirationem dicere. *Domine quando te vidimus esurientem, & pauperem te? &c.* Quibus Iudæi. *Amen dico vobis quamdiu fecistis vni ex fratribus meis minimis mihi fecistis.* Ac si dicat, quamdiu nihil de virtute, nihil de rebus aliis iudicatis, sed tantum hoc, quia minimi erant, quia indigentes, quia omni ope destituti, hi, quibus eleemosynâ largiebamini, mihi dedistis. Nam qui alias ob causas ducitur, vt pauperes alar, hic non Christo dat, sed homini. Fauet item Chrysofotomus homil. 1. in Epist. ad Philippenf. his verbis. *Idem & Abraham si voluisset esse curiosus non excepisset Angelos hospitio, neque enim fieri potest, fieri, inquam, non potest, vt qui in rebus exacte disquirat omnia, potiatur hoc, quod quærit, imo talis potissimum incidet in impostores.***

Ad Galatas 2. Postquam dixisset Paulus Apostolos mandasse Paulo, & Barnabæ curam prædicandi Gentibus, prædicatione ad Hebræos sibi reseruata. Subdit. *Tantum vt pauperum memores essemus.* Ac si dicat, prædicationem Euangelij partiti quidem nobiscum sunt Apostoli, vt scilicet ipsi Hebræis Euangelium annuntiarent, nos autem gentibus prædicaremus. Hoc vnum diuidi non sunt passi: scilicet de

Chrysof.

IO. Heb. 13. 1.

Ambros.

Matth. 25. 37.

II.

Galat. 2. 10.

de egentibus curam habere, vt tam illi quam nos omnibus indigentibus subueniremus, tam Hebræis quam Gentilibus, nulla facta differentia an ex Hebræis essent, an ex Gentilibus, an fratres, an exteri, hoc enim discutere nefas omnes iudicauimus. Hūc sensum ne quis ex meo cerebro confictam existimet audiat ex Chrysofomo in hunc locum. *Quod autem hic significat illud est, hac in re mihi visum est illis opitulari, quod vt recepi, ita non cessauit in suscepto negotio.*

12.
Galat. 6. 6.

Exponens Chrysofomus verba ad Galatas 6. *Communicet autem his qui catechizatur ei qui se catechizat in omnibus bonis.* Quærit rationem ob quam elegerit Christus prædicatores, & ministros Euangelij, pauperes, & indigentes, adeo, vt opus esset, eis qui Euangelium recipiebant magistros suos alere propriis facultatibus: vt verba Pauli relata ostendunt? Causam huius assignat, nempe, quia præcipue ad dandam eleemosynam instruebat eos, quos ad fidem vocabat, & hoc Euangelium docebat, ne in elargiendo eleemosynam pauperes discuterent, scilicet futurum erat, vt qui fideimagistris necessaria ad vitam transigendam ministrabant, si erga alios pauperes non fuissent etiam liberales, multo pudore afficerentur. Nihil enim impudentius, quam erga quosdam esse profusos, erga alios vero tenaces: ergo vt eos erga mendicos faceret liberales, pauperes magistros eis præfecit, quibus necessaria ad vitam præberent. *Et hic rursus (ait Chrysofomus) præbet occasionem, vt faciliores reddantur, exercens eos ad benevolentiam erga Doctores, vt erga ceteros sint mansuetiores. Quæ res non mediocrem charitatem excitauit in vtraque parte.*

Chrysof.

13.
Matt. 10. 41.

Matthæi 10. 41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ accipiet.* Expendo ad rem præsentem particulam illam *in nomine.* Non in re, sed in nomine. Ac si dicat, ne discutias an is, qui à te eleemosynam efflagitat re ipsa pauper sit, sat sit tibi si nomine sit talis, & pauperem se dicat, etiam si multa mendacia confingat, si dolos meditetur, si tibi imposuerit, nihil cura, salua tibi res, integra merces manet, hoc solum quod pauperem se dixit. Ni fallor hunc sensum innuit Chrysofomus homil. 1. in cap. 1. ad Philipp. Cum enim desæuiisset in eos, qui mendicos discutiunt, subdit. *Nec enim fieri potest (inquam fieri non potest) vt qui in his rebus exacte disquirat omnia, potiatur hoc quod querit: imo talis potissimum incidit in impostores. Dices, quoniam pacto? Hoc dico, qui plus est, non affectat videri pius, nec sibi ipsi addit personam, sed studet esse irreprensibilis, contra impostor, qui rem arte gerit, multam pietatis speciem sic addidit sibi, ne facile queat deprehendi. Itaque accidit, vt qui benefacit ijs, qui videntur impij, in pios incidat: rursus dum querit eos, qui videntur pijs, frequenter incidat in impios, quapropter opto omnia faciamus cum simplicitate, fingamus enim impostorem esse, qui abs te petit, non iussus es istud exquirere: omni enim petenti abs te, tribue.*

Chrysof.

14.
Hebr. 6. 10.

Paulus ad Hebræos 6. 10. *Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministrastis.* Exponens Chrysofomus hæc verba hom. 6. in epistol. ad Hebræos, multa pro nobis congerit. In primis fauet illud, *in nomine ipsius.* Ac si dicat, nihil aliud vidistis, aut cogitastis dum pauperi eleemosynam porrexistis, quam quod diuini nominis inuocatione eleemosynam petebant non genus, non patriam, non mores. Expendit etiam illud *sanctis.* Quo nomine eo tempore appellabantur omnes qui Christianæ fidei nomen dederant, ergo

idem est, ac si dixisset, quoscumque Christianos eleemosynam petentibus absque vlla differentia, re, & opere iuuistis. Adducit etiam pro nobis verba illa Matth. 7. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Id est, o vos, qui stipem emendicantibus porrigitis, nolite de paupertate iudices fieri, nolite egentes discutere, quod si feceritis apud Christum iudicem bonam causam habebitis. Adducit etiam parabolam illam Luca 10. de eo qui incidit in latrones. Quæsiuit à Christo Domino legisperitus quidam, quisnam esset proximus, cui ex lege benefacere debemus, cui Dominus. *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, &c.* Postquam autem parabolam concludisset, hac ratione interrogantem vrsit. *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, qui fecit misericordiam in illum, & ait illi Iesus: vade, & tu fac similiter.* Ac si diceret: sicut ille Samaritanus genere, & religione alienus homini faucio opem tulit, nihil præter eius miseriam intuens: ita, & tu fac similiter, & cum abs te eleemosyna petatur nihil disquiras, sed cuique eleemosynam petenti præbe, omnesque tibi proximos puta. Chrysofomus verba infero nonnullis suppressis, quæ ad rem nostram minus faciunt. *Quod ostendistis, inquit, in nomine eius, in eo quod ministrastis sanctis, & ministrastis, adhuc etiam nunc. Et eligit eos ostendens quia non illis fecerint sed Deo. Quod ostendisti, inquit, & non dixit in sanctos, sed in Deum: hoc enim est in nomine eius, propter nomen eius omnia fecistis. Hac audientes rogo ministrastis sanctis. Omnis enim fidelis sanctus est, secundum quod fidelis est, sine enim secularis est, sanctus est. Siue ergo secularem videas in perturbatione aliqua porrigamus manus, neque ad eos tantum, qui in montibus sedent, efficiamur studiosi. Sancti quidem sunt illi, & vita, & fide: sancti vero sunt isti fide, multi vero, & vita. Neque si viderimus Monachum in custodia, tunc intremus, si vero secularem non intremus, sanctus est iste, & frater. Quid ergo inquis, si autem sit aliquis immundus, aut pollutus? Audi Christum dicentem; nolite iudicare, ne iudicemini. Tu propter Deum fac, & quid dico? Etiam si pagani videamus in fluctuatione oportet benefacere, & simpliciter omnem in perturbatione constitutum, multo autem amplius fidelem secularem inuare debemus. Audi Paulum dicentem: facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Sed nescio vnde hoc introductum est, vnde ista consuetudo obtinuit, quia enim Monachos tantum querit, & ipsis benefacere vult: etiam ipsos scrutatur dicens, si est dignus, si est, iustus, nisi fecerit signa non porrigit manum, maximam partem eleemosyna amputauit. Atqui demum illa eleemosyna est, quæ in peccatores sit, quæ in fontes. Eleemosyna enim est, non eorum, qui iam perfecti sunt sed qui deliquerunt miseri, & vt dicas aduerte parabolam. Descendit quidam, inquit, de Ierosolymis in Iericho, & incurrit in latrones, qui incisum reliquerunt iuxta viam seminiuum, venit quidam Leuita, & viso eo præterijt, venit quidam sacerdos, & viso eo præterijt. Venit autem quidam Samaritanus, qui & multam eius curam gessit, ligauit vulnera eius, & infudit oleum imposuit eum in iumentum, deduxit illum ad diuersorium, dixitque hospiti: adhibe illi curam: & inuere liberalitatem, & ego, inquit, dabo tibi, quidquid erogaueris. Quis est ergo proximus huius? Qui fecit misericordiam, inquit, vade ergo inquit, & tu fac similiter, & inuere qualem dixit parabolam, non dixit, qui Iudeus in Samaritam fecit: sed quia Samarita liberalitatem illam totam ostendit. Auditis ergo his omnibus, non solum domesticorum fidei curam ita geramus, vt ceteros negligamus. Sic igitur & tu videas quempiam male pati. Nihil iam in eo serueris, dignus est, enim quem*

Matth.

Luca 10.

Chrysof.

quem

quem adiunem, eo solum quod male affligitur. Expendo adhuc verba illa apud Chrysostrum. *Elemosyna non est eorum, qui iam perfecti sunt, sed qui deliquerunt misereri.* Ac si dicat, hoc discriminis est inter iustitiam, & misericordiam, quod iustitia merita respicit, & pro meritis ad æqualitatem reppendit: at vero misericordia in miseriam fertur, miseris opem fert, hoc solo titulo, quod miseri sunt, ergo dum das elemosynam tantum miseriam aspice, nil de meritis pauperis, nil de aliis rebus disquiras.

ETHOLOGIA XLVIII.

Est mendici morosi sint, non tamen durioribus verbis accipiendi.

IN eos, qui curiosius pauperum indigentiam scrutantur præcedens desæuii Ethologia, præfens vero in eos inuehitur, qui durioribus verbis accipiunt stipem flagitantes. Sunt quidem mendici frequentius blaterones, morosi, importuni, quapropter nonnulli, licere sibi putant, eos probris insectari, maledictisque proscindere: eos appellant otiosos, vagabundos, desides. hos igitur moneamus ut ab his aliisque similibus disteriis abstineant, sed Christum in pauperibus reuereantur, & si quid ab eis peccatū fuerit facile condonent. Hoc in Abrahamo laudat Chrysostrum hom. 41. in Genes. cum enim occurrisset tribus illis iter agentibus, ut in domum suam diuerterent, comiter his verbis inuitat: *Domine si inueni gratiam, &c.* Vide quam amicis verbis in domum suam protrahat tantum Patriarcha eos, quos mendicos, & pauperes putauit. *Neque enim sic admirabile erat (ait Chrysostrum) si suscipiendo hospites curiosius explorasset, qui essent: sicut nunc cum ignorans, quinam venirent, tanta alacritate, & honore accedit, verbis suis quasi seruus Domino vis vincula inicit, & supplicat eis, ut recumbant, neque eum maximo damno afficiant.*

Matth. 25. 40. *Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis.* Si fides Chrysostrum homil. 41. in Matth. ideo Dominus dicit se in paupere delitescere, ut omnem viam obturaret diuitibus, ne male verbis pauperes excipiant. Quis enim audeat probris egentes laceffere, quos aule personam gerere Christi Domini? Quis eum male accipiat, qui regem representat? *Ob illam enim causam (ait Chrysostrum) misericors Dominus, ut ne ad talem benignitatem segnes simus, neque curiosius eos, qui adueniunt, scrutemur, inquit, qui acceperit unum ex minimis in nomine meo me accipit. Ne igitur ad vilitatem venientis expectes, neque vilem ex his, quæ vides, putes, sed cogita, quod per ipsum Dominum tuum suscipias.*

Ad Hebræos 13. *Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Quorum verborum accipe sensum ex Chrysostrum homil. 43. in Genes. cum Abraham, & Lot nescirent Angelos esse eos, quos domi suæ excipiebant, sed putarent eos mendicos, & vagos homines, non tamen eos despererunt, sed multa comitate eos adoriuntur, & benigne excipiunt, ut de Abrahamo habes Genes. 18. Domine si inueni gratiam, &c. Et de Lot Gen. 19. Iiuit obuiam eis, adorauitque pronus in terra, &c. En tibi quam amicis verbis, quam benigne, quanta vrbantate eos excipiant, quos viatores putabant, ergo ob hoc (ait Paulus) Angelos & ipsum Deum in domum suam traxerunt. Beatus Paulus (ait Chrysostrum) tales iustos insinuat, & docet nos, quomodo tales ut susciperent, eis euenerit. Hospitalitatis enim, inquit, ne obliuiscamini, propter hanc enim*

nescientes quidam hospitio exceperunt Angelos. Hoc enim eos potissimum fecit admirabiles, quod curam eorum, qui nescierunt, egere.

Matth. 25. *Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis.* Ac si dicat, cum conuiuium homines ornant, multa disquisitione vtuntur, quinam sint ad cænam vocandi, ne quis accumbat, qui inuitantem dedecet: at vero, qui elemosynam dare pergit nullo delectu pauperes omnes vocet, quia vnus in omnibus Christus inuitatur. Hæc est mens Chrysostrum homil. 43. in Genesim: & huc trahenda verba Pauli ad Hebræos 13. de quibus num. præcedenti: nempe Lot, & Abraham dum nihil in pauperibus examinant Deum in illis excipiunt, omnes enim pauperes Dei personam gerunt. Verba Chrysostrum audi: *Nobis quoque nunc si voluerimus suscipere licet, ipse enim est qui dixit, qui suscipit vos me suscipit. Sic hospites recipiamus, ut non ad externam vilitatem respiciamus.*

Hoc crimine se purgat Iob cap. 31. 19. *Si despexi pretereuntem, eo quod non habuerit indumentum, &c.* Iuxta Gregorium lib. 21. Moral. cap. 14. dictum firmat ibidem ex illo Ecclesiastici 18. 15. *Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali.* Gregorij verba dono. *Quod pauperem non despexit virtutem humilitatis exhibuit, quod autem operuit pietatis, dua quippe ista virtutes ita sibi & esse connexa debent, ut vicario semper opere fulciantur, quatenus nec humilitas cum veneratur proximum deserat, nec pietas, cum largitur intumescat. Nam sunt nonnulli, qui mox ut ab egenis fratribus fuerint necessaria postulari, post dona largituri contumeliosa verba iaculantur, qui etsi rebus ministerium pietatis perficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt. Ita ut plerumque videatur, quia iam illata iniuria satisfactionem soluant, cum post contumelias dona largiuntur. Nec magni est operis, quod postulari tribuunt, quia ipso donationis sue munere, vix eum excessum sermonis tegunt, quibus per Ecclesiasticum librum dicitur. *Omni dato non des tristitiam verbi mali.* Et rursum: adde verbum super datum bonum, & vtraque cum homine iustificato: ut videlicet datum exhiberi debeat per pietatem, & bonum verbum tribui per humilitatem. Expende verba illa Gregorij. Ita ut plerumque, &c. ac si dicat, qui post probra, & contumelias elemosynam præbet, videtur non exhibere opere pietatis, sed refarcire donis damnum, quod per verba intulit.*

Mulier illa peccatrix, quæ cænantem Domino officia pietatis exhibuit: *Lachrymis capit rigare pedes eius* Lucæ 7. non caput, sed pedes lachrymis rigat, pro nobis factum exponit Gregorius homil. 33. in Euangelia. Christi pedes pauperes sunt. Hi ergo, & vnguento vngendi, & lachrymis rigandi. Vnguento vngit, qui eis opem fert, lachrymis rigat, qui eorum mala deplorat, ergo non solum eis opem peccatis feramus, sed etiam eorum necessitatibus compatiatur. Insuper non tantam laudem mereretur hæc mulier, si Domini caput inungeret, quam dum pedes tingit vnguento, scilicet Christi caput diuites sunt, pedes vero pauperes, illos assentatores, hos misericordes inungunt. *Lachrymis mulier (ait Gregorius) pedes eius rigat, quod nos quoque veraciter agimus, si quibuslibet vltimis membris Domini per compassionis affectum inclinamur si sanctis eius in tribulatione compatiatur, si eorum tristitiam nostram putamus. Capillis quoque pedes Domini tergimus, quando sanctis eius, quibus ex caritate compatiatur, etiam ex his quæ nobis superfluum miseremur, quatenus sic mens per compassionem dolet, ut etiam larga manus affectum doloris ostendat.*

7.

Cum posset Deus momento temporis hanc rem vniuersitatem condere, maluit tamen spatio 7. dierum, & omnia creare, & vltimam manum imponere factum putat Chrysofomus homil. 3. in Genes. vt nos doceat, ne ad continuas pauperum petitiones fastidiamus. Sunt enim plures, qui si semel, aut iterum rogentur lubentes eleemosynam largiantur; dum vero perpetuis petitionibus vrgentur, contra pauperes exardescunt, eosque maledictis cumulant: hos ergo Dei factum reprehendit, qui non semel, sed per septem dies continuos accessit, semper aliquid denuo condens, mundumque perficiens. Ergo etiam si sapius rogeris non moleste feras. *Vno die* (ait Chrysofomus,) *& simplici momento poteris* (supple vniuersum condere) *nam quandoquidem res non ob suam vtilitatem produxit, sed ob suam benignitatem, & voluntatem fabricauit omnia, iccirco non successine sed per partes condidit.*

Chrysof.

8.

Quam hoc sit absurdum ostendit Chrysofomus homil. 36. in Matth. his verbis: *nam si quis lapide percussus ceteris neglectis ad genua tua sanguinolentus refugerit, alione, tu iterum lapide sanguinolentus percuteres?* Huic sane similis est, qui multis malis oppressum pauperem, & ad se confugientem durius accipit. Subdit Chrysofomus: *Si famulus tuus ad alium famulum similiter tuum argentum repetiturus, quod illi dederis, iussu tuo profectus sit, nec inde solum vacuis manibus, verum etiam omni conuictio pulsus reddiderit, dic quæso quo supplicio famulum tuum punires? Cum te ipsum ab eo spretum, atque contemptum censes.* His ni fallor verbis respexisse videtur Chrysofomus parabolam de vinea quam habet Matth. 21. Plantatam vineam locauit Deus agricolis, qui nec censum reddiderunt, nec Domino petenti acquieuerunt, imo verò feruos qui tributum Domini exigebant probris, fustibus, & lapidibus aufererunt, quorum poenam statuit illis verbis. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Diuitias locupletibus Deus locat, pauperes mittit, qui censum exigant, illi vero exactores durius verbis, & factis accipiunt. Ergo auferet ab eis Dominus ipsas diuitias, quibus infantur, & dabit pauperibus.

Chrysof.

Chrysof.

Mat. 21. 43.

9.

Chrysofomus homil. 76. in caput 15. Ioannis ad rem præsentem deducit verba Matth. 7. *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini,* &c. Id est, eadè prorsus ratione, qua vos cum pauperibus egeritis, eadem ego vobiscum agam, si pauperibus nihil dederitis, nihil prorsus ego vobis erogabo: si insuper in eos scdmata ieceritis, ego etiã vos maledictis impetam. Imo vero illatam pauperi iniuriam vindicat Deus, tãquã si ipsi Christo illata esset. Hoc probat duplici argumento Chrysof. in primis Mat. 25. vel tacentibus ipsis pauperibus duritiam diuitum Christianus amplificat, *esuriui enim, & non dedistis mihi manducare,* &c. ac si dicat Christus, ego ipse in paupere esuriui, ego in ipso repulsus sum, ego contumeliis lacessitus, mihi illatam iniuriam vindico. Hoc idem probat ex parabola illius diuitis epulonis, qui repulsus est ab Abrahamo Lazaro interim tacente, & eius inhumanitatem silentio premente, scilicet illata iniuria pauperi, non ad illum spectat, sed illum tangit, & ad eum defertur vindicta, qui sanctorum choro præest, qualis erat eo tempore Abraham. Nunc autem ad Christum pertinet pro iniuria pauperis diuites damnare. *Quod si dare nihil placeat* (ait Chrysofomus) *noli tamen maledictis prosequi, si non vis naufragio liberare, noli in profundum demergere. Scias enim cum accedentem pauperem expellis, qualiter tibi Deum affectum reddas: qua enim mensura, inquit, mensurabitur, mensurabitur vobis. Audi quid dicat.*

Matth. 7. 2.

Mat. 25. 42.

Chrysof.

Quandiu non fecistis vni ex minoribus his, neque mihi fecistis, neque enim illi quidquam nobis amplius dicent: sed Deus pro illis nos reprehendet. Nam & Lazarus à diuitibus visus est, nec tamen quidquam dixit, sed Abraham eius vias suscepit, ita, & pauperibus eueniet, qui nunc à nobis contemnuntur. Alia ratione pungit Chrysofomus hos diuites, qui maledictis pauperes profcundunt. Posset quidem Deus omnes homines locupletes effingere, maluit tamen quosdam paupertate premi diuitibus prospiciens, vt scilicet, dum illis stipem porrigunt, facile, & crimina abluant, & beatitudinem cõsequantur. Quid ergo, ô, diues turpius est, quid crudelius, quam eos dure accipere, qui in gratiam tui atteruntur egestate? *Nonne vides* (ait Chrysofomus) *quomodo omnia communia statuit Deus? nam si pauperes esse permisit etiam hoc diuitum causa factum est, vt per eleemosynam peccata possent abluere, tu autem in hos crudelis, & immanis es.*

Chrysof.

10.

Matth. 18. Multo ære oppressus quidam sistitur ante Regem, qui debiti solutionis dilationem à Rege petiuit, cui ille non modo dilationem obtulit, sed vniuerso debito absoluit. Vix egresso illi conseruus occurrit, qui exiguam summam pecuniæ debebat, cum tamen ille differre sibi solutionem peteret, non modo non annuit, sed hominem oppressit, & in carcerem misit. Hic qui post solutionem debiti conseruum suum premit, ille est, qui post acceptam peccatorum indulgentiam, petentem sibi stipem pauperem durius accipit. Contra quem non modo Deus irascitur, & debita repetit, qui vniuersorum fecerat indulgentiam, verum, & conserui irascuntur, id est, quicumque nouerint homines, grauiter ferunt tantam inhumanitatem. Hoc cum Chrysofomo dixerim homil. 2. ex variis in Matth. iis verbis: *Nec hominibus id placebat, nec dum Deo. Condoluerunt qui non debebant, quid ergo Dominus? Et cum decem nullia talentorum nequam non appellauit, nec contumelia prosequutus est, sed misertus est, cum autem in conseruum inmitis apparuit, tunc ait: serue nequam.* Expende cum Chrysofomo, quam benigne excipitur, cum obætatus sistitur ante tribunal, quam dure re, & verbo cum crudelis exitit in conseruo. Crudelitatem hanc amplificans Chrysofomus subdit: *Nec simpliciter eum tradidit, verum iratus, nam cum vendi quidem iussit, non irati sermo, propterea neque fecit, sed erat maxime clementia occasio. Nunc autem indignationis multa, multa vltionis, & poena sententia.* Id est, mala, quibus alios peccatores Deus terreat, sæpè non infert, sed comminatur, vt homines ad meliorem frugem traducat, certissime vero castigat eos, qui pauperes verbis discrutiant.

Chrysof.

Chrysof.

11.

Venale proponit nobis cœlum Dauid Psalm. 13. illis verbis: *Quis est homo, qui vult vitam?* Id est, quis est, qui cœlum emere desiderat? Sibi ipsi respondet. *Prohibe linguam tuam à malo, &c.* Id est, eleemosyna quidem pauperibus data cœlum emitur, verum si ad eam paupertatem deueneris, vt neque obolum habeas, quo cœlum emas, emes lingua: nihil asperum, nihil crudele contra pauperes loquaris, sed eos verbis solare amicus. Et pro pecunia sermonem offer quo cœlum emas. *Non habes, inquit, pecunias, non compunctionem, non potentiam, non luctum, non aliud eorum, qua queruntur: prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum & in salutem tibi sufficiet.* Hæc Chrysofomus hom. 22. ad populum.

Chrysof.

12.

Qui pauperi re, & verbo fauet duplicem dat eleemosynam: sicut è contra qui re quidem opem fert, verbis autem est molestus nihil omnino offert, imo vero magis ex verbis exulceratur pauper, quam ex stipe lætatur. Hæc est mens Chrysofomi lib. 3. de

de sacerdotio, in quem sensum adducit verba mei Ecclesiastici cap. 18. vers. 15. *Fili in bonis non des querelam, & in omni dato, non des tristitiam verbi mali.* Id est, cum elemosynam tribuis, hilariter, & magno cum gaudio porrige, si enim tristis dederis perdes gratiam, & quasi nihil dedisse videberis. *Nam quemadmodum (ait Chrysofomus) nescio quo pacto fit, ut quem contumelia affeceris, non sentiat pecuniarum subsidium ob inflictam contumelia plagam: sic quem blande, ac humaniter appellaueris, quique donum aliquod una cum sui consolatione à te acceperit, exultat magnopere, ac letatur. Tum vero donum ipsum donantis vultus, gestusque conduplicat. Quæ non ex me ipso pronuncio, sed ex illius verbis, cuius hæc est admonitio, qua præcessit: fili, inquit, in bonis ne des querelam, & in quocumque dato ne des tristitiam verbi: nonne ros ardorem tollit, sic verbum melius quam datum. Ecce verbum supra dona ipsa excedens bonum.* Metaphora sumpta à sole rem exponit Ecclesiasticus loco à Chrysofomo allegato. *Nonne ardorem refrigerat ros? Sic & verbum melius quam datum.* Id est, sicut solis iubar se explicans rorem omnem, qui in herbas deciderat, decutit, eadem prorsus ratione, gratia, quam tibi pauper habebat ob acceptam elemosynam, perit, cum durius verbum subinfern.

13. Appellari solent pœnæ, quas apud inferos damnati patiuntur, sapientes, & prudentes, quia iuxta cuiuscumque peccatum damnatum torquent. Quæ cum ita sint, difficile sane est, quod de diuite illo auaro apud Lucam cap. 16. refert Dominus. Refrigerari sibi linguam petit qui ob auaritiam damnatus est. Aliis omnibus membris corporis, quibus etiam flamma subiecta erat, omissis, de vna lingua sollicitus est, quo innuit, præcipuè circa eam partem diuexari, & linguam inter alias corporis partes magis pati. Quod sanè difficile est, nam cum hic ob auaritiam igni sit traditus, potius manus, quam lingua erat exurenda. Dubio respondet Augustinus sermon. 125. de tempore. Magis de ardore linguæ queritur diues, quia lingua acrius exurebatur: exurit autem magis lingua, quam manus, quia licet manus elemosynam negauerit lingua tamen durius contra eos loquuta est. Longe autem grauius peccat, qui verbis sæuit in pauperes, quam qui elemosynam negat. *Attendite fratres (ait Augustinus) totum diuitis corpus flammis gehennæ consumitur, & sola lingua magis cruciatur. Ideo sine dubio in lingua maiorem sentit ardorem, quia per eam superbe loquendo, contempsit pauperem.*

14. Idem Augustinus sermon. 231. de tempore, carpens eos, qui negata elemosyna pauperes ad alios remittunt hac ratione loquitur. *Dicunt vade, vade in ante, & dabit tibi Deus, & vti que dum ambulauerit homo ei daturus est. Quid est, ergo quod dicit vade in ante, & dabit tibi Deus. Nisi vade ad illum hominem, qui habet Deum, quia daturus est Deus. Ac si ore suo ipse confiteatur apud se Deum non esse, quo inspirante possit erogare pauperibus.* Præcol dubio tempore Augustini verba illa. *Vade in ante, & dabit tibi Deus,* solennis erat formula dimittendi pauperes, cum elemosyna negabatur. Sicut apud nostrates. *Andad con Dios Dios os prouea.* Ex quibus conceptis verbis vrger Augustinus eos, qui pauperibus elemosynam negant. Nam dum egentes vacuos remittunt, his verbis vtuntur. *Vade in ante, & dabit tibi Deus.* Id est, vade ad alium, & Deus tibi, quod petis, largietur. Ac si dicat, quia mihi Deus non adest, qui ad dandam elemosynam me vrgat, ideo tibi non adsubuenio, occurret tibi alius cui Deus adsit, & hic te donis cumulabit. Ergo ille qui elemosynam

negat faretur à se Deum abesse, præsto vero illi esse, qui mendicenti opem fert.

Hoc in Dei misericordia laudat David Psal. 108. *Et tu Domine Domine fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua.* Vel vt legit Basiliius in scholiis, *quia benigna est, vel bona misericordia tua.* Sensus autem est non solum petentibus, auxilium fers, verum etiam, & benignis verbis excipis. Adeo enim durum est pungentibus dicitur excipis eum, qui petit, vt plures vel à Deo exposcere refugerent, si Deus toruo aspectu, & duris verbis vteretur, quapropter benignitate liberalitatem condidit, qua homines ad petendum alliciat. *Quoniam bona est (inquit Basiliius) misericordia tua, hominum enim misericordia talis non est, sit enim aliquando, vt & noxia sit, & perniciofa, Dei vero vbique ad utilitatem facit.*

16. Sunt quidem sapius pauperes morosi, nebulones, helluones, fraudes neclunt, vt affem extorqueant, sed ne ob hoc durius accipiendi, cum eos ad dolos duritia compellat diuitum, quapropter potius diuites, quam pauperes accusandi. Rem ex Chrysofomo haui homil. 1. in 1. ad Corinthios his verbis. *Etenim si simulat, ex necessitate, & inopia simulat, propter inhumanitatem, & crudelitatem tuam huiusmodi personarum simulationibus agentem, qua nulla commouetur misericordia. Nos autem innumeris digni supplicij, quod mendicos ad huiusmodi adducamus necessitatem. Nam si facile moueremur, nunquam sane ille eiusmodi sustinere eligeret.*

Tanta erat benignitas in pauperes eorum qui fidei Christianæ nomen dederant, vt hac freti, & alleclti nonnulli egestatem fingerent, vt alienis elemosynis vescerentur, hos arguit Paulus 2. ad Thesalon. 3. *Audiuimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete nihil operantes, sed curiose agentes. Ijs autem qui eiusmodi sunt denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio occupantes suam panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quod si quis inobedit verbo per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur, & nolite, vt inimicum existimare. sed corripite vt fratrem.* Expendenda mihi hæc verba Pauli cum Chrysofomo homil. 5. in epistolam 2. ad Thesal. in primis notanda illa sententia. *Non commisceamini cum illo.* Vel vt habet Chrysofomus, *subducite vos ab illis.* Ac si dicat, si quis fuerit, qui paupertatem mentiatur, & egestatem fingat, neque hunc grauius accipiatis, sed subducite vos ab illo. Ne bilem scilicet vobis excitet ipsius fictio, & mendacium, & à vobis vel nolentibus verbum asperum extorqueat, vel subducite vos ab illo, vel ne à vobis nolentibus stitem extorqueat, etenim tam benigni in pauperes esse debetis, vt quamuis dolos pauperum perspectos habeatis, effictamque eius egestatem volentes nolentesque ad dandam elemosynam trahamini: cum vero opus sit, vt ob negatam elemosynam, isti dolosi mendicij respiciant, subtrahite vos ab illorum conspectu. Expendo etiam verba illa Pauli. *Et nolite vt inimicum existimare, sed corripite vt fratrem.* Id est, non licet durius inuehi in pauperem, sed si quando correptione indiguerit adhibenda est tamquam fratri, & admonendus est amicis verbis ne otiosus vageatur, sed operas suas locando, sibi victum quarat. *Audiuimus enim (ait Chrysofomus) quosdam ambulantes inter vos inordinate, nihil operantes, sed curiosius agentes; his autem, qui eiusmodi sunt, præcipimus, & obsecramus per Dominum nostrum Iesum Christum, vt cum quiete operantes suam ipsorum panem manducent.*

manducant. Quamobrem non dixit, si vero ordinate se non gesserint, non nutriantur à vobis, sed utraque exigat, ut enim in quiete sint, operentur, suum ipsorum, inquit, panem edant, non alienum. Vos autem fratres, ne defatigemini benefaciendo, vide quomodo confestim rupta sunt paterna viscera: non potuit cultellus increpationem producere, sed rursus eorum misertus est, & vide cum quanta prudentia, non dixit: verumtamen ignoscite illis, donec corrigantur: sed quid? Vos vero non defatigemini in benefaciendo. Subducite, inquit, vos ab illis, & increpate attamen, ne contematis fame pereuntes. Quid igitur, inquit, si copiam alimenti apud nos habens otiosus permanserit? Ad hoc, inquit, placidum, ac mite pharmacum dedit, nempe, ut subducatis vos ab eo, hoc est, nullam illi fiduciam faciatis, ostendite vos irasci, non exiguum, hoc est, talis enim sit ad fratres increpatione. Et infra. Nos non ita, sed mendicos, non aliter vituperamus, & aduersamur, quasi maximam nobis iniuriam intulissent. Non das, ut quid molestus es? Admonete, inquit, ut fratres, non vituperemini ut inimicos. Qui fratrem admonet, hoc publice non facit, non ostentat conuiuium, sed priuatim, & cum multo dolore, & attentione, & animi molestia lacrymans, & lugens. Ex fraterna igitur mente praebeamus, ex fraterna voluntate moueamus, non tamquam dolentes, propterea quod dandum sit, sed quod ille praeceptum transgressus est. Alioquin quid proderit? Nam etiam si dando vituperas, perdis tamen largitionis iucunditatem. His verbis, ni fallor, Chrysostronus exponit illud Roman. 12. 8. Qui tribuit in simplicitate, qui praestit in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Quae sententia iuxta mentem Chrysostroni significat benignè excipiendos pauperes. Quod vero (subdit Chrysostronus) ne das quidem, & tamen vituperas, quanto maior officii illum miserum, & calamitosum. Accessit tanquam misericordiam inuenturus apud te, accepta vero lethali plaga abscedit magis etiam lacrymans. Si namque propter pecuniam mendicare cogitur, propterea vero, quod mendicat vituperatur, vide quantum vituperatores istos supplicium maneat? Irritas factorem eius, nam dic mihi, ipse permisit tui gratia pauperem fieri, ut tibi copia esset illum curandi, & tu eum, qui propter te eget, vituperas. Quanta improbitatis sunt ista? Quanta ingratitude est hoc factum? Admonete, inquit, ut fratres, ut simul dando admoneamus iussit.

Rom. 12. 8.

Chrysostr.

VERS. 8.

Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifica in mansuetudine.

1. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam. Pauperem benignè audi. Et redde debitum tuum. Et quod debes illi redde. Et responde illi pacifica in mansuetudine. Et ea ei responde, quae pacem, & tranquillitatem eius animo sunt allatura, & hoc cum modestia, & mansuetudine.

2. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam. Id est, ei faciles, & patulas aures praebere. Expendit Palacio verbum illud Pauperi. Non ait, pauperibus sed pauperi. Scilicet in omnibus pauperibus vnus expectandus est Christus. Ergo ait: difficile quidem est, tot quotidie perstreptentes pauperes benignè ferre, verum enim vero si sub omnium illorum persona vnum Christum Dominum intendas, facile sustinebis. Hæc ad mores apta: hic tamen singulare pro plurale est. Pauperi, id est, pauperibus. Inclinare aurem, pro exaudire frequenti scripturae phrasi sumitur præcipue in Psalm. Inclina aurem tuam, accelera, ut eripias me.

3. Et redde illis debitum tuum. Hæc pars in Græcis codicibus non extat. Dicitur autem eleemosyna de-

bitum iuxta dicta capite præcedenti. Vel etiam dicitur debitum, quia quis tenetur eo modo, quo potest, pauperibus subuenire; scilicet, ut pro qualitate sua pauperi diues elargiatur, sin minus res familiaris superfit, & libenter audiatur, & benigne respondeat. Vnde postquam dixit. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam. Id est, eum potestem audi, addidit. Et redde debitum tuum. Id est, etiam si opera succurrere non possis, tamen verbis faue, ab hoc enim nemo excusatur. Tigurina fauet. Fungere officio tuo. Quali munus, & officium diuitis sit pauperum necessitatibus subuenire.

Et responde illi pacifica. Id est, quæ pauperem pacatum, & tranquillum reddant. Nonnulli Latino-rum legunt pacifice, ut modum præscribat diuiti, quo responsum præbeat pauperi, sed ex Græcis constat esse legendum, pacifica, & hac ratione transtulit noster codex vulgatus. Tigurina: & responde eidem amice cum mansuetudine.

ETHOLOGIA XLIX.

Expilat pauperem qui arcet.

Reliqua, quæ præcedens versus exposuit satis superque à nobis munita sunt præcedentibus Ethologiis, illud præsens sanctorum authoritatibus sulcit. Et redde debitum tuum. Dare eleemosynam indigentibus proprie ad misericordiam spectat, sæpius tamen in Scriptura, dicitur debitum vel iustitia, nempe ut hæc nomina admoneant, quandoque diuites sub præcepto adstringi ad eleemosynam porrigendam. Scilicet dum extrema vel grauis vrget necessitas iuxta regulas Scholasticorum, quorum personam hoc loco non agimus, vnde potius exhortando diuites ad dandam eleemosynam locum elucidabimus.

In primis Ambrosius sermon. 81. Hac ratione diuites vrget. Tu vero susceptis Dei muneribus, & in finem tuum redactis, nihil te putas facere iniquum, si tam multorum vita subsidia solus oblineas? Quis enim tam homo iniustus, tam auarus, quam qui multorum alimenta suum, non vsus, sed abundantiam, & delicias facit: neque enim minus est criminis habenti tollere, quam quod possis, & abundas, indigentibus denegare, esurientium panis est, quem tu derides: nudorum indumentum, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terra desodis. Tor ergo te scias inuadere bona, quot possis prestare, quod velis.

Ad nostrum institutum aptat Chrysostronus in Psalm. 39. verba illa, quibus grauiter conquestus est Christus Dominus de Iuda proditore. Lucæ 22. Iuda osculo filium hominis tradis? In primis amplificat illud, osculo, id est, signo illo quod ad multam benevolentiam declarandam solemniter institutum est, me morti tradis? Cui similes sunt, qui diuitibus pauperes torquent, quæ ad eorum necessitati subueniendum data sunt illis. Expendit insuper illud Filium hominis. Magis crimen extolleret, si se Dei filium diceret: quæ ergo de causa omissa præcipua appellatione se dicit filium hominis? Chrysostronus. Imo vero hac ratione amplius Iudæ crimen extulit. Quid enim grauius, quam eum prodere, quem nobis communis naturæ humanæ nexus adstrinxit? Crudelia planè viscera, quæ non mollit humanitas. Hæc etiam ratio facile quoque detorquetur in eos qui eleemosynam pauperibus negant, quos neque communis naturæ nodus adstringit, neque humanitas mollit. Iuda (ait Chrysostronus)

Chrysostronus

Chrysoſtomus) ofculo filium hominis tradis? hoc eſt ve-
 nenum effundis ofculo, quo gratia charitatis effunditur?
 ofculo quod ſacra pacis inſigne eſt, ofculo quo amicitia
 fida firmatur? hoc ergo ofculo tradis periculo, quem pro-
 pter ofculum venerari debebas? Et tradis filium hominis
 homo, qui propter hominum ſalutem deſcendiſ de caelo?

Gregorius lib. 6. Moral. cap. 23. ad hunc ſenſum
 trahit verba Eliphaz ad Iobum c. 5. ver. 24. Et viſi-
 tans ſpeciem tuam non peccabis. Species hominis dicitur
 iuxta phraſim Gregorij alter homo, vt enim
 mulieres ſe ornantes ſpeculum coram ſe ſtatuunt,
 quod ipſarum vultum faciẽmque oculis obuertit,
 vt quid in ipſis concinnum ſit emendent: eadem
 ratione nos cum cauſam proximi acturi ſumus,
 oportet vt in illius perſonã nos ipſos inſpiciamus,
 vt eorum neceſſitatibus tanquam propriis miſe-
 reamur, & ſi quid ab ipſis peccatum fuerit facile
 feramus. Ergo in paupere te ipſum conſidera, &
 eius neceſſitates communis natura vtrique com-
 munes faciat. Et viſitans (ait Gregorius) ſpeciem tuam
 non peccabis. Species hominis eſt alter homo. Recte enim
 ſpecies noſtra dicitur proximus, quia in illo cernimus quod
 ipſi ſumus. Corporali enim viſitatione ad proximum greſ-
 ſum accęſſu venimus. Spirituali vero non greſſu, ſed affe-
 ctu ducimur. Speciem ergo ſuam viſitat, quiſquis ad eum,
 quem ſibi ſimilem per naturam conſpicit paſſibus amoris
 tendit, vt in altero ſua conſiderans ex ipſo colligat, quali-
 ter infirmitati alterius condeſcendat. Speciem ſuam viſi-
 tat, qui, vt in ſe alterum reſiciat, ſe in altero penſat. Hinc
 autem per Moſem veritas cum geſta deſcriberet, gene-
 randa ſignificabat, dicens: protulit terra herbam viuentem
 & afferentem ſemen iuxta genus ſuum, lignũque faciens,
 fructum, & habens vnũquodque ſemen ſuum ſecundum
 ſpeciem ſuam. Lignum quippe ſecundum ſpeciem ſuam ſe-
 men producit, vt mens noſtra ex ſua conſideratione ſe in
 alterum colligit, & recti operis germen parit. Hinc qui-
 dem, & ſapiens dicit, quod tibi non vis alterine ſeceris.
 Hinc in Euangelio Dominus dicit, que vultis, vt faciant
 vobis homines, vos eadem facite illis: ad ſi aperte diceretur,
 ſpeciem veſtram in altero viſitate. Atque ex vobis
 metiſys agnoſcite, quid vos oporteat alijs exhibere. Hinc
 Paulus: factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, &c. Singulos
 in ſe ſuſficiens. Optime Gregorius ad noſtrum inſti-
 tutum inſectit verba Genef. 1. 11. Germinet terra, &c.
 Id eſt, homines ſumus, atque fructus proferamus
 humanitatis, & beneuolentiã plenos. Qui enim
 humaniter pauperem abigit, non fert fructus iuxta
 genus hominum, ſed iuxta genus ferarum. Vel præ-
 cipimur ferre fructus iuxta genus ſuum, id eſt, iuxta
 genus pauperum. Sunt enim diuitum multi, qui er-
 ga pauperes ita ſe habent, ac ſi humanam naturam
 exuiſſent, & in canes, aut porcos abiſſent. Nihil
 curant ſi nudi incendant, vt reliqua omnia animalia
 præter hominem, cibos offerunt agreſtes, & po-
 tiris ſaturandis porcis, aut equis aptos, quam naturã
 humanã conſentaneos. Vel 3. iuxta genus fructus
 offerunt, qui facile indulgent ſi quid à pauperibus
 peccatum fuerit, & meminerunt humanã fragili-
 tatis. Reliqua quæ ſubdit Gregorius facilia ſunt.

Chryſoſtomus homil. 41. in Genefim notat mo-
 dum quo Abrahamus Angelos hoſpitiũ recipit, &
 in domum inuitat, non quaſi ipſe in eos gratiam
 conferat, ſed veluti ipſi eum magno beneficio cu-
 mularent. Adorabat ſuper terram, (ait Chryſoſto-
 mus) neque tantum miraculum quod eos ſuſceperit, quan-
 tum quod tanta promptitudine, & ſtudio, & non autenta,
 aut ſua aut aduenientium atate, nam fortasſis videbantur,
 aut ſua aut aduenientium ſufficere ſi verbis duntaxat
 ſibi iuuenes, nec exiſtimari ſufficere ſi verbis duntaxat
 adhortaretur, adorabat, inquit, ſuper terram, quaſi ſuppli-
 cans, & efficaciẽm exhortationem afferens, vt non puare-

tur perſunctorie adhortari: Domine ſi inueneri gratiam co-
 ram te, ne prætereas ſeruum tuum. Quis pro dignitate lau-
 dauerit iuſtum hunc, vel quo pacto quis, eum innumeris
 labijs prædicet? Dicere enim Domine, eſt captantium bene-
 uolentiã, dicere autem ſi inueneri gratiam in oculis
 tuis, hoc eſt admirabile, inquit, beneficiũ das, non acci-
 pis. Vere enim cuiusmodi res eſt hoſpitalitas, quæ magis
 accipit, quam dat, qui illam promptè, & alacriter
 exercet.

Hunc ſenſum habent iuxta Hieronymum verba
 Pauli Romanorum 13. 7. Reddite ergo omnibus debita,
 cui tributum, tributum, cui veſtigal, veſtigal. In ipſo li-
 mine orationis appellat Paulus eleemoſynam debi-
 tum, ne quis putet ſibi licere eleemoſynam pau-
 peri denegare, ſed tanquam debitum ſoluendam
 fore. Creſcit oratio, & appellat eleemoſynam veſti-
 gal, cenſum ſcilicet, quod Regibus, & Principibus
 ſubditi ſoluunt: hoc enim maiori vi exigitur, & ſi
 quis eum defraudet, maioribus ſubiacet pœnis. Er-
 go eleemoſyna non ſolum dicitur debitum, ſed
 etiam veſtigal, quod ſummo Regi Deo pendimus.
 Dicitur firmat Hieronymus verbis noſtri Eccleſia-
 ſtici. Eum loquentem excipe. Dicit enim Scriptura. Hieron.
 Inclina pauperi aurem tuam, & redde debitum tuum.
 Veſtigal noſtrum eſt, vt tranſeuntibus demus, veluti nos
 tranſeuntibus, ſedentibus in via. Iuxta Hieronymum
 hoc loco tributum eſt cenſus, qui pro facultatibus,
 vel perſonis datur. Vnde à latinis tributum à tri-
 buendo, vel contribuendo dicitur. Ergo proprie di-
 citur tributum cenſus, qui per familias vel capita
 tributur, pro cuiuſcũque facultatibus. Veſtigal
 vero hoc loco illud eſt, quod pro exportandis, vel
 importandis mercibus penditur. Quicũque enim,
 vel peregrinas merces in aliquam regionem infe-
 runt, vel in illa natas alio important, veſtigal pen-
 dunt. Frequentius ea lege, vt niſi ſoluierint, perdant
 omnia illa, quæ vel extrahunt, vel important. Vnde
 hoc loco veſtigal Græcis dicitur τῆλος, id eſt, quod
 pro importandis mercibus redditur. Ergo hæc le-
 ge diuitiã, & facultates diuitibus dantur, & hæc le-
 ge eas in cœlum inferre conceditur, vt ſcilicet veſtigal
 pauperibus tribuant, quod ſi facere contempſerint,
 penitus omnes facultates amittunt.

Hoc idem inducit Chryſoſtomus ex ipſo nomi-
 ne, quo pecunia à Græcis eſt appellata. Nempe
 κηματα, id eſt, vſus, quia eis vti debemus. Expendit
 rem apto exemplo. Diuerſi homines diuerſas artes
 exercent, alij militiam colunt, alij mercaturam, &c.
 Sic etiam diuitibus, ne otioſi eſſent Deus artem
 quãdam commendauit, in qua diues, ſi ſe exercue-
 rit, magnũ ſibi lucrum parit, qui vero eam deſpex-
 erit ſe ipſum, ſuãque omnia perdit, & tanquam otio-
 ſus, & deſes punitur, hæc autem ars miſericordia, &
 clementia erga pauperes eſt. Ergo niſi putet diues,
 ſibi liberum eſſe, à danda eleemoſyna ceſſare, alias
 tanquam vagabundus punietur. In quem ſenſum
 adducit verba illa Luca 6. 36. Eſtote miſericordes, ſi-
 cut Pater veſter miſericors eſt. Id eſt, nouerint diuites
 miſericordiã artem ſibi à Deo addiſcere, omnibus
 enim locupletibus iniunctum à Deo eſt, vt in hæc
 arte ſe exercent, & Deum tanquam magiſtrum in
 dando imitentur. Audi Chryſoſtomum. Pecunia cer-
 te κηματα, Græca lingua dicuntur, quia non ſuffodere,
 ſed vti eis probe debemus: cum κηματα Græce. Latine vtor
 dicamus. Et quemadmodum artificum quiſque propriam
 artifiçy ſcientiam nouit, ſic diuites non fabricare, non
 adificare, non texere, neque manum extruere, neque aliud
 cuiusmodi artifiçy nouunt, illam ergo artem diſcant, vt
 diuitijs recte, & vt decet vtantur. Non eſt certe ars illa
 contemenda: qua diſcunt opulenti conferendum indi-
 gentibus

6. Rom. 13. 7.

Hieron.

7.

Luca 6. 36.

Chryſoſt.

gentibus esse. Præcipua enim est, & alijs artibus multo præstantior. Huius artis officina in cælo est. Huius non a ferro instrumenta sunt, sed voluntate sola, ac benignitate mentis constructa. huius magister Christus est, & Pater eius, sitis misericordes, inquit, sicut Pater vester qui in cælis est. Expendo verba illa Chrysofomi huius artis officina in cælo est. Quibus verbis proculdubio exponit illud Matth. 6. *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, &c.* Sunt quidem in singulis ciuitatibus loca distincta pro singulis artibus, vt facile ementibus occurrat, quod habent ad vsus proprios necessarium: arti benefaciendi tanquam proprius locus assignatum est cælum, vbi magister Deus eam docet, illud ô diuites suscipite, qui plane cælestem artem addiscitis.

Matth. 6.

8.

Matth. 24. 45.

Matth. 24. 45. *Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Deus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore.* Proculdubio quicumque diues sub hoc seruo isto adumbratur, hunc enim Deus super familiam suam constituit, vt pauperibus largiatur, quidquid illi ex facultatibus supersit. Ergo ne credat sibi concessas opes, vt in luxum libidinemque conuertat, sed vt in sibi necessaria insumat, reliqua vero in vsus pauperum conuertat. Ideo non diæus est diuitiarum dominus, sed Domini sui seruus penes quem est facultatum dispensatio. Sed expendenda singula verba. *Fidelis.* Dicitur fidelis seruus diues, quia, qui sibi à Deo commissa non largitur pauperibus infidelis est, & datam à se Deo fidem, non seruat. Seruus vero dicitur, quia non suæ liberæ potestati facultates commissa sunt, sed vt pauperibus distribuatur. Dicitur etiam prudens vt quorundam imprudentiam obrundat, qui maximæ sapientiæ, & prudentiæ ducunt, si quis corrosas pecunias terræ infodiat, & pauperes abigat. Sane hoc non dandum est sapientiæ, sed insipientiæ. *Vt det illis cibum in tempore.* Diues dicitur quasi pauperum æconomus, qui illis pro eorum indigentia dispensare debeat ad vitam necessaria. Hunc sensum assert his verbis Chrysofomus homil. 78. in Matth. loquentem facio. *Audiamus etiam qui pecuniosi sumus. Non enim Doctoribus hæc solum, sed diuitibus id dicit, cum vtrisque Dominus diuitias suas crediderit, maximas quidem Doctoribus, sed locupletibus non paruas. Si ergo docemes maiores diuitias seminant, atque dispergunt vos autem in minoribus nudam libertatem ostendatis. Cur liberalitatem, & non grati uoluntatem dixi? (non enim nostra, sed aliena tribuitis) quenam vobis futura erit excusatio? Propterea, & prudentem eum appellauit, quia nouit magna pro paruis pendenda non esse, quia moderate vitam hic peragens consequutus est. Et infra. Ideo enim apud te pecuniam esse passus est, vt alimenta pauperibus in opportunitate concedas; quid est porro in opportunitate? Cum egeant, cum fameliant. Sicut igitur tu conseruo ad dispensandum dedisti, sic Dominus tibi, vt opportuna impendas. In eandem sententiam trahit Chrysofomus verba quæ infert Christus Dominus iam relatis. Si autem dixerit malus seruus ille, &c. Ergo duos hic seruos distinguit Christus Dominus alterum bonum fidelem, & prudentem, qui sibi commissa fideliter largitur: alterum vero, qui cum ebriolis comedit, & cibo, potuque se iniurgat. Ac si dicat, quisquis plusquam oportet manducando, & bibendo insumit pauperes defraudat, & ab ipsis rapit, quæ fufius expendit. Vnde de isto seruo dicitur. *Ceperit percurre conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis,* quia fieri non potest, vt iniuriam conseruis, id est, pauperibus non faciat, qui plusquam opus est in luxu conuiuissque insumit. Ergo non modo tenetur diues superflua pauperibus erogare, verum, &*

Chryf.

sumptibus parcere, vt plura illi supersint, quibus possit pauperibus subuenire. Vnde de diuite illo Luca 16. *Qui micæ Lazaro mendico negabat habes: Epulabatur quotidie splendide.* Nempe quod in conuiuiss parandis insumebat à mendico Lazaro auferebat. *Comedat enim, inquit,* (verba sunt Chrysofomi) *& bibat cum ebrijs, ventris voraginem significans hæc dicit, non enim accepisti, vt denotare habeas, sed vt eleemosyna utaris. An tu te forsitan credis habere? Res pauperum tibi credita est, etiam si laboribus iustis, etiam si labore parta ad te peruenierint.*

Lucæ 16.

Chryf.

Matth. 24. duos distinguit seruos Christus Dominus, alterum fidelem, & prudentem, qui creditas sibi facultates pauperibus distribuit, alterum qui genio indulgens durus in pauperes extitit, hic autem graues pœnas dabit. Expendit Chrysofomus homil. 78. in Matth. non damnatur hic seruus, neque tenebris adigitur, quia vel alienas opes, vel torum inuasit, sed quia proprias facultates non dedit, quod ex multis alijs euincit Chrysofomus ibidem; nempe ille, cui talentum ad negotium datum est, nihil rapuit, sed ideo pœnas dat, quia suarum facultatum copiam pauperibus non fecit. Item quinque virgines à mysticis nuptiis exulant hoc solo crimine quod oleum non habuerint in vasis suis. Ergo non satis est si manus à rapina cohibeas, sed opus habes largiendi pauperibus necessaria. *An forsitan* (ait Chrysofomus) *tua te putas habere? Res pauperum tibi credita est, etiam si laboribus iustis, etiam si hereditate paterna in te peruenierit. Num putas non potuisse Deum hanc pecuniam auferre? Sed ideo fecit, quia dominum te vult esse benignitatis erga pauperes. Tu autem diligenter pendere quomodo in omnibus fere parabolis ille punitur, qui sua pecunia probe vsus non est, nam neque virgines talentum rasuerunt, neque qui talentum suffodit, aliena inuasit, sed quia nihil addidit: sed neque qui esurientem præter terunt propter alienam rapinam cruciantur, verum quia sua quodammodo, vt & hic seruus, non disperserunt. Audiamus igitur quicumque ventri seruimus, quicumque ad opiparas comparandas canas pecuniam consumimus, quæ non nostra, sed indigentium est. Noli ergo putare tua esse quæ habes, sed quæ Domini sunt, Domino præbe.*

9.

Chryf.

Matth. 18. Post dimissionem debiti seruus ille, debitorem suum inuenit & ad solutionem obstrinxit. Quæ cum relata fuissent domino, & dimissam pecuniam repetiuit, & durioribus verbis hominem accepit, sane nihil videtur peccasse seruus ille, qui tantam pœnam sustinuit. Quid enim si debitam sibi pecuniam exposcat? Quid si debitorem in carcerem includat? Chrysofomus homil. 7. in cap. 3. ad Romanos è re nostra dubio facit satis. Nempe grauitur deliquit, qui à domino ditatus petenti sibi largiri noluit. Postquam enim à domino pecunia illi dimissa est, iam diues factus, debitor factus est, eleemosynam porrigendi. Quia ergo petentem à se abegit merito tantum sustinuit supplicium. Vnde priusquam à domino pecuniæ solutionem accepisset, etiam si debitum remisisset, non tamen ob hoc damnatus est: at postquam domini liberalitate diuitiis locupletatus est, multam pœnam ex crudelitate sibi asciuit. *Quando, & ille* (ait Chrysofomus) *cui talenta decem millia condonata fuerant, decem tantum denarios exigens, non ob hoc solum condemnari meruit, quod exegerat, sed quod neque ob beneficentiam quidem sibi factam melior euaserit, neque domini exemplum sequutus debitum exoluisset. Etenim debitum quoque erat, quod ab illo seruo, erga conseruum suum præstitum fuisset, si modo præstitum fuisset, quæcumque enim facimus, ea debitum implentes facimus. Propterea ipse ait,*

10.

Chryf.

omnia

omnia cum feceritis dicit: *serui inuiles sumus. Quae enim facere debuimus, ea fecimus. Charitatem ergo cum exhibuerimus indigentibus, pecunias cum largiti fuerimus debitum implemus, non solum quod ille prior beneficium in nos fuerit, sed quod, quo illius sunt distribuimus, si quando damus. Ergo ex sententia Chrysoctomi postquam diues erogauerit pauperibus omnia quae illi supersunt, illam sibi sententiam dictam patet Lucae 17.9. *Serui inuiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Id est, ea solum implemus ad quae iure obstringimur.**

Lucæ 17.9.

II. Lucæ 12.32.

Chrysoct.

Chrysoct.

12. Ad Coloss. 3.11.

Chrysoct.

Lucæ 12. 32. *Vendite quae possidetis, & date eleemosynam, &c.* Apta similitudine rem planam facit Chrysoctomus hom. 7. in c. 3. ad Romanos. Si infans pecuniam, aut gemmam manibus gestet, pater asseruadã famulo tradit, ne quis ex manu pueri subripiat, & facile extorqueat ab eo, qui eius pretium æstimare nescit. Eadem prorsus ratione, ne facultates perdamus, & ex manibus nostris dæmon rapiat pauperibus nos dare iubet Deus, & in tanto reponere. *Propterea (ait Chrysoctomus) iubemur pecunias dare, ut ne ex his excutiamur, quemadmodum enim cum argentum puerulo quis donat, iubet diligenter ut vel asseruet, vel famulo asseruandum credat, ut ne possit, quisquis uoluerit illud eripere: sic sane Deus faciliat, da enim, ait, indigenti, ut ne quis à te auferat, aut calumniator, aut diabolus, aut post omnes mors, donec enim ipse eas retines, tuto non retines, quod si mihi per pauperes dederis, omnia tibi accurate asseruo, atque ea tempore debito magno cum fœnore reddo.* Ergo magis oblyonum tuum quam ob pauperum utilitatem diuitias distribuere iuberis, ne scilicet perdas si retineas. Vnde subdit Chrysoctomus loquens ex Dei persona. *Non enim ut auferam, capio, sed ut plures, quam sunt, efficiam: ut accuratius custodiam, ut tibi aliquid ad tempus asseruem, cum nullus sit qui mutuo det, nullus, qui misericordia moueatur.* Alia etiam similitudine præfenti instituto seruit Chrysoctomus, diabolus enim diuitibus insilit canis exemplo offam, aut placentam de pueri manibus auferre uolentis. Patri ergo eas demus, quod cum à nobis datas diabolus uiderit, recedit, & ubi recesserit, tum tibi omnes pater cum securitate redditurus est, cum ille tibi obstrepere non poterit, futuro scilicet sæculo.

Optimè rem exponit Paulus ad Colossenses 3. *Induite sicut electi Dei viscera misericordiae.* De largitate erga pauperes sententiam exponit Chrysoctomus homil. 8. in epistolam ad Romanos. Componit eleemosynam Paulus cum indumento: vestis enim & corporis nuditatem tegit, & frigus abigit. Tam indecorum, & nociuum est diuiti esse illiberalem, atque hominì nudum incedere. Sed quæ indumenta dicit Paulus viscera. Ut enim quis sine visceribus vitam ducere non potest, pari prorsus ratione diues spirituales vitam protrahere non potest, nisi à se stipem emendicantibus porrigat. Adde: viscera intra corpus sunt, quæ uiuente homine extrahi non possunt, neque exterius prodi, quid ergo iubet Paulus, ut viscera tamquam indumenta exterius circumferamus. Nempe non satis est, si intimo affectu pauperum necessitatibus compatiaris, vltra hoc enim opus est, ut eleemosynam concedas. Dicitur etiam benignitas in pauperes viscera hominis, quia in his præcipuè fons vitæ est, & quia valde hominì est naturale misereri pauperibus, adeo, ut qui durus est, humanam naturam exuisse videtur. *Propterea & Paulus (ait Chrysoctomus) dicit, induite itaque sicut electi Dei sancti viscera miserationum, bonitatem, modestiam. Vides uerbi diligentem usurpationem? Vides quomodo nos continue*

uelit misericordes esse. Non enim simpliciter ait, miseremini, sed induite misericordiam, ut quemadmodum indumentum perpetuo nobiscum est, ita sit, & misericordia. Neque simpliciter dixit: induite misericordiam, sed viscera misericordia, ut naturalem beneuolentiam sequamur.

Augustinus in Psalm. 146. Non liberum reliquit Deus Hebræorum populum, ut decimas, & primitia offerrent, sed hoc lege cauit, quam stricte obseruabant etiam illi, qui multis criminibus implicabantur, ut patet de superbo illo Pharisæo. *Decimas do omnium quae possideo.* Hæc decima pars iussu Dei danda eleemosynam significat quæ non libera tibi relinquatur, sed lege obstringitur ad dandum. Est etiam eleemosyna teste Augustino ibid. regium vectigal quod nos omnes soluere iubemur; in quem sensum exponit uersum illum Psalm. *Qui producit in montibus fenum, & herbam seruituti hominum, qui dat iumentis escam ipsorum.* Hi montes diuites sunt, quos Deus ideo extuberare fecit, & se attollere, ut herbam producant, qua pauperes alantur. *Et alio loco (ait Augustinus) scriptura dicit: sudet eleemosyna tua in sinu tuo, quousque inuenias iustum, cui eam tradas. Alius est, qui te querit, alium tu debes querere, neque eum qui te querit relinquo in anem, omni enim petenti à te da, sed alius est, quem tu debes querere: sudet eleemosyna tua in sinu tuo, quoad usque inuenias iustum cui des. Nunquam hoc facietis, nisi aliquid de rebus vestris, habueritis, sed cuiuscumque ualet pro necessitate rei familiaris sua quasi debitum, tamquam fisco reddendum. Si non habet rem publicam Christus, non habet fiscum suum. Exime aliquam partem reddituum tuorum, Decimas vis? decimas exime, quamquam parum est. Dicitur enim de Pharisæis qui decimas dabant: *icium bis in Sabbatho, decimas do omnium, quae possideo, & quid ait Dominus? Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum caelorum.**

13.

Psal. 146.8.

August.

Videte quia non solum pauca sunt, quae nobis sufficiant, sed neque ipse Deus multa à nobis querit. Quere quantum tibi dederit, & ex eo tolle quod sufficit: cetera quae superflua iacent aliorum sunt necessaria, superflua diuitum necessaria sunt pauperum. Res aliena possidentur, cum superflua possidentur. Verba sunt Augustini, quæ expressius rem probant, quam ut commentatore indigeant.

14.

1. Corinth. 13. *Non querit quae sua sunt.* Ac si dicat, qui vere misericors est non querit quæ sua sunt, id est, nihil suum reputat, sed quidquid possidet ad pauperes pertinere putat. Hunc sensum ascribit uerbis Pauli Augustinus sermon. 71. De diuersis his uerbis. *Cum Apostolus legeretur audiuimus, charitas non querit, quæ sua sunt, non querit quæ sua sunt, quoniam donat quae possidet.* Ergo ex Augustino quoniam donat quæ possidet, non querit quæ sua sunt, id est, quoniam ea quæ possidet non reputat propria sed aliena, ideo ea largitur.

15.

1. Cor. 13. 5.

August.

3. Regum 17. *Surge, & uade in seuerpta Sidoniorum, & manebis ibi. Præceptum enim ibi mulieri uidua, ut pascat te.* Non apparet quando Deus hoc præceptum uidua iniunxerit, imo uero ex contextu contrarium deduci posse uidetur, cum ipsa mulier se excuset à danda eleemosyna Propheta ob summam rerum difficultatem, qua premebatur. Responderi potest tunc accepisse præceptum de danda eleemosyna cum oleum, & farina exuberavit, & mitum in modum indeficienter manauit. Ea enim quæ nobis supersunt, lege à Deo lata non pertinent ad nos sed ad pauperes. Vel etiam dum summa inopia rerum teneretur, etiam ad dandum eleemosynam

16.

3. Reg. 17. 9.

nam præcepto obligabatur, quia nullus ad tantam paupertatem devenit, ut aliqualem eleemosynam non possit elargiri. Vnde Matth. 10. 42. *Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigida, &c.* Quis enim in tantam paupertatem reductus est, cui aqua non suppetat, quam sitienti propinet. Illud verò frigida ad exaggerationem additum est. Calida enim aqua expetebatur in conuiujs, & in delitijs habebatur, forte ut ad vomitum prouocaret, ut iterum purgato stomacho illata fercula ablingere possent. Vnde Martialis.

Caldam potes aquam cum nondum frigida venit.

Ergo exaggerans Christus Dominus rem ait: etiam si ea egestate premaris, ut non suppetat tibi ignis, quo aquam calfacias, offer tamen eam, qualem è fonte vel è flumine hauris. Nullus ab hac lege eximitur, quicumque pro copia vel inopia rerum ad dandam eleemosynam adigitur.

17. *Lucæ 12. Dixit autem Deus, stulte hac nocte animam tuam repetent.* Ingens sane supplicium, & subitum, vix enim verba protulit, & Dei sermo insonuit, nec diutius pœnam distulit, crimen require, forte non inuenies. Quid si minora horrea demoliantur diues, ut maiora condant. Ego sanè eximium crimen contineri arbitror illis verbis. *Anima habes multa bona reposita in annos plurimos.* Multam enim noxam contrahis, si ea quæ tibi supersunt, tua esse existimes, & tamquam propria referues: sine dubio furtum committis, dum ea quæ in pauperes erant fundenda tibi ipsi asseruas. Imo vero hanc causam inuunt verba, quæ Deus subdit. *Quæ autem parastis cuius erunt?* Id est, quæ pauperum erant, & tibi asseruasti ad proprios dominos scilicet ad pauperes deuoluenda sunt.

VERS. 9. Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi, & non acide feras in anima tua.

1. Postquam humanitatem præstandam docuit consequenter ad aliud genus misericordiæ inducit, ut scilicet eos qui iniuste patiuntur ab iniurijs vindicemus. Vnde Glossa. *Sicut largitionem in pauperes eleemosynam esse dixit, sic liberationem inique oppressi misericordiam esse ostendit. Vnde erue illos, qui ducuntur ad mortem.* Prouerb. 24. *Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi.* Oppone te potentioribus, dum iniuste pauperes opprimunt: & pauperem oppressum de eorum manibus libera. *Et ne acide feras in anima tua.* Id est, & id officium impendere ne tibi tædium, & tristitiam pariat.

2. *De manu superbi.* Ego per superbum potentem intelligo, hoc enim genus hominum frequenter pauperes opprimunt.

3. *Et non acide feras in anima tua.* Græca hac ratione habent. *Non sis pusillanimis in iudicando.* Hoc est, non sis paruo animo in hoc officio præstando. Huc referenda sunt prædicta verba latina, & non acide feras in anima tua. Verbum enim illud acide non deriuatur à nomine acidus, a, um; sed à nomine Græco. Acedia, vel acidia, quæ idem est, ac pigritia. Vnde hoc aduerbium non proferendum penultima correpta, quia ratione proferretur si à nomine acidus veniret; sed producta penultima. Et nonnulli scribunt per duplex c. *accide.* hac ratione vertit noster interpret infra cap. 6. *Ne acidieris in vinculis eius,* id est, ne tædio afficiaris. Ergo sensus nostræ lectionis, ut facilius ad Græca exemplaria referatur hac ratione exponendus est. Hanc quam dixi præstandam

liberationem, non feras in animo tuo acide, hoc est cum tædio, & tristitia. Hoc est, ne non sit tibi tædiosum eam præstare, sed volenti animo eam impende. Amplius nobis immorandum in Græca lectione. Expendo verbum illud in iudicando. Propriè in vindicando pauperem in iudicio. Iudicare enim sæpius in Scriptura sumitur pro vindicando in iudicio. Lyra. *Et non acide feras.* Id est, a grè, vel moleste, sicut fructus acidus dentes molestat. Deducit enim acide, à nomine acidus. Paulus de Palaciò hanc partem ita exponit, id est, ô, tu Iudex ne in iudicijs exercendis asperioribus verbis vtaris aduersus eos qui litigant, legit enim ex Græco. *Ne acide feras in anima tua in iudicando.* Ut aduerbium acide à nomine acidus, a, um, deducat, & verbum in iudicando, pro iudicium exercere accipit. Vtrumque falsum ut ex Græco patet.

In anima tua. Aliqui codices in manu tua, sed Græca falsam esse lectionem satis indicant. Dionysius Carthusian. qui in manu tua legit ita exponit. *In manu tua, id est, per semetipsum, quod est, contra multos, vel in virtute tua.*

In iudicando esto pupillis misericors ut pater: & pro viro matri illorum.

Et eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater.

Principes viros iudices, & potentiores his verbis alloquitur, penes quos est summa rerum publicarum. *In iudicando esto pupillis misericors ut pater.* Cum pro tribunali ad iudicandum sedes, pupillos tuere, & eorum causam, ut pater age, & eorum matrem viduam; ac si vir eius esses defende. Hoc enim est, quod addit. *Et pro viro matri illorum.* Addit statim quid facto hoc mereatur. *Et eris tu velut filius Altissimi obediens.* Et quia tu, Deo audiens, te pupillorum patrem exhibuisti, Deum tamquam Patrem experieris, & tui miserebitur multo magis, quam mater, tuam vicem dolebit, & calamitatibus obuiam ibit. Hoc enim subdit illis verbis. *Et miserebitur tui magis quam mater.* Ecce quo præmio Deus misericordem hominem cumulat, ut quia ipse, & pupillis patrem, & virum matri se exhibuit, Deum tamquam matrem experiat, cuius amor tener magis erga filios. Hanc mercedem misericordis homini promittit Lucæ 7. *Date mutuum, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi.*

Misericors. Hæc vox apud Græcos non extat, sed merito addita à Latino interprete, quæ sententiam planam magis redderet.

Ut Pater. Nec satis est, utcumque pauperibus subuenire, sed vt pater sollicitus est de filiorum utilitate, ita & diuites affectos esse oportet erga egentes, ut Beatus Iob. *Pater eram pauperum. Cumque sederem sicut Rex circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator.*

Obediens. Item neque hæc vox in Græcis codicibus extat, addita tamen est, ut ex Dei obedientia hoc faciendum noueris.

Et eris tu velut filius Altissimi. Dionysius Carthus. *Et eris tu velut filius Altissimi obediens, id est, per pietatem, & obedientiam eris adoptiuus filius Dei.* Hugo Cardinal. *Et eris tu velut filius Altissimi obediens, qui patri obediuit vsque ad mortem.* Ac si dicat, qui causam pupillorum, & viduarum defendendam suscipit, tam imminente vitæ periculo se obicit, ut similis videatur Christo Domino qui vt patri obediret, corpus carnificibus obicit.

6. *Et miserebitur tui magis quam mater.* Græca, diliget te. Tigurina: qui te quam mater tua cariorem habiturus est.

VERS. 12. *Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præbit in via iustitiæ.*

VERS. 13. *Et qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerint ad illam complectentur placorem eius.*

1. Nouam aggreditur tractationem author, & multis sententiis sapientiam laudat. Sapientiam autem intelligo, quamcumque rerum cognitionem, quæ Deo hominibusque communis est: vt supra in principio huius libri late euicimus. Qui de sapientia secunda Trinitatis persona locum intelligunt, ideo aiunt hoc loco authorem nostrum encomia sapientia inferuissè, vt exemplo Christi qui aeterna sapientia est, eas, de quibus supra egerat, virtutes discipulis commendaret. Multum enim Christi exemplâ nos mouent. Nos vero aliter exponimus hoc modo. *Sapientia filijs suis vitam inspirat.* Quasi dicat, sapientia auditores suos, qui præceptis suis obtemperant, vita donat. *Et suscipit inquirentes se* Et qui se inquirent, iuuat, fouet. *Et præbit in via iustitiæ.* Et in via iustitiæ per quam ambulat, eos anteit, vt scilicet impedimenta tollat, difficultates expediat, pericula depellat: hoc enim est, quod ait, & qui eam diligit diligit vitam. Subdit. *Et qui vigilauerint ad illam.* Et qui ad eam audiendi, & discendi causa se conferent, *complectentur placorem eius,* id est, suauitatem eius, hoc est, suauem eam, & dulcem amplectentur.

2. *Sapientia filijs suis vitam inspirat.* Græca filios suos exaltauit, ac euexit. Iansenius legissè existimat nostrum vulgatum ἐὺψώσωσιν pro eo quod nunc Græca habent ἐὺψώσωσιν, ego autem existimo nostrum interpretem optime vim Græcæ phrasæ exposuisse. Exaltare enim filios est, filios vita donare. Sumpta est phrasîs ex antiqua consuetudine, exaltandi, seu leuandi filios. Etenim quos filios viuere volebant parentes, recens natos, ex solo leuabant, quos perire, humi proculcandos, seu bestias deuorandos relinquebât. Vnde à leuandis filiis Leuana Dea colebatur vt habet sanctus Augustinus de ciuitate Dei lib. 14. cap. 11. Vnde natus est dicendi modus *natos tollere.* Id est leuare. Terentius in Andria actu 1. Scæn. 4. *Quidquid peperisset decreuerunt tollere.* Et alia quæ erudite noster Gaspar Sanctius ad illa verba Cantorum 8. *Sub arbore malo excitauit te.* Ergo sensus est, sapientia nullum filium abdicat, nullum repellit, omnes leuat, tollit. Lyra, inspirat. Qui de Dei inspiratione locum intelligit, sed minus apte.

3. *Et suscipit inquirentes se.* Iansenius, obuiss manibus occurrit, in suam tutelam, disciplinam, atque fidem recipit. Nos vero, iuuat, fouet. Nam frequenti Scripturæ phrasî suscipere, fouere, ac iuuare est.

4. *Et præbit in via iustitiæ.* Hæc pars in Græcis exemplaribus desideratur. Iansenius additam credit ab interprete expositionis causa. Dixerat. *Et suscipit inquirentes se.* Quam partem ipse exponit, id est, obuiam it iis qui eam sequuntur, quam partem optime exponunt quæ sequuntur, & *præbit in via iustitiæ.* Nos vero aliter exposuimus. Fortè quia verbum suscipere, & occurrere, & fouere significat, interpretes nosse vtrâque significationem his duabus sententiis complexus est, alteram dum dicit, & *suscipit inquirentes se.* Id est, fouet, alteram, his verbis, &

præbit in via iustitiæ. Id est, occurret. Vel forte sumpta metaphora ab eis, qui alicuius manu apprehensa præcedentes eum per viam ducunt, iuxta illud Psalm. 79. *Tenuisti manum dexteram meam, & cum gloria suscepisti me.* Id est, apprehensa manu mea me per viam iustitiæ perduxisti. Dionysius Carthusianus, Id est, per obseruantiam præceptorum, gratiose deducet, iuxta illud. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* Sap. 10. id est, per obedientiam.

Et qui illam diligit etiam hæc pars in Græcis codicibus abest. Diligit vitam. Græca diligens eam. Nempe sapientiam.

Et qui vigilauerint ad illam. Et qui à puero sapientia instituendum se commiserit, vel qui non per otiositatem lectionibus interfuerit, sed summo adfuerit mane. Nos absolute, qui eius disciplina se commiserit. Hac enim phrasî in his libris moralibus frequenter significatur alicuius magisterio se committere. Prouerb. 8. 17. *Et qui mane vigilauerit ad me inueniet me.* Et v. 34. *Qui vigilat ad fores meas quotidie.* Sap. 6. *Qui de luce vigilauerit.* Vel significat studium vel diligentiam, qualem adhibere solent discipuli, qui ante lucis ortum litteris incumbunt, & lectionibus adsunt.

Complectentur placorem illius Græca replebuntur *lætitiâ.* Nonnulli suauitate, vel dulcedine. Melius, qui placorem retinent. *Complectentur.* Hugo. Corde, & corpore, vel intellectu, & affectu, placationem, seu beneuolentiam, æternæ vitæ sanitatem, qua habita penitus erunt placati nihil ultra desiderantes. Vel intelligentiæ saporem. Addit Hugo: *Aliqui libri habent placatorem eius. Et est sensus, qui vigilauerint ad illam, id est, qui tota vigilantiâ mentis illi seruiuerint, complectentur placatorem, id est, ipsum Christum, qui in cruce placauit nobis Patrem, & nos Patri. Propter quod dicitur mediator Dei & hominum.* 1. Timoth. 2. *Unde Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum.*

VERS. 14. *Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt: & quo introibit, benedicet Deus.*

1. *Qui tenuerint illam,* id est, qui eam sapientiam, de qua supra, possederit, simul cum illa, & vitam nanciscetur. *Et quo introibit benedicet Deus.* Id est, qui sapientiam possidet in omnibus actibus, & conatibus suis à Deo prosperabitur.

2. *Qui tenuerint illam vitam hæreditabunt.* Quidam sine inciso, & comate legunt: & reliquum *illam* ad vitam referunt, hoc modo: *Et qui tenuerint vitam illam hæreditabunt,* id est, qui adepti fuerint illam vitam, scilicet de qua supra, nempe sapientiam, illam vt rem propriam hæreditabunt. Et numquam auferendam possidebunt: sed duriuscule. Leniter magis nostra expositio decurrit.

3. *Vitam.* Græci *σέζαυ.* Id est, gloriam. hæreditabunt: Hugo Card. *Vitam hæreditabunt æternam, id est, tanquam hæreditariam possidebunt, sine omni calumnia, aut inquietatione.* Nos simpliciter posuimus hæreditare pro habere.

4. *Et quo introibit.* Hebraica phrasî, id est, quidquid aget. Iuxta illud Psalm. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.* Id est, quocumque te verteris, quidquid fueris molitus. Verbum introibit, nec referendum est ad sapientiam vt male Dionysius Carthusianus cum aliis, sed ad eum qui sapientiam possidet. In hac 2. parte singulari numero vsus est author. Scilicet *introibit,* cum enim in priori plurali vsus fuerit, nempe *hæreditabunt,* sed singulare pro plurali sapiens, nec inconcinne sumitur. Adducit autem Iansenius Atrabatenis Collegij codicis lectionem,

Psal. 79.

Dionys.

5.

6.

Prou. 8. 17.

Prou. 8. 34.

Sap. 6.

7.

Hugo.

Hugo.

VERS. 14.

1.

2.

3.

4.

Iansenius.

6.

VERS. 12.

VERS. 13.

1.

2.

August.

Terentius.

Lyra.

3.

4.

Iansenius.

Palacio. lectionem, & quo introibit. Paulus de Palacio verbum introibit referendum putat ad illud 2. Reg. 6. vbi facultates Obededon auctæ dicuntur ad ingressum arcæ. Multis enim diuitiis sapientia cumulat eos, qui illam excipiunt.

5. *Benedicet Deus.* Hugo Cardinalis. Benedicetur Deus. Qui etiam nostram lectionem retinet, & utramque exponit his verbis. *Et quo introibit benedicetur Deus, id est, bonus predicabitur, vel laudabitur. Alia litera habet. Et quo introibit benedicet Deus, id est, illum, in quo introibit sapientia benedicet Deus. In presenti benedictione sinistrae, in futuro benedictione dexterae.* Sed præferenda sine dubio posterior lectio.

VERS. 15. Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto: & eos, qui diligunt illam, diligit Deus.

1. *Qui seruiunt ei.* Id est, qui colunt hanc sapientiam, & reuerentur. *Obsequentes erunt sancto.* Id est, non alio modo Deo placent, ac illi, qui publicum obsequium, & sacrificium Deo offerunt. Expressius; tantum Deus facit sapientiam, vt latria, cultus, & reuerentia ipsi sapientiæ exhibita perinde ei placeat, atque obsequium, & ministerium publicum, quod per sacerdotes in Dei honorem deferri solet. *Et eos, qui diligunt illam, diligit Deus.* & diligentes eam, hoc ipso diligit Deus.

2. *Qui seruiunt ei,* participium Græcum quod hic habetur, significat latria & cultu exhibito honorare, quod verbum fere ad Deum refertur.

3. *Obsequentes.* Verbum Græcum significat sacrificare, & munus publicum offerre, quo Deus colitur.

4. *Sancto.* Nos Deo retulimus. Reuerentia exhibita sapientiæ perinde Deo placet, ac sibi obsequium publicum exhibitum placere solet. Alij. *Sancto:* id est, sanctuario. hoc est, locus vbi publica ministeria Deo offeruntur, & erit sensus. *Qui sapientiam colunt,* perinde grati sunt Deo ac sacerdotes, qui in templo Deum litabant.

5. *Et eos qui diligunt illam, diligit Deus.* Ac si diceret ne id credas Deum agrè laturum si te cultui, & dilectioni sapientiæ dedicaueris, quasi eum non colas, dum sapientiam reuereris, imo vero sapientiæ incumbens Deum veneraris.

ETHOLOGIA L.

Prælati parere sapientissimorum hominum est.

1. **E**tiam si longe alium sensum præcedens versus habeat, vt præmisimus dum historicum tractaremus, verum iuxta nostrum vulgatum eum præ se ferre videntur verba, quem præfens Ethologia firmat, nempe viros sapientes maximè decere sibi prælati morem gerere. Posset enim cuiquam subreperere obedire ad eos tantum pertinere, qui minus pro ingenio res gerere valeant, atque adeo alienum ductum sequi teneantur; ego vero crediderim ad eos vel maximè pertinere, qui rem omnino calent. In hunc sensum exponit Origenes tract. 30. in Matth. illa verba Matthæi 24. *Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Per corpus intelligit Origenes Christum Dominum, per volucres vero eos homines, qui eius dictis parent. Has autem volucres aquilas nominauit, quæ inter reliquas aues principatum tenent, & volucrum reginæ iure habentur, ne scilicet quis credat obedire ad eos tantum per-

tinere, qui parum inter homines valent, sed ad eos potissimum spectare, qui alios viribus atque animæ, & corporis dotibus longe excedunt. *Et ubicumque fuerit* (ait Origenes) *quod est secundum dispensationem passionis eius, cadaver eius, quod ideo cecidit, vt erigat eos, qui ceciderunt, illic congregabuntur, non qualescumque, sed aquilæ discipuli.* De quibus etiam Prophetæ dicebant; *penigerabunt sicut aquilæ, & conuertentur ad domum propositi sui.* Et vide quia non dixit, *ubicumque fuerit cadaver, illic congregabuntur volucres, aut cornu, sed volens ostendere magnificos, ac regales esse omnes, qui in passione Domini credunt, proprie dixit: ubicumque fuerit cadaver, illic congregabuntur, & aquilæ.* Hæc verba, quæ citat Origenes habes apud Elai. cap. 40. *Assument pennas, vt aquilæ.* Hebraicè, *ascendere facient, seu pullulare facient pennas sicut aquilæ.* Quod Origenes vertit *penigerabunt sicut aquilæ.* Id est, aquilæ similis erit, quia pernices sunt aquilæ, vel molliter feretur, & sine lassitudine immensos terrarum tractus lustrabit, ac si aquilinis alis insideret. Quæ omnia de his, qui parent exponit Origenes.

Psal. 36. *Et educet, quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum, tanquam meridiem.* Quibus verbis magnum valorem, & summum virtutis apicem, ad quem iustus euectus est, recenset. Addit statim: *Subditus esto Domino, & ora eum.* Id est, illius dictis pare, & mandata excipe. Hoc enim maximè virum strenuum decet, & quo magis in virtute profeceris, eo magis obedire debes, hac ratione exponit hunc versum Ambrosius, qui etiam adducit verba Pauli ad Roman. 8. *Prudentia carnis mors est; prudentia autem spiritus vita, & pax.* Ad si dicat Paulus, duplex sapientia inter homines inueniri potest, vna carnis, altera spiritus. Hæc quidem longe excedit illam. Si vero causam huius excessus quæras audi Apostolum. *Legi enim Dei non est subiecta.* Excedit sapientia secundum Deum, ei quæ secundum carnem est, quia sapientia secundum Deum Deo subiicitur, scit parere, & obedire, illa vero, quæ est secundum carnem, exlex est, & iugum non subit: vnde immerito longe minor quam alia est. Hoc idem in Christo Domino probat Ambrosius qui ideo finis legis dictus est, quia ipse omnino ad legem se temperauit, & quo magis obedientiæ se subiecit, eo magis supra legem factus est, vel potius contra, quo magis supra legem erat, eo magis vel minima legis præcepta impleuit. Probat hoc Ambrosius ex illo 1. Corinth. 15. 28. *Cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc, & ipse filius subiectus erit, qui subiecit sibi omnia, vt sit ipse omnia in omnibus.* Christus sane semper, & per omnia Patri morem gessit, neque vel latum vnguem ab eius voluntate discessit: dicit tamen Apostolus tunc potissimum subditum fore Patri, cum ipse omnia sibi subiecerit, quia obedientia maxime eos decet, qui alios superant. Ergo ne quis credat Christum Dominum obedientiam erga Patrem tunc abieciisse, cum sibi omnia subdit, ideo tunc potissimum Apostolus Patri facit obedientem, cum omnia sibi subiecit. Addit ibidem verba Psalm. 61. 1. *Nonne Deo subiecta erit anima mea ab ipso enim salutare meum,* id est, ideo me Deo subiicio, quia ipse me multis fecit superiorem. Et quo plus alios superauit, eo magis Deo subditus ero. Idem repetit David v. 6. *Verumtamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus non emigrabo.* Id est, ora anima mea, ideo te Deo subde, ideo eius iugo collum submitte, quia ipse te ab iis omnibus superiorem fecit. Decet enim vel maximè, eos, qui aliis præferuntur, Deum, & alios sibi prælatos

magna animi reuerentia suscipere. Hæc omnia congerit Ambrosius exponens vers. 6. Psalm. 36. *Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tamquam meridiem.* Id est, te celebrem omnibus faciet, & multis aliis præferet, verumtamen cum in tantam altitudinem fueris elatus tunc maxime obedientiæ memineris, vnde addit. *Subditus esto Domino, & ora eum.* Ambrosij verba subscribo. *Subditus esto Domino, & ora eum.* Bona autem subiectio, non abiecta, non vilis sed gloriosa, atque sublimis. *Quis ignorat quod sapientia mentis præstantior quam carnis sit, sapientia mentis subiecta est Dei legi, sapientia autem carnis non est ei subdita: & addit Apostolus, neque enim potest. Denique Christus faciendo voluntatem patris legem impleuit, & ideo finis est legis, & plenitudo est charitatis: quia diligens parrem effectum omnem eius adhibuit voluntati. Vnde pro gloria Apostolus dixit, cum autem illi subiecta fuerint omnia, tunc & ipse subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia, ut sit ipse omnia in omnibus. Et ipse de se ait: nonne Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum.*

Psalmo 61. *Nonne Deo subiecta erit anima mea.* Hæc verba Christo Domino attribuit Ambrosius ibid. quæ iuxta eundem hunc sensum habent: oportet primum me Deo subdere, & antequam ad alia progrediar hoc omnium aliarum virtutum exordium ponere. Sed quænam causa huius est? *Ab ipso enim salutare meum.* Id est, constitutus sum omnium hominum caput, & vindex totius humani generis, vnde oportet me ante omnia obedientiæ præclara monumenta edere, & in obsequendo præcipue præluere. Omnes namque decet sibi prælatorum mandatis obtemperare. Maxime autem eos, qui aliis præstant. *Suscepturus* (ait Ambrosius) *carnem hominis Dominus noster Iesus, ut in se eam ipse mundaret, quid prius, quam peccati veteris debuit abolere contagium? Namque per inobedientiam culpa irrepererat, dum mandata diuina temerantur, obedientiam vique præceptis debuit reformare, & seminarium erroris excludere.* Inobedientiam appellat Ambrosius erroris seminarium. Hinc enim cuiuslibet erroris fons origo, principium, caput, scaturigo. Hinc error & peccatum in omnes animi vires, & hominum actus dimanat.

Hoc in Adamo videre est, cum enim Deus hominem condidisset ingenio perspicacem, animo liberum, omnibus rebus abundantem, sibi gratum, rerum vniuersitati superiorem, subito eum obedientiæ præcepto astrinxit: nempe maxime decebat in tanta celsitudine conditum hominem obedire, & parere, hunc sensum præferunt verba illa Genes. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Hanc similitudinem hominis ad Deum appello obedientiam ipsius hominis ad Deum iuxta Ambrosium in Psalm. 118. Vnde subdit Moyses. *Et præsit piscibus maris, & volatilibus caeli.* Id est, eum maxime decet obedire, qui reliquis omnibus animalibus prælatus est. *Luti etiam* (ait Ambrosius) *cum bestijs nobiscum commune consortium est, & ideo anima specialis prerogatiua donata est, ut homo ceteris animantibus imperaret, sed ut possit imperare, debet esse subiectus, docetur ergo seruire, ut ad regnum peruenire mereatur, qui enim seruit Christo placet Deo.* Hæc ille, vnde merito postquam homo debitam Deo seruitutem abiicit, omnia reliqua animantia hominis etiam iugum excusserunt.

Ambrosius lib. 6. in Lucam, pro nobis exponit illud Matth. 26. *Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum, &c.* Hinc passio Dominica exordium su-

mit. In primis Bethania dicitur *domus obedientia*, significat autem totum mundum, quia omnes quotquot in illo degimus parere tenemur, etiam qui multos alios nobilitate, ingenio, reliquisque dotibus animæ, & corporis excedunt. *Nonne tibi videtur* (ait Ambrosius) *Bethania mundus hic esse, in quo seruitij obedientis debemus obsequium? Domus autem Simonis leprosi terra est, qua mundi portio est. Princeps autem sæculi huius, quidam leprosus est Simon.* Hæc ille. In hanc ergo domum Verbum æternum venit, ut possit obedire, & obtemperare. Nam cum tres diuinæ personæ per omnia sint æquales, nec vna possit alteri obedientiam præstare, Verbum obedientiæ amore allectus homo factus est, ut hac ratione Deo se posset subdere. Quo in loco illud etiam notandum est, Verbum inter alias personas diuinas humanitatem induisse, cui sapientia tribuitur, ne quis putet dedecere hominem sapientem parere. Imo vero hoc maxime viro docto congruere. Vnde subdit Ambrosius. *Ergo Dominus noster Iesus Christus ex illis superioribus locis venit in hunc mundum, & descendit in terram, non erat in hoc mundo, sed obediens pietate missus est, in hunc mundum.*

Matth. 26. 39. *Pater mi si possibile est transeat à me calix iste.* His verbis maximum timorem, quo percussus est, ostendit: vnde petit, ut morte sibi impendenti liberetur, subinde vero summam etiam animi constantiam, & promptitudinem ostendit. *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Ex quo pro nostro instituto subduco nullis aliis verbis aptius significare potuissæ Christum Dominum virilem, & constantem animum, quam illis, quæ obedientiam præferunt. Nulla enim alia animi virtus tam virilem animum & in aduersis stabilem protendit, quam obedientia. Ergo nemo putet obedientiam ad eos pertinere, qui pusillo sunt animo, hoc in his verbis Matth. notat Gregorius lib. 12. Moral. cap. 8. his verbis. *Passioni quippe Dominus appropinquans infirmantium in se vocem sumpsit: dicens: Pater mi si possibile est transeat à me calix iste, eorumque timorem, ut abstraheret suscepit. Et rursus per obedientiam vim fortitudinis ostendens ait: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.*

1. Reg. 3. *Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.* Quid autem sit ministrare Domino ante faciem Heli sacerdotis expendit Gregorius ibidem. Ille seruit Deo coram aliquo, vel in conspectu alicuius, qui non per se ipsum præcepta Dei excipit, sed medio aliquo homine, cui paret, hoc modo ministrant Domino, quicumque prælatis obtemperant, & diuinas præceptiones exponente sibi prælato suscipiunt. Ergo iuxta Gregorium Samuel adhuc puerulus Deo inferuit coram Heli, quia illi qui tyrocinium in virtute exercent, non audent à Deo immediatè legem haurire, sed exponente sibi prælato. Decet enim obedientia maxime in virtute tyrones. Postquam vero de Samuele prædicta verba retulit Scriptura, cum præmississet. *Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Deo, quam hominibus.* Tandem cap. 3. repetit familia verba illis quæ supra retulimus ex cap. 2. ait enim. *Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli.* Ac si dicat, non modo cum prima fundamenta in virtute iaceret sibi prælatis morem gerebat: verum etiam postquam creuit in pietate, simili modo, & eadem profus ratione superiori temperabat. Desipiunt plane, qui dum viam virtutis aggrediuntur per omnia parent, postquam autem nonnihil profecerint, sibi licere existimant contra iussu superiorum multa moliri.

Hac

Ambros.

Ambros.

Psalm. 61. 1.

Ambros.

Matt. 26. 39.

Ambros.

Gregor.

4.

1. Reg. 3. 1.

Genes. 1. 26.

Ambros.

5.

Matth. 26. 6.

Hac ratione despuit plane serua illa Abraham Agar : quæ quamdiu domesticis officiis inferuebat, Sara parebat, postquam vero ad thori confortium euecta filium concepit insolentes spiritus arripuit, & omne iugum detrecauit, de qua merito Genes. 21. 9. *Eiice ancillam hanc, &c.* Merito enim domo exulat dominica, qui cum non nihil in illa profecerit sibi prælatis non audit. Hæc omnia tradit Gregorius lib. 2. cap. 4. in libros Regum his verbis. *Quidam autem prælatorum sanctæ Ecclesiæ magisterio subditi rudes obediunt, sed cum paulo altius per conuersationem proficiunt, in eadem obedientia humilitate nequaquam persistunt. Quos bene Agar Sara ancilla spiritualiter designat, quæ cum de Abraham viro eius concepisse se vidit dominam despexit. Agar quippe concipit, quando reproba mens subditi, aut per eruditionem scientia se proficere, aut per vitæ conuersationem credit. Quæ profecto pregnant dominam suam despexisse dicitur, quia iam præsidenti sibi proposito sui voluntate per obedientiam subditi designatur, sed quæ dominam despicit, ancilla esse perhibetur, quia superbi subiecti & infirmi sunt per elationem, & ad filiorum Dei numerum nunquam pertingunt, Samuelis autem profectus exponitur, quia superius dictum est, Samuel proficiebat, atque crescebat, tam Deo, quam hominibus. Quæ profecto tria, quæ sublimitate conuersationis percurrit, supra expositum est. Quia ergo etiam nunc coram magistro ministrare memoratur, quid est, nisi quia electis auditoribus formam præbet, ut quo altiori vitæ proficiunt, seruare bonum obedientiæ nequaquam obliuiscantur. Nec immerito notat Gregorius vix sensisse Agarem se vterum gestare cum Saram despexit: vix enim aliqui virtutis tyrocinium excefferunt, cum suo se ingenio regere, & aliorum dicta parui pendere sibi licere putant.*

3. Primo Reg. 3. 2. Induit Deus vocem Heli, vt cum Samuele loquatur. Scilicet Samuel erudendus traditus fuerat Heli sacerdoti, atque adeo magistri vocem Deus excipit, vt discipulus diuinas præceptiones excipiat; quod ideo factum est interprete Gregorio cap. 4. in lib. 2. Regum, vt ostendat, subditos, etiam si multum in virtute profecerint, & Deum loquentem ad aurem habeant nihilominus prælatorum verba debere habentes excipere, & eorum dictis obtemperare, etiam si prælatus sit illis imperfectior, & Deo parum gratus, qualis erat Heli, imo vero suspectam sibi habeant vocem quæ prælati vocem non refert. *Ire ad præceptorem pertulit (ait Gregorius) vt deuotionis suæ munus offerret. Redire ad somni quietem finitur, vt profecto neque ea, quæ sunt minima contemnamus. Iterato excitat, vt eum, quem in forma electorum ponere volebat, ostenderet, quia neque superiorum instantia fatigarent. Per eum, qui reprehendendus erat audire, quemadmodum debuisset, didicit, vt profecto sciamus, quia maiorum imperia tunc etiam reuerenda sunt, cum ipsi laudabilem non habent vitam, quia eorum doctrina, quæ praua operatione possit superbis vilescere, humiles auditores facit ad diuinæ celsitudinis familiaritatem peruenire.*

9. 1. Reg. 10. 8. Vixit Samuel Saulem ex Dei præcepto in Regem super Israël, & futuri regni signa illi obtulit. Quorum vltimum hoc est. *Et descendes ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationes, & immoles victimas pacificas, septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi, quid facias.* Hoc præcepto probare intendit Samuel Saulis obedientiam, quem in Regem vnixerat. Sane cum regium munus sit aliis imperare, non obedire: aliis legem dare non accipere, melius Saul probaret hæc per imperium, quam per obedientiam, leges ferendo quam accipiendo, verum hoc

factum nostrum institutum apprime probat, neque enim eos, qui infimum locum tenent, tam decet obedire, quam eos, qui summum verticem occupant. Ergo experimentum capiens Samuel de eo, quem in Regem augurabat præceptionibus hominem exerceat. Hoc item ex Gregorio desumpti lib. 4. cap. 5. in lib. Reg. his verbis. *Septem diebus expectabis donec veniam, & ostendam tibi quid facias, quia summi pastores sanctæ Ecclesiæ dum de minorum perfectione dubitant solliciti valde sunt, certis inditijs recognoscant, quæ sunt autem indicia spiritus nisi excellentia dona humilitatis? Sanctus enim Spiritus, qui maiori veritate electorum corda irradiat, & abundantiori dono humilitatis ditat. Qui ergo ante Prophetam in Galgala descendere, & expectare iubetur, ei nimirum pro cognoscenda humilitate obedientiæ onus iniungitur, hoc etiam, quia Doctorum magisterio discimus bene Samuel concludens ait. Et ostendam quid facias. Expectanti si quidem, quid faciat indicat, quando is qui perfecte obedire cognoscitur, qualiter imperare alijs debeat, edocetur. Addit autem Gregorius iniunctum Sauli, vt expectaret in Galgala, nam Galgala interpretatur rota: rota vero, quæ in gyrum vertitur, apprime obedientem hominem significat. Motus circularis, id proprium habet, vt ea quæ superius sunt ad ima adigat, & ea, quæ inferius iacent eadem vi ad locum eminentiorem euehat, quod in alijs motibus non contingit. Ergo qui parat hoc modo se in gyrum agat, vt modo supra sibi subditos impèritando eleuetur, & interim sibi prælatis obediendo deprimatur, nec vlla alia ratione editum locum tenere poterit, nisi prius infimum occupauerit. Galgala (ait Gregorius) quidem interpretatur rota: quid vero rota in isto loco significat, nisi vitam obedientium? Rota quidem voluendo graditur, & modo alta petit, modo inferiora, quia inferiorius agit, quod sursum pertrahit, & rursus videt, quod inferius exhibet, quasi ad alta subleuatur, & ad ima deprimitur.*

Ascendit in montem Moyses, vt præcepta à Deo accipiat, & vt de fabrica tabernaculi edoceatur, mons significat altitudinem virtutis, Moyses autem virum obedientem, qui à Deo excipit præcepta. Ergo in monte, legem excipit, quia ad eum maxime parere spectat, qui multum in virtute profecit. Huius rei testis est Gregorius lib. 4. cap. 5. in lib. Reg. qui sermonem de viro obedienti infert his verbis. *Hanc profecto rotam flectere Moysi Dominus præcipiens ait: omnia fac sicut ostensum est tibi in monte. Qui enim in summis vidit, quod fecit in summis, nimirum superiorem rotam partem ad terram flectit. Hæc Gregorius, exponens verba illa. Descendes ante me in Galgala. Galgala autem, id est, rota obedientium vitam adumbrat iuxta Gregorium.*

3. Reg. 17. Et dixit Elias Thebites de habitatoribus Galaad ad Achab: *viuit Dominus Deus Israël in cuius conspectu sto, sicut annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.* Regi minatur Propheta, ventis legem imponit, cælo præcepta infert, pluuia interdicat, & torius naturæ clauis sibi reseruat; temporumque rationes immutat, & inter hæc dicta infert verba illa. *Viuit Dominus Deus Israël in cuius conspectu sto.* Id est, ego quidem adsto Deo, præinctus & expeditus ad capeffendum eius mandata. Ergo idem est, ac si dicat Elias, ille ego qui Regibus leges fero, & rerum naturas pro nutu meo immuto, ille, inquam idem ad obediendum Deo promptus & expeditus adsto. Oportet enim vt is, qui aliis imperat superioribus seruitium præstet. Hoc ex Gregorio desumpti lib. 4. Reg. cap. 5. dum exponit verba cap. 10. 1. *Et descendes ante me in Galgala.*

Galgala quidem (ait Gregorius) interpretatur rota quid vero rota isto loco significat, nisi vitam obedientium? Rota quidem voluendo graditur, & modo alta petit, modo inferiora. Et post pauca: Inferiorem vero partem ad superiora extulerat, qui dicebat. Vixit Dominus in cuius conspectu stetit in imo quidem stabat, per humilitatem obedientie dum Regi perfido exprobraret: sed planiciem operis in sublime extulit, ut veluti currentem rotam optime volueret, dum interno opere caeleste meretur aspicere. Hac profecto forma est perfecta obedientia, ut in omni quod fors agimus ad potentiam Conditoris ubique respiciamus. Optime obedientiam cum motu circulari componit Gregorius. Motus sursum eis competit, quæ sursum mouentur, ut igni, motus deorsum eis conuenit, quæ deorsum vergunt, vt terra, motus quem progressiuum appellant ad vnitantia tantum spectat; vnus est motus circularis, qui proprium est cæli: cæli inquam, quod omnia hæc inferiora mouet gubernat, & regit, & reliqua in se inclusa continent: nempe motus obedientiæ, præcipue eos decet, qui multos excedunt.

12. 1. Reg. 10. Inaugurato Sauli in Regem iniungitur, vt septem diebus in Galgala Samuelem expectet. *Septem diebus expectabis; quæ verba ad nostrum institutum trahit Gregorius lib. 4. cap. 5. in lib. Reg. non modo parere præcipitur ei, qui imperaturus est, sed vt septem dies expectet: nempe septem diebus facta est rerum hæc vniuersitas, ergo septem dierum spatio in Galgala iniungitur demorari, quia non vni, aut alteri parere debet, qui præest, verum cunctis hominibus, vel quia non modo inferiores, & qui parum possunt subiici debent, sed etiam illi, qui longe alios superant. Galgala quidem (ait Gregorius) interpretatur rota, quid vero rota significat nisi vitam obedientium? (Et nonnullis interpositis.) Septem diebus expectabis me, donec descenderis à me. Septem enim diebus expectare est, bonam obedientiam omni luce cordis implere. Addit autem Samuel, vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Exponente Gregorio ibid. victimæ pacificæ pro parta victoria offerebantur. Ergo ille, qui septem dies expectabit, id est, qui parere didicit, omnes inimicos ad vnum delebit, vnde eum maxime decet victimas offerre pacificas. Obedientia enim facile demonum, & vitiatorum phalangem prosternit. *Victima sunt (ait Gregorius) obsequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo subijcuntur. Superbos spiritus superamus. Ceteris quidem virtutibus demones impugnamus, per obedientiam vincimus, victores ergo sunt, qui obediunt, quia dum voluntatem suam alijs perfecte subiiciunt, ipsis lapsis per inobedientiam Angelis dominantur.**

13. 1. Reg. 13. 7. Ante aduentum Samuelis sacrificium Saul peregit contra iussu Dei, cum vero Samuel rem cognouisset his verbis Regem alloquitur. *Quid fecisti? Vim huius interrogationis apte ad rem nostram exponit Gregorius ibid. lib. 5. cap. 3. Ac si dicat. Quid est, o Saul quod præcepta Dei transgressus es, si alius aliquis gregarius miles, vel è populo vnus aliquis Dei præceptiones transliret, forsitan indulgentiam criminis inuenisset: at tu Rex, qui alijs prælatus es nulla ratione inobedientiæ maculam eluere poteris. Nam quicumque Dei præcepta contemnit, facta se noxa polluit, si vero ille Princeps homo sit, multo grauiori. Quid enim magis absurdum, quam quod Dei præcepta contemnat ille, quem Deus præfecit, vt reliqui illi pareant. Eandem vim habent verba Domini ad Adam Gen. 3. 9. *Ubi es? Id est, quid est o Adam, quod iussa mea contempseris, quem ego nuper omnibus animantibus præfeci? loquutus est, (ait Gregorius) ad**

eum Samuel, quid fecisti? Sciebat quidem Prophetas quid fecerat, sed interrogando inobedientia factum probabat. Vnde & ad peccantem Adam in paradiso à Domino dicitur: Adam ubi es? Potest etiam per hanc interrogationem magnitudo reatus intimari. Ac si aperte dicat parum tibi videtur, quod inobediendo deliqueris, sed à sublimi gloria tua culmine delinquendo cecidisti.

Hunc sensum habent versus Psalm. 31. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Eos qui prælatorum mandatis non obtemperant cū equis, & mulis componit, quia iugum detrectare animalium rationis expertium proprium est, alienum vero ab hominibus, qui prudentia, & sapientia polent. Possunt etiam per equos, & mulos intelligi homines rudes, quibus sane condonandum est, si quando iussis non obtemperant, hoc enim fere rude eorum ingenium, cum illis vero qui mente valent, longe alia via incedendum est. Hi enim ad nutum parere tenentur. Sequor hæc in re Augustinum ibid. his verbis. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, ideo se regere volunt. Ergo fac illis Deus, quod sit equo, & mulo, vt panis eos corrigas ferre regimen tuum, qui non propinquat ad te. Multa flagella peccatoris, multum flagellatur, qui non confitens Deo peccata sua se ipsum sibi rectorem esse vult. Sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit, qui autem sperat in Domino, & ei se subdit regendum misericordia circumdabit. Latamini in Domino, & exultate iusti, non in vobis sed in Domino. Et gloriamini omnes recti corde. Et in eo gloriamini omnes, qui intellexistis rectum esse illi subdi, vt ceteris præferamini. Optime notat Augustinus circa hæc verba David in primis eos mulos, & equos appellasse qui prælatis non parent, ac tandem his verbis Psalm, conclusisse: Latamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde, id est, vos vero qui animi pietate, & ingenij dexteritate valetis, iussa Dei explete, hoc enim maxime decet pios, & sapientes viros.**

Cum Christus Dominus asello vectus Ierosolyam ascenderet Rex ab occurrentibus salutatur: *Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israël. Ioannis 12. quæ verba sumpsit ex Zacharia 9. 9. Ecce Rex tuus veniet. Vtrobique autem Christus Dominus dum insidens asino Ierosolyam ingressus est Rex dicitur, sane decebat, vt Rex curru veheretur, equo, aut elephanto. Respondet Augustinus in Psalm. 33. per asinum, mite scilicet animal eum significari, qui facile sibi iniunctis paret, per equum vero eum, qui subire iugum detrectat. Ergo dum Christus asino vehitur, Rex appellatur, quia obedientiæ virtus propria Regum est, & eorum, qui alios potestate excedunt. In quem sensum adducit August. verba Psalm. 31. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Sed quid faciendum est? In chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Non ait domabis eos donec cessorem admittant, & tunc demum eis insidibus, sed eorum ora lupatis constringes, & lacerabis. Etenim Rex iste tantummodo insidet pullo asini, ac donec isti equi sint aut muli Deum sibi insidentem non habebunt. Efficiantur asini, & eum portabunt. Pullus asina est (ait Augustinus) sed Christum portans, nam, & ipse in pullo asina venit ad ciuitatem, & fecit illum iumentum mansuetum. Irascitur forte populus, quia comparatur asello, in quo sedit Dominus. Et dicens mihi aliqui superbi, & elati, ecce asinus nos fecit. Sit asinus Domini quisquis hoc dicit, ne sit equus, & mulus, quibus non est intellectus: nostis enim Psalm. ubi dicitur: nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Equus enim & mulus sua ferocitate erigunt ceruicem, & excutunt à**

14.

Psal. 31. 9.

August.

15.

Ioan. 12. 13. Zach. 9. 9.

Psal. 31. 9.

August.

se fessorem suum: domantur freno, chamo, verberibus, donec discant subijci, & portare Deum suum. Tu autem, antequam freno contundantur ora tua, esto mansuetus, & porta Dominum tuum.

16. Iosephus ad regiam dignitatem euehendus prius in seruum venditur, oportet enim vt parere discat, qui leges est daturus, nec alio modo se dignum facere potest imperio, quam obsequendo. Hoc dixerim cum Chrysofomo homil. 4. in cap. 2. ad Titum his verbis. *Quia enim ad regiam prouehendus erat dignitatem, merito prius didicit subijci.*

Chrysof.

17. Iosue 10. *Sol contra Gabaon non moueatis, & luna contra vallem Aialon, steterunt quæ sol, & luna.* Quærit Chrysofomus homil. 27. in caput 11. ad Hebræos quare hoc miraculum supra omnia alia, quæ facta sunt prædicetur, & sumis laudibus extollatur? Nam æquæ vires humanas superant miracula omnia, & portenta, quæ contra ordinem naturæ fiunt, imo vero si rerum naturam inspicias longe difficilius videtur hominem vita functum ad communes auras reuocare; quod fecerunt Elias, & Elifæus, quam cæli cursum tenere: Optime hoc refert Chrysofomus ad locum altissimum, quem sol, & luna obtinent. Iuxta humanum captum, quæ infimum locum tenent facilius parere videntur, quæ vero supra nos difficilius. Ergo iuxta vulgi opinionem maiori cum difficultate signum illud factum est, quam reliqua omnia. Hoc si ad rem nostram transferas summis laudibus prædicandi sunt illi qui cum summum dignitatis verticem occupent facile aliis subduntur, quo enim difficilius est, eo maiori cum laude exercetur. Ergo egit Deus, vt sol, & luna omnésque cæli humanæ voci parent, vt discant etiam illi qui merito loco sunt, subijci. Sol, & Luna ab orbe condito iura dant, leges ferunt, tempora metant, accessibus, & recessibus vniuersum orbem moderantur. Oportuit ergo, vt quandoque posita maiestate leges exciperent. *Dixit Iesus Naue* (ait Chrysofomus) *stet sol circa Gabaon, & luna circa vallem Aialon, & factum est, veniat autem omnis mundus, magis autem duo, aut tres, quatuor, aut decem, & viginti, mundo dicant, & faciant hoc, sed non poterunt. Amicus vero Dei creaturis amici sui imperabat, & obediunt serui, & ille, qui deorsum erat superioribus imperabat: hoc etiam illo opere Moysi maius est. Quid ita? non enim æquale est maiori imperare, & eis qui in cælo sunt. Magnum quidem, & illud est, & valde magnum, verum tamen nihil simile.*

Chrysof.

VERS. 16. Qui audit illam iudicabit gentes: & qui intruetur illam permanebit confidens.

1. Duplicem fructum sapientiæ his verbis commemorat noster author, nimirum populorum gubernationem, & vitæ securitatem, priorem illis verbis: *Qui audit illam iudicabit gentes.* Quasi dicat, qui sapientiam auscultatur iura populis dabit, & multitudinis præfecturam obtinebit. Posteriorem his, *& qui intruetur illam permanebit confidens.* Id est, qui sapientiæ pro suggesto docenti tanquam magistro attentam auræ præbet: permanebit, seu habitabit securus, nullumque metuet periculum.

2. *Qui audit illam iudicabit gentes.* Decet enim vrbis præfectum, & legum latorem multum diuque in sapientia, & prudentia esse versatum, iuxta illud Sapientiæ 3. *Iudicabit nationes, & dominabuntur populis. Iudicabit.* Ius dicet, leges feret, supremam dignitatem obrinebit. Prouerb. 8. *Per me Reges regnant.* Primo Corinth. 2. *Spiritualis homo indicat omnia.* Sapient. 8. *Propter sapientiam habeo claritatem ad*

Sap. 3.

Prou. 8.

1. Cor. 2.

Sap. 8.

turbas. Dionysius Carthusianus, vel iudicabit gentes, id est, per assessoriam dignitatem iudicabit cum Christo, qui ait: *Vos qui sequuti estis me, sedebitis super thronos iudicantes, &c. Iudicabit gentes,* id est, decet, vt gentes iudicet. Hugo, ad iudicandum constitui debet, iuxta illud Prouerb. 2. *Sapiens gubernacula possidebit.*

Dionys.

Et qui intruetur illam sumpta metaphora à discipulis, qui intentissime auscultant his, quæ à magistro dicuntur. Græca, metaphoram exprimunt: *qui attendit illi.*

3.

Permanebit confidens. Melius nostra, quam Græca summam animi securitatem expresserunt, quæ habent; *habitabit.* Maiorem enim securitatem significat verbum permanebit, quam verbum habitabit. Hanc iusti securitatem sapiens sacra Scriptura describit Iob 11. 18. *Et habebis fiduciam, proposita tibi spe: & defossus securus dormies, & requiesces, & non erit qui exterreat.* Et illud Prouerb. 28. *Iustus quasi Deo confidens absque terrore erit.* Lyra permanebit confidens, de beatitudine exponit, sed longe petita expositione.

4.

Iob 11. 18.

Prou. 28.

ETHOLOGIA LI.

Qui alijs præest multa sit sapientia insignis.

Qui audit illam iudicabit gentes. Hæc de sapientia infert Ecclesiasticus. Sanè decet eum, qui alijs prælatus est, multa sapientia pollere. Quod nonnullis cõfirmo. Leuitici 4. *Anima, quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini, quæ præcepit vt nõ fierent quippiã fecerit. Si sacerdos, qui vnctus est peccauerit, &c.* Non per oscitantiam prætereunda verba. Cum de peccato alicuius est populo vel etiam totius synagoga agit, addit per ignorantiam, vel quid simile, cum vero de peccato sacerdotis sermo est, nequaquam dicitur per ignorantiam peccare. Nam teste Origene homil. 2. in Leuiticum, in sacerdotem, qui populo præest vix potest cadere ignorantia. Potest quidem, vnus quilibet è populo, & etiam tota plebs ignorantia laborare, at sacerdoti, vix tale quid contingere potest. Peccabit quandoque sacerdos, & apud Deum offender, at ignorantia longius ab illo abest. *Obseruandum sanè est* (ait Origenes) *quod in peccato Pontificis non addidit legislator, per ignorantiam, aut non ex voluntate peccauerit, neque enim potest ignorantia cadere in eum, qui, vt alios doceret prouectus est. Si autem totius populi synagoga peccatum fuerit, vitulum nihilominus in holocaustum synagoga iubetur offerre. Sed in peccato synagoga additur si ignorauerit, vel latuerit verbum ab oculis synagoga & fecerit vnum ab omnibus mandatis Domini, quod non fiet, vnde apparet etiam omnem synagogam posse delinquere per ignorantiam.*

1.

Leuit. 4.

Orig.

Leuitici 28. 30. *Pones autem in rationali indicij doctrinam, & veritatem, vel vt habet Origenes homil. 6. in Leuiticum. Manifestatio, & veritas.* Quæ duo exponit his verbis Origenes ibidem. *Non enim sufficit Pontifici habere omnem scientiam, & scire omnem rationem, nisi sciat populo manifestare, quæ nouit.* Ergo ex sententia Origenis ea sapientia polleere debet sacerdos, & Pontifex, qua non modo sibi ipsi, quæ necessaria sunt, prouideat, verum etiam alijs prætare possit.

2.

Leuit. 28. 30.

Orig.

Nonnulli ex Hebræis ægrè ferebant prælatum sibi in sacerdotem Aaronem, quæ res cum ad Deum delata esset, iubet sceptrum seu virgas insigne principatus omnium tribuum coram se statui. Exod. 17. 6. *Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo*

3.

Exod. 17. 6.

bernaculo testimonij: sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Aliis modis innumeris ratam posset Deus ostendere, electionem Aaronis, sed diuino plane consilio factum est, vt aliis miraculis omis- sis per virgam germinantem ostenderetur, nam vt habet Origenes homil. 4. in Numeros, hoc factum ostendit tanta sapientia debere abundare, sacerdotem, vt non modo ipse illa ornetur, verum etiam, & alijs præbere possit, frondes quidem, & flores ipsam arborem vestiunt, & ornant, fructus vero in aliorum etiam vtilitatem producant. Ergo virga Aaronis non modo flores, & frondes fundat, verum etiam & fructus producat, quia non solum se ipsum dirigere debet, verum etiam, & alijs ducam præbere. Reconditum (ait Origenes) in his inuenies secretum mysteriorum sapientia, & scientie Dei sensum, quo nutriantur, vt pascantur anime sanctorum.

Lucæ cap. 6. Acculant apud magistrum Scribæ, & Pharisei discipulos, quod illotis manibus grana confricando, ederent, quibus Christus. Neque hoc legis, quod fecit Dauid, &c. Quæ verba teste Ambrosio lib. 6. in Lucam duram increpationem continent aduersus accusatores. Ac si dicat, non vos pudet, qui Reipublicæ clauum tenetis, & alijs viam panditis quidquam legis ignorare? O impudentes homines alijs prælatos, & tamen vos latet, quod fecit Dauid cum fame pene enectus acceptos panes sacros in cibum adhibuit. Defensores legis arguit (ait Ambrosius) nescire, que legis sunt. Exemplum asserens quod Dauid cum esuriret ipse cum socijs intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit.

Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. 1. Reg. 9. hæc scripta de Saule habes. Quod ad rem moralem inflectit Gregorius ibid. In collo enim vox efformatur, qua animi sensa exprimimus. Capiti vero omnes sensus assident, tamquam in munitissima arce, quibus sensibus abdita & occulta penetramus. Ergo qui alijs præest, reliquos capite, & collo excedat, vt & abdita præ illis perquirere, & quæ mente concepit voce exprimere valeat. Quæ enim ratione alios regere poterit, quos multarum rerum scientia non superat. Sed & Rex (ait Gregorius) præcellit collo, præcellit, & capite. Quid enim in collo nisi loquutio, quid in capite, nisi mentis contemplatio designatur? Capite ergo & collo subditorum capita excedit, si contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrina. Quasi enim capite sublimis est, cum illa de cælestibus secretis contemplatur, quæ alij contemplari non possunt. Collum quippe super alios habet, qui altitudine loquutionis sue mirabilis est. Equandus ab alijs non est, quasi enim caput in sublimitate extulerat, qui dicebat, veniam ad visiones gratiarum, & reuelationum, &c. Sed veluti electus, & bonus Rex vt collum etiam, supra omnium se tenere ostenderet, ait. Audiui arcana verba quæ non licet homini loqui.

1. Reg. 13. 20. Cauent enim Philistæi ne forte facerent Hebræi gladium, aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israël ad Philistiim, vt exaceret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum. Hoc ad sensum moralem refert Gregorius lib. 5. Reg. cap. 3. Nempe quicumque exercere cupit agrum suum, & terram vertere, & alia opera agriculturæ exercere, prius ligonem suum, aut securim aut sarculum exaeuat, etiamsi ob hoc necesse sit ad Philistæos descendere. Philistæi enim exteri sunt iuxta Gregorium, & à Christiana fide alieni, vel etiam humanarum litterarum studiosi, quos etiam oportet, vt consulat, & euoluat, qui alijs

præest, & qui femina verbi diuini iacit, & aliorum corda excolit. Quod & in Moysæ factum probat, qui prius quam ad diuina accederet, omnem Egyptiorum Theologiam didicerat. Esaias antequam Prophetaret aulam regiam fuerat sectatus: Paulus ad pedes Gamalielis nutritus, hi omnes rem diuinam magnopere promouerunt, & cum ad populum orationem haberent, magnos animorum motus excitabant. Ad Philistæos descendimus (ait Gregorius) cum ad discendo seculares libros animum inclinamus. Vnde & Moysès qui diuinorum eloquiorum nobis principia edidit, non prius diuina didicit, sed vt capere, & exprimere diuina posset in omnem Egyptiorum scientiam rudem animum informauit. Esaias etiam Prophetis alijs eloquentior existit, quia neque vt Ieremias Anatholites, nec vt Amos armentarius: sed nobiliter instructus atque urbanus fuit. Paulus quoque vas electionis ante ad Gamalielis pedes instruitur, quam rapiatur ad paradysum, vel ad terti cæli altitudinem subleuetur. Et ideo fortasse per doctrinam alijs Apostolis excedit, quia futurus in cælestibus terrena prius studiosus didicit.

Ephesiorum 4. 11. Et ipse dedit, quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, &c. Aduerte qua ratione hos gradus distinguat, Apostolos, Prophetas, Euangelistas, cum vero ad doctores, & pastores venit nequaquam illos inter se distinxit, sed in vnum coniunxit dicens, alios autem pastores, & doctores, quia non ad alios pertinet gregem spiritaliter pascere tamquam pastores, edocere velut doctores, sed ad eundem profus. Ergo nouerit quicumque quoquomodo alios moderatur magnam partem sui muneris in doctrina sitam esse, nec posse pastoris obire officium, quin doctoris munus expleat. Exhibeo hæc in re testem Chryso- stomum homil. 11. in epistol. ad Ephesios his verbis. Primum Apostolos, illi enim habebant omnia. 2. loco Prophetas, erant enim qui quidem, cum Apostoli non essent Prophete tamen erant, quemadmodum Agabus ille. 3. Euangelistas, non circumeuntes scilicet, sed Euangelizantes, vt erant Priscilla, & Acylla. Pastores, & doctores, quibus videlicet vniuersus populus concreditus erat.

Hoc idem probat Chryso- stomus homil. 5. in cap. 3. 2. ad Thessalon. ex nomine capitis, quo superior honoratur, non modo apud sacros, verum etiam apud prophanos auctores. In capite omnes sensus siti sunt, tam externi, quam interni, vnde quasi officina totius cognitionis habetur, nec minus rerum cognitione, quam situ corporis reliqua membra excellit. Ergo quicumque alijs præest, non minus cognitione, & sapientia, quam dignitate reliquos antecellat. Non tantum loco reliquum corpus emineat, quantum prouidentia, quasi gubernator quidam totum ipsum corrigens, nam in capite sunt tam corporis, quam mentis oculi. Illinc dimanat istis videndi vis, & reliquum quidem corpus ordinatur ad ministrandum, caput vero ad imperandum positum est, omnes sensus illinc initium habent, & fontem. Hæc Chryso- stomus.

His verbis orsus est Apostolus epistolam, quam ad Titum misit. Paulus seruus Dei Apostolus Iesu Christi, &c. in predicatione que data est mihi secundum præceptum Saluatoris nostri Dei. Expendit Chryso- stomus homil. 1. in hæc epistolam illud secundum præceptum. Ac si dicat, ne quis credat liberum esse ei, qui alijs prælatus est, eos docere, & instruere, proculdubio errauerit, si quis hanc mentem induat.

Origen.

4.

Lucæ 6. 3.

Ambros.

5.

1. Reg. 9. 2.

Gregor.

6.

1. Reg. 13. 20.

1. Tit.

Gregor.

7. Ephes. 4. 11.

Chrysoft.

Chrysoft.

9. ad Tit. 1. 1.

Eundem sensum habent iuxta Chrysofom. ibid. r. Cor. 9. 16. *Nam si Euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit: va enim mihi si non Euangelizauero.* Ac si dicat, non est mihi liberum, sed præcepto obstringor, vt doceam, docere enim tenetur is, qui præest. *Hoc igitur* (ait Chrysofomus) *& alio loco Paulus insinuat, cum dicit, necessitas mihi incumbit, va autem mihi si non Euangelizauero. Quid autem hoc sibi velit apertius eloquar vt omnibus euidentius fiat, is quidem, cui Ecclesia principatus est concreditus, quique Episcopatus dignitate ornatus est, nisi populo, qua agenda sunt dicitet, non erit innocuus.*

10. De Philosopho Ephante illud dictum refertur.

Plato. *Non debet, qui alijs imperat, eum ignorare, à quo ipse regitur.* & Plato 4. de legibus *Sicut pecudes non à pecudibus, sed à meliore se genere, vt pastore homine reguntur: sic homines ab homine sine duce Deo pessimè gubernantur.* Sallustius in Carilinan. *Nunc ad dignitates assumitur, qui magis vultum, quam ingenium bonum habeat.*

11. Genes. 2. 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Quæ verba hunc sensum habent iuxta Philonem lib. de Plantatione Noë. *Posuit Deus hominem in paradiso, vt ipse Deus hominem excoleret, quem in paradiso collocauerat. Querit autem Philo cur inter omnia animalia à Deo efformata solus homo dicatur à Deo excoli, cum etiam reliqua omnia potuerint à Deo excoli, vt vnumquodque eorum iuxta suam naturam operaretur? Cui dubio respondet ideo de homine hoc dictum, quia hic reliquis omnibus rebus præpositus fuerat. oportet autem rectorem, & præsidem, cuncta sapientia esse ornatum, & à Deo subinde per sapientiam excoli. Et homines quidem (ait Philo) ad custodiam rerum suarum adhibent feroces bestias, qua insidiatores, & raptores arcent, Deus autem suis rebus rationales naturas præficit. Posuit, inquit, ibi hominem quem finxerat: hoc est in solis rationalibus virtutibus, harum enim exercitationem, vsque Deus in eximias animas confert, seu munus honorarium, ideoque aperte, dicitur, quod eum, qui in nobis est, verum hominem, id est, mentem posuit in honestatis hortis, arboribusque sacratissimis, qui autem mente carent, hos nemo potest excolere, cum non sint ingenio capaci præditi.* Apte pro nobis expendit Philo Deum præfuisse paradiso hominem, vt illum custodiret à bestiis, cum tamen contra faciendum videbatur: nempe præficiendæ erant bestia paradiso, vt cum ab hominibus tuta-

rentur, hac enim ratione nos vigiles canes domibus nostris asseruare solemus, vt fures arceant: in super eosdem canes ad custodiam gregum & armentorum adhibemus, vt lupos, fures, & irruentes bestias abigant. At vero Deus hominem præficit, vt paradysum, quem ipse plantauerat, custodiat. Nempe is quem Deus præficit non viribus debet excedere, sed ingenio, & multa sapientia, ideo enim homo, etsi multis animalibus viribus inferior, quia tamen rationis capax præficitur custodiendo paradiso.

12. Querit Rupertus lib. in Exod. cap. 33. cur Spiritus sanctus aliquando digitus Dei numero singulari, aliquando per plurale Dei digiti appelleret

Exod. 8. 19. *Exod. 8. 19. Pharaonis proclamant, Digitus Dei est hic.* Item Lucæ 11. 20. *Christus Dominus Lucæ 11. 20. Porro si in digito Dei eiicio demonia.* Contra vero David, eundem Spiritum sanctum non digitum, sed digitos appellat. Psalm. 8. 4. *Quoniam videbo celos tuos, opera digitorum tuorum lunam, & stellas, qua tu fundasti.* Nem-

pe, ait Rupertus, cœli iuxta anagogem prælati sunt, in horum autem formatione non vnus aliquis Dei digitus, sed omnes occupantur. Nam qui alijs præficitur, oportet vt omnibus donis Spiritus sancti conspicuus sit, nempe spiritus sapientiæ, & intellectus reliquisque omnibus. In huius rei probationem adducit Rupertus verba Apocalypsis 1. Et à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. En tibi qua ratione septem spiritus, id est, septem dona Spiritus sancti dicuntur esse ante thronum Dei, quia his ornatur necesse est, qui ad thronum euehitur, id est, qui alijs præficitur. Qui alijs subditus est vno vel alio dono sit contentus. Qui vero in dignitate est constitutus nullo carere debet. Infero verba Ruperti. *Digitus inquit Dei hic est, notum quidem & celeberrimum apud Ecclesiam Dei est Spiritum sanctum esse, vel dici digitum Dei. Nam & ipse Filius de Spiritu sancti loquens potentia: si ergo ego, inquit, in digito Dei eiicio demonia, profecto perueniet in vos regnum Dei. Sed, & plures digiti in eiusdem Spiritus sancti significatione dicuntur: quemadmodum, & vnus est spiritus, & septem spiritus ante thronum Dei legimus. Vnde & Psalmista. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum, pluraliter dixit digitorum, videlicet ob pluralitatem donorum.*

Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illius.

Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum.

1. *Si crediderit ei hæreditabit illam.* Si sapientiæ ad hæserit, illam vt rem propriam perpetuo possidebit. *Et erunt in confirmatione creaturæ illius.* Et filij eius, qui se sapientiæ fidunt, confirmabuntur, & stabilientur in terra. *Quoniam in tentatione ambulat cum eo.* Quoniam si in malis fuerit versatus se illi comitem adiungit: & cum in limine tentationis probauerit eum, ipsum eripiet.

2. *Si crediderit ei.* Græcè. *Si fidelis fuerit ei.* Hoc est, si se ei fidat, & comitem ei se præbeat. Huc adducenda verba ex vulgato. *Si crediderit ei.* Nam se alicui credere, est, ei fidere, quod non multum distat à Græca phrasi. Vnde nostra Latina, scilicet. *Si crediderit ei,* non significant idem quod fidem adhibere: sed idem quod alicui se fidere, vt græca; latinaque concordent.

3. *Hæreditabit illam.* Id est, perpetuo possidendam accipiet. Hoc enim est, iuxta phrasim Scripturæ hæreditare, vel hæreditate accipere seu habere.

4. *Et erunt in confirmatione creaturæ illius.* Græca: in detentione, vel possessione erunt generationes eorum. Clarius Latina habent modo dicto, significat autem non modo eos, qui sapientiæ adhærent, eam perpetuo, & tamquam hæreditarie possessuros: sed etiam filijs suis in hæreditatem relicturos, iuxta illud Psal. 111. *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.* Tigurina clarius. *Si se præsterit ei fidum hæres eius erit: & possessionem retinebit eiusdem progenies.* Paulus de Palacio. Per filios virtutes intelligit, quæ in in communi illa iudicij extremi conflagratione, illasæ persistent. Quando stipula fanum, & pallea exuretur.

5. *Difficiliora, quæ sequuntur.* Quoniam in tentatione ambulat cum eo Latine facilem exitum habent, significant enim id vtilitatis ex sapientia elicere iustum virum, vt scilicet comitem habeat sapientiæ, in ærumnis, & difficultatibus, in quas inciderit. At Græca difficilem habent intellectum, quæ hac ratione

ratione locum efferunt; quoniam contorte, vel oblique, vel peruerse ambulat cum illo in primis. Quæ verba, vt præpositæ sententiæ aptari possint, hunc sensum habent. In primis, id est, initio statim ac sapientiæ se fidit: peruerse ambulat cum illo: id est, cum in varias calamitates protrudi sinir. Eligis eum. Et postquam probauerit, eripit. Neque enim in suam amicitiam sapientia quemquam asciscit, nisi prius probauerit eum. hæc verba eandem sententiam continent, cum illis superioribus ex cap. 2. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Ergo sensus est, eos qui sapientiam se fidunt in varias calamitates immittit, dum vero eos, variis ærumnis probauerit, tandem à periculis ereptos in suam societatem admittit. Lucem affert huic sententiæ Tigurina, quæ hæc cum sequentibus hac ratione coniungit. *Nam per se primum cum tali conflitari solet, & eum iniecto territare metu, suæque disciplina excruciare. Donec fides animi eius constiterit, & eum per iura sua reddiderit probatum.* Verbum illud in primis hoc modo exponit Dionysius iuxta sensum morale: *Et in primis eligit eum. Id est, in spiritualibus æternis, atque præcipuis donis cum assumit, quia hæc bona dæo ei decreuit potius quam terrena, vel in primis, id est, inter electos, qui sunt primi, & carissimi apud Deum, ipsum adscribit.* Hugo: in primis, id est, ante nostrum conatum Deus nos mouet ad bonum.

Timorem, & metum, & probationem inducet super illum: & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.

Loquitur de sapientia per profopopæiam, tanquam de magistro, & præceptore aliquo, qui discipulos suos multos probat experimentis, timorem, & metum adducet super illum. Quasi dicat, in pericula, & mala, quæ horrorem, & metum incutiunt discipulum coniciet. *Et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ.* Et doloribus afficiet eum in tribulatione, quam præiæ doctrinæ suæ necessè est. *Donec tentet eum in cogitationibus suis.* Quo ad vsque probet num ei placeant dicta, & doctrina, quam eum docet ipsa sapientia. *Et credat animæ illius.* Et tunc filio, quem fidelem futurum existimat, se tradat ipsa sapientia, & opes suas credat.

Timorem, & metum, id est, mala, quæ timorem, & metum incutiunt.

Et probationem: hæc pars in Græcis non extat: merito tamen addita est à latino interprete, qua significauit, sapientiam non immittere hæc mala ex odio, & inuidia, sed ad probandum hominem. Quidam vero, per probationem repetita mala significari autumant: nam quæ probamus, semel atque iterum, experiri solemus.

In tribulatione doctrinæ suæ. Græcis est, in castigatione sua. Solent enim magistri inflictis verberibus discipulos erudire: ergo tribulationem doctrinæ dicit, id est, castigationem, quæ sapientiæ doctrinam præcedit, vel quæ ad sapientiæ doctrinam ianuam, & aditum aperit. Dionys. Carthuf. *Qua virtutem per tribulationem docet, vel per paternam doctrinam, qua suos docet.* Lyra *tribulationem doctrinæ.* Id est, tribulatione media qua docet.

Donec probet eum in cogitationibus suis. Id est, donec experiatur: an sapientiæ doctrina ei placeat, an potius discipulo rigida nimis videatur, & ab eius stu-

dio desciscat Græca habent: in iustificationibus suis. Sed latina magis ad rem apta.

Et credat animæ illius. Ac tandem explorato discipuli animo, tandem ei se sapientia fidat. Et opes suas credat. Hugo, *relatiuum illius refert ad sapientiam, hoc modo: & credat, supple eum, animæ suæ, id est, amoris, & voluntati suæ, siue sapientiæ, siue Dei.* Sed perspicue ad discipulum referendum est: & sapientia seipsam, suæque omnia discipulo credat. *Et credat animæ illius:* & immissa tribulatione, id perficiet, vt discipulus sapientiæ se credat, fidem ei adhibeat, vel faciet vt fides adhibeatur ei, qui tribulationem passus est. Ei enim qui multa passus est, propter doctrinam, quam docet, facile fidem habemus. Vnde Abrahamo post probationem dixerunt Hethæi Gen. 23. *Princeps Dei es apud nos.* Id est, loquere, verbis tuis fidem adhibemus per inde ac verbis Dei.

Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum.

Et denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam, & intellectum iustitiæ.

Et firmabit illum, postquam probauerit discipulum sapientia, & se ipsa dignum inuenerit, *firmabit illum,* vires illi restituet pristinas, & gradum, firmabitque. *Et iter adducet directum ad illum.* Id est, recta ad eum veniet, & lætificabit illum, & læticia afficiet eum. *Et denudabit absconsa sua illi.* Et arcana mysteria illi patefaciet. *Et thesaurizabit scientiam, & intellectum iustitiæ.* Et cumulabit eum scientia, & intellectu, ad iustitiam perficiendam necessariis.

Et firmabit illum. Hæc pars in Græcis codicibus desideratur, addita vero videtur ad significandum non cursim bona sapientiæ habiturum, sed diutius apud eum mansura.

Et iter adducet directum ad illum. Aliqui sic exponunt. Viam, per quam cultores sui incedunt, facilem, & expeditam sapientia reddet. Iuxta hanc expositionem per hypallagen dicta accipe à nostro vulgato, id est, ad iter adducet directum. Vfus est autem hac dicendi forma, vt facilem & expeditum cursum significaret, scilicet non eos ad eam adducendos, sed ipsam viam ad eos peruenturam. Sed ex Græca lectione longe alium esse sensum expresse patet, quem nos sequuti sumus. Nempe recta via ad eos venturum Deum. Præmiserat fore vt in tribulationibus constitutis hominibus piis, ac iustis Deus auxilium ferret: addit, non obliquam, aut tortuosam viam Deum arrepturum, sed directam, & breuissimam, per quam ad laborantem iustum liberandum citissime peruenire possit, sic enim Græca habent: *Et rursum reuertetur recta ad ipsum.* Id est, postquam in tribulationem aliquantulum labi permiserit, statim sine mora ad eum eripiendum accurret.

Iansenius autumat duplicem hic verbis distingui viam, aliam directam, qua decet maximè Deum, hæc est per beneficentiam, de qua id dicitur: *Et iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum.* Alteram vero probationis, laboris, & ærumnarum, qua minus diuinam deceat bonitatem, & hæc est obliqua tortuosa de qua sup. num. 18. *Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum.* Vel vt clarius ex Græcis exemplaribus retulimus. Quoniam peruerse, vel oblique, vel contorte, ambulat cum illo in primis. Paulus de Palacio per viam directam intelligit doctrinam, quam Deus per se ipsum tradit

6.

Hugo.

Gen. 23.

VERS. 20.

VERS. 21.

I.

2.

3.

Iansenius.

Palacio.

Dionys.

Hugo.

VERS. 19.

I.

2.

3.

4.

Dionys.

Lyra.

5.

Isaïæ 58.
Dionys.

iuxta illud Isaïæ 58. *Ego qui loquebar ecce adsum.* Obliqua vero quando per alios instruit. Dionysius Carthuf. viam rectam vocat sanctam conuersationem, etenim de diuinis rebus colloquia miscere, recta ad Deum nos deducit. Hoc iter directum iuxta Hugonem Cardinalem tribulatio est, per hanc enim recta ad Deum itus.

Hugo.

4. *Et lætificabit eum.* Scilicet à malis liberando. Quidam in gloria, ibi enim vera lætitia. Quidam per internam consolationem. Alij per ipsam tribulationem, vt de Apostolis refert Lucas; *ibant gaudentes à conspectu concilij*, &c.

5. *Et denudabit absconsa sua illi.* Scilicet quem per labores, & ærumnas ad excipiendam doctrinam capaciores reddidit.

6. *Et thesaurizabit super illum.* Abundanti illum perfundens scientia.

7. *Et intellectum iustitiæ.* Prudentiam ad virtutem mouentem intellige. Sicut per scientiam, eam cognitionem, quæ intellectum illustrat. Tigurina. *Et cognitione iustitiæ*, id est, virtutis. Lyra, per scientiam cognitionem, qua se ad Deum ordinet: & per intellectum iustitiæ doctrinam, qua alios ad eundem Deum per moueat.

VERS. 22. Si autem aberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui.

1. Dixerat eos, qui se sapientiæ instituendos tradunt per immixtas tribulationes probari. Exhilarare autem illos, qui firmi perstiterint, multisque bonis replere. Præsens autem versus agit de illis, qui in probatione defecerint. *Si autem aberrauerit, derelinquet eum.* Id est, si intentione, & probatione discipulus à sapientia deflexerit, & rigidam disciplinam pertraxerit, ab ea deficiuerit, eum abire sinet, & vt male pereat, tradet in manus inimici sui. Hoc autem est quod dicit: *Et tradet eum in manus inimici sui.*

2. *Oberrauerit.* Rigidam disciplinam non sustinendo.

3. *Derelinquet eum.* Id est, auxilio suo, ducatu, & consilio priuabit. Vnde 2. Paralipom. 12. *Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manus Sefac.*

4. *Et tradet eum in manus inimici sui.* Id est, superiores faciet inimicos eius in bello. Græcè. *In manus iussus sui.* Id est, cupita perficere permittet, hæc grauissima peccatorum punitio est, si eos ad optatum finem conatus suos perficere Deus sinat. Quo supplicio percutit præcipue religionis, & strictioris vitæ transfugas exculcatos. Tigurina maiori eum aculeo transfert. *Quod si ille defecerit, describit eundem, & permittit eum potestati, ruine ipsius.* Vocat autem potestatem ruinæ, ruinam, quam ipsi sibi molitus est, & ruinam magnam.

5. *Inimici sui.* Per inimicum diabolum intelligit Hugo, cui traditur peccator, vt videre est in Iuda.

VERS. 23. Fili conserua tempus, & deuota à malo.

1. Hinc nouam narrationem nonnulli subodorantur. Ego vero hac ratione superioribus aucto. *Fili conserua tempus.* Dixerat sapientiam probationis causa in variis difficultates, & ærumnas discipulos suos iniicere, & subdit. *Fili conserua tempus*, id est, obserua, quando tempus est probationis, ne deficias, ne in mala superiori versu relata incidas. *Et deuota à malo.* Ne in mala incidas, quæ prædixi fore, vt euenirent his qui in probatione à sapientia deciderunt.

Conserua tempus. Qui in consultis exemplaribus Græcis vulgatam editionem exponunt, hunc sensum eliciunt. *Conserua tempus*, nimirum tentationis, & vt rem pretiosam in sinu tuo conde. Docet ergo tentationem, probationem, & laborem, qui probationis causa immittitur, & quo iustus affligitur, suscipere, & quo iustus affligitur, tanquam rem nobis valde vtilem, & quæ multas nobis vtilitates afferat. Ea enim quæ commoda nobis pariunt conseruare solemus. Verum ex Græcis patet illud verbum *conserua* positum esse pro *obserua*. Quæ ratione, & nonnulli codices latini retinent. Et Tigurina transtulit, *occasionem obserua*. Iansenius nouam hinc ordiri tractionem existimat; credit enim de moderatione erga linguam sermonem haberi. Ergo dupliciter exponit illud *obserua tempus*, id est, obserua occasionem, & oportunitatem ad docendum alios, iuxta illud Ecclesiast. 3. *Omnia tempus habent, tempus tacendi, & tempus loquendi* & illud infra cap. 20. *Ex ore facti reprobabitur parabola, quia non dicit eam in tempore suo.* Ergo qui docet caueat, ne intempestiue hoc faciat. Possit etiam generaliter dictio accipi, vt obseruare oporteat occasionem aptam ad aliquid faciendum, quam propterea antiqui fronte capillata & decaluato occipite depingebant. Alio modo exponit, vt temporis malitiam obseruet, ne ea per motus à recto declinet sed adhibita cautela temporis deuote calamitosa iuxta illud Pauli: *Videte fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Verum, vt diximus hæc verba ad superiora aptius referuntur. Abunde sensus morales hic locus ministrat, & obiicit, nonnullos subiungo. Paulus de Palacio, ne ea ratione, huic tempori inferuias, vt æternam felicitatem amittas. Aliter, conserua tempus, præter labens tempus, & fugiens retine ne absque merito prætereas.

Et deuota à malo. Vel vt Græca habent, *caue à malo.* Vatablus hac ratione exponit. *Caue à malo*, quod tibi à lingua, nisi eam temperaueris, imminet. Nos vero caue à malo, vel deuota à malo, quod tibi eueniet, nisi in eruditione sapientiæ constans perstiteris. Hanc partem ita coniungit cum superioribus Hugo. *Obserua tempus.* Id est, nihil intempestiue facias, & deuota à malo. Et hac ratione omne malum vitabis. Sunt enim multa, quæ licet bona sint, quia tamen intempestiue fiunt in vitium abeunt. Lyra vero hac ratione. *Obserua tempus.* Quando scilicet docere oporteat: & deuota à malo. Hoc autem tempus ad docendum aptum illud erit, quando doctor à malo declinauerit. Tunc enim doctrina vtilis est, quando doctor, quæ docet exequitur.

ETHOLOGIA LII.

Laborum tolerantia innumeras pene vtilitates affert.

Fili conserua tempus, & deuota à malo. His verbis concludit Ecclesiasticus quæ de laborum tolerantia agit. Quæ vt diximus hunc sensum habent, fili obserua tempus probationis tuæ, cum scilicet multis immixtis malis probaris, & tanquam tempus felicissimum candido nota lapillo. Affert enim laborum tolerantia innumeras pene vtilitates, quarum nonnullas recensebo. Philo Iudæus lib. de opificio mundi diuersa piscium genera commemorat, quidam enim sunt pisces, qui mare sedatum, tranquillum, & pacificum desiderant, alij vero qui procellis,

procellis, & tempestatibus oblectantur, & ludentium in morem de futura procella colludunt, atque huc, & illuc cursitant. Horum autem hæc est differentia, quod hi maiores sunt, & pinguiores, illi vero, & minores, & graciliores. Genus aliquod piscium scopulis prope lictora adhæret, nec unquam longius a terra abscedit, aliud vero semper alta petit, qui etiam pisces pari discrimine differunt. Pisces enim, qui maiorem corporis molem agitant, longius discedunt à terra, illi vero qui minores sunt, fere semper terræ vicini sunt, cauent enim maiores pisces, ne fluctibus ad terram adigantur, & impingant. Hæc omnia si ad sensus morales transferas, innunt eos quidem qui maiori virtute præditi sunt, & maiores profectus in virtute fecerunt fluctibus, & tempestatibus agitari: sicut enim defæuientes procellæ corpora piscium ad fluctus sufferendos obdurant, & impingunt, ita etiam toleratæ difficultates sanctorum hominum virtutem augent, & contra inimicorum impetus armant. Pisces item qui portus amant, & quilibet aliis aluntur, cænoque oblectantur, & molliores sunt, & ad esum parum apti. *Quædam enim (ait Philo) amant palustre, ac vadofum mare, quædam cloacas, & portus, quæ neque in terram properare, neque longe à terra natare valeant. Quædam in alto mari degentia vitant promontoria, in iâ procurrentia, & insulas, & scopulos, & alia securitate, tranquillitateque delectantur. Alij fluctibus, & tempestate. Nam continuis iactationibus excitata, & vi contra impetum reluctantia firmiora euadunt pinguescentque amplius.*

Genes. 38. 6. *Dedit autem Iudæ uxorem primogenito suo Her nomine Thamar: fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu Domini, & ab eo occisus est. Dixit ergo Iudæ ad Onam filium suum: ingredere ad uxorem fratris tui, & sociare illi ut suscites semen fratris tui, ille sciens non sibi nasci filios: introiens ad uxorem fratris sui semen fundebat in terram, ne liberi nomine fratris nascerentur, & iccirco percussit eum Dominus quod rem detestabilem faceret. Hi duo filij Iudæ nempe Her, vel ut legit Philo lib. 2. Allegoriarum Ir, & Onam interfecti sunt à Deo, de priori supplicio nullam causam affert Moyses, de posteriori vero eam adducit & fædissimam, vnde iuxta anagogem ille prior Her eorum personam gerit, qui malum patiuntur non ob aliquod crimen, sed quia Deus illud immitit ad eorum probationem. Onam vero eius symbolum est, qui ob admissa peccata punitur. Ergo de morte Her hac ratione legit Philo. Fuit nequam in conspectu Domini, & interfecit eum Deus. De Onam vero. Et interfecit eum Dominus. Ergo tam boni quam mali, tam pij, quam impij homines multa in hoc sæculo patiuntur, utrisque labores communes sunt. Verum fontibus mala infert Dominus, pijs vero viris Deus. Dominus enim nomen est Iudicis, & numen significat, quatenus irascitur, punit, atterit: at vero Deus nomen est bonitatem, & clementiam significans. Ergo Deus in difficultates eiicit sanctos homines, quia eorum utilitati prospicit: Dominus autem labores immitit impijs viris, quia hoc agit, ut de illis supplicium sumat, & ad æqualitatem puniat. Quapropter (ait Philo) Ir absque causa manifesta malum novit Deus, & interfecit, videlicet molle corpus, mollem nostram coriaceam. Ir enim coriaceus interpretatur, quem malum esse, & insidiatorem anime non ignorat, & non super cadaver semper mortuum. Vides, quod hunc Ir interfecit non Dominus sed Deus? Non enim quatenus imperat, & regnat liberam exercens potentiam interfecit corpus, sed quatenus bonitate, humanitatèque vitur.*

Nam Deus bonitatis nomen est, ut scias, quia etiam res inanimas, non potentia, sed unitate condidit eadem, quæ animatas. Oportebat enim quo magis eluceres meliora, etiam deteriora produci à potentia huius ipsius bonitatis sua summa causa, quæ Deus est. Et quando, ô anima videberis tibi maxime cadaver bailulare? Num quando initiaberis, & præmijs, coronisque dignaberis? Tum certe amatrix eris Dei. Consequeris autem premia, quando vxor tibi contigerit, illa tuda sponsa Thamar quæ interpretatur palma, victoria symbolum. Argumento est, quod quando eam ducit vir, mox, & malus inuenitur, & interficitur. At enim: dedit Iudæ uxorem primogenito suo Ir nomine Thamar, & subdit, fuit Ir malus coram Domino, & interfecit eum Deus. Mens enim quando premia virtutis accipit, mulletur morte istius cadaverosi corporis.

Tam aduersa quam prospera Dei thesaurus dicuntur, quia innumeras ex illis haurit utilitates, quia dum illa hominibus immitit ad meliorem mentem traducit. Verum hoc discrimine, quod prospera thesaurus quidem dicuntur, sed singulari numero Deuteronom. 28. 12. *Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cælum ut tribuat pluiam terræ tuæ in tempore suo.* Aduersa vero thesauros appellat per plurale Deuteronom. 32. 34. *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Quia videlicet plures utilitates Deus haurit, & homines percipiunt, ex malis quæ illis immittuntur à Deo, quam ex bonis. Plures enim à peccatis resurgunt, & pietatem colunt attriti laboribus, quam acti felicitate, hæc ex Philone dixerim lib. 2. de Allegorijs legis, his verbis. Sunt etiam bonorum, ita etiam malorum thesauri apud Deum. Sicut habetur in magno Cantico: nonne ecce collecta sunt hæc apud me, & ob signata in thesauris meis, in die ultionis, quando lapsus fuerit pes eorum, Vides thesauros esse malorum, & bonorum quidem vicus.*

Deuteronom. 4. 3. *Affixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui.* En tibi quemadmodum afflictum dicit populum Hebræorum quando abundabit manna. Nam iuxta Philonem lib. 2. Allegor. rerum abundantia afflictio est maxima. E contra vero, cum quis laboribus premitur tum maxima ei affulget fælicitas. Ergo si sapias labores, & ærumnas summa felicitatis loco pone, nec tamen profusius gaudeas, cum felicitas aridet. *Afflictio ista (ait Philo) propitiatio est, nam per tales afflictiones nostris animabus, seu decimatis propitijs redditur. Quoties enim spoliatur secundis rebus affigi videmur, reuera autem sentimus Deum propitium. Aptè labores decimas appellat Philo, has enim persoluebant Hebræi ad templum, & ministrorum sustentationem: nec alio melius virtutes aluntur, & Spiritus sancti templum refarcitur, quam si laboribus premaris.*

Deuteronom. 8. 3. *Affixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres vestri.* En tibi qua ratione manna afflictionem vocat, si huius nominis rationem quæras accipe ex Philone lib. 2. Allegor. Nempe manna si nomenclaturam expendas dicitur, quid est hoc? Quod nomen generalissimum appellat Philo, potest enim dici de re quacumque, quæ nobis inscijs accidit. Quid est hoc? Tanta enim bona in laborum tolerantia sunt, ut vno nomine fati exponi nequeant. Vnde oportet generalissimum nomen illis indere, & vocare. Quid est hoc? Quid est hoc tantum bonum, quod nobis accidit? Imò vero ob hoc tale nomen inditum est, quia omnem saporem in se continebat, adeo ut eius gustum vno nomine nequeat appellari. Quidquid

Philo.

2. Genes. 38. 6.

3.

Deut. 28. 12.

Philo.

4.

Philo.

5. Deuter. 8. 3.

Philo.

Philo.

boni omnibus in rebus dispersum est in laboribus Deus coniunxit, sicut omnium eduliorum in vno manna. Audi Philonem. *Affixi te, percussique te fame, &c. afflictio ista propitiatio est, nam per nostras afflictiones nostris animabus, seu decimatis propitius redditur, quoties enim spoliatur iucundis rebus, affligi videmur, reuera autem sentimus Deum propitium, infigere etiam nobis esuriam non virtutis sed vitiosam illam, & affectibus obnoxiam. Argumento est, quod nutrit nos verbo hoc generalissimo, interpretatur enim manna. Quid est hoc, scilicet verbum generalissimum.*

6.

Genes. 3. 23.

Genes. 3. 23. *Et emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est. Eiecitque Adam, & collocavit ante paradisum voluptatis, Cherubim, & flammam gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vite.* Mirum quod Angelo hanc curam Deus mandarit, ut scilicet contra incursum Adami paradisum obsideret. Nam supernæ illæ mentes in bonum hominum inuigilant, atque adeo iniuria affici videtur si ad hominum damnum intorqueantur? Philo lib. de Cherubim respondet, hoc non factum in malum hominum, sed potius in utilitatem eorum. Quapropter lubens Angelus hoc officium excepit, valde enim vile est hominibus, mala, calamitates, & molestias perpeti & rerum difficultatibus premi. Quapropter, & ipse Adam non longius ab ipso paradiso discessit, sed è regione constitit, ut paradisi liber prospectus peccatum commissum perpetuo in memoriam reuocaret, & dolore amissi boni pungeretur, & purgaretur. *Tunc* (ait Philo) *& flammam gladium, & Cherubim contra paradisum collocatur, &c.* Et paulo inferius. *Ceterum Cherubim, & igneo gladio contra paradisum habitatio conuenienter assignatur, non tanquam hostibus locum oppugnaturis, sed tanquam familiarissimis, amicissimisque, ut ex aspectu, contemplationeque mutua, nusquam intermissa, nascatur utriusque potentis desiderium mutuum, aspirante his volucrem celestemque cupidinem Deo benignissimo.*

Philo.

7.

Philo lib. de Cherubim Theologorum, & Philosophorum, & poetarum placitis rem probat. Iuxta Philosophorum proloquium omnia quæ sunt, aut aguntur, aut patiuntur. Iuxta Philonem, agere Deo competit, pati hominibus. Præcipuum Dei attributum omnipotentia est qua pro nutu suo omnia circumagit, & absque illa Deus consistere nequit: ita etiam proprium hominum est pati, sine quo humana vita vix consistere potest, & qui labores detrectat extra humanam naturam aleamque se abiicit. Insuper eos, qui aduersa pati subterfugiunt Poëtæ adumbrant sub figura Sisyphi, fuit autem Sisyphus omnium mortalium astutissimus, quem Poëtæ commenti sunt apud inferos eo supplicij genere plecti, ut saxum ingens, in verticem montis protrahere cogatur, quod dum ad summum pene extulerit, repente deorsum delabatur ut Ouidius 3. Metam.

Quidius.

Aut petis, aut urges rediture Sisypho saxum

Merito contra illos, qui per calliditatem communes hominibus miseras auertere conantur tale supplicij genus finxerunt Poëtæ. Nempe rem impossibilem omnino aggrediuntur. Vnde prouerbij locum obinet. *Sisyphi saxum.* Quo eos vexamus, qui rem suis viribus imparem moluntur. *Quisquis ergo* (ait Philo) *potest esse, infensior anima hostis, quam qui per iactantiam, qua Dei sunt sibi usurpant? Certe Deo proprium est facere, neque fas est id vni creature adscribere. Proprium autem pati creatura. Quod quisquis, ut peculiare, necessariumque perceperit animo, facile feret casus vel grauissimos: contra si alienum à se putauerit,*

Philo.

oppressus mole tolerantia sisyphiam penam sustinebit. Nec caput quidem valens attollere, sed ab omni occurrente aduersitate obtorto collo abreptus, præbensque se cuiquam obnoxium propter degeneres, effaminatosque affectus animi, debuerat enim sufferre, atque resistere, & obfirmare mentem communitam, septimamque suis potentissimis virtutibus, fortitudine, atque tolerantia.

Optima similitudine nostro instituto inseruit Philo lib. de Cherubim, tondentur homines, tondentur & pecudes, sed eo discrimine, quod homines nunc caput eleuando, nunc deprimendo, nunc in alterutram partem inflectendo tonfori se accommodant, atque adeo facilius forcipem tolerant. Pecudes vero renitentes. Vnde sæpius à tondentibus vulnerantur, & per vim ligantur, ut tondentem sustineant. Homines pij Deo percutienti se accommodant, terga nudant, ut facilius feriat, vnde nullo negotio flagella superant: at vero impij homines dum instar pecudum obnituntur, & resistunt grauius vapulant. *Quemadmodum igitur* (ait Philo) *tonderi duplex est, alterum genus præbens se, & accommodans, alterum tantum sustinens. Pecus enim, aut tergo, at vellus nihil ipsum agens, sed patiens solummodo, tondetur ab alio. Homo vero adiutans tonforem gestu se accommodat, & agens simul atque patiens.*

8.

Philo.

Exod. 13. legem accipit populus, ut omnem primogenitum masculini sexus ad aperiens vuluam Domino offeratur. Exende cum Philone lib. de sacrificiis Cain, & Abel verba illa. *Omne quod aperit vuluam masculini sexus.* Quasi etiam fætus fæminei vuluam non apperiant. Nempe iuxta Allegoriam vuluam apperire significat labores perpeti. Sexus masculinus virtutem adumbrat, sicut fæmineus vitium. Ergo sexus masculinus vuluam aperit, fæmineus non item, quia videlicet pietas multo cum labore acquiritur: impietatem vero luxus, & libido comitantur. Notat ibid. Philo verba eiusdem capituli vers. 13. *Primogenitum asini mutuabis oue.* Asinus quidem animal est importandis oneribus natum, quapropter labores, & ærumnas protendit. Ouis autem virtutem, & pietatem adumbrat. Ergo primogenitum asini mutuabis oue, quia apud Deum pietas, & tolerantia laborum idem est, & rectè vnum pro alio commutatur. *Reddita igitur* (ait Philo) *de paribus anima, tum rectrice, tum subdita, quidve sit, in vtraque aut fæmineum, aut masculinum, consequenter docet de corpore, sciens certo, quod sine labore, & cura, non est possibile adipisci primogenium masculinum. Dicit deinceps: omne aperiens vuluam asini permutabis oue: ac si dicas omnem laborem permutabis profectu, laborem enim asinus significat, animal patiens, profectum vero ouis, sicut vox Græca οὐστρατον indicat, submonemur autem his, ne segnes simus in studijs artium, ceterorumque, que meditatione discimus, sed accuratissime preparata mente subsistamus fortiter, aduersus omnem lassitudinem, demusque operam, ne labor coniunctus sit cum negligentia. Et ut vsque proficiendo ad gloriosum finem perueniamus.*

9.

Exod. 13.

Philo.

Apocalypsis 3. 12. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei.* Præclarum sane operæ pretium feret is qui multos perpeffus fuerit labores in debellando inimicos, scilicet. *Faciam illum columnam* Hoc est, nouis eum laboribus adigam, & ingentis templi molem humeris eius comportandam imponam. Sanè ita est, & eximium reportat ex victore præmium, ut in nouas subinde difficultates victorem immittat. Melius enim Deus cum homine agit, cum laboribus tundit, quam dum felicitate cumulat.

10.

Apoc. 3.

Deuteron. 5. 30. Extimuit populus Hebræorum Deum

Deum loquentem audire. Vnde dixit Moyſi: loque-
re tu nobis, & audiemus te, ne loquatur Dominus
nobiscum ne pereamus. Deus autem petitioni popu-
li annuit; *Vade, & dic eis, reuertimini in tentoria ve-
stra, tu vero hic ſta mecum, & loquar tibi omnia manda-
ta mea.* Philo Iudæus lib. *Quod Deus immutabilis*
expendit verbum illud *ſta*: quod animum infra-
ctum, & immobilem ſignificat, & veluti firmiſſi-
mam rupem nullis æquoreis fluctibus cedentem.
Talis enim oportet vt ſit, qui Deo proximus eſt.
Adducit etiam ſimilitudinem ab organis, lyræ, aut
citharæ. In his enim vobum concentus ſuauem, har-
moniam efficit, dum alia chordæ grauius, alia vero
ſubtilius ſonant, ſic nimirum diuerſorum euen-
tuum concentus, ſuauem, in anima, & conſonam
vocem efficit, dum quandoque animus multis
ærumnis preſſus obtunditur, quandoque vero ali-
quantulum respirare ſinitur. *Quin & legiſlator* (ait
Philo) *probat hoc tranquillitatis ſtadium.* Dictum enim
illud ad ſapientem ex perſona Dei. Tu vero hic ſta mecum.
*Mentem fixam, & à Deo nunquam dimotam commen-
dat.* Eſt enim proſecto mirandum ſi quis lyræ in modum
animam muſica arte coaptatam, non ſonû aptis, & graui-
bus, ſed verum inter ſe contrariarum, & meliorum ex his
delectu, neque intendat plus aquo, neque remittat, enolita
virtutum, rerumque ſuapte natura honeſtarum, armonia
conſeruans eam, & in eodem temperamento concinne pul-
ſandi, pſallendiſque. Hoc enim inſtrumentum natura fecit
abſolutiſſimum, quod imitantur manu facta organa. Si-
quis pulchre temperauerit efficiet ſymphoniam longe opti-
mam, quia non in ſonora vocis fracto modo ſonus deficit,
ſed in laudata vitæ officio.

Genef. 22. 6. Tulit quoque ligna holocauſti, & impo-
ſuit ſuper Iſaac filium ſuum. Numquid non ſatis fuit
quod Iſaac eſſet immolandus, inſuper ligna, quibus
exurendus erat, victimæ imponuntur? Vbi paterna
viſcera? O crudelitas? Verum voluit Pater, vt tole-
rando laborem, & ſarcinam ſuccollando maiorum
genera laborum, & ipſam mortem mereretur. Scilicet
tantum bonum eſt labores, & ærumnas patienter
ſufferre, vt minorum tolerantia maiorum vni-
cum, & dignum ſit præmium. Nec vllo alio dignius
cumuletur, vir patiens. Hoc etiam ex Philone ibid.
his verbis deſumpſi. *Cumque locum deſtinatum procul
conſpexiſſet, tanquam ſpecula famulis ibi manere iuſſis
ignem ſimul, atque ligna ferenda dedit filio, æquum cen-
ſens, vt ipſa victima portaret res, quas poſtulabat ſacrifi-
cium, leuiſſimam ſarcinam.*

Genef. 16. 5. Cum Agar Ancilla Saræ concepif-
ſet, dominam ſuam ſterilem deſpexit. Dixitque Sa-
ræ ad Abraham, inique agis contra me. Ego dedi ancil-
lam meam in ſinum tuum, qua videns quod conceperit,
deſpectu me habet. Iudicet Dominus inter me, & te. Cui
reſpondens Abraham: ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt
vtere ea, vt libet. Affligente igitur Saræ fugam inijt.
Cumque vidiffet eam Angelus Domini iuxta fontem
aqua in ſolitudine, qua eſt in via Sur. Pro te noſtra ſatis
aptum argumentum ex his verbis deduco, dum
proſpera ſuccedunt Agar ancilla dominam deſpi-
cit, bilem concitat, & ſtomachum mouet, fugaque
ſibi conſulere cogitur: at vero dum affligitur Ange-
lum inuenit, qui eam de futura prole certiore
reddit. Sapiùs enim Angeli eos alloquuntur, qui
aduerſa patiuntur, quam eos quibus fortuna arri-
det. Hoc ex Philone deſumpſi lib. De congreſſu quæren-
dæ eruditionis gratia. Qui pro nobis adducit illud
Deuteron. 32. 15. *Incrasſatus eſt dilectus, &c.* Quid in-
de: *Dereliquit Deum factorem ſuum, &c.* En tibi quid
Hebræorum populo euenit ex rerum abundantia,
nempe Deum dereliquit, cum vero malis in Ægy-

pto tereretur, Dominum quærebat. Proinde (ait
Philo) *cum ſis, & habearis à me domina, ſume, inquit,* Philo.
*omnem meam eruditionem, & non ſecus quam ancilla vte-
re pro arbitrio tuo. Quod ſcio fore non iniquum, etiam ſi
non tam incundum, quam vtile fuerit, & minimum
ſuauitatis habuerit. Bona enim & vtilis eſt caſtigatio his,
qui hac indigent. Quam aliter afflictionem ſacra Scriptu-
ra nominat. Quapropter mox additur: & afflixit eam: ac
ſi dicat, caſtigauit, & coegit officium facere. Hoc enim
multum conſert otio correptis, & licentia, ſicut calcar equis
contumacibus. Tales enim agrè manſueſcunt, & vix do-
mantur ſcutica. Teſtis eſt Moyſes, qui dicit, impinguatus,
incrassatus, dilatatus deſeruit Deum factorem ſuum. Itaque
ſi minima diſſolutio maximum morbum impietatem
parturit, & diuerſa legitima caſtigatio bonum gignit,
perfectiſſimam illam, tantopere laudatam eruditionem.*

Exod. 12. 8. *Et edent carnes nocte illa aſſas igni, &
azymos panes, cum lactucis agreſtibus.* Hoc mandatum
obſonum cuique videri poſſet. Quid enim magis
à ratione alienum videtur, quam ſolenne, & Paſ-
chale conuiuium ex agreſtibus, & amaricantibus
lactucis extruere. Inferenda videbantur in illum
multo labore, & pretio terra, marique conquiſta
edulia, non vero res viliffima, & guſtui ingrata, ſci-
licet lactuca agreſtis. Ad rem moralem confugit
Philo libr. de congreſſu quærendæ eruditionis gra-
tia. Nempe hæc Paſchalis menſa pietatem, & virtu-
tem deſignat, quæ niſi ex laboribus, quos agreſtis
lactuca adumbrat haberi non poteſt. Vnde factum eſt
Philo.
(ait Philo) quod primarium feſtum azymorum per pa-
nem afflictionis ſignificatur, quamuis nemo neſciat cele-
britates exhilarari epulis, & laris conuiſibus non afflictio-
nibus. Sed licet hanc vocem abuſiue accipere pro labore
caſtigatorio, nam maxima, plurimæque bona meditatione
parantur, & laboribus iuuenilibus. At anime feſtum eſt,
rerum optimarum annulatio, & labor ad perfectionem
properantium. Quamobrem præceptum eſt, vt azyma
edantur cum amaris lactucis agreſtibus, non, vt ſint vice
obſonij, ſed quia cohibere concupiſcentias, ne ſerueſcant, &
turgeant, quidam putant amarum, non valentes conſuetos
affectus deſiſcere, quod mens certaminum anida, habet pro
delitijs.

His verbis benedicit Iſaac filio ſuo Eſau Gen. 27. *Iſ.
In pinguedine terra, & in rore cæli deſuper erit benedi-
ctio tua, viues in gladio, & fratri tuo ſeruiet.* Quæ verba
non benedictionem videntur continere, ſed maledi-
ctionem. Quid enim vnquam homini grauius ac-
cidere poteſt, quid moleſtius ipſa ſeruitute? Ergo
dum Eſau pater fraterno ſeruitio adigit, potiùs eum
maledictionibus impetit, quam benedictionibus
cumulat. Ex hoc loco deducit Philo libr. de congreſ-
ſu quærendæ eruditionis gratia, maximum benefi-
cium à Deo conferti in homines, qui laboribus ad-
dicuntur, præcipuè ſi imperfecti ſint, qualis fuit
Eſau, hac enim ratione eorum pietas, vel denuo
plantatur, ſi nulla ſit, vel firmas radices agit ſi præ-
ceſſit. Ergo maximæ benedictionis loco habeat,
quiſquis in difficultates conicitur. Eſt igitur affli-
ctionis (ait Philo) quoddam genus vtile in tantum, vt
etiam viliffima huius pars nempe ſeruitus pro magno be-
neficio imputetur. Optat hanc in ſacris litteris Pater filio
ſuo vir optimus Iſaac, inſipienti Eſau dicens: *Gladio tibi
victum parabis, & fratri tuo ſeruiet, vtiliſſimum iudicans
ei, qui pacem bello prætulert, & arma tanquam pugnatore
geſtabat; propter inſtinam ſeditionem anima ſeruire
preſtantiori, & omnia mandata diligentem temperantiam
exequi.*

Leuit. 22. *Cuius tactus eſt ſordidus immundus erit
eſque ad veſperam, & non veſcetur his, qua ſacrificata
ſunt, ſed cum lauerit carnem ſuam aqua & occubuerit
ſol.*

14.
Exod. 12. 8.

15.
Gen. 27. 39.

Philo.

16.
Leuit. 22. 5.

Deut. 5. 30.

Philo.

12.
Gen. 22. 6.

Philo.

13.
Gen. 16. 5.

10.
Gen. 22. 15.

Deut. 32. 15.

16.

sol. Duo ad purificationem sacerdotis desiderat Lignifactor, in primis vt se abluat aqua, tum etiam vt sol occumbat. Sane hoc posterius ad hominis munditiam parum referre videtur; si enim semel macula diluta est aqua, quid expectare iubetur occidentem solem? Philo lib. de insomniis, ad spiritua-lem munditiam dictum refert, quam difficile con-sequeris ante vesperam, etiam multa aqua abluta. Significat autem vesper altiori sensu labores, & calamitates, sine quibus fere nullus est, qui vitio-rum labem abluere possit. Vtcrius eandem simili-tudinem sumptam à nocte prosequitur. Albescente die caelo sydera vanescunt, & occultantur, terrena vero prospectibus humanis obiciuntur: è con-tra vero aduesperascente die stellæ emicant: terrena vero densis tenebris septa videri non possunt. Ergo sicut dies prosperos successus significat, ita nox labores, & ærumnas: his igitur, quibus prospera succedunt, cælestia occultantur, terrena patent. E contra vero, his, qui pressuris atteruntur, terrena hæc perspicua sunt. Cælestia vero eorum effugiunt prospectus. Docemur enim (ait Philo) aperte his ver-
bis neminem satis sanctum esse ad obeunda sacra myste-
ria, qui mortalis vitæ claret honoribus: sed si quis horum contemptor, et par est, à prudentia illustratur, vt sic possit eluere vana glorie maculam. Non vides solem ipsum aliud Orientem, aliud Occidentem efficere? Post exortum eius illustrantur in terris omnia, in caelo vero celantur, post solis vero occasum, sydera quidem promicant, terrestria vero cuncta obteguntur, vmbriis superuenientibus: ad eundem modum res nostræ se habent: quoties sensuum splendor tanquam sol oritur, tunc scientiæ re vera caelestes occul-
tantur, quoties autem ad occasum accedit, tunc fulgentissi-
mæ virtutum stellæ se proferunt, quando etiam mens ipsa re nulla valente sit sensibilis.

17.

Psal. 117.2.

Hoc idem apta similitudine exponit David Psal. 117.2. Circumdederunt me sicut apes: & exarserunt sicut ignis in spinis. Duplici similitudine satis apta rem exponit David. Prima sumpta ab aluearibus, quæ circumstant apes, & ingrato susurro circumsonant, interius tamen suauissimos, & dulcissimos fauos componunt. Mala enim, quæ patimur instar apum, aculeo nos exterius pungunt, & ingrato sono obruunt; interius tamen dulcissimum, & suauissimum mel conficiunt. Rubus circumfusufus flamma nihil mali patitur, imo vero sentes, & spinas depo-
nit purgatus leui flamma ignis, eadem ratione dum tribulationis ignis nos circumdat, vitiorum senti-
bus purgat, & hoc est, quod addit. Exarserunt sicut ignis in spinis. Hoc forte significauit rubus ille ar-
dens, Exod. 3. illa enim exteriori figura significatum est, quod interiorius ageretur in populo: hic enim mul-
tis miseris attritus, non modo nihil mali patieba-
tur, verum multum splendoris ex ipsis ærumnis ac-
cipiebat: sicut rubus ille qui non lædebatur ab igne, verum multa luce coruscabat.

Exod. 3.

18.

Quærit Philo lib. de vita Mosis, quid induraerit cor Pharaonis, vt non statim, diuinis præceptio-
nibus obtemperarit? Respondet voluisse Deum ea occasione ex pœnis Ægyptiis inflictis Hebræos ad-
monere, ne quid contra Deum molirentur, sed ter-
riti malis, quibus percussi sunt Ægyptij Deo ob-
temperarent. Insuper notat simul cum Hebræis ex Ægypto excessisse Ægyptios nonnullos, & plures ex his, qui partem ab Ægyptiis genus trahebant, qui maluerunt cum fugientibus longæ viæ se com-
mittere, & peregrinari, quam patrias domos, & au-
tos lares tueri. Nempe hi teste Philone ex suppli-
ciis à Deo Ægyptiis inflictis in veri numinis co-
gnitionem deueniunt. Tantum enim iuuat mise-

ria, & calamitas, vt homines à patria religione ab-
ductos ad veri cultum numinis traducat. Cum den-
sissima tenebra (ait Philo) offunderentur alijs ipsi in
diurna, pura luce degebant, cum interirent Ægyptio-
rum primogeniis, nemo Hebræus perijt, & merito, quod
nec pecudem quidem pestis ad horum greges vlla vene-
runt contagia, nec aliud videri poterant eo tempore, quam
spectatores calamitatum alienarum, ex quibus vtilissi-
mam doctrinam pietatis exciperent. Numquam enim iam
manifestum bonorum, & malorum indicium, extitit alte-
rius exitium alteris salutem afferens. Et paulo inferius.
Erant autem viri demigrantes supra, D.C.M. reliqua
turba secum puerorum, mulierum iniri non poterat nume-
rus. Huc accedebat seruitiorum multitudo promiscua, &
quasi suppositiua. Hos Hebræi susceperunt è fœminis
Ægyptijs contributo paterno genere. Quidam autem pie-
tatis amore se adiunxerant. Et erant, qui tot continuis
castigationibus profecerant in melius.

ETHOLOGIA LIII.

Otium varia vitiorum genera comitantur.

1. Illi conferua tempus, & deuota à malo. Hæc verba
iuxta historicum sensum præcedens Ethologia
exposuit. Accipienda enim sunt, vt præmisimus; de
tempore quo quis ærumnis, & calamitatibus pre-
mitur: verum quia altiori sensu à multis ea ratione
exponuntur, vt his carpat Ecclesiasticus eos homi-
nes, qui torpori, otioque indulgent, in hos etiam
præfens Ethologia desæuit. Imprimis contra otium
pugnant verba Christi Domini Ioannis 5. Pater
meus vsque modo operatur, & ego operor. Quasi dicat,
quanam ratione tibi, ô, homo ad laborem nate, pi-
get operari, cum ego, cui otium competit, à labore
non cessem? Modo prædicto exponit hunc versum
Origenes homil. 1. in Ezechiel, cuius verba tran-
sfero. Tu vero quare non vis arbitrio tuo derelictum.
Quare agrè fers mihi labore contendere, & per bona opera
te ipsam causam fieri tuæ salutis? An magis te delectabit
dormientem, & in otio constitutum æterna prosperitate
requiescere? Pater meus, inquit, Dominus meus Iesus
Christus vsque modo operatur, & ego operor, & tibi dis-
plicet operari, qui ad opera natus es?

Ioan. 5. 17.

Orig.

2.

Ezecc. 38. 17.

Ezechielis 38. 19. Hæc dicit Dominus Deus: vae qui
cõsumunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cervi-
calia sub capite vniverse ætatis, &c. Origen. homil. 3. in
Ezechielem paulo aliter legit, & ex illis duo dedu-
cit, quibus nostram sententiam confirmet. Puluilli
isti otium iuxta Origenem significant, quos prius,
consumunt pro cubitis, postea etiam pro capite. Quia
si manus à recta operatione cesset, statim etiam, &
mens ipsa prauis cogitationibus fædatur. Nec po-
test animus sanctis occupationibus occupari, dum
corpus otio torpet. 2. expendit verba illa vniverse
ætatis. Ac si dicat, non tantum iuuenes, & ætate va-
lentes, quibus animus ad omnem libidinem fer-
uet, verum etiam, & ipsos senes, perfectæque
ætatis homines ad omnem malitiam inflammat
otium: hæc enim est vis torporis, vt illos, quos ipsa
ætatis ad virtutem fingit, etiam ad peccandum quo-
dammodo impellat, & tandem notat verba, quæ
subdit Ezechiel. Scietis, quia ego Dominus. Id est, cum
vestra dirumpam cervicalia, in quibus otio torpe-
tis, tunc sane cognoscetis, quia ego Dominus, nam
otium ab omni vos Dei cognitione abstrahebat,
vel cognoscetis quia ego Dominus, qui vos ab otio
abstraxi. Tanta etiam vi otium affixos homines te-
net, vt nisi diuina virtute impellente illum non de-
ferant. Assumentes cervicalia (ait Origenes) consu-
bant,

Orig.

bant,